Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
NAPOLI

Digitized by Google

Ex Biblioth. De Rosa
Ces. 50

Digitized by Google

597877 Racc. V.ll. G.32

LAELII CAPVTI
PATRITII CONSENTINI,
Iuriſconſulti Neapolitani.

AD CONSVETVDINES
NEAPOLITANAS.

Prælundia, Commentarius ad Caroli Procemium, ac conſuetudinis ſi moriatur repetitio,

Quæ ſigillatim ſequens indicat pagina.



Biblioteca Nazionale Napoli

NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XXIII.

Sumptibus Petri Antonij Rheæ Bibliopolæ Neap.

Digitized by Google

INDEX EORVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE continentur.

PRæludia ad vniuerſas conſuetudines Neapolitanas per ſex paragraphos diſtincta, vbi de conſuetudine in genere, & ipſius ſpeciebus, ac interpretatione. §.1. & 2.
De bonis comprehenſis, vel non in conſuetudinis diſpoſitione. §.3.
De loco, ac diſtrictus ratione. §.4.
De perſonis, quę in loco, & diſtrictu continentur. §.5.
De rebus, quę in prędicta conſuetudinis diſpoſitione continentur. §.6.

Commentarius ad Procemium Caroli Regis ad ipſas cõſuetudines per decem §§. diſtinctus, vbi agitur de modo ſeruato per Carolum Regem in compilandis iſtis conſuetudinibus. fol.75

Repet. conſuet. prima de ſucceſſionib. ab inteſtato, quæ incipit ſi moriatur, diuiſa in tres partes.

Prima pars continet decem paragraphos.

§.1. De legibus antiquis circa prelationem ſexus diſponentibus vſque ad conſtitutionem Regni cum rubrica ipſius conſuetudinis.
§.2. De natura diſpoſitionis conſt. Regni in aliquibus.
§.3. De natura diſpoſitionis conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus.
§.4. Summatim de natura diſpoſitionis cõſ. quomodo ad cõſtitutionem Regni differat.
§.5. In quo diuiditur, & explicatur contextus conſuetudinis vſque ad verſiculum & tenentur ipſi ſucceſſores.
§.6. In quo agitur de modo, quo fœminę excluduntur per maſculos, & quo modo earũ portio maſculis accreſcat.
§.7. De intellectu conſuetudinis ſi qua mulier in illis verbis non dotatas exactè diſcutitur.
§.8. In quo explicantur reliqua contextus prędictę conſuetudinis ſi moriatur.
§.9. In quo ponuntur omnes combinationes concurſus, & prelationis maſculorum per conſuetudinem prędictam in linea deſcendenti comprehenſas.
§.10. Vniuerſa materia maſculiationis per viginti quęſtiones pertractata.

Repet. conſuet. ſi moriatur. Pars 2. de paragio tractans per treſdecim §§.

§.1. De nomine Paragij.
§.2. Datur diffinitio paragij, & explicatur.
§.3. Quotuplex ſit paragium.
§.4. De perſonis quibus, & à quibus paragium debeatur.
§.5. In quibus bonis paragium debeatur.
§.6. De paragij quantitate, & liquidatione.
§.7. De actionibus pro paragio competentibus.
§.8. De collatione dotis.
§.9. De ſatisfactione, & prius de ea, quę venit per viam imputationis.
§.10. De intellectu tex. l. dedit dotem. ff. de collat. bonorum an & quando dos data ab auo nepti ſit in ſucceſſione filij conferenda, vel in legitima nepti debita imputanda.

† 2 §.11. De

11. De relictis in legitimam, vel dotem imputandis, vel compenſandis, in quo latè explicatur illa concluſio, an relictum cenſeatur animo compẽſandi cum debito neceſſario, vel voluntariò, & quid in vita militia, paragio, & alijs portionibus de conſuetudine debitis.
§.12. De ſupplemento paragij.
§.13. De ſolutione paragij.

Repet. conſ. ſi moriatur Par. 3. in qua explicantur gloſarum materia extrauagantes.

§.1. In quo explicatur glo. in verb. moriatur, & eius quęſtio de foriudicato quomodo ei ſuccedatur.
§.2. In quo explicatur gloſ. in verb. ſuccedunt. num. 84. an filia fœmina rumpat teſtamentum prętęrita, & quando nati ex fœminis comprehendãtur in diſpoſitione.
§.3. In quo explicatur gloſ. pro nepotibus. nu. 102. vbi agitur de ſubingreſſione in linea deſcendenti, & repreſentatione primogeniturę.
§.4. De renunciatione. & eius partibus.
§.5. De interpretatione renunciationis ex parte conſuetudinis, & perſonę renũciantis.
§.6. De interpretatione renunciationis deſumpta ex perſona cui fit renunciatio.
§.7. De interpretatione, quę deſumitur ex parte rerum renuuciatarum.
§.8. De interpretatione quęritur ex inſpectione perſonarum, & cauſarum, quarum contemplatione fit renunciatio.
§.9. De exceptionibus aduerſus renunciationem excepta lęſione, de qua tractatur in §. ſequen.
§.10. De exceptione læſionis, & quę circumſtantię ipſam excludant.

PERILLVSTRI VIRO
D. ALOYSIO NIQVESA
IN REGNO NEAPOL.
Regio Conſiliario.

LÆLIVS CAPVTVS DOMINO SVO S. P. D.

IN iuuentutis flore ab hinc viginti ferè annos, dum in Iſernienſis doctiſsimi illius viri campis vterque noſtrum reconditarum rerum flores legebamus, ad aliquos labores ſuſcipiendos, tùm præcipuè ad Conſuetudines Neapolitanas, quantum fieri poſſet elucidandas, me impuliſti. Vicit quidem animi tui ad iuuandos iuriſprudentiæ ſtudioſos propenſio; vtque tibi obſequerer, onus huiuſmodi ſuſcipere conatus ſum, vt quæ adoleſcens concepi, prouectiori hac ætate in lucem ædere non dubitauerim. Laborioſum profectò opus, quòd tamen te ſapientiſsimo viro auſpicante, cunctis fore iucundum mihi perſuadeo, ita vt ſi quid laudis in ea re conſequutus fuerim, in tui acerrimi iudicij gloriam ſit redundaturum. Vale. Decus meum, & totius Ciuitatis. Neapoli Kalendis Ianuarijs. M.DC.XXIII.

Auctor ad Lectorem.

CRitice, ac ſtudioſe Lector (vt me tibi ſine fuco aperiam) habes mearum lucubrationum primitias. in his excuſabis me, ſi quandoque non ita clarus ſim, vt voluiſſem, difficilè enim difficilia, facilè tractari poſſunt, vtcumque ſit, in his, & in cæteris, tuum obſeruabò iudicium, vt ſi in aliquo me dignè, rectèque correxeris, cætera politiora promam. Vale.

LAELII CAPVTI
PATRITII CONSENTINI
Iuriſconſulti Neapolitani.

AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS.

§. 1. Præludiorum.

1 *Præludiorum tractatus diſtinguitur.*

2 *Conſuetudines Neapolitanæ quomodo inoleuerint, & late tractatur intellectus conſtitut. poſt mundi machinam. §. præſentes.*

3 *Conſuetudines in hoc volumine non eſſe cõtra conſtitutiones Regni, & an ſit vndiq; hoc verum.*

4 *Conſuetudines à conſtitutione Regni reprobatæ quæ ſint.*

5 *Conſuetudines Neap. vincunt conſtit. regni, & nu. 8. & ſeq.*

6 *Conſuetudines Neapolitanæ ex Federici epiſtola roborantur.*

7 *Conſuetudines, quæ legem ſcriptam abrogẽt ex ſententia Caroli de Tocco.*

8 *Conſtitutio conſuetudinem quam olim de inſtrumẽtis curialis ſcietollendis non fuiſſe Neapoli vſu receptam.*

9 *Fabius Iordanus peritiſſimus antiquitatũ, & ſcriptor hiſtoriæ Neapolitanæ.*

10 *Conſuetudines Neapolitanæ à Regina Ioãna ſecunda fuerunt etiam confirmatæ.*

11 *Conſuetudinem, ſeu morem magnatum non eſſe aduerſantem conſtitutioni Regni, & qualiter intelligendum illum morem eſſe ſecundum ius commune.*

12 *Molfeſius notatur circa intelligentiam moris Magnatum in ſucceſſione filiorum, & prælatione ſexus maſculini.*

13 *Mos Magnatum non tollit prælationem ſexus maſculini in ſucceſſione patris, & aliorum aſcendentium inter deſcendentes ſucceſſores.*

14 *Conſuetudo, ſeu mos Magnatum circa quæ verſetur.*

INterpretaturus Cõſuetudines Neapolitanę Ciuitatis, neceſſariũ duxi, prius nonnulla loco præludiorum cæterorũ ſcribentium more, pertractare, vt deinde faciliùs ad ipſarum interpretatio-

1 nem deuenire poſſim. † Et Primò, quomodo inoleuerint iſtæ Conſuetudines aduerſus Federici conſtitutionem, in principio conſtitutionum huius Regni emanatam; qua omnes Conſuetudines præſentes, & futuræ aduerſantes conſtitutionibus Regni, fuerunt annullatæ. Secundò, de conſuetudine in generali, ac eius interpretatione. Tertiò, de perſonis, quæ comprehenduntur, vel non, in diſpoſitione harum conſuetudinum, quoad Eccleſiaſticas perſonas tantùm. Quartò, de loco, in quo eſt conſuetudinis diſpoſitio ſeruanda. Quintò, de perſonis, quæ ratione loci comprehenduntur in conſuetudinis diſpoſitione. Sextò & vltimò de bonis, quæ in prædicta conſuetudine, & eius iuriſdictione continentur, omiſſis alijs, tangentibus compilationem voluminis harum conſuetudinum; quia ea ſatis in procemio ipſarum, & eius commento explanantur.

§. 1. *De ualiditate, & uigore harum conſuetudinum.*

AD Primum, licet non ſit neceſſarium quærere, quomodo iſtæ conſuetudines inoleuerint, ex quo per Regiam approbationem legis habent vigorem, & de earum vigore quaſi ſacrilegij crimen ſit diſputare, vt in l. diſputare, C. de crimi. ſacrileg. a qua de verbo ad verbum, vt ait ibi gloſ. eſt delumpta cõſtit. Regni diſputare in tit. vt nullus ſe intromittat de factis; volui tamen de hoc quærere pro ijs, quæ infra dicenda ſunt in ſolutio-

2 nibus. † In conſtitutione enim Regni poſt

mundi machinam, ſ. præſentes. verum eſt cō-
ſuetudines tam præſentes, quam futuras eſſe
ſublatas, quæ prædictis conſtitutionibus ad-
uerſarentur, vt ibi gloſ. Marini. & Afflict nu.
12. dixit multos præſumptuoſos iuuenes Do-
ctores fundaſſe intentionem ſuorum clientu-
lorum in Conſuetudine, quæ erat contra cō-
ſtitutionem Regni, tamen in fine remanſiſſe
3 plenos vento. Reſpondeo † primò, quòd in
hoc volumine non adſunt Conſuetudines,
quæ ſint directò contra cōſtitutiones Regni,
vnde dum conſtitutio repellit conſuetudines
aduerſantes, iſtæ non debent in diſpoſitione
contineri, Bal. in l. 2. C. quæ ſit long, conſuet.
nu. 2. facit gloſ. & tex. in auth. de vſur. naut.
vbi tunc valet conſuet. quando non repugnat
legibus, ſed nec iſta ſolutio ſubſiſtit: nam in
conſuet. inſtrumentum verò diuiſionis, in glo.
in verb. diuiſionis, dicitur per Napod. quod
ibi videtur corrigi conſtitutio Regni inſtru-
mentorum robur, ſic etiam Marinus in con-
ſtit. Regni mulier quæ dotarium, in princip.
gl. magnę, ibi, & hoc regulariter, licet ex qua-
dam conſuetudine aliud obtineat in quibuſ-
dam partibus Regni, & ſic allegat Marinus
4 conſuetudinem particularem in Regno, † Se-
cundo reſpondeas, intelligendam prædictam
annullationem, & caſſationem procedere in
conſuetudinibus Regni, & ſic vniuerſalibus,
non autem particularibus cuiuſmodi sūt iſtæ
Neapolitanæ; reprobatæ enim erant conſue-
tudines Regni, de quibus Doctiſs. Proſper
Rendella cap. 8. in reliquijs Iuris Longobar-
di, quas dicit fuiſſe in ſcripturam redactas, &
tempore Regis Gulielmi deperditas ex Hu-
gon. Falcaud. de Hiſtoria rerum geſtarum
Regni Siciliæ, & facit, quod dicit Iſer. in con-
ſtit. in aliquibus, in verſ. feudum datur ad cer-
tum ſeruitium, vbi dat conſuetudinem loci
5 ſpecialis, & Regni, † Conſuetudines iſtæ
Neapolitanæ vincūt Conſtitutiones Regni,
ita Napod. in conſuet. ſi quis aliquem, de pi-
gnor. in princ. & in gloſ. dicto. & in conſuet.
in bonis, in quibus bonis habeat loc. quarta,
in verb. ſed in bonis, nu. 13. vbi fruſtra quæ-
reret, an per illam cōſuetudinem ſit correcta
conſtitutio Cegni licentiam, niſi conſuetudi-
6 nes poſſent illas tollere, † & inter epiſtolas
Federici Imperatoris in prin. lib. 6. extat epi-
ſtola, ex qua colligitur prædictùm Imperato-
rem noluiſſe derogare Neapolitanis conſue-
„ tudinibus, ibi, [Reſtituentes omnia bona
„ ſtabilia, quæ tempore obitus Domini Corra-
„ di, patris noſtri, rationabiliter tenuerunt, ac
„ omnes bonos vſus, ac conſuetudines appro-
„ batas, quibus eiuſdem Domiui patris noſtri
„ tempore vti, & gaudere ſunt ſoliti, de Neapo-
7 litanis loquendo.] † Et hoc modo intelligi-
tur opinio Ioannis Gloſatoris, relata à Caro-
lo de Tocco in Longobard. de conſuetu. dum
dixit conſuetudinem legem nōn abrogare,
ſed ei præferri in eo municipio, in quo eſt cō-
ſuetudo, arg. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. com-
munia de ſeruit. & ſic ipſum dicentem audi-
uiſſe teſtatur ibi Carolus eius diſcipulus, &
dicit Napod. in prædicta conſuet. ſi quis ali-
quam, de pignor. nu. 2. quod licet debeat pri-
mo iudicari ſecundum conſtitutiones Regni,
& poſtea ſecundum conſuetudinem eſſe in-
telligendum de ea conſuetudine, quæ ſimpli-
citer reſidet in terminis puræ conſuetudinis,
ſcilicet præſcriptæ, non autem de conſuetu-
dine ſcripta. Item de conſuetudinibus factis
ante conſtitutionem. Inde dixit idem Napo.
in proœmio nu. 291. Approbationem Populi
propter varietatem non fuiſſe multum effica-
cem tunc temporis, ſed bene poſt *Regis* ap-
probationem, & ſcripturam inde ſecutam,
per quam approbationem ceſſat omnis diffi-
cultas, Bal. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. &
8 † ita etiam optimè dicit de Franch. deciſ.
563. qui tenet ex Napod. in d. conſuetu. ſi ali-
quam. Conſuetudines has eſſe ius commune
in hac noſtra Ciuitate nu. 4. & eas eſſe ius no-
uiſsimum, eaſque priuſquam Regni conſtitu-
tiones eſſe ſeruandas, qm̄ ſunt conſuetduines,
prout illæ ſcriptæ, quæ ſunt leges, vnde erit
notandū, qđ licet conſtitutio Regni conſue-
tudinem, quam olim de inſtrumentis confi-
ciendis, per quam fuerunt ſtatuti notarij ad
conficiēdos contractus, in ſpecie tollatur mo-
dus ſcribendorum inſtrumētorum, qui Nea-
poli ſeruabatur, & ſic tollantur inſtrumenta
curialiſca, tamen habemus nos totum tit. in
his conſuetudinibus de inſtr. confect. per not.
9 Neap. † propterea dixit in dicta cōſtitutione
Fabius Iordanus Peritiſsimus Antiquitatū,
quem vidi ſcribentem Neapolitanam hiſto-
riam, prædictam conſtitutionem Neapoli tūc
temporis non fuiſſe vſu receptam, nam teſta-
tur vidiſſe poſt ipſam conſtitutionem non-
nulla inſtrumēta curialiſca ſub Regib. ſequē-
tibus vſque ad Robertum, tamen conſtitutio
hodie ſeruatur, & non conſuetudo, cū non
habeamus inſtrumenla curialiſca, ſed nota-
riſca, & ratio fortaſſe poteſt eſſe, quia poſt
Regem Robertum capit dicta conſuetudo in
deſuetudinem abire, vnde poſt tempora Na-
podani per Reginam Ioannam Secundam,
10 quæ confirmauit ritus, & priuilegia, Nea-
poli, & Caſalibus conceſſa, dum in ſpecie fue-
runt confirmatæ omnes illæ conſuetudines,
obſeruatæ vſque ad illa tempora in prædicta
Ciuitate, & eius Caſalibus, & pertinentijs, vt

Capitul.

Capitul. dictæ Reginæ, in fine rituum M.C. poſito, ideo non fuerunt comprobatæ illæ conſuetudines antiquatæ tempore Regis Roberti, qui fuit filius Caroli Secundi, qui confirmauit has conſuetudines, & ex eo tempore non fuiſſe in vſu ſeruatam credendum conſuetudinem de curialiſcis inſtrumentis, ſed ſeruatam conſtitutionem Regni prædictam, ex quibus iam conſtat conſuetudines omnino Regni conſtitutionibus hodie præponendas, quia ſunt particulares huius municipij, & ciuitatis, & quia ſunt ſcriptæ, & habent legis vigorē quando tamen vſu receptæ ſunt, vt proxim è diximus.

11 Vnde poſſec ſolui quæſtio quodammodo, ſcilicet potuerit induci conſuetudo, ſeu mos Procerum, & Magnatum, de qua, licet infra in repet. conſuet. ſi quis, vel ſi qua latius dicetur, dum etiam de Capuanæ, & Nidi conſuetudine agetur, hic tantum animaduertere non omittam, quòd dictus mos magnatum proceſſit ex diſpoſitione Iuris Francborum, & conſtit. vt de ſucceſſionibus ſecundũ quod, primogenitus, ſeu maſculus admittebatur, prout hodie admittitur ad ſucceſſionem cum onere dotandi ipſas ſorores de paragio: ex quo vniuerſus prædictus cõſiſtit. in dotatione, & maritatione facta, tam per patrem, quã per fratrem ipſarum filiarum, & ſororum. ſecundum notam infra relatam, vt optimè explicauit Minad. in repet. conſtit. in aliquibus, in 4. not. nu. 4. Et licet ibi dicatur in cęteris eſſe ſeruandum ius commune, prout optimè dixit de Franch. deciſ. 435. nu. 40. in fin. & deciſ 92. nu. 5. in fin. Non intelligas ius commune eſſe ſeruandũ contra conſtitutionē Regni, & ipſius diſpoſitionē; ſed benè cõ-

12 tra conſuetudinem huius Ciuitatis. † Quare male ſentio de concluſione, poſita per Reuerendum Patrem Molfeſium in ſuis Commentarijs, nupereditis, in 4 par. quæſt. 3 t. in prin. dum dicit de conſuetudine, & more Procerũ ac Magnatũ admitti filios, & filias ad patris ſucceſſionem, & non induci ſexus prærogatiuam per deciſionem factam in cauſa Ducis Grauinæ, quam refert Fęlix de Rubeis in additionibus, editis poſt apparatum Conſuetudinum, fo. 2. a ter. ſi quidem dicta deciſio non fuit facta in ſucceſſione deſcendentium, ſed in ſucceſſione fratris, poſtquam fuit facta additio illa ad §. ſed ſi morienti, vbi agitur de fratris ſucceſſione, & licet ſit poſita additio in verbo filiæ, ibi filiæ intelliguntur, ſcilicet fratris præmortui, & ſic de patrui ſucceſſione tractatur; vt refert eandem deciſionem Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 237. in fin. & in ſucceſſione fratrum eandem deciſionem allegat de Ponte conſi. 110. num. 2. & conſi. 113. nu. 7. vol. 2. & ſic intelligendus de Pont. conſ. 8. nu. 15. ſuit enim ibi deciſum. ꝙ omnes fratres ſuccedant in dotibus ſororis, ſicut de iure communi eſt ſucceſſio, non obſtante conſuetudine, prout etiam eſſet de conſtitutione regni, ſecundum ea, quæ infra dicentur in repetit. par. 1. §. 2. & 3. vbi de ipſius Regni conſtitutionibus in aliquibus, & vt de ſucceſſio-

13 nibus latè agetur. † alias, ſi ageretur de patris ſucceſſione, inualida eſſet iſta conſuetudo, quando eſſet, quæ tamen non eſt, vt dicetur, cum de iure conſtit. in aliquibus diſponatur ſucceſſio tam Comitum, quam Baronum, quã Burgenſium, intèr quos, quãdo dè patris ſucceſſione, & aliorum aſcendentium ageretur, maſculus ſuccedit, excluſa fœmina, cum onere dotandi, vt infra latius dicetur, & patet ex contextu ipſius conſtitutionis, & ex prædictis per Minadoum etiam patet: nam, ſi ius hoc Procerum ortum habuit à Iure Franchorum, in quo eſt conſtitutum onus dotandi fęminas. Quomodo poteſt induci ſucceſſio ipſarum fœminarum, excludendo prærogatiuã ſexus. Vnde rectè concludendum malè a prædicto Molfeſio fuiſſe morem procerum in hac deciſione intellectum, & proinde malè ſic à Toro in compendio ſimpliciter ſequutum, & relatum in verb. filij omnes, fol. 231. qui melius de Pont. refert in d. conſ. in verb. filij maſculi, fol. 133. col. 1. Quomodo autem, & quando, & quibus in caſibus procedat prædictus mos procerum hic omitto, & dicetur dũ de conſuetudine Capuanæ, & Nidi agemus, vbi eſt locus iſtius materiæ: illud tantum firmiter aſſerendo, quòd omnia, introducta per Proceres, & Magnates in capitibus ipſius cõſuetudinis, non repugnant conſtitutionibus Regni, ſed benè conſuetudinibus huius Ciuitatis, ſiue in ſcriptis redactis, ſiue Capuanæ, &

14 Nidi, vt dicetur locis ſuis, † vltra quod illa conſuetudo non excedit capitula, poſita per Salernum in additio. ad conſuetud. ſi quis, vel ſi quà, ſub nu. 195. prout aduertit de Ponte conſi. 61. nu. 74. vol. 1. in quibus ſi rectè inſpiciatur non adeſt aliquod Capitulum, quod ſit diſpoſitioni conſtitutionis contrarium.

§. 2. Præludiorum.

1 *Napodanus notatur circa declarationē ſpecierum, & nu. 5.*

2 *Conſuetudo in genere quæ ſit.*

3 *Conſuetudinis definitio ab Iſidoro tradita, remiſſiuè declaratur.*

4 *Alexander Turaminus Autoris præceptor.*

A 2 7 Con-

5 *Conſuetudinis definitio ex Vlpiano.*
6 *Cunſuetudinis quotuplex ſit ſpecies.*
7 *Conſuetudo ſcripta quæ ſit, & nu.9. vbi aliter definitur, & nu.12.*
Ex autoris opinione.
8 *Feudales vſus an ſint conſuetudines ſcriptæ dicendi.*
10 *Conſuetudo titulata, ſeu titularis quæ.*
11 *Titulati ſine feudis.*
13 *Conſuetudo præſcripta quæ ſit exactè deſinitur.*
14 *Conſuetudines omnes an dici poſſint præſcriptæ.*
15 *Conſuetudo ex quibus perficiatur, remiſſiuè.*
16 *Conſuetudinem ex triplici frequentia temporis ſ. contractuũ, & perſonarum perfici ex Napod.*
17 *Conſuetudo quomodo & qualiter ex temporis frequentia conſtituatur, & quale tẽpus requiratur.*
18 *Conſuetudo qualiter ex frequentia perſonarum roboretur.*
19 *Conſuetudinem quotuplex actus perficiat, & ipſius actus qualitas cum ſequenti.*
21 *Conſuetudo declarata quæ ſit, & quando bina iudicatura inducat conſuetudinem.*
22 *De Franch. deciſ. 367. diſcutitur circa binã iudicaturam, & morem iudicandi, ad inducendam conſuetudinem cum diſtinctione autoris, nu.23. per totum.*
24 *Conſuetudines noſtræ cui ex ſpeciebus conſuetudinum aſſignandæ.*
25 *Conſuetudines noſtræ quo tempore compilatæ, & quo tempore à Napodano gloſatæ.*
26 *Conſuetudines iſtæ quare vere approbatæ, & præſcriptæ dicantur.*
27 *Conſuetudines additæ in hoc volumine cuius modi ſint.*
28 *Conſuetudo ſit ne facti vel iuris varia opiniones.*
29 *Napodanus fecit addit. ad Cyn.*
30 *Conſuetudo quomodo veniat iuris appellatione.*
31 *Iulius Ferrettus notatur, quod falſo Bartoli nomen pro Andrea de Barulo in tract. differentiarum iuris Longobardi, & Romani, vſurpatus eſt.*
32 *Conſuetudo contra rationem, vel legem, an induci poſſit, & quomodo conſuetudo, & pactum in hoc æquiparentur.*
33 *Conſuetudo contra, vel præter legem diuinã vel gentium, vel poſitiuam, quomodo ſubſtineatur, & Iſer. loci declarantur circa hoc.*
34 *Conſuetudinis rationabilis exempla plura.*
35 *Conſuetudinis irrationabilis exempla alia.*
36 *Conſuetudo quando vincat legem pluribus declaratur.*
37 *Præſcriptionis centenariæ, vel immemorabilis materia nouiter declaratur quomodo, & qualiter per inualidum initiũ euertatur, veluti per oſtenſionem tituli ſine aſſenſu.*
38 *Conſuetudo contra legem quomodo legem tollat.*
39 *Conſuetudo quomodo probetur.*
40 *Conſuetudo non requirit actum iudiciarium.*
41 *Conſuetudo quomodo per contrariam conſuetudinem tollatur.*
42 *Actus vnicus quomodo ſe habeat ad interruptionem præſcriptionis conſuetudinariæ.*
43 *Conſuetudo per contrarium conſuetum erroneum non mutilatur.*
44 *Conſuetudines iſtæ ſunt fundatæ, & interpretandæ ſub æquitatis cenſura, & n.46.*
45 *Aequitatis variæ definitiones.*
47 *Duritia legis quæ ſit, & quando lex dura per plura exempla.*
48 *Adagium* Neapolitanum *ſtà per quanto vale, declaratur.*
49 *Conſuetudo quomodo dicatur ſtricti iuris, & in ea interpretanda æquitas ſequenda.*

§.2. *De Conſuetudine in generali, & eius interpretatione.*

INgrediendo prooemiũ Napodani non benè mihi videtur ſentire, dum ita exactè ſpecies accipiendas in materia noſtra putat Napodanus, dicendo neceſſariam eſſe enumerationem
1 ſpecierũ cõſuetudinis, ad hoc, vt ad ipſius diffinitionem perueniri poſſit, quaſi conſuetudo in genere, prout lex in genere non valeat reperiri, & definiri, nullum enim genus verum, ac proprium in materia noſtra reperiri poteſt, quod non ſit ſubalternum reſpectinè, ſcilicet, & alterius generis loco ſpeciei, prout patet: nam ius eſt genus generaliſſimum, quod diuiditur in ius ſcriptum, & non ſcri-
2 ptum, quod eſt conſuetudo, † imò in ipſa cõſuetudine eſt dare conſuetudiuem generaliſſimam totius Eccieſiæ, cap. eccleſiaſticarum, 11. diſt. conſuetudinem generalem, c. ex tuarum, de aut. & vſu pall. cap. cum eccleſia, de elect. vbi de conſuetudine vnius Prouinciæ conſuetadinem ſpecialem, quæ eſt In vna Ciuitate, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. comm. præd.

ſpe-

ſpecialiſſimam verò patrisfamilias, l. vel vni-
3 uerſorum, ff. de pignor. act. † Poterit ergo cō-
ſtare diffinitio conſuetudinis ex genere, &
differentijs, quemadmodum fuit illa Iſidori
in cap. conſuetudo, diſt. 1. quam ſecutus fuit
Dominus Præceptor meus in lib. 3. de leg.
Alex. Turaminus c. 6. qui cum optimè, & ac-
curatè, breuiterque eam declaret, in ea non
immorabor: ſequitur eandem definitionem
Rebuff. in tract. de conſuet. & explicat Iſer. in
prooemio conſtit. Regn. col. 8. verſ. & ideo di-
citur, vbi latè explicat, quomodo intelligan-
tur illa iura, aſſerentia conſuetudinem legem
vincere, ſi conſuetudo ex definitione prædi-
cta non habet locum, niſi vbi lex deficit; aliā
definitionem poſuit Bart. in l. de quibus, ff. de
leg. placet mihi, & magis ad veritatem acce-
dere videtur definitio conſuetudinis data per
Alberic. in dictionario in verbo conſuetudo,
4 † Vulpianus verò in tit. aliter, & breuius cō-
ſuetudinem definiri viſus eſt, dum dixit mo-
res ſunt tacitus conſenſus Populi, longa con-
ſuetudine inueteratus, quaſi idem dixiſſet cō-
ſuetudo eſt tacitus conſenſus populi, diutur-
nis moribus inueteratus: Mos enim & con-
ſuetudo idem ſonat, dum aliquando mos per
cōſuetudinem; & conſuetudo per mores de-
ſcribitur, vt in l. de quibus, ff. de leg. ibi mori-
bus, & conſuetndine in l. moribus, ff. de vulg.
& pupill. in l. more noſtrę Ciuitatis, ff. de acq.
vel amitt. hæred. l. patre furioſo, ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. ff. de don. inter vir.
& vxor. l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn.
iud. l. moris eſt, ff. de pęn. & alibi pluries, & in
tit. ff. & C. dicit de leg. & longa conſuetudine
& in C. quæ ſit longa conſuetudo, at in titu.
Vulpian. prædictis dicitur de legibus, & mo-
ribus: Mos enim, & conſuetudo pro æquiuo-
cis accipi ex prædictis non dubitatur, vnde
tex. noſtri prooemij in §. per quod, dum dixit
vſibus, ſeu conſuetudinibus, benè pro ęquiuo-
cis ipſa verba accepiſſe viſus eſt: quicquid di-
cat Napod. in glo. in verb. ſeu, nu. 338. cum ex
proximè dictis tantum ſonet verbum mos,
quantū conſuetudo: ſi ergo ex prædictis po-
5 terat definiri conſuetudo in genere, † malè
dicit Napod. dum putat perneceſſe eſſe di-
ſtinguendas ſpecies conſuetudinis, vt ad defi-
nitionem perueniri poſſit, & hic omitto con-
ſuetudinis diffinitionem explicare, poſtquam
inferius ipſam præſcriptam diffiniemus, &
explicabimus.
6 Modo quæro, quotuplex eſt conſuetudo, &
idem Napod. ex mente Bartolomæi de Capua
videtur quatuor ſpecies conſuetudinum re-
ferre ſcriptam, præſcriptam, titulatam, &
declaratam.

Iſern. in conſtit. in aliquibus, verſ. feudum
datur, poſtquam explicauit modos inducendi
conſuetndinem, ad tres ſpecies illas reduxit
ad iudicaturam, quia ſic fuit iudicatum eſſe
conſuetudinem. Secundo ad conſuetudinem
præſcriptam, quia diu fuit ita ſeruatum, & bis
iudicatum per 10. vel 30. annos. Tertio, ad ve-
tuſtatem per immemorabilem præſcriptio-
nem.
7 Dicit ſcriptam conſuetudinem Nap. quan
do populus alicuius Ciuitatis, more, & loco
ſolitis adunatus, aliquid ſtatuit, quod ſit con-
ſuetudo, & ordinat illud ſcribi; quæ definitio
ſatis conuenire videtur ſtatuto, cum in ea
conueniant omnia requiſita ſtatuti, & nihil
aliud in ea adeſſe conſuetudinis, niſi puram
voluntatem ipſorum Ciuium velle illam, ſci-
licet, eſſe conſuetudinem, cum verè non ſit ex
prædictis conſuetudinis definitionibus.
8 Nec vſus feudorum poſſunt rectè conue-
nire prædictæ definitioni; quia, licet ſint ſcri-
pti, non tamen ſunt ſcripti in actu ipſius con-
ſtitutionis ipſorum, ſed poſtquam tales vſus
fuerant per varias Ciuitates Lombardiæ ſer-
uati. Obertus, & Gherardus illos ſcripſerunt,
& in ſcriptis redegerunt, & in vnum corpus
vniuerunt etiam conſtitutiones Imperiales,
circa talem materiam diſponentes, vt hic ad-
uertit Nap. & dixit Rebuff. loc. cit. nu. 43. vbi
de eſſentia conſuetudinis dicit eſſe, non eſſe
ſcriptam, Rocc. in rub. de conſuet. num. 2. qui
dicit communem, & Cęuall. q. 620. niſi poſt-
quam introducta eſt, redigatur in ſcriptis ad
faciliorem ipſius probationem, prout dixit
9 Iſer. in prooem. feud. in princ. nu. 7. † Aliam
nititur dare definitionem Nap. prędictę ſcri-
ptæ conſuetudinis, quod ſit lex municipalis,
communiter, & legitimè à populo, vel à ma-
iori perte præſentium in ſcriptis conſtituta,
quæ ex proximè dictis minus bona conſpici-
tur, dum in actu ipſius conſtitutionis ſcriptu-
ram introducit, & conſtat in §. ex non ſcri-
pto, vnde dixit optimè Nicol. de Nap. quod,
ſi conſenſus approbans mores diuturnos eſſet
expreſſus, non diceretur illud ius cōſuetudo,
ſed lex municipalis, l. de quibus, ff. de leg. &
faciunt omnes definitiones, relatæ ſupra ex
opin. DD. ipſius conſuetudinis in genere, &
melius dicetur infra in definitione conſuetu-
dinis præſcriptæ.
10 Sed & prædictam ſcriptam conſuetudinē
Iſer. titulatam vocauit, quia potius, ſicut lex
municipalis, valebit, quam ſicut conſuetudo,
ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi, ita Iſern. in
conſtit. in aliquibus, in verb. quindecim an-
norum col. 11. verſ. ſed quomodo probabi-
tur, & idem Iſern. in prooem. conſtit. vocanit

hanc conſuetudinem titulatam, quia habet
conſenſum expreſſum, qui eſt, cum Ciues ali-
quid ſtatuunt eſſe conſuetudinẽ, & ſic induci
(inquit) conſuetudinem; quod nõ poſſet ne-
gari eſſe ſtatutum, licet non ſit ſcripta, melius
dicit titulatam talem conſuetudinem, quaſi
non habeat aliud conſuetudinis, niſi titulum,
& nomen, in cæteris ſit ſtatutum, & melius
11 titularem dixiſſes, † (& huiuſmodi eſſe non-
nullos titulatos noſtri temporis, de quibus nõ
loquitur Iſer. quia non habent feuda, ſed de
his titulatis loquitur idem Andr. in cap. 1. de
feud. March. & ibi Affl. nu. 22. qui in ſpecie
nominat plures Comites ſine Comitatu, &
dicit Comites noſtri temporis ad præſens sũt
multo plures) ad prędicta Carolus in Longo-
„ bar. de conſuet. in ſi dicit, [ꝙ, ſi populus vna-
„ nimiter conſenſerit, & voluntatem declara-
„ uerit vniuerſaliter, quòd velit aliquo ſtatuto
„ pro conſuetudine vti de cętero, erit conſue-
„ tudo relato nomine conſuetudinis, non quòd
„ pro conſuetudine intelligatur vſus præteri-
„ tus, ſed quia in futurũ populus ita diſpoſuit,
„ & id recipit.] Conſtat igitur nomen conſue-
tudinis tale ſtatutum habere, hinc optimè di-
xit Bal. in l. de quibus, in 11. col. ff. de leg. con
ſuetudinem differre a lege, ſicut ſucceſſiuum
ab inſtantaneo, quia ſtatutum vno inſtanti fie-
ri poteſt, ſed conſuetudo ſimilis eſt cæteris
naturalibus, quæ non perficiuntur niſi tem-
poris curſu, & propterea dixit Afflic. in 6. q.
prædial. in conſtitu. Regni, quòd Imperator
poteſt facere conſuetudinem, ſed non in in-
ſtanti, & vnico contextu, ex Bald. autoritate.
Et Iſern. in rub. de conſuet. recti feudi, nu. 2.
in princ. dicit conſuetudinem eſſe conſenſum
tacitum, vel expreſſum, ſicut pactum, quod eſt
placitum, & conſenſus: Quicquid ſit de hac
conſuetudine ſiue titulata, ſiue ſcripta, ſiue
declarata, non video, quomodo iuris effectus
poſſit prædicta diuerſitas operari, & per hoc
extra rem puto tot verba effudiſſe in re parui
momenti, & de lana, vt aiunt, caprina diſſe-
ruiſſe.

Non tamen omittam Napodanum adeo
in intrinſecam legis naturam proceſſiſſe, vt in
conſuetudinis eſſentia, prout in legis ſcriptæ
ſcripturam poſuerit, ſed verè loquitur de his
noſtris conſuetu. Napod. quas dicit eſſe leges
municipales, & verè tales ſunt, cùm habeant
Regis approbationem: vnde dixit Rebuff. loc.
cit. n. 7. ꝙ leges Regiæ ipſę cõſuetudines, poſt
confirmationem vocari poſſunt, quia omnia
noſtra facimus, l. 1. §. omnia, C. de veter. iur.
enucl. cap. ſi apoſtolicæ, de præben. in 6. &
quamuis ita ſcriptæ ſint, non tamen deſinunt
eſſe conſuetudines, vt de feudorum conſuetu-
dinibus dicitur, inquit etiã, ꝙ ante approba-
tionem dicuntur conſuetudines priuatæ, po-
ſtea notoriæ, & ab omnibus tanquam legibus
ſeruandæ ex Bal. in rubr. de conſuetu. col. 1.
12 † hæc mihi videtur vera conſuetudo ſcripta,
quia continet in ſe vniuerſam diffinitionem
conſuetudinis in principio poſitam, & dein-
de de conſenſu populi, vel Principis iuſſu, in
ſcripturam redactæ, vt ſcriptura non dicatur
concurriſſe in actu ipſo productionis, & con-
ſtitutionis ipſius conſuetudinis, ſed poſtquã
iam erat in eſſe deducta; ad finem facilioris
probationis, & huiuſmodi eſt noſtra cõſuetu-
do DD. in cap. Eccleſiaſticarum, 11. diſt.
13 Præſcriptam conſuetudinẽ diffiniuit Nap.
nu. 26. eſſe ius non ſcriptum, diuturnis Popu-
li moribus introductum ex Azon. in ſumma,
C. quæ ſit long. conſuet,

In qua definitione potius videtur Napod.
voluiſſe definire veram cõſuetudinem in ge-
nere ſumptam, de qua in principio ſecundum
Azon. opinionem: quæ definitio non compe-
tit ſoli conſuetudini, cuius eſt hic ſermo per
Nap. cum nulla ſit conſuetudo, quæ non ſit
hoc modo præſcripta, quaſi diuturna, l. diu-
turna, ff. de leg & inueterata d. l. de quibus, &
longa in rub. 6. & ff. de longa conſuetudine
ſit idem in effectu, & ipſi profeſſores canonũ
vocant præſcriptam, quaſi longo tempore in-
ductam, & obſeruatam ſecundum Rebuff. loc.
cit. nu. 39. nam ille mos, & vſus debet eſſe
continuatus tempore requiſito ad præſcri-
ptionem, vt clarius infra dicetur, ex quo
infertur ſecundum eundem Rebuff. conſue-
tudinis appellatione intelligi conſuetudinem
præſcriptam: quaſi longo tempore inductam,
cap. humana, de elect. vbi Abb. & alij, quia
antequam ſit præſcripta, ideſt, inducta, non
poteſt dici conſuetudo; ſed diſpoſitio inducẽ-
di conſuetudinem, quę, antequam ſit inducta,
requirit vſum communem Populi, l. vel vni-
uerſorum, ff. de pignor. act. cap. querelam, de
elect. ſic Iſer. in procem. conſtit. col. 4. verſ.
præſcripta vocauit conſuetudinem præſcri-
ptam, quæ habet conſenſum tacitum d. §. ex
non ſcripto, quia diuturni mores legem imi-
tantur. Vnde inquit Rebuff. quod actus ille con-
ſueſcendi erit facti, poſtquam talis actus mul-
tiplicatus erit ex longo populi vſu, & tacito
conſenſu erit facta conſuetudo, quemadmo-
dum in moralibus habemus actus inducentes
diſpoſitionem ad ipſum habitum virtutis, ex
qua ſic per actus continuatos habitus ipſe cõ-
ſtituitur tex. in l. an in totum, C. de edificat.
priuat. ibi præſes probatis his: quæ in oppido
frequenter in eodem genere controuerſiarum
ſeruata ſunt, & hoc eſt, quod voluit hic Na-
poda-

podanus num. 34.

14 Sed antequam vlterius progrediar circa explicationẽ prędictæ definitionis, aduertendum duxi ex proximè dictis, non eſſe in iure conſuetudinem aliquam, quæ non modo prędicto intelligatur præſcripta, cum ſit præſcriptio de eſſentia conſuetudinis, prout de eſſentia legis eſt eſſe ſcriptam, vt innuit Nap. nu. 32. ibi eſt remouenda ſcriptura, vnde dum Nap. inquit ſcripturam debere abeſſe à conſuetudine præſcripta, in hoc non videtur bene dicere ex prædictis, quia ſiue conſuetudo ſit ſcripta, ſiue non ſcripta, ſemper erit conſuetudo: præſcriptam autem oportet eſſe vnamquamque conſuetudinem, cum, vt dixi, de ipſius eſſentia ſit eſſe præſcriptam, verè tamen eſſe præſcriptam non dicitur qualitas intrinſeca, ſiue eſſentialis coſuetudinis, niſi in hoc, quod ex tempore longo accedere dicatur præſcriptio, tanquam noua qualitas. In multis enim differre præſcriptionem à conſuetudine docuit Rebuff. in prædicto tract. in 3. q. prin. nu. 14. cum ſeq. qui ponit treſdecim differentias inter conſuetudinem, & præſcriptionem, quaſi omnes ad vnũ tendentes, ſcilicet, conſuetudinem eſſe inductam ex actibus Ciuium, tangentibus vniuerſos, & præſcriptionẽ vero per priuatorum actus, priuatos tangentes, & ſingulos, & eandem differẽtiam primo dixit Petr. Rauen. de conſuet. fol. mihi 465. verſ. principalis.

15 Quæ verò requirantur ad inducendã conſuetudinem, & quæ debeant abeſſe ab ea, vt conſuetudo dici poſſit more ſuo, ſummatim ponit Rebuff. ex quibus & prędicta diffinitio Napod. venit explicanda.

16 Quòd moribus vtentium (ideſt) tacito conſenſu ſit introducta, Napodan. dixit diuturnis moribus populi, quæ tria verba denotant triplicem qualitatem eſſenrialem conſuetudinis, frequentiam temporis, actuum, & perſonarum. Et quatuor eſſe de eſſentia conſuetudinis dixit Rebuff. nu. 54. mores, tẽpus, rationem, & conſenſum populi: de ratione inferius dicetur, & latè probat Myſinger. cent. 6. obſer. 41. qui plura ex his, quæ hic dico, dicit, & breuiſſimè. Circa primum ſ. frequentiam temporis ex diuturnitate, ſciendũ eſt ſecundũ Nap. quod circa quantitatem va-
17 riatur, † nam quidam id reliuquunt Iudicis arbitrio. Secundi dicunt requiri ſpatium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſẽtes, q̃ opinio reprobatur à Nap. ex quo ſemper populus eſt præſens, & idem, & benè. Tertij, dicunt requiri tempus decem annorum, vt inſt. de vſucap. in princ. & Cod. in tit. quæ ſit long. conſuet. Quarti voluerunt 30. vel 40. annorum. Alij 40. tãtum. Alij tẽporis cuius non extat memoria, & ponit Nap. exẽplum in conſuetudine Capuana cõtra ius cõmune, quæ obtinet ex tempore, cuius non extat memoria: quæ conſuetudo Capuana poſt modum per Reginam Ioannam inter cæteras conſuetudines incluſa, & in ſcriptis redacta, eſt, prout vidi inter conſuetudines Capuanas manuſcriptas in ea Ciuitate Capuæ, in quarũ opinionum varietate videtur Napod. reſidere in hac vltima opin. quòd immemorabilis temporis præſcriptio requiratur, quandò titulus, & iudicaturæ non interueniunt, alias decem annorum ſpatium ſufficere, inquit tamen Rebuff. loc. cit. nu. 38. in rebus eccleſiaſticis requiri 40. annos, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. cap. de quarta, de præſcript. ſed quia de iſtis actibus eccleſiaſticis non eſt noſtra materia, ideo illos omitto. Videndus eſt omnino Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 83. vbi recitat quatuor opin. quarum quartam aſſerit eſſe receptiorem, eamq; probat, ſcilicet, in arbitrium Iudicis eſſe repoſitũ, cum legem non habeamus, quæ tale tempus determinet num. 6. cui opinioni, quatenus ſit deferendum, videas apud eundem Menoch. & vid. Cęuall. in tract. contra com. cap. 357. num. 10.

18 Secundo frequentiam perſonarum, ponit Napo. nu. 42. in proœm. ex quo in tribus perſonis tres iudicaturæ ſunt neceſſariæ in eodẽ genere, Andr. de Iſer. in conſt. in aliquibus, in verb. Quintũdecimũ col. 11. verſ. ſed quõo probabitur hæc cõſuetudo, ſequẽdo gl. in l. vn. C. quæ ſit long conſuet. inquit probari: Primò, ſi iudicatum eſt ſemel eſſe conſuetum, vel cõſuetudinem. Item ſi in decem annis bis fuerit iudicatum. Item ſi triginta annis vſi ſunt tanquam conſuetudine, & tantum facere tricenale de iure ciuili, quantum quadragenale de iur. cano. d. cap. de quarta. Item multo magis ſi vſi ſunt à tempore, cuius non extat memoria, ff. de aqua quot. & æſti. l. hoc iure, §. ductus aquæ. Item ſi conſtat, quòd populus voluit, ꝙ hæc ſit conſuetudo, & dicitur titulata, de qua ſupra dixi, & inferius dicetur, & dixit Iſer. in proœm. conſt. col. 4. in princ. quòd, ſi conſuetudo eſt illa, cuius memoria in contrarium non extat, perinde eſt, ac ſi Princeps conceſſiſſet, ſine qua præſcriptione Reges non habent Regalia in Regnis ſuis, vel ſine conceſſione Principis Romanorum, & quoad hoc paria eſſe, inquit Iſer. ſtatutum legem municipalem & conſuetudinem.

Notandum etiam erit in prædictis, ꝙ non ſufficiunt ſingulares perſonæ, ſed requiritur, vt multi conueniant in vnum, vt vniuerſitas,

cap.

cap.non eſt,§.ius vero.6.diſt. glo.in c.fruſtra
8.diſt.quia vim leg:s obtinet, quam ſingulares
perſonæ non faciunt, l.omnes populi, ff.
de iuſt.& iur.Bar.in l.de quibus, ſed collegiũ
approbatum poteſt ſecundum Bar. d l.omnes
populi.ff.de iuſt.& iur.quod collegium ex tribus
conſtitui poteſt,glo.c.1.de elect. l. Neratius,
ff.de verb.ſignif.

19 Quoad frequentiam actuum, inquit glo.in
conſt.Regni cum vniuerſis, in fin.gloſellæ,
binum actum efficere conſudtudinem,l.nemo
in fi.C.de epiſc.audien.Iſern. in §. præterea
ducatus num.37.verſ. ſed quomodo, inquit,
conſuetudinem probari,ſi probabitur fuiſſe
inter anteceſſores de hoc quæſtionem,& fuiſſe
iudicatum adeſſe conſuetudinem, vel, ſibis
fuit iudicatum in decem annis, & paulò poſt
ex mente Hoſtien. inqnit, quòd verum eſt, ſi
innitatur conſuetudini, vbi binus actus requiratur,
l.3.C.de epiſ. aud. & paulo poſt tutius
videtur ibi,requiri binum actum, qui cõſuetudinem
indncit, quæ conſuetudo recipit
vires à tempore,quia præſcripta, ſine tempore
enim non prodeſt multis ad proprietatem,
& paulò poſt,tutius (inquit) dicitur in tanto
tempore procedere binum actum, quod duo
competitores ſuerint excluſi à conſuetudine,
& paulò poſt certè tutius eſſet de tribus, &
quatuor actibus talibus.

20 Nec ſolum requiritur frequentia actuum,
ſed quòd agentes voluerint introduci per illo:
actus cõſuetudinem, ita Rauenn. in alleg.
in tract.conſuetudinis,fol.mihi 436.verſ.nota
quod ad introducendum,ex glo. & Doctores
in cap.conſuetudo, t. diſtinctio & nouiſſimè
Aug.Caputus compatritius meus in cap.
1.§.2.nu.50.de Regim.Reipubl.ex quibus ſit
ſumenda dicta animi coniectura,quòd voluerint,
quot actus,& quales faciant conſuetudinem
latè congerit more ſuo, Menoch. de arbitr.
iud.lib.2.cent.1.caſ.81. vbi nu.4. ſecundum
veram opinionem hoc eſſe arbitrarium
dicit,debet enim conſtare de actuum ſrequen
·ia,& reiteratione,& ea debet eſſe conformis
Grat.diſcept.for.c.79.nu.8.& ſeq. & ad materiam
actuum Cęuall. cap. 357. per tot. ſpecialis
conſuetndo per actus ſpeciales, & indiuiduos
eſt probanda,Grat.d.loc.num.10. &
vniformes actus requiruntur,Myſing. cent.6.
obſer.42.aliàs,ſi eſſet difformitas actuum,non
probaretur conſuetudo, ſed rediretur ad ius
commune,vt ibi per Myſing.

Ex proximè dictis vides Andr.Iſern.præſcriptam
conſuetudinem vocare illam, quæ
conſtat ex decennio,& bina iudicatura,quam
titulatam appellat Nap.nu.71. ex mente Bartholomæi.
Item dicitur titulata per Nap. ibi
quando ſic adeſſe conſuetudinem fuit declaratum
per ſententiam,& confirmata in cauſa
appellationis.

21 Declaratam verò iam diximus ſupra, quia
ſic declaratum eſt per ſententiam, vt proximè
titulatam appellauit, ſcilicet, quando iudicatum
eſt adeſſe conſuetudinem, & ſententia
tranſiuit in rem iudicatam, nititur tamen
Nap. in ſpetie declaratæ conſuetudini dare
differentiam in modo, ſententiarum, vt, ſcilicet,
ſit declarata, quando verè delaratur
adeſſe conſuetudinem. Titulata, quando bis
22 iudicatur in negotio principali, † quicquid
ſit de nomine non parum dubito ex prædictis
de dictis Dom.de Franch.deciſ.367.circa
fin.vbi morem iudicandi dicit non inducere
conſuetudinem,ex quo non fuit diſcuſſum de
conſuetudine,& ſic videtur admittere;quod,
licet ſint factæ plures iudicaturæ,tamen quia
non fuit cognitum de conſuotudine, non dicebatur
ſententia lata ſuper iure conſuetndinis,
licet lata ſuper negotio principali, & ratio
eſt,quia id, quod non eſt diſcuſſum, non
poteſt dici iudicatum,ita de Frãch.deciſ.510.
nu.8.& dec.278.nu. 6. Ann. alleg. 102.nu.2.

23 Sed tu diſtinguas ex intentione Iſer. ſupra
relati,ꝙ aut litigantes ſe fundant ſuper conſuetudine,
& ſententia, ſeu bina iudicatura
oritur ſuper factoprincipali, & iſto caſu cum
temporis ſpatio fit conſuetudo prædicta præſcripta,
& ſecũdum hos terminos non poteſt
dici non diſcuſſum,quia per ſuppoſitionem
inter partes,& controuerſiam dicitur fundari
ſententia in conſuetudine, ſed non iudicatur
niſi ſuper negotio principali, & hoc modo
decidũtur in S.C.iuris articuli,diſcurrẽdo
iura partium,& deinde ferendo ſententias in
negotio principal,i& ſic non erit,vt dixi, negotium
non diſcuſſum.

Secundo modo eſſet iudicare, quando fuit
diſceptatum inter Ciues adeſſe, vel non conſuetudinem,
& habita cognitione, ſuerit iudicatum
adeſſe conſuetudinem, & ſic ſententia
declaratoria cõſuetudinis,& hoc eſt,quod
dixit Napoda. de qua loquitur Carolus Rex
in proœm.hoc in §.audiuimus, in verb.erroribus,
vbi diximus.

Tertia & vltima iudicaturæ ſpecies eſt,
quando ſimpliciter iudicatur ſuper negotio
principali,& partes non intendunt litigare
ſuper conſuetudine,& iudicatur ſuper negotio
principali,iure conſuetudinario non diſcuſſo,
& tunc mille iudicaturæ non facerent
conſuetudinem, nil mirum ſi non officerent,
vt bene dixit Dom. de Franch. in prædicta
deciſ.367.

24 Sed cui ex prædictis ſpeciebus conſuetudinum

num

num noſtræ conſuetudines aſſignari poſſint Napod. in fin. huius procemij, huic quæſito reſpondens, infraſcripta poſuit verba, quæ in vulgato exemplari non reperiūtur, & habeo illa in meo manu ſcripto, & ſunt ſequentia,
,, [Ex præmiſſis patet, quòd iſtæ cōſuetudines
,, ſunt ſcriptæ, vt patet, & præſcriptæ, quia ab
,, antiquo fuerūt, vt in procemio, titulatæ, ſub-
,, ſcriptione, & ſigillo Regalibus declaratę, ali-
,, quibus detractis, vel additis, vt in procemio]
idem Nap. in verbo declarationem nu. 328. in procemio dicit, ergo ſunt declaratæ, & ſic cadent in quartam ſpeciem conſuetudinum, & nu. 326. in eod. procem. in verb. roborandę, inquit Nap. eſſe ſcriptas ad tollendam varietatem antiquarum, & idem in rub. tit. 6. nu. 332. dicit ergò ſunt titulatæ iſtæ conſuetudines, ſunt declaratæ. Item ſcriptæ, quia compilatæ in hoc volumine, & nu. 333. duplicem aſſignari poſſe ſcriptionem in his conſuetudinibus a Ciuibus, vt ſupra. Item à Principe per modum compilationis, & approbationis, ſubdit ibid. ſunt ergò hæ conſuet. ſcriptæ, declaratæ, & titulatæ: Quod aūt ſint præſcriptæ, non audeo dicere, inquit Nap. & hoc eſt, quod idē Nap. in proœ. nu. 291. ex verbo antiquas, innuit fuiſſe præſcriptas has conſuet.
,, (inquit Nap.) [Sed quæro cùm variè iudica-
,, batur per ipſas conſuetudines, ergo libelli
,, quærimoniarum admiſſi fuerunt, ergo non
,, poſſunt dici præſcriptæ, vt dixi ſupra in con-
,, ſuetudine præſcripta. Reſpōd. non ſequitur,
,, ſunt antiquæ, ergo pręſcriptę, cū longè diffe-
,, rat antiquitas, & præſcriptio, nā pręſcriptio
,, requirit multa, vt ſupra diximus in conſuet.
,, præſcripta, antiquitas autem ex ſolo tēpore,
,, & vſu producitur. ff. de leg. l. de quibus § in-
,, ueterata. l. diuturna, & l. ſed ea, quæ longa] ſe-
quitur idem Napod. num. 292. vbi in ſumma dicit approbationem populi ex antiquitate, & vſu reſultantem, ex quo variabatur in allegando, & iudicando, non fuiſſe multum efficacem, & hoc eſt, quod ſupra dixerat Nap. non audere dicere, has conſuetudines eſſe præſcriptas, ſed poſt compilationem multum temporis erat decurſum, ex quo poterat facilè induci præſcriptio, licet non neceſſaria, nec
25 vtilis propter Regis approbationem, † nam compilatio fuit ſub Ann. M.CCC.IIII, Napod. ſcripſit ſub anno M.CCCLI.

26 Sed melius dicas verè antiquas eſſe præſcriptas; quia, quando Rex voluit per Antiſtitem, & duodecim alios viros veras, & antiquas, & approbatas conſuetudines in ſcriptis redigi, quæ ex prædictorum, & aliorum proborum virorum teſtimonio, vel alia legitima probatione reperiri valerent nihil aliud fecit Rex, niſi reponere in iudicio, & cognitione tot virorum iudicare de veris, & approbatis conſuetudinibus; cùm ergo hoc modo iſtæ ſint in ſcripturam redactæ, clarè per ipſos viros iudicatum conſtat, has conſuetudines in hoc volumine cōpilatas, eſſe veras, antiquas, & approbatas conſuetudines, aliaſque præter ipſas non eſſe veras. Et ideo nec ſubſcribo me ei, quod Napo. dixit iſtas conſuetudines eſſe factas de expreſſo Ciuium conſenſu, per §. præfatis in hoc procemio, & quod per hoc ſint conuentiones, & pacta Ciuium, vt infr. de apert. non faciend. num. 21. cum expreſsè conſuetudines à Ciuibus ſint electæ inter varias alias prætenſas, ſed non veras conſuetudines, res enim hodie iudicata in hoc pro veritate habetur, aliud enim eſt facere, & cōſtituere, aliud eſt factum declarare, & eligere.

27 Nec obſtat, quòd in hoc volumine ſunt aliquæ conſuet. additæ, & detractæ per Bartholomæum de Capua, quià iſta detractio, vel additio non fuit circa ſubſtantiam, ſed circa congruā declarationem, vt dicit tex. procem. & innuit etiam Napo. in d. procem. nu. 327. nam poſt compilationem, factam ab Antiſtite & duodecim viris, Rex Carolus examinauit Ciues circa ſenſum ipſarum, & in illis circa ſenſum inueniſſe, inquit, communem Ciuium concordiam. Cenſuram verò approbationis commiſit ipſe Rex Carolus prædicto Bartholomęo de Capua, qui, aliquibus additis, aliquibus detractis, per declarationem congruam ſub nomine Regio compilatas, prodire curaret.

28 Quæro an conſuetudo ſit facti, vel iuris, Nap. hic in verbo ſeu, nu. 337. recitat quatuor opiniones. Primam Iacobi, quod mores, & vſus ſint cauſæ conſuetudinum, vt ſic conſuetudo ſit iuris, vſus, ſit facti. Secundam Petri, quòd tacita voluntas populi, & non vſus ſit cauſa conſuetudinis, & ſecundum hanc voluntas erit facti: quam opinionem reprehēdit more ſuo Napodan. per dictionem, ſed certè, quia iſta voluntas eſt inſeparabilis ab vſu, & non aliunde conſtat niſi per vſum. Tertiam Cyn. quòd vſus ſonet in factum conſuetudo in ius, quam opin. probat Napo. Primo diſt. 1. c. mos in gio. in fi. Secundo c. conſuetudo, ibi, moriibus, ideſt, actibus. Terrio probat, quia conſuetudo eſt ius non ſcriptum, licet in facto conſiſtat. cap. 1. de conſt. lib. 6. hinc ponit aliā opin. quæ verè eſt eadem cum opinione Cyn. quod cauſatiuè eſt facti; obſeruentiæ, eſt iuris, ſeu ius, quæ potius ab effectu partes conſuetudinis diſtinguit, quam decidat quæſtiones, quòd eſt idem, ac ſi diceret in modo ineundi eſt facti, quia intentio ipſorum non eſt con-

ſuetu-

ſuetudinem, vel legem velle creare, ſed ſim-
pliciter factum aliquod ſeruare, veluti vt bo
na veniant à Titio ad Caium, ex quo erant
antiqua; iſta eſt facti obſeruantia, ex qua con-
ſuetudo deinde reſultat.

Aduerſus hoc arguit Nap. inſtantiam dan-
do hoc modo, nam etiam in lege à principio
ineſſe poteſt factum, vt, quando leges ſcribun-
tur. Item quando lex fit ad interrogationem
Populi, vt Inſt. de Iur. nat. gent. & ciuil. §. lex
eſt, Reſpondet idem Napo. nam, licèt in legi-
bus inſit factum, tamen reſpectu vltimi finis,
& primæ intentionis, eſt ius in mente ipſorũ
conſtituentium; at quando conſideratur fa-
ctũ, ex quo repetito pluries oritur cõſuetudo,
nõ põt in ſingulis actibus exiſtere aliquod iu-
ris conceptum, prout dicitur de diſpoſitione
oriente ex varijs actibus virtuoſis, nõ eſt idẽ
actus cũ habitu virtutis, nam habitus cõſide-
ratur ſeparatim ab ipſis actibus, & in ſingulis
actib. qui faciũt deinde diſpoſitionẽ, & habitũ
nõ põt cõſiderari habitus, ſed aliqualis diſpo-
ſitio ad habitum, ſic intelligendus eſt Napod.
in eod. procem. in verb. vim legum, num. 336.
dum dicit conſuetudines eſſe facti, & in facto
conſiſtere, licet non vilis ſit earum authoritas,
& hoc eſt, quod voluit Iſer. in conſtitu. in ali-
quibus, iu verb. Quintumdecimum, verſ. opor
tet autem probari hoc ibi, dicere quòd ſic eſt
vſitatum, ſic communiter homines vtuntur,
facti eſt, non iuris, & ideo oportet probari ex-
preſsè, vt dicit l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. &
C. de ædif. pri. l. an in totum. In facto enim nõ
præſumimus, quæ iuris ſunt, non probantur,
nec ponuutur, cum certa ſint, quia ſcripta ſũt,
l. ab ea parte, ff. de probat. nec admittuntur
iuris poſitiones, l. 2. §. quod obſeruari, cum ibi
not. C. de iur. calumn. quæ non militant in
conſuetudine, cùm ea dependeat à facto ite-
rato, ex quo, ſic probato, tacita oritur volũtas
Ciuium; at in lege eſt expreſſa conſtituentiũ
volunras, legem condendi.

29 In proximè dictis approbare videtur Nap.
Cyn. opinionem, prout ſæpius facit, ex quo
ad ipſum Cyn. annotationes fecit, prout ipſe
teſtatur in conſu. de iut. dot. n. 88. in conſuet.
viro mortuo, & in conſuet. de inſtr. confect.
per Cur. prædilectus enim fuit Cyn. à noſtro
Napod. poſtquam in eo legendo tot labores
impenderit.

30 Et ex prædictis, licet conſuetudo habeat
quid facti, tamen quia in obſeruando eſt ius,
venit conſuetudo appellatione iutis ciuilis,
Caſtren. in l. non ambigitur, in princ. ff. de
legib. Bal. in l. fin. num. 11. col. 3. verſ. supereſt
videre, C. vnd. legi. Becc. conſ. 1. num. 15. qui
de communi teſtatur, non tamen veniret ap-
pellatione iuris communis, quia tunc veniret
ius commune Romanorum, non commune
municipale, latè omnia prædicta cumulat
Grat. diſcept. for. c. 308. num. 17. Cęuall. qui
de veriori teſtatur quęſt. 238. in fi. idem Grat.
cap. 99. nu. 13. 14. & 15. Qualiter autem hic
Neapoli intelligatur ius commune, & an Lõ-
gobardum, vide Afflic. in conſtit. puritatem,
num. 7. cum ſeq. & latè Marant. diſp. 2. qui
alioqui accuratiſſimus omiſit autoritatẽ An-
dreæ de Barulo in tract. differentiarum iuris
ciuilis Rom. & Longobardi, qui teſtatur, ꝙ
tunc temporis Neapoli ius Longobardum
præferebatur Romano, vt in procem. illius
31 tractatus habemus, † & miror Iulium Ferret-
tum, qui ad dictas differentias commentum
fecit, falsò Bartoli nomen eidem impoſuiſſe,
cùm ſit Andreæ de Barulo, & deinde reperi
poſt hæc ſcripta id aduertiſſe Doctiſſimum
Proſperum Rendellam in cap. 4. num. 14. de
reliquijs Iur. Longobar.

32 Sed, quia ratio eſt quarta qualitas, vel re-
quiſitum eſſentiale ipſius conſuetudinis, quæ-
ro, an conſuetudo ſit ſeruanda, quæ contra
rationem, Item quæ contra legem diſpoſuit,
in qua re veram puto conclusionem, quòd id,
quod poteſt fieri per pactum, poteſt introduci
conſuetudine, & è conuerſo id, quod non
poteſt fieri per pactum, non poteſt conſuetu-
dine introduci, glo. in cap. non putamus, vbi
dom. ibi intelligit, quando ratio quare non
valeat pactum concludit ad conſuetudinem,
vbi verò non concludit ad conſuetudinem,
vel è contra, non procedit argumentum ad
prædicta Marant. conſ. 1. num. 5. cum ſequen.
vbi refert autoritates Barto. Bald. Alexan.
& Iaſ. Et hanc propoſitionem non intelli-
gas, prout dicit Innoc. in cap. ex parte, de con
ſuet. verſ. ſed forte, ibi, quod per pactum eſſe
non poteſt, vbi dicit conſuetudine exteros nõ
conſentientes ligari, & per pactum id fieri nõ
poſſe, quia intelligitur per conſuetudinem
reſpectiuè ad eos, qui ea ligantur, & ſecundũ
conſuetudinis naturam aliqua fieri, & diſpo-
ni, quæ ſeruata natura pacti in eis, in quibus
pactum diſponit, de eius natura diſponere
poteſt, & ſic intelligitur iſta propoſitio, quia
alias nec furioſus paciſcere poteſt, nec pupil-
lus, & tamen ligantur cõſuetudine infr. Nap.
in procem. Carol. nu. 290. & ibi dicam, & ad
hoc videas optimam gloſam Caroli in Lon-
gobard. de cõſuetudine, qui poſt relatas opi-
niones præceptorum ſuorum in hac contro-
uerſia; in qua varia, & contraria vidiſſe, &
audiuiſſe dicit, qui fuerunt Placentinus, Od-
do ipſius auditor, Bulgar. & Ioannes, inquit
„ ipſe; [Ego autem ſic, ſi lex pactis immutari po-
teſt,

„ teſt, exiſtimo conſuetudinem præferri, nam
„ conſuetudo Populi conſenſu nititur, ſi verò
„ pactum contra legem non admittitur, tunc
„ conſuetudo contra legem non admittitur.] Videas eum, nam optimè loquitur, quas glo ſas ego habeo originarias, & integras, & aliter quam ad præſens extant in glo. Longobar. & fortaſsè in lucem prodibunt, Deo fauente, & aduerſus quod in d. glo. habes plura exempla, in quibus per pactum leges immutari nō poſſunt, ſic etiam arguit affirmatiuè, quod per pactum poteſt fieri, poteſt per ſtatutum, Bar. in l. 1. §. familiæ, ff. de public. per tex. in l. non eſt impoſſibile, ff. de pact. l. nec ex prætorio, ff. de reg. iur. vbi Decius in fi. glo. in rub. C. de decret. decur. lib. 10. & ibi Doct. & quod poteſt fieri per pactum, poteſt per conſuet. Bart. Bal. & alij in l. vlt. C. de fideicommiſſ. Alex. conſ. 120. in fi. lib. 6. Dec. in c. 1. in lect. 2. nu. 6. extra de conſtit.

33 Dicas ergò, ſi conſuetudo non eſt contra legem diuinam, ſeu gentium, ſeu poſitiuam, eo ipſo eſſe rationabilem, ex quo irrationabilis non apparet, magna enim eſt conſuetudinis autoritas, l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. quæ autoritas ex tacita Ciuium conuentione, vt diximus, inſurgit, cap. illa, 12. diſt. & ibi gloſ. & hoc intelligas de conſuetudine præter ius; ſi verò eſt contra legem, eo ipſo erit irrationabilis, quia inferiores non debent venire contra ea, quæ à ſuperioribus ſtatuta ſunt, 11. diſt. cap. conſequens. & cap. ſeque. & hoc eſt, quod dicit tex. in cap. fin. dum dicit, quòd cōſuetudo non præiudicat iuri poſitiuo, niſi ſit rationabilis, quaſi prima facie præſumatur irrationabilis, nam arguitur temeritas eorum qui contra ius inducunt conſuetudinem, cap. quanta, de conſuetu. ver. præſumat, cap. quæ contra, 8. diſt in. cum ſeq. & ei, qui allegat conſuetudinem incumbit probatio, quòd ſit rationabilis, & poterit eſſe rationabilis, dato, quòd ſit contra ius, vt, quia aliqua ratione particulari fuit inducta, propter quam veriſimile eſt, ꝙ Princeps conceſſiſſet veniri contra ius, cap. cum dilectus, de conſuet. quæ iuſta, vel rationabilis cōſuetudo, Rebuff. nu. 10. 11. 12. & 13. quæ honeſta, & rationabilis, nu. 44. ſed an iniuſta conſuetudo ſit ſeruanda, vide Iſer. in §. mulier, ſi de feu. defun. mil. quo loci dicit vſum irrationabilem, etiam vbi eſt, non debere ſeruari, & in c. Titius, verſ. quòd, ſi Titius, in fi. dicit vſum dictum, carentem ratione, ſeruari in loco vbi eſt, vide eundem in tit. de fil. nat. ex matrimo. admorg. contr. in fin. in tit. quo tempore miles col. 5. circa med. verſ. vbi eſt contrarius, vbi, licet irrationabilem eſſe ſeruandam iudicij conſuetudinem, in tit. per quos fiat inueſt. §. ſed etiam res, col. 3. nu. 7. nec trahendum ad ſimilia, ſed tamen dicas tu, Andream non eſſe contrarium, quia intelligitur de facto in ſe neceſſitatem præexiſtentem habente, vbi eſt malus vſus, ibi, ſit, & ibi ſeruetur, quia, ſi eſt actu, non benè diceret cōtrarium, ſed dicit Andr. non deberet ſeruari, licet ibi ſeruetur, non deberet ſeruari, licet cōtra rationem ſeruetur, & ideo in eod. tit. cap. filij nati, nu. 2. dicit hic vſus erit, vbi eſt, vbi non eſt tale pactum, non valebit, & ſic ſe re-

34 fert dixiſſe idem in d. §. mulier, † exempla rationabilis conſuetudinis habemus in cap. certificari, de ſepult. cap. de trina, de conſecr. diſt. 4. cap. ſuper eo. de cognat. ſpirit. cap. 1. 16. diſt. cap. vtinam, 76. diſt. cap. cum omnes, de conſtit. cap. 1. de cleric. ægrot. cap. ex parte, de conceſſ. præben. cap. cum ad quarundam, 84. diſt, cap. pudenda, 24. q. 1. l. item eorum, in prin. ff. quod cuique vniuer. no. l. etſi ſine, §. Lutius, ff. de admin. tut. l. 3. §. non tantum, ff. quod vi, aut clam, l. non tantum, ff. de decurio. l. ſemper, §. legem, ff. de iur. immun. l. fi. C. de teſtam. l. miſſi, C. de exac. trib. lib. 10. l. 1. C. quę ſit long. conſuet. l. 1. de petit. bon. ſublat. lib. 10. l. ſi fundus, ff. de euict. l. cum delanionis, §. aſinam, ff. de fund. iuſtruct. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. vel vniuerſorum, ff. de pign. act. l. exceptio, C. locat, l. ſi publicanus, in fi. ff. de publica. l. parabolani, C. de epiſc. & cler. l. 1. §. fi. ff. de ventr. inſpic. § pauonum, Inſt. de

35 rer. diuiſ. † hæc exempla de rationabili ſufficiunt de irrationabili habes glo. in c. fi. de conſuet. in c. 2. de prob. & c. 2. de tempor. ordin. cap. certum, de iur. calum. cap. ad noſtrum eod. tit. c. cum decorem, de vit. & honeſt. cler. cap. extirpandæ, cap. fi. de præben, c. conſtitutus, de fide inſtr. c. aqua de conſec. eccl. vel alt. cap. quanta, de conſuet. c. 1. de cler. non reſid. in 6. c. 1. de cler. ægrot. in 6. c. 1. de conſuet. in 6. c. 1. de capell. monach. in 6. c. ſi epiſcopus, de pęn. & remiſſ. in 6. c. cum non deceat, de elec. in 6. in clem. ſtatutum, de elect. & de iure ciuili, l. 1. in princ. de vſur. l. eos, C. eod. in Auth. habita, C. ne fil. pro patr. in Auth. nauigia, de furt. in Auth. oēs peregrini, C. com. de ſucceſſ. in Auth. caſſa, C. de ſacr. ſan. eccl. contra ius gentium nō valere conſuet. explicat Rebuff. nu. 49. nec contra ius naturale, Idem nu. 45. Quæ verò conſuetudo, ac rationabilis iure cenſeatur in arbitrium Iudicis eſſe repoſitum Menoch. latè in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cēt. 1. caſu 82. vbi alias habes opin. de hac quæſt. & concluſiones, ad eum recurras, & Cęuall. q. 534. & 359. dicas etiam, quòd quando conſuetudo

ſuetudo eſt prima, & lex poſterior, tunc lex conſuetudinem derogat, Gail.obſer.31.nu.6.

36 Quando conſuetudo eſt poſterior lege, vincit legẽ, at quando conſuetudinem futuram in ſpecie tollit lex, tunc non valet conſuetudo, quia expreſſè infirmatur à lege Didac.lib. 3.reſolut.c.13.nu.4.Gabr. lib. 5. de præſcrip. concl, 1.num.27.cum ſex ſeq. Gail.lib.1.obſeru.18.num.2. Graſſ. lib.1. cap.1. quæſt.15. Viu.lib.1.conſuetudinem iniquam cum verſ. ſequen.

Limitatur Primò, quãdo ex noua cauſa eſt introducta conſuetudo, quia tunc valet, non obſtante, quòd lex illam tollat, Viu.lib.1.con ſuetudo ex noua, Suarez c. 286. Dydacus d. nu.4.verſ.tertia concluſio.

Secundò, quando lex non damnat conſuetudinem, ſed dicit, non obſtante conſuetudine nu.4.Couar.verſ. quarta concluſio.

Tertiò, quando eſt immemorabilis cõſuetudo, valet, Dydac.c.13.num.5. Gabr. nu.72. cum ſex ſeq. ſed ſemper intelligas, dummodo non ſit damnata propter irrationabilitatem, & quòd ſit conſuetudo, quæ alias, ſi non adeſſet, iuris prohibitio valeret, nam alias non valeret, nec cum tempore immemorabili, c.ſi conſuetudinem, vbi DD.8.diſt. tempus enim immemorabile eſt aptum tollere legis prohibitionem, quia eſt inſtar priuilegij, quod legẽ priuat, §.ductus aquæ, non tamen poteſt mutare materiam ipſius, & iniquitatem in æquitatem vertere, tollit etiam prohibitionẽ præſcriptionis, quia non intelligitur ſublata per clauſulã, nulla præſcriptione obſtante, Andr. fol.164.col.3.& alij relati per de Pont. deciſ. 2.vbi not. in quo differant præſcriptio, priuilegium, immemorabilis, & conſuetudo, inquit enim Afflic. in conſt. baiulos omnes, nu. 61.immemorabilem conſuetudinum habere vim pacti, ſolemnis decreti, mandati, & eſſe actum practicum, & quinque caſus diſtinctos, in quibus præcedit lex derogatoria conſuetudinis, & quando valeat, vel non, pouit Petr. de Rauenn. in dictis allegatiouib. in materia conſuet. verſ. præcedit lex derogatoria ad cõſuetudinem, quos colligit ex dictis per Dominic. in cap.1. de conſtit.in 6.

37 Sed dum hic in materiam centenariæ, & immemorabilis præſcriptionis incidi, nolui omittere vnum, in quo vt plurimum equiuocare vidi in iudicio Aduocatos, dum putant in centenaria præſcriptione errare illos, qui faciunt exhiberi priuilegium, vel conceſſionem ſine aſſenſu, vt per hoc, quaſi principium ſit infectum, tota ipſa centenaria deſtruatur, nam illa propoſitio non procedit, quando titulus, qui producitur, excedit tempus centum annorum, nam tunc per centenariam ſuppletur aſſenſus in contractu, & quòd centenaria ſuppleat certum, & ſpecificum aſſenſum, & prędicta propoſitio in eo non procedat, Frecc.de ſubfeu.lib.2.q.28.num.5.cum pręced. Lanar.cons.94.in final.verbis, & melius explicauit, quàm alius de Pont. in conſil. 155.nu.11.vol.2. nam ſolemnitas deficiens in ipſo titulo, qui producitur, licet nõ appareat, ſuppletur per centenariam, quando poteſt ſubſequi in alio inſtrumento, vt optimè dixit Dec.conſ.341.nu.13. quem ſequitur Theſau. quæſt.for.lib.2.q.27.nu.19.in fin. ſecus ſi conſtaret nullitas intrinſeca ipſius tituli, quia eſſet facta conceſſio à non habente poteſtatẽ, prout notat Lanar.loc.cit.nu.3.& 4. Aſſenſus enim poſſet ſubſequi, & pręcedere, & eſt quid extrinſecum, & ſeparatum ab ipſo titulo, & per hoc non afficiet centenariam: ſecus quãdo expreſſè conſtaret, quòd aſſenſus non interueniſſet, vt ibid. innuit Freccia, quod intelligas, quando conſtaret per partis confeſſionem, prout exemplificat Anna alleg. 1. nu. 35.ex Affl.deciſ. 197. aliud enim eſt conſtare, quòd aſſenſus non interueniſſet, vt ibidem innuit Frecc. quòd intelligas, quando conſtaret per partis confeſſionem, prout exemplificat Anna alleg.1.num.35.& Afflic.deciſ.197. aliud enim eſt conſtare, quòd aſſenſus non interuenit, & procedet dictum Frecciæ loc. cit. aliud, quãdo non conſtat, quòd interuenerit, & tunc per centenariam ſubſequentem erit aſſenſus certus, & ſpecificus probatus, de Põt. d.conſ.nu. 8. Iniuſtitia enim tituli per centenariam ſubſequentem purgatur.

38 Quæ verò requirantur ad hoc, vt per conſuetudinem contrariam tollatur lex, vide Sebaſt. Medic.in tract.de leg 4.par.q.35. & diſtinctè Burſat.conſ.339.num.16.& 17.vol.3. qui diſtinxit tres terminos. Primum nõ vſus, cùm nunquam caſus euenerit, & tunc nunquam lex tollitur. Secũdò deſuetudo, nempè, ſi caſus euenerit, ſed non fuit petita exequutio ipſius actus. Tertiò, contraria conſuetudo, quæ non introducitur, niſi quatuor concurrentibus. Primò, quòd ab initio lex non fuerit obſeruata. Secundò, quòd conſtet de vniformi contraria conſuetudine. Tertiò, quòd euenerit caſus ſeruandi illam legem, quæ fuerit allegata, & non obſeruata animo inducendi contrarium. Quartò, quod in contradictorio iudicio contra illam legem pro contraria conſuetudine fuerit obtentum, ac iudicatum, vt apud ipſum videri poteſt, videas etiam ad prædicta Benintẽ.deciſ.14.& allegatos a Burſat.loc.cit.

39 Nap.hic nu.41.remiſſiuè tractat, qualiter pro-

Digitized by Google

probetur cõſuetudo. ſed videas praxim Petri de Rauenn. in eo, ꝙ teſtis, teſtificans de conſuetudine, debet dicere, dum inquit, [dicit te-
„ ſtis, quòd ita eſt conſuetudo, interrogatus de
„ cauſa ſcientiæ, dicit, quod ita audiuit, & vidit
„ obſeruari, & practicari, & fieri in Palatio cõ-
„ munis, & populi publicè, & notoriè longo
„ tempore in multis litibus, & cauſis, & in om-
„ nibus, in quibus ipſe interfuit, interrogatus, ſi
„ potuiſſet eſſe, & fieri contrarium, eo neſcien-
„ te, reſpond. quòd ſic, quod hic teſtis reddit bo
„ nam rationem Bal. in d. l. de quibus, & ſi ha-
„ bet conteſtem probat, etiam ſi vterque red-
„ dit eundem ſermonem, quia eſt ſermo iuris
„ neceſſarius probationi; non obſtat, quòd di-
„ xit ſe neſcire contrarium, quia non præſu-
„ mitur contrarium, ſi ergo teſtis aſſertio eſt
„ ſufficiẽs, illa adiectio non vitiat, quia id, quod
„ eſt poſſibile, non præſumitur verum, ſecun-
„ dum Bald.

Sed quid, ſi teſtes dicũt, ꝙ ita eſt cõſuetudo, nec vltra dicant, an ſit probata conſuetudo? & Bart. loco cit. diſtinguit, quod aut illi, qui ſic deponunt, ſunt homines periti, vt aduocati, vel boni procuratores, tunc valet dictum eorum; quia peritis in arte credendum eſt, ſecundum eorum doctrinam; aut ſunt homines imperiti, & videntur dixiſſe de facto, quòd talis eſt vſus, arg. eorum, quæ not. in l. ſtipulatio iſta, §. hi quoque, ff. de verb. oblig. vtrum autem ex tali vſu reſultet conſuetudo, prout eſt ad propoſitum, remanet in examinatione Iudicis, conſideratis his, quæ dicuntur in materia conſuetudinis, ſed contra iſtam diſtinctionem Bart. allegatur doctr. eiuſdem Barto. in l. 1. C. de vſur. l. ſciendum, ff. de verb. oblig. vbi dicit, quòd, licet Aduocatus productus in teſtem, dicat, quòd talis promiſit per ſtipulationem, non tamen per hoc erit probata ſtipulatio, ſed debet dicere præcedente interrogatione tali, & tunc Iudex præſumet ſtipulationem: non enim pertinet ad teſtes iudicare, & quòd tales teſtes non probent conſuetudinem, niſi deponant de facto, ex quo reſultat probatio conſuetudinis; probatur ſic, quia cũ cõſuetudo ſit ius, ex facto reſultans, percipitur magis iudicio iuris, quam ſenſu corporeo, nec poteſt valere dictum eorum, niſi cauſam ſui dicti aſſignent, quam aſſignare debent concludentes, etiam non interrogati, alias nõ probant, ſicut cum deponunt, aliquem eſſe dominum, niſi dicant per quem modum, vt notatur in l. ſolam, C. de teſtib. & ideo ſingulariter dixit Inno. in c. cum cauſam, de teſtib. quòd, quando tale quid eſt probandum, quod non eſt obiectum ſenſus, & intellectus non creditur teſti, niſi per cauſas facti, quas, ſi aſſignat conſtat ipſum ſcire, aliàs teſtimonium ipſum excedit noriſſimos terminos officij teſtis, & efficitur altioris inquiſitionis, ideſt, tranſcendentis ad rationem, intellectus, quæ ratio dicitur potius iudicium, quam teſtimonium, & hæc dixit Bal. in l. ſolam, in princip. C. de teſt. Miſing. prædicta obſer. 41. cent. 6. nu. 14.

40 Sed, quia ex proximè dictis poſſet dubitari, an actus iudiciarius requiratur ad conſtituendam conſuetudinem, dicas, quod non, quia conſuetudo reſultat ex moribus, & vſibus, qui poſſunt eſſe in iudicio, & extra, & dato, quòd actus iudiciarius interueniat, tamen per ipſum, tanquam per inditiarium, non inducitur conſuetudo, ſed per hoc, quod oſtenditur tacitus conſenſus populi aſſentientis, l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuet. Cardinal. in cap. fina. q. 19. & 20. Gail. lib. 2. obſer. 31. num. 8. Graſſ. lib. 1. c. 1. q. 11. Menoch. lib. 2. præſump. 8. nu. 13. in fi. Miſing. cent. 6. obſer. 41. nu. 15. & an ſententiæ prolatæ, & non executæ inducant conſuetudinem Bart. in repet. l. de quibus. vbi diſtinguit tres caſus, & demum dicit induci ex ſententijs nullis conſuetudinem, ſi fuerunt executioni demandatæ.

41 Quemadmodum conſtituitur conſuetudo, ſic conſtituta tollitur per contrariam conſuetudinem, nec per vnicum actum, in contrariũ factum, tollitur, nec mutilatur conſuetudo, poſtquam eſt introducta, niſi per abolitionẽ primæ conſuetudinis, Bald. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. glo. in l. nemo, §. temporales, ff. de reg. iur. & in d. l. 2. Bart. in l. 2. in fi. ff. ſolut. matr. qui allegat glo. prædictam, & Abb. in c. pro illorum, de præben. & quemadmodum ad tacitum conſenſum contrarium conſtituẽdum requiruntur ea, quæ ſupra de conſuetu. diximus, ſic, quando eſſet expreſſus conſenſus in contrarium, quaſi per ſtatutum contrariũ videretur tolli prædicta conſuetudo, Aret. conſi. 23.

42 Nec obſtat quod dicit Coller. de proceſſ. execut. cap. 10. nu. 110. c. 3. no. 33. par. 1. quòd vnicus actus contra conſuetudinẽ interrumpit præſcriptionem, nam intelligitur, quando præſcriptio nondum fuit perfecta; nam, poſtquam præſcriptio fuit perfecta nõ interrumpitur per actum ſingularem in contrarium, ſed requiritur conſuetudo contraria, eaque completa præſcriptione, vt ſupra diximus.

43 An erroneus conſenſus tollat conſuetudinem, vel potius conſtituat, Nap. hic num. 26. dum in diffinitione reprobat opin. illorum, qui dicebant moribus rectè initiatis, ex ratione, quia errore, ſiue in medio, ſiue in fine interueniat, remouetur conſenſus, videtur proinde ſimpliciter tenere, per errorem ex-

cludi conſuetudinem, & in hoc videtur am-
plecti ſuppletionem poſitam in Bart. diffini-
tione in d.l. de quibus; ibi, ratione initiatum,
& continuatum, & introductum, in qua
quæſt. ſunt variæ opiniones. Prima eſt, quòd
non inducatur, quam videtur Nap. amplecti,
ex l. ſi per errorē, ff. de iuriſd. om. iud. Secun-
da eſt, quòd erronea conſuetudo valeat, ſed
non trahatur ad ſimilia, & licet errent, tamē
Ciues tacitè conſentiāt, quod intelligas abſq;
dubio in conſuetudine, immemorabili præ-
ſcriptione fulcita, & error tunc dicitur ex-
cludere certam ſcientiam, ſed non tacitum
conſenſum, & ſicut Populus poteſt facere cō-
tra legem per vſum ſcienter tranſgredientiū,
fortius per vſum ignoranter id agentiū. Ter-
tia eſt opinio diſtinguentium inter errorem
facti, & errorem iuris, vt primo caſu error nō
habeat conſenſum. Secundo caſu, cùm popu-
lus errat in iure, aut naturali, aut poſitiuo: ſi
naturali, non tolli, quia nec ex certa ſcientia
tolleretur, cap. ſi. de conſuet. ſi poſitiuo, tolli,
quia expreſsè poſſet contrauenire. Quarta eſt
opinio, quòd, aut agimus de conſuetudine
contra legem, aut præter legem, ſi contra le-
gem errorem impedire, quia agentes crede-
bant obſeruari legem, ergo non debet talis
conſenſus contra legem operari: ſi præter le-
gem, aut populus errat in cauſa impulſiua, aut
finali. Primo caſu induci conſuetudinem. Se-
cundo caſu non; arguendo ab vltima volun-
tate, quæ legi æquiparatur, l. cum tale, §. falsā,
ff. de cond. & demon. ad prædicta Cardin. in
d. cap. fin. 17. q. refert Petr. de Rauen. in præ-
dicta alleg. fol. mihi 484. verſ. quærit etiam
poſt apparatum ipſius ad vſus feudales, vide
Gabr. lib. 1. de probat. concluſ. 8. Vaſquez lib.
2. c. 89. nu. 9. Gaill. lib. 2. obſer. 31. nu. 11.

44 Plurā dicta ſunt de conſuetudine conſti-
tuenda, non erit ē omittendū aliquid dicere
de interpretatione conſuetudinis, in qua re
ne te pigeat legere formalia verba Napo. in
proœm. nu. 339. in verb æquitatis; ibi, [Ad-
„ uertendum, quòd cæteræ annullantur tan-
„ quam non æquæ, ergo iſtæ ſunt fundatæ ſuper
„ cenſura æquitatis, & ſic non ſunt intelligen-
„ dæ ſub intellectu odioſo, ſed potius æquo:]
iddem dicit Napo. infr. in conſuet. ſi quis, vel
„ ſi qua, ſub nu. 182. ibi, [Præterea iſtæ conſue-
„ tudines fuerunt factæ ſub cenſura æquitatis,
„ & rationis.] & ibidem de Franch. lit. A. pro-
bat, conſuetudinem eſſe ſtricti iuris, & non
recipere extenſionem, quia eſt facti.

Subdit etiam ibid. Nap. in d. proœm. num.
340. in fin. verba quædam notabilia ibi, [Eſt
„ ergo intentio Principis compilatoris, & po-
„ puli introducere æquitatem per has conſue-
„ tudines, & ſic intelligentia æquitatis præfer-
„ tur in his conſuetudinibus, quod ad multa
„ prodeſt, & in proœmio Caroli in principio
„ nu. 2. dum dicit [materialem cauſam genera-
„ lem ipſarum conſuetudinum æquitatem eſſe,
„ & ius municipale, quòd eſt æquum, & bonū.
„ ff. de iuſt. & iur. l. 1.] & idem Nap. in conſu.
ſi quis emit. nu. 7. de iur. congr. inquit, cōſue-
tudiues eſſe ſtricti iuris, & ſtrictè eſſe recipiē-
da eius vocabula. Conſuetudo enim eſt ſtricti
iuris, & ad vnguem obſeruanda, Bal. in l. qui-
cunque, C. de ſeru. fugit. Abb. in cap. 2. de con-
ſuet. fundanda igitur erit ex prædictis inter-
pretatio harum conſuetudinum in æquitate.

45 Vnde nō erit incongruū ipſius diffinitio-
nem perſcrutari, & variæ ponuntur diffini-
tiones: Speuſippus. n. dixit quod æquitas eſt
iuſtorum condecentiumque remiſſio, mode-
ratio in commertijs ordo naturalis animæ
quoad honeſta, & turpia, Cicero lib. 3. offic.
dixit, quod æquitas appellatur verum ius, &
germana iuſtitia, hinc Budeus in l. 1. ff. de iuſt.
& iur. æquum & bonum dicit abſolutam
æquitatem, & bonitatem iuris, & medullam,
& germanā iuſtitiam, quam cenſendo aſſequi
non eſt cuiuſuis iuriſperiti, & ibid. plura de
bono & æquo. Salamonius in commentar. in
tit. de iuſt. & iure, dixit quod æquitas eſt per-
fecta ratio, quæ leges, & omne ſcriptum, di-
ctumque interpretatur emendat, ex qua ius
manat, quod bonum & æquum dicitur nullo
ſcripto comprehenſum, ſed in ſola vera ratio-
ne conſiſtens Salyc. in l. placuit, C. de iudicijs
ex diui Cypriani authoritate, dicit, quòd æ-
quitas eſt iuſtitia, dulcedine miſericordiæ tē-
perata, Bal. in l. 1. col. 4. ff. de iuſt. & iur. quòd
æquitas eſt iudicium, in quo, circumſcriptis
regulis iuris, ſtatuitur ad dictamen] rationis
naturalis, Ariſt. dixit lib. 5. Ethicor. cap. 9. &
alibi Bal. dicit, quòd æquitas nihil aliud eſt,
quam naturalis ratio, l. ſcire oportet, §. ſufficit
ff. de excuſ. tut. & ideo dixit Nap. in conſuet.
ſi aliquis moriens, de ſucceſſ. ex teſt. nu. 34. in
legum interpretationibus naturali iure mo-
deramen nos ſemper habere debere, C. de bo.
quæ lib. l. non fine, circa med. quod eſt iddem
cū æquitate, vt dixi, & Affl. in conſtit. circa
violentiarum, 6. not. dicit, quòd æquitas eſt
quodam temperamentū rigoris; melius Ger-
ſon in regul. moral. in princ. dixit, æquitas eſt
iuſtitia, penſatis omnibus circunſtantijs par-
ticularibus, dulcore miſericordiæ temperata,

46 † & hoc ſcire, inquit Napo. ad multa prodeſt
in interpretatione harum conſuetudinum, in
quibus intellectus, æquitate ſuffultus, debet
omninò præualere, non tamen nego, quod in
noſcenda iſta æquitate, ſub autoritate iuris
per-

pernicioſè erratur,vt inquit tex.optimè hoc
dicens in l.ſi ſeruum,§.ſequitur,ff. de verbor.
oblig vnde Ariſt.1.Ethicor.dixit,æquitatem
eſſe regulam Lesbiam, quæ nunc erecta eſt, ſi
paries planus,nunc obliqua,ſi murus aſper,&
dum hæc ſcriberem incidit in noſtras manus
mimimum numiſma Regis Ferdinandi effi-
gie ſignatum cum reuerſo equi cum verbis
regit æquitas,à quo ad hæc vſque tempora
minimũ numiſma vulgariter caballus nomi-
natur. Cõſequens eſt,vt de contrario æqui-
tatis aliqua ſcilicet de duritia legis exempla
enunciemus ad noſcendam etiam æquitatẽ.&
47 Primò Au. Gell.noct.act.c.1.lib. 20. vbi de
duritia legis XII.tabul.& quæ intelligenda
dura lex.l.ſi adulterium cum inceſtu,§.liber-
to,ff.ad leg.Iul.de adult.l.proſpexit, ff.qui,&
à quib.quæ in hac re eſt anteſignana,l.ſi quis
ingraui,§.ſed cum omnes,ff.ad Syllan. & in
l.hæres abſens,§.proinde, ibi, duriſſimum,ff.
de iud.c.l.illud,in princ.ff. de petit. hæred l.
cum de ætate , ff. de probat. vbi durities ini-
quitati aſſimilatur,l.1.C.ſi quis Imperat. ma-
lè dixit,vbi aſperitati aſſimilatur, l.fin.C.de
fide inſtrum.l.hæ operæ,circa fin.ff.de oper.
liber.dura conditio reijcitur in l. cum ita le-
gatum, ff.de cond.& demon.& iniuſtitiæ aſ-
ſimilatur,l.pen.C.de vſufr.l.cum pater , §. cũ
æſtimaret,in fi.ff.de leg.2.vbi durum videtur
exercere in aliquo caſu æquitatem , & ſic im-
plicitam duritiem in exercitio æquitatis ha-
bes,Iſer in tit,de cap.qui cur.vendi. in fi.ad-
dit.intellexit , l. proſpexit intelligi , ſcilicet,
quando aliquis publicus fauor hoc ſuaderet,
dura eſt deciſio tex. in l.deducta , §. qui poſt
tempus, ff.ad Trebell. vt dicit de Franch. de-
ciſ.49. & Paul.de Caſtr. dicit, quòd quilibet
reſponderet contrarium,& de duritia, l.pro-
ſpexit, & eius ſimilitudine , remiſſiuè de
Franch.deciſ.259.nu.17. in fin. plura de duri-
tia,ac ſubtilitate iuris,ac ſimilibus , Coraſ. in
miſcell.cap.8.lib.2.nu. 12. vide etiam Napo.
in conſuet.ſi quis aliquam,de pignor. nu.4.in
fi.vbi dicit duram eſſe illam conſuetudinem,
qua dicitur ſtari dicto creditoris cum ſacra-
mento ipſius de pecunia credita vſq; ad quan
titatem valoris pignoris obligati,ex quo non
videtur veriſimile, quòd quis mutuet tãtum,
48 quãtum valet pignus: † arguo etiam ex Ada-
gio Neapolitano ex pignore accepto deſum-
pto,dum dicunt, quem eſſe iam moriturum ,
dicunt,*ſtà per quanto vale*, ad denotandum,
non eſſe amplius ſpem luitionis,& in princi-
pio Nap.aſperam regulam illam dicit,& pul-
chram. Sed nolui omittere vnam quæſtionẽ,
quæ ex prædictis moueri poſſet,dixit ſupra
49 † Nap.conſuetudines eſſe ſtricti iuris , ſi ſunt
ſtricti iuris quonam modo poſſunt etiam in-
ſimul ſub cenſura æquitatis eſſe compilatæ,
nam videtur, quod ſi ita ſunt dicendæ ſtricti
iuris , vt opponantur bonæ fidei , quod con-
tractus bonæ fidei in hoc differunt a contra-
ctibus ſtricti iuris;nam bonæ fidei dicuntur,ex
quibus ſimplici quadam ratione boni,& ęqui
abſque vlla ſubtilitatis diſputatione pręſtan-
da ſunt,etiam ea,quę non fuerunt nominatim
inter contrahentes dicta: ſtricti verò iuris ar-
ctis finibus concluſi,nihil admittunt , quam
cuius facta eſt mentio,§. in bonæ fidei , inſtit.
de act. Iulianus in l.conſenſu,in fin. ff.eo.titu.
l.bona fides,ff.depoſiti, & alia plura, quæ de-
clarantur ſubtiliter à Coraſ.in miſcellan.lib.
2.cap.8.nu.9.Sed tu dicas ſtricti iuris eſſe con
ſuetudines,ex quo ſtrictè ſunt ipſius vocabula
accipienda,nec debere excedere perſonam ,
vel rem nominatam,nec de re ad rem; nec de
perſona ad perſonam eſſe extendendas, prout
in conſuet.feud. etiam dixit Iſer. in 1. quæſt.
prælud.non tamen per hoc tollitur,quin in
ipſarum interpretatione æquitas ſit, & non
rigor,& durities ſequenda , prout in iudicijs
feudorum, maximè etiam æquitatem eſſe
ſequendam , Iſern. de controuerſ. inueſt.cap.
quod autem col.2. nu.2.in fi. & plura dicit in
§. ſed qui delator,in fin.quæ ſit prima cauſa
benef.amitt vbi videas,& tamen certum eſt,
ꝙ contractus feudi non ſit bonæ fidei,ſed ſtri-
cti iuris, ex quo non eſt de enumeratis in §.bo
næ fidei,inſt.de act. Eſt igitur proprium ęqui-
tatis ſtricti iuris rationem,vel intendere , vel
remittere,ita vt quandoque æquitas ſit æqui-
tatem non ſeruare,vt ſupra dixi . Cætera de
interpretatione,quia ſunt communia , omit-
to , & conſulas Alciat. in quatuor libris de
verb & rer.ſignif. vbi optimè de interpreta-
tione ſtatutorum agit; alia, quæ propius tan-
gunt noſtras conſuetudines,dicemus in locis
particularibus,in quibus de ſpeciali , ac indi-
uidua vniuſcuiuſque conſuetudinis interpre-
tatione agetur.Prædicta nobis dixiſſe ſufficiat
quoad Napodani proœmium potius , ne ſine
principio rem aggredi viderem , autorita-
te Iuris Conſulti in l.1.ff de orig.iur.quàm vt
neceſſarium præciſè hoc eſſe duxerimus,cum
quaſi omnia ſint merè ciuilia.

§. 3. Præludiorum.

1 *Clerici quoad ipſorum perſonas,vel bona re-
gulariter non ligantur conſuetudine.*
2 *Clerici diſponentes non ligantur conſuetu-
dine reſtringente diſpoſitionem ,*
3 *Archiepiſcopi interuentus in compilandis*

conſuetudinibus qualis fuerit.

4 *Philippus Minutulus fuit Archiepiſcopus Neapolitanus, & ipſius laudes, & plura de ipſius vita.*

5 *Clerici non ligantur conſuetudine, ex quo Archiepiſcopus interuenit in illarum cõpilatione.*

6 *Appellatur à clerico delegato à Rege ad ipſum Regem, vel ſuperiorem laicum, & nõ ad eccleſiaſticum.*

7 *Epiſcopus non poteſt ſtatuta condere in clericis, ſine capitulo.*

8 *Clerici habentes ordines ſacros, item in minoribus ſunt exempti à diſpoſitione conſuetudinis, & quid in clerico coniugato, num. 9.*

10 *Clerici tenentes feuda, vel conuenti de feudo conueniuntur coram iudice laico, & declaratur capitulum item ſtatuimus Caroli Primi per inueſtituram Regni, cuius verba ponderantur.*

11 *Capitulũ Regni Caroli Primi itẽ ſtatuimus declaratur in illis verbis ſuper feudi iudicio, & petitoria aliter quam hucuſque a cæteris declaratum fuerit.*

12 *Conſuetudo arctans diſpoſitionem procedit, etiam ſi laicus in eccleſiam, vel eccleſiaſticam perſonam diſponat.*

13 *Item procedit conſuetudo ab inteſtato, quãdo clerici ſuccedunt laicis.*

14 *Conſuetudo excludens fœminas per maſculos in ſucceſſione, procedit etiam inter filios clericos, & nu. 16. & 17.*

15 *Molfeſius notatur in 2. par. q. 7. de perſonis. nu. 24. & alibi.*

16 *Monialis ſoror in ſucceſſione patris non habet niſi paragium in greſſarum.*

17 *De Franchis dictum deciſ. 411. in fin. diſcutitur, an ſorores admitti debeant in ſucceſſione contra fratrem clericum.*

18 *Clericus proximior in gradu coniunctus ex parte patris non excludet remotiores coniunctos ex parte matris in maternis.*

19 *Clericus pro patrimonialibus coram iudice ſeculari agens iudicandus ſecundum iura laicorum.*

20 *Clerici vtentes diſpoſitione principis ſecularis debet ea vti cum omnibus ſuis qualitatibus,*

21 *Conſuetudo, quæ nõ procedit patre vel matre exiſtente in medio nõ procedit quãdo agitur inter alios, qui ſuccedunt cum eis, & ſic maſculus fœminam excludit.*

22 *Conſuetudo procedit, quando ſucceditur clerico morienti.*

23 *Clericus an poſſit vti conſuetudinis beneficio contra laicum diſponẽtẽ, & latè diſcutitur deciſio facta in cauſa Petri Limæ cũ fratre Ioan. Baptiſta de Adiutorio.*

24 *Cõſuetudo ſic fœminam in nouem partibus diſponentem, arctat, prout maſculum in medietate.*

25 *Conſuetudo quomodo arctet diſponentem, & quod ipſum arctet ad beneficium vocatorum ad portionem indiſpoſitam.*

26 *Conſuetudo prohibens diſpoſitionem antiquorum maternorũ non procedit, quando in bonis maternis non eſſet coniunctus ex parte matris qui ſuccederet.*

27 *Clericus vti non arctatur diſponens, ſic ratione æqualitatis non poteſt laicum diſponentem arctare.*

28 *Clericus quando cum eo laicus vocatur, vtitur beneficio laici in arctando laicum diſponentem, licet ſolus non poſſit, num. 32. Et quid ſi laicus nollet vti beneficio conſuetudinis, nu. 29. an ſufficiat ſola laici exiſtentia, nu. 31.*

30 *Clericus non iuuatur beneficio laici in caſu prædicto, quando in vita diſponentis laicus renunciauit iuri ſuo, dando poteſtatẽ diſponendi.*

32 *Clericus ſolus cum prætendit ſucceſſionem non poteſt vti beneficio conſuetudinis contra laicum diſponentem, & refertur deciſio S. C. iunctis Conſiliarijs trium aularum in cauſa Petri Limæ.*

33 *Clericus an & quando cenſeatur inſtitutus quando diſponens relinquat proximioribus id quod de conſuetudine eos tangit.*

34 *Succeſſionis reciproca ratio in bonis antiquis, qualiter inter filios, & parentes conſideranda.*

35 *Conſuetudo & ſi teſtator relatiua ad conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua, quomodo in clericis limitetur in caſu prædicto, nu. 28.*

36 *Ingrediens religionem poſsidentem in communi, poteſt diſponendo fraudare ſucceſſores de conſuetudine in bonis antiquis. num. 38.*

37 *Monaſterium excludit proximiores in bonis antiquis.*

39 *Ingrediens Religionem, ſi moritur infra annum probationis iudicatur laicus, quo ad omnia.*

40 *Clericus ligatur conſuetudine, vel ſtatuto diſponente circa ſolemnitates, ac formam contractuum, & teſtamentorum.*

§. 3. *De perſonis, quæ comprehenduntur, uel non in diſpoſitione harum conſuetudinum, quoad eccleſiaſticas perſonas tantùm.*

DE perſonis, quæ cō-
prehenduntur, vel
ligantur a conſue-
tudine, acturi prius
ex dignioribus in-
choando, de eccle-
ſiaſticis agere de-
1 creuimus, † con-
ſtituendo regulam
generalē, quod clerici
quoad ipſorū perſonas, vel bona non ligantur
conſuetudine, & hanc regulā infinitis autho-
ritatibus comprobat Carol. de Graſſ. in prin-
cipio 2. effectus cleric. & propius ad ea, quæ
de diſpoſitione dicemus, proximè iddem in
2. eod. effect. nu. 337 q. 40. & licet quandoque
Ciuis dicatur clericus, exemptus tamen eſt à
2 iuriſdictiooe ſeculari, Ann. ſing. 136. & per
hoc certum, & indubitatum eſt, ipſos poſſe
diſponere de rebus patrimonialibus, & non
teneri iuxta ipſarum conſuetudinum diſpoſi-
tionem, agnatis, vel cognatis relinquere por-
tionem conſuetudinariam, quod clariſſimis
verbis concluſum reliquit Nap. in conſuet.
ſi quis, vel ſi qua, ſub nu. 248. & paulo ante,
vbi Napo. refert in glo. tenorem tenuiſſe pro
exemptione clericorum à diſpoſitione con-
ſuetudinis, & in prooemio in glo. tenorem,
ſub nu. 312. in princ. quo loci aliqui Codices,
vt eſt vulgatum, habent, *teneo igitur pro ve-
ritate*, aliqui codices habent, & in manu ſcri
pto meo ſtat, *tenent tamen aliqui*; ſecundum
etiam quam lecturam nec poteſt dubitari,
Napodanum in ea opinione reſidere, tanquā
vltima, ſcilicet, quòd clerici non ligentur
conſuetudine, eò magis, quia eam opinionem
tot authoritatibus comprobat, vt patet vſque
ad finem illius glo. vbi licet in verſ. ſed eſt ar-
gumentum contra, in contrarium arguat, re-
ſpondet Napod. cum longa diſtinctione vſq;
ad finem glo. vt dixi, & infra melius in expo-
ſitione ipſius gloſ. ſic ipſum intellexit Capyc.
deciſ. 98 & ſic pluries decifum teſtatur per S.
Conſ. de Franch. deciſ. 285. nu 6. & deciſ. 411.
vſque ad nu. 4. & licet ſub nomine Vincentij
de Franch. reperiatur apoſtilll. in conſuetu. ſi
eccleſia, infr. de iur. congrui, ſub num. 75. quæ
incipit, vide, eam tamen non credo, eſſe de
Franch. quia in prædicta deciſ. 285. deciditur
contra Nap. in d. tit. de iur. congrui, quòd cle-
ricus nullo modo poſſit vti his conſuetudini-
bus; nec obſtat, quod D. de Frāch. refera t Vr-
ſill. contrarium ſentientem in deciſio. Afflict.
310. quia ab his, quæ ſunt deciſa cum maxi-
ma cauſæ cognitione, non eſſe, inquit, recedē-
dum, eò maximè, quia authoritates, per eum
relatæ, nullius ſunt momenti, & facillimè di-
luuntur, & Primò Affl. autoritas non obſtat,
quia loquitur in caſu diſpoſitionis laici in
fauorem eccleſiæ, vel perſonæ ecclaſiaſticæ,
quo caſu benè loquitur, vt inferius loco ſuo
dicetur. Secundò dum Vrſillus ponderat ver-
ba conſuet. et ſi teſtator, quæ loqui videtur de
rebus, malè dicit, cùm non ſit in hoc ſpectan-
da formula verborum, ſed realis diſpoſitio, &
finalis ratio conſuetudinis, ſiue enim dicat
conſuetudo non poſſit diſponere, ſiue medie-
tas perueuiat, ſemper verum eſt ipſam diſpo-
nere circa poteſtatem diſponendi, & ita con-
cludit in exemplo ſucceſſionis ab intaſtato, vt
intra dicetur, Theſaur. quæſt. for. lib. 2. q. 2. nu.
7. vbi contendit, non conceptionem verborū
ſtatuti, ſed realem, & effectiuam diſpoſitionē
eſſe attendendam ad dijiudicādum illud rea-
le, vel perſonale.

Tertiò, quòd iſtæ conſuetudines ſint ap-
probatæ per Archiepiſcopum Neapolitanū,
vt refert de Franch. in prædicta deciſ. 285. nu.
6. in hac pręcipua concluſione redditur falſus
Vrſill. cum D. de Franch. inter cæteras reſpō-
ſiones ibi datas, dicat ritum Archiepiſcopa-
tus in hoc non eſſe verum, quia clerici diſpo-
nentes non ligantur, nec vnquam per prædi-
ctas deciſiones ſunt per conſuetudines ligati,
& non benè concludit ratio relata à Napo. in
verb. antiſtitē, in prooem. ſub n. 251. prout ēt
dicit idē Nap. in hoc Caroli prooem. n. 267. &
3 ſeq. & nu. 293. vbi dicetur, † quod per hoc, quod
inter cōpilatores interuenit Antiſtes Ciuita-
tis, cum 12. viris ab ipſa Vniuerſitate electis,
non propterea clerici debent ligari conſuetu-
dinibus, nam ibi Antiſtes non interuenit, vti
Epiſcopus, nec ex Pontificis delegatione, ad
quem ſpectat ſtatuere ſuper clericis, & cleri-
corum bonis, ſed fuit electus Antiſtes, vti ex
omnibus viris probis, & vitæ, & opinionis
electæ integrior, quaſi ex Regis commiſſione
intercederet. Iuſſit enim Rex Vniuerſitatem
viros eligere, ſed ipſe Rex ſolum Antiſtitem
nominauit, cui quaſi præſidentiam in hoc ne-
gotio commiſiſſe videtur, non enim nouum
eſt ex regiſtris Epiſcupos plura negotia tunc
temporis expedire ex Regia commiſſione,
ante Concilium Tridentinum, quo tempore
nimis familiariter nedum Reges, ſed Regis
miniſtri, ipſis Epiſcopis abutebantur, vid. in
Concil. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 17. Vnde non
erit mirandum ſi in negotio tanti ponderis,

Digitized by Google

opera Epiſcopi tunc temporis, Rex vſus fue-
4 rit;† fuit enim iſte Antiſtes Philippus Minu-
tulus, nobilis Neapolitanus ex nobiliſſima
Minutulorum familia electus in Archiepi-
ſcopum Neapolitanum ſub anno 1288. mor-
tuus eſt anno 1301. prout aduertit hic Napo.
in proęm. in verb. olim fuit Iuriſconſultus ce-
leberrimus, Regis Caroli familiariſſimus,
ſolitus in Archiuio in pluribus ſcripturis no-
minari P. Archiepiſcopus, vel Dominus Phi-
lippus, & de conuentione inita inter Carolũ
Secundum, & hunc Philippum Archiepiſco-
pum ſuper ſolutione decimarum, vocando
Philippum Neapolitanum Archiepiſcopum,
Iſer. in rit. Regiæ Cameræ in tit. de decimis,
meminit etiam Bocatius in ſuo decamerone
in ſecunda dieta in fabula 5. cuiuſdam An-
dreucci Peruſini; ſepultus eſt in Eccleſia ma-
iori huius Ciuitatis in Cappella Minutulo-
rum cum ſubſcripta inſcriptione.

Magnanimus, cõſtans, prudẽs, famaq; ſerenus,
Philippus Præſul, morum dulcedine plenus,
Minutulus Patriæ decus, & flos, alta ꝓpago:
Hic ſilet, hic tegitur, iacet hic ꝓbitatis imago.

Iure quidem Rex Carolus vſus fuit eius
opera in Conſuetudinibus compilandis, cùm
Neapolitanus, & V. I. D. & nobiliſſimus fue-
rit, eoque adeo familiariter vſus eſt, vt in re-
giſtro Caroli ſub anno 1300. ſoluerit vncias
200. Regi, quæ erant penes ſe depoſitatæ lit.
L. fo. 17. & 95. à ter.

Et mutuauit Regi centum vncias carole-
norum in regiſtro Caroli Secũdi 1300. 1301.
fol. 167. à ter. & fol. 28. alias centum vncias
eidem mutuauit.

5 Ergo vt ad rem redeam ex hoc clericos de-
bere ligari, non benè viderur concludi, &
hoc dixit Nap. in d. procem. in ead. glo. teno-
rem, nu. 293. in fin. quòd hic Antiſtes inter-
uenit, vt induceret conſuetudinem laicis, nõ
autẽ poteſt ipſos clericos laicorum ſummit-
tere conſuetudini, cui non ſubſunt, & ideo
quantumcunque ſequatur confirmatio ipſa-
rum, etiam per Summum Pontificem, ſi tamẽ
ea non eſſet in forma ſpecifica, & ex certa
ſcientia, ſed ſimplex, nihil operaretur, ita Ca-
rolus de Graſſ. poſt hæc ſcripta viſus, in tract.
de effec, cleric. in effect. 2. limit. 8. nu. 149. cum
multis ſeqq. & in ſpecie nu. 154. vbi dat etiã
rationem, quare ſimplex confirmatio nihil
operatur, & dicit quia nihil addit principali
confirmato, quòd per prius non diſponebat
6 in clericis; videas ibid. † & propterea ſi in ea
commiſſione gerenda eſſet caſus appellatio-
nis, ab eo appellaretur ad ipſum Regẽ com-
mittentem, ita Felyn. in c. cæterum, num. 20.
verſ. quis dicatur Iudex competens, extr. de
iudic. & ibid. quòd à Rectore ſcholarium cle-
rico appellatur ad ſuperiorem laicum, prout
ibid. etiam dicit caſus, in quibus Epiſcopus
non iudicat, tanquam Epiſcopus, ſed tanquã
iudex laicus. Dico amplius, quod quando iſtæ
conſuetudines eſſent attendendæ, vti ſtatuta,
& conſuetudines confirmatæ ab ipſo Antiſti-
te, debebat cum Antiſtite Capitulum interue-
7 nire, † alias Epiſcopus ſine Capitulo non po-
tuiſſet ſtatuere, ita Innoc. in cap. veſtra, extra
de locat. & conduct. Felyn. in c. cum omnes,
extr. de conſtit. nu. 9. verſ. quinto pro iſto in-
tellectu, & dixit de Franch. in prædicta deciſ.
nu. 8. & melius Nap. in procem. num. 293. ibi,
ſed reſpondeo, quòd ibi interuenit conſenſus
Epiſcopi, & Capituli, ex quibus ſit ſoluta iſta
quæſtio, quam Nap. inſolutam reliquit, dicẽ-
do, vid. an ſit verum, quia vidi pluries dubita-
ri ſuper hoc.

Vnde ſtantibus prędictis, dixit Tho. Nau-
cler. in additio. poſt vol. conſ. fol. 6. a terg. in
procem. in verſ. tenorem, quòd, ſi quis efficia-
tur clericus, euitare poteſt diſpoſitionem cõ-
ſuetudinis, & dicit hãc mirabilem cautelam.
8 Primò, prædictam concluſionem intelli-
gas in quocunque clerico, habente ordines
ſacros abſque difficultate, imò quocunque
modo ad ordines minores fuerit promotus,
dummodo gaudeat priuilegio clericorum,
debet etiam eſſe exemptus ab obſeruatione
ſtatuti, vel conſuetudinis Patriæ, & hæc mihi
videtur opinio Napo in procem. Carol. num.
312. verſ. & quod ius eſt in Eccleſijs: quo loci
refert tex. in c. fin. de vita, & honeſt. cler. &
ſolum clericum coniugatum excipit à prædi-
cta regula, vt per glo. Ioannis in d. cap. fin. in
final. verbis, & fundatur in c. ex parte, quod
eſt penult. de cleric. coniugat. vnde licet Ca-
pyc. in prędicta deciſ. 98. ſit locutus in Sacer-
dote; Ego ſecundum opin. Napo. non dubito,
idem eſſe in alijs clericis, dummodo quoad
bona gaudeant priuilegio clericorum, vt in
prædicto cap. fin. & gloſ. de vit. & honeſt. cler.
qui tex. verè loquitur de conſuet. patriæ, quã-
do ea clericus ligatur, & Pontifex illa tunc
ligari decernit, cum priuilegio clericali eſt
prius priuatus, ibi, cum facto priuilegium ob-
ijciant clericale, & quòd omnia dicta circa
ſtatuta obligantia clericos, vel non obligãtia,
intelligantur etiam de clericis in minoribus,
Fely. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 110.
de conſtit. qui hoc aſſerit ex plurium Doctor.
authoritate ſine controuerſia, in ſpecie loquẽs
de noſtra materia, licet inquam Capyc. in de-
ciſ. prædicta loquatur de Sacerdote, & non
deci-

decidat quid in alijs clericis: vid. eundem in decis. 56. num. 1. nam non facit differentiam
de cletico in minoribus in hoc, an ligetur, vel
non, ſtatuto, & fundatur id ex Concilio Trid.
ſeſſ. 22. cap. 6. quò loci diſponitur, quando cle
ricus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordi-
nibus cõſtitutus, fori priuilegio gaudere poſ-
ſit, & Carol. de Graſſ. in effect. 1. ampliat. 1.
9 num. 9. de eff. cleric. † & quo priuilegio gau-
deat clericus coniugatus, remittit latè Dom.
Regius Conſiliar. Rouit. in pragm. 1. in titu.
de cleric. ſeu diac. ſaluat. & hæc de clerico cõ-
10 iugato ſit prima limitatio: † Quoniam Nap.
in pſædicta glo. in verb. tenorem, in proœm.
Caroli numer. 318. limitando prædictam
concluſionem, dicit, eam non procedere, cùm
clerici agunt de feudo coram Iudice ſeculari,
duplici ratione eſſe rem decidendam per iura
ciuilia, altera ratione loci iudicantis, altera
ratione rei, ſcilicet, feudi, & in ſpecie dicit, &
inſere hic, quòd benè ſunt. in Capitulis Re-
gis Caroli Primi de for. cleric. in cap. item ſta-
tuimus, ꝙ clerici dicas Caroli II. niſi Nap.
illud cap. habuerit inter capitula Caroli Pri-
mi, quia cum Carolo Primo fuit facta conuẽ-
tio, quando ei conceſſa fuit inueſtitura huius
11 Regni, deuicto Manfredo. † erit notandum,
nonnullos illud capitulum intellexiſſe pro-
cedere, quando de proprietate ſola, ſecus ſi iu-
dicio poſſeſſorio agitur, contra quam intelli-
gentiam inuehit Dom. Rouitus in comment.
ad pragm. 2. de cleric. ſeu diacon. ſaluatic. &
teſtatur deciſum fuiſſe contrarium; in qua re
eſt aduertendum, limitationem non deduci
de iure, ſeu de ſubintellecta extenſione, quo
caſu eſſet intelligenda conuentio, prout de
iure, vt optimè fundat dictus D. Rouitus, ſed
dicunt ibid. de Bott. ex mente & authoritate
Lucæ de Penn prædictam conuentionem ex-
preſsè declaraſſe, vt habeat locũ, quando agi-
tur de petitorio feudi, & ſic dicit Lucas de
Penn. contineri in inueſtitura, facta à Sede
Apoſtolica Carolo Primo Regi, prædicti Ca-
roli patri, ſic etiam penes Campag. in eodem
„ cap. adeſt nota ſub nomine Nap. ibi, [hoc ſa-
„ ne intellige, cum agitur de proprietate feudi,
„ ſicut in ipſa concordia continetur,] & licet
dicat de facto in Regio Conſil. in Prothono-
tario Apoſtolico S. Seuerini, illam puto addi-
tionem alterius, quam Nap. ex quo tempore
Napo. nondum erat erectum Sacrum Conſil.
eandem apoſtillam ſub nomine Nap. teſtatur
de Franch. deciſ. 545. nu. 7. vbi meminit præ-
dictæ concordiæ, initæ cum Sancta Apoſtoli-
ca Eccleſia, & Foller. in appar. ſuper conſtit.
fol. mihi 65. nu. 3. in princ. & nu. 4. Si ergo ve-
rum eſſet, quòd expreſsè hoc ſit declaratum
in Capitulis inueſtituræ, conceſſæ per Apo-
ſtolicam Sedem Carolo Primo, fruſtrà diſce-
ptaretur de diſpoſitione iuris communis ſub-
intelligenda, & propterea ego nolui videre
inueſtituram, conceſſam Carolo Primo per
Sedem Apoſtolicam, & inueni in dicta inue-
„ ſtitura infraſcripta verba, [Permittatis etiã,
„ quòd nullus clericus, vel perſona eccleſiaſtica
„ eorundem Regni, & terræ in ciuili, & crimi-
„ nali conueniretur coram Iudice ſeculari, niſi
„ ſuper feudi iudicio, & petitorio conueniatur
„ ciuiliter, ſed omnes perſonę eccleſiaſticę om-
„ nimodo erunt liberæ,] Quod verbum peti-
torio poſitum in prædicta inueſtitura fecit
errare tot patres, cum ibi petitorium ponatur
pro petitione, & ſic pro iudicio ſynonimè po
nitur, quaſi dicat, niſi iudicio, & petitione,
vel lite feudi, non autem ibi ponitur petito-
rium, contrapoſitum poſſeſſorio, quod oſten-
dit illud verbum ciuiliter; quod, cum contra-
ponatur verbo criminaliter, & poſſit etiam
determinare pręcedentia, ſi intelligeretur ne-
gari poſſeſſorium, quomodo criminalitas poſ-
ſeſſorij poſſet conſiderari? Quando verò cle-
ricus de iure ciuili, & communi, abſtracta
prædicta conuentione poſſit de feudo conue-
niri coram Iudice temporali, Foller. in præ-
dicto cap. fol. mihi 65. col. 1. in princ. Cætera
dicta ipſius glo. tanquam continentia conclu-
ſiones de iure communi non proſequor.
12 Secundò limitatur prędicta regula paſſiuè,
ſcilicet, quando laicus vult diſponere in cle-
ricum, vel perſonam eccleſiaſticam; nam tunc
non minus clericus pro eo, quod attinet ad
prædictam laici diſpoſitionem ligabitur, ac ſi
diſpoſitio eſſet facta in laicum, & licet Naucl.
in d. addit. ad conſue. fol. 6. in proœm. in verb.
tenorem teneat contrarium, dum dat cautelã
euitandi conſuetudinem, vt relinquatur pijs
locis, in contrarium eſt communis opinio, &
in praxi verior, licet D. de Franch. referat
prædictum Nauclerium pro communn. opin.
tenentem in prædicta deciſ. 411. num. 4. & in
prædict. deciſ. num. 1. & 4. vbi dicit pluries
ita fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium
& præſertim per Afflict. deciſio. 310. & alij
plures, quos vltra prædictos refert Carolus
de Graſſis in tracta. de effect. clericor. effect.
ſecundo, nnm. 319. vbi hanc rationem, per
nos hic dictam, non dicit; ſed benè in alia ſi-
mili quæſt. ibid. num. 329. eam innuit paucis
admodum verbis; & ratio eſt clariſſima, quia
dum conſuetudo arctat diſpoſitionem in vlti-
ma voluntate, eò ipſo, quòd in actu vltimæ vo
luntatis reperitur laicus diſponens, eſt ea li-
bertas ablata pro illa portione, & ſic conſue-
tudo tollit potentiam diſponendi, & ſi eccle-
ſiaſtica

ſiaſtica perſona vult actum tueri ex ratione
ſubiecti ipſius recipientis diſpoſitionem, non
poteſt actus tueri, qui iam, cum in eſſe deduci-
tur, eſt nullus, & inualidus, tanquam factus à
non habente poteſtatem, & in ordine naturæ
prius eſt cauſa, & potentia, quàm actus, quia
actus præſupponit potentiam agendi; & fun-
datur optima ratione, nam quemadmodum
datur libertas clerico diſponendi de bonis
ſuis, & non ligatur diſpoſitione conſuetudi-
nis arctantis diſpoſitionem, illa ratione, quia
eſt perſonalis, & non arctat clericos, nulla
habita ratione, ſi clericus in clericum, vel in
laicum diſponat, quia fundatur in ſola poten-
tia diſponendi, ſic è contra, quando perſona
laici eſt diſponens, tollitur prædicta libertas,
& nihil eſſe debet in conſideratione perſona,
in quam ſit ipſa diſpoſitio.
13 Limitatur tertio in ſucceſſione ab inteſta-
to, in qua clerici ſuccedunt laicis, nam tunc
clerici ſuccedunt ſecundum diſpoſitionem
conſuetudinis, & ratio eſt, vt in ſeq. limitatio-
ne dicam, quia & laici ipſis clericis etiam
ſuccedunt, iuxta formam conſuetudinis, &
ratio rationis eſt, quia, dum verum ſit, quòd
eò ipſo, quòd quis moritur, illa bona non di-
cuntur amplius morientis ab inteſtato, ſed il-
lorum, qui iuxta conſuetudinis diſpoſitionẽ
ſunt vocati, vt per Napod. in ſeq. limit. citan-
dum, certum eſt, quòd in eodem tẽpore, quo
portio vadit ad clericum, aliȩ portiones ſpe-
ctant ad alios, cum clerico ad eandem ſucceſ-
ſionem vocatos, ita vt potius dici poſſit,
quòd clerici non debeant auferre a laicis id,
quod conſuetudo ipſis iam dedit per delatio-
nem ſucceſſionis, quam quod clericis per lai-
cos ſucceſſio auferatur: conſuetudo enim ſu-
per rebus tantùm diſponendo, nihil clericos
tangit; nam, ſuppoſita bonorum diſtinctione,
& facta quaſi duo ſint patrimonia duplici
ſucceſſione, ipſi clerici non poſſunt, niſi id,
quod ad ipſos ſpectat, accipere, & ab alijs ius
quæſitum tollere non debent: accipiunt enim
clerici ſucceſſionem pro bonis, ſitis infra di-
ſtrictum, affectam illa qualitate, qua affici ſta-
tuentes voluerunt, ſiue in rem, ſiue in perſo-
nam ſtatutum loquatur, ſufficit, ꝙ de ſucceſ-
ſione bonorum agatur, hæc dixit Theſau. licet
de forenſibus loquatur lib. 2. quæſtio. foren.
q. 4. num. 5. faciunt ad prædicta quæ dicit
Carol. de Graſſ. in d. tract. effect. 2. limit. 3. nu.
121. & limit. 23. nu. 118.
14 Hinc etiam oritur, quòd in fauorem cleri-
ci ſtatutum, & cõſuetudo ab inteſtato loquẽs,
ipſiusque diſpoſitio à clerico ſeruatur contra
laicum, veluti, vt circa excluſionem fœminæ,
vt clericus maſculus frater ſorore excluſa ad-
mittatur, vt frequentiori calculo hanc opi-
nionem eſſe comprobatam teſtatur prædict.
Theſaur. d. lib. 2. q. 1. nu. 3. & 10. apud quem
omnes authoritates licet videre, & apud Ca-
rolum de Graſſ. loc. cit. ſupra nu. 123. & idem
Carol. in eod. tract. eff. 2. nu. 274. vbi nu. 276.
hanc veriorem, & magis communem dicit, &
in ſpecie de clerico maſculo, volente fœminã
excludere nu. 277. vt in eo ſeruetur diſpoſitio
ſtatuti, quos non repeto: contra hanc comm.
opin, plura ſunt conſideranda ex parte ipſarũ
conſuetudinum, loquendo de prærogatiua
ſexus vigore conſuet. ſi moriatur, quæ poſſũt
ipſam difficiliorem reddere, & quȩ erunt tra-
ctanda in capite de forenſibus, ideo illuc te re-
mittimus. Et ſecundùm prædicta tenuit Reu.
15 P. Molfeſ. in 2. par. q. 7. de perſon. num. 24. ad
quam concluſionem probandam malè refert
deciſionem factam in cauſa Fratris Ioan. Ba-
ptiſtæ de Adiutorio, de qua infra dicetur, &
iterum ibid. nu. 30. vbi eandem deciſionem,
tanquam diuerſam, refert in cauſa Monaſterij
Religionis Seruorum, cum idem Frater Ioã.
Baptiſta fuerit Religionis Seruorum Frater,
quia prædicta deciſio non fuit facta in caſu
ſucceſſionis ab inteſtato, ſed facto teſtamento,
vt infra in 5. limit. vnde conſiderandum pu-
tarem pauliſper in referendo in hac materia
deciſiones Sac. Conſilij, ne ſub errore relato-
ris iudicia fiant erronea, ac malè fundata, &
eandem concluſionem fundat etiam idem P.
Molfeſ. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 65. nu. 54.
& melius quam alibi.
16 In odium etiam perſonæ eccleſiaſticæ pro-
cedit prædicta concluſio, & communis opi-
nio: nam ſoror monialis non habet in ſucceſ-
ſione patris, & matris aliud, exiſtentibus ma-
ſculis, quam paragium ingreſſarum, vt per D.
de Franch. deciſ. 44.
17 Quare ſubſiſtendum crederem parumper
in opinione D. de Franch. in prædicta deciſ.
411. in fin. dum ratione reciprocæ ſucceſſio-
nis, concludit, quòd ſorores in ſucceſſione ab
inteſtato deberẽt admitti cum clerico fratre.
& non cum laico, illa ratione, quia clericus
poteſt ad libitum diſponere, cum non verſe-
tur in hoc talis relatio, ſiue reciproca diſpoſi-
tio, ſed in proximè dictis, vt clericus ſemper
ab inteſtato tam in ſui fauorem quàm in odiũ
poſſit, & debeat vti conſuetudinis diſpoſitio-
ne, ea ratione, quia res ita affectæ, perueniunt
ad ipſum clericum, vt diximus, nec aberrat à
prædicta concluſione communis DD. ſenten
tia, in ſimilibus ſtatutis loquẽs, vt idem The-
ſaur. teſtatur d. lib. 2. q. 3. & quæſt. 92. vbi ad
18 partes diſputando, ſic concludit, † Vnde ſi
clericus ex parte patris coniunctus ſolus
repe-

reperiatur, & ex parte matris in remotioribus grauibus alij conſtituti, ita vt de iure communi clericus in vniuerſali ſucceſſione admittendus eſſet, non excludentur ſucceſſores ex parte matris per clericum, illa ratione, quia, iam bonis diſtinctis, non defertur clerico ſucceſſio maternorum, ſed ipſis coniunctis ex parte matris; quæ determinatio ſemper vniformiter debet determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. Conſuetudo enim defert ſucceſſionem, & ipſam diuiſam ſic defert, vt diximus, & ſic intelligendus eſt Napod. in
19 procem. in verb. tenorem, nu. 305. † & idem Napo. in ead. glo. num. 319. dum dicit, quòd quando clericus agit coram Iudice ſeculari, debet iudicari ſecundum iura ciuilia, & ſecularia, ſic dixit etiam Iſer. in tit. de his. qui feu. dar. poſſ. cap. 1. nu. 5. in fin. quem allegat Nap. in loc. cit. & idem Nap. in procem. num. 297. vbi clericus, ſuccedens ad dotem, debet illam probare ſecundum conſuetudinem, dos & quarta infr. per dicta per Capyc. deciſ. 66. vbi clericus ligatur à pragmatica loquente de compromiſſis inter coniunctos, & facit id, quod dicit Didac. Perez in ordinamẽtis Realibus lib 8. tit. 2. tom. 3 fol. 33. verſ. in contra-
20 rium, † quòd clerici, vtendo diſpoſitione Principis ſecularis, debent illam accipere cũ omnibus ſuis qualitatibus, ſic enim vt quemadmodum per viam prærogatiuę ſexus; Item bonorum, clericus pinguiorem conſequi poteſt ſucceſſionẽ, quia nihil facit, niſi acceptando diſpoſitionem conſuetudinis, vti commodo ipſi oblato, vt per iſtam rationem concludit Theſaur. dict. locis, & in q. 1. lib. 2. nu. 3. & 10. ſic è cõtrario debent tenuiorem ſucceſſionem habere per eandem rationem, ac ratione reciprocæ ſucceſſionis, vt inferius dicetur.
21 Ad prædicta faciunt ea, quæ nos dicemus in concluſione, an patre, vel matre exiſtente in medio, habeat locum conſuetudo; nam, licet ipſis exiſtentibus in medio, non habeat locũ conſuetudo, & ceſſet ipſius conſuetudinis, diſpoſitio tamen non potuit tantum per Prudentum interpretationem, in fauorem matris & patris loquentium, fieri vt ipſa concluſio procederet in damnum aliorum, qui cum eis concurrerent, præſuppoſita reali distinctione bonorum, ac ſexus prærogatiua, ita vt etiam, ipſis in medio exiſtentibus, frater ſororem excludat, & frater conſanguineus concurrat cum vtrieque coniuncto in bonis paternis, & quæſitis, & vterinus in maternis, vt ex veriori, & magis probata opinione concludit de Franch. deciſ. 102. à num. 7. vſque ad fin. verſ. pro parte, & facit id, quod refert Capyc. deciſ. 21. num. 4. ex Roman. conſ. 399. incip. præſens conſultatio, quòd, licèt interueniat aſcendens, ſtante ſtatuto, quòd, ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, fratres excludunt ſorores; ſi igitur in patre, & matre, ad quorum beneficium interpretatio Iuriſprudentum eſt inducta, non turbatur ordo diſtinctionis bonorum, & ſexus prærogatiuæ per conſuetudinem inductæ, quanto magis in clerico, & alijs perſonis eccleſiaſticis, de quibus, vt inferius dicetur, conſuetudo non diſponit, dicentur igitur ipſi eccleſiaſtici de iure cõmuni accipi portionẽ ipſis oblatam de iure conſuetudinis, quaſi vtendo commodo, ipſis obuento, vt per Bal. in l. cunctos Populos, nu. 10. Abb. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ in lectur. nu. 25. de conſtit. vtitur enim tunc nihil innouando ſimpliciter commodo conſuetudinis, nec tollit alijs ius quęſitum ad minus per delationem ſucceſſionis.
22 Quartò limitatur in ſucceſſione ab inteſtato, quæ per mortem clerici, vel alterius perſonæ eccleſiaſticæ defertur, quo caſu ſucceditur per diſpoſitionem conſuetudinis, & vltra euidentiſſimam rationem reciprocæ ſucceſſionis, ſcilicet vt quemadmodum, quando clericus ſuccedit laico ab inteſtato, ſeruatur conſuetudo, ſic quando laicus ſuccedit clerico: hoc voluit clariſſimis verbis Nap. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, ſub nu. 247. illa ratione, quia poſt mortem eorum, bona non dicuntur amplius clericorum, ſed laicorum, prout latiſſimè fundauit Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. effect. 2. limit. 5. nu. 125. ſic etiam in eodem 2. effect. nu. 366. q. 46. vbi optimè refert hanc rationem, per nos traditam, & R. Pater Molfeſ. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 65. nu. 54. ſimiliter poſt hæc ſcripta viſus; ſed prædicta ratio habere videtur in ſe difficultatem; nam eadem ratione, quando clerici ſuccederent laicis, non deberent bona dici amplius laicorum, ſed clericorum, & tamen ſupra contrarium eſt, & rectè concluſum, & maiorem habuiſſet difficultatem eadem ratio, ſi clericus decederet, & alius clericus prætenderet ſuccedere extra formam ipſius conſuetudinis, quo caſu ratio Nap. omnino ceſſare videtur, cum tam ex parte morientis, quam ex parte ſuccedentis bona in clericorum dominio eſſe videãtur, dicas tu, quod conſuetudo nihil curando de perſonis, diſponit ſucceſſionem in bonis infra diſtrictum, per hoc non poterit prædicta diſpoſitio alterari reſpectu perſonarum ipſorum morientiũ, qui nihil aliud agũt in ipſa ſucceſſione, niſi relinquendo bona ob mortem, & ſucceſſores accipiendo obuenta iam ex prædicta diſpoſitione, prout pluribus comprobat Theſau. lib. 2. q. 2. dum reſpondet auto-

Digitized by Google

autoritati Imolæ, & comprobat autoritate
Zabarel.in conſ. 144. infra citando, & me-
lius idem Theſau.ibid.num.6.& 7.vbi corre-
ſpectiuæ ſucceſſionis, vel diſpoſitionis ratio-
nem inducit,&probat,quò loci reaſſumit au-
toritates Doctorum, quas rationes non repe-
to,ne longius aberrare videar,& ſecundùm
prædicta proceſſit deciſ. Reuerterij in cauſa
Magnif. Anibalis Macedonij ſuper hæredita-
te Epiſcopi Policaſtrenſis, vt refert de Bott.
in prædicta glo. Nap. in d.nu. 247. quæ con-
cluſio nullam videtur hodie habere contro-
uerſiam, & comprobat prædicta ex ratione
correſpectiuæ ſucceſſionis, vt ſupra diximus.

23 Quinta limitatio altius erit nobis expen-
denda,an,ſcilicet,clericus poſſit, impugnãdo
teſtamentum,facere laicum diſponentem in-
teſtatum pro portione, per conſuetudinem
reſeruata,tam reſpectu agnatorum, quàm fi-
liorum,vt inferius dicetur, quæ ſecundum
DD.maiorem videtur habere difficultatẽm,
ea ſola ratione,quia bis diuerſimodè iudicatũ
eſt in Sac.Conſ. Primò, iunctis duabus Aulis,
pro clerico. Secundò, iunctis tribus Aulis in
cauſa reclamationis, prædicta ſententia fuit
reuocata. In cauſa vertente inter Petrum Li-
mam,& Monaſterium S. Mariæ de Partu, in
qua in die 28. Septembris 1573. iuxta formã
traditam per D. de Franch. deciſ. 667. fuerat
prolata ſententia,ac deinde introducta iterũ
in eodem Sac.Conſil. cauſa prędicta per viam
reclamationis, fuit dubitatum, an prædictus
Frater Ioan. Baptiſta poſſit vti actione, ſibi
ex conſuetudine ſpectante aduerſus teſtamen
tum Portiæ Myrtæ ipſius matris,ſtante inſti-
tutione in vniuerſa hæreditate facta per ipſã
Portiã in perſonã Beatricis de Adiutorio filię
prædictæ Portiæ, & ſororis vtrinque coniun-
ctæ prædicti Fratris Ioan. Baptiſtæ, quæ ſola
remanebat ex filijs ipſi Portiæ,ſtantibus clau-
ſulis, etiam in teſtamento appoſitis, per quas
de iure communi frater ipſe Ioã. Baptiſta te-
ſtamentum prædictum minimè impugnare
poterat,in qua cauſa,licet D. de Franch. tam
in prædicta deciſ.667. quam in deciſ.411. plu-
ra dixerit circa deciſionem prædicti articuli,
tamen ad delucidandam veritatem conſtitui
ipſam deciſionem,& ipſius rationes referre
pro tuenda veritate, per tot eminentiſſimos
24 viros comprobata. † Et antequam procedã
vlterius in relatione prædictæ deciſionis,ſciẽ-
dum erit, non eſſe conſtituendam aliquam
differentiam inter filiorum exiſtentiam, di-
ſponente fœmina,vel maſculo, vel exiſtentiã
ipſorum agnatorum,cum vniformis ſit deter
minatio,ex ratione antiquitatis bonorum de-
pendens, ſcilicet, vt reſpectu filiorum mater
ſit inteſtabilis pro nouem partibus, & reſpe-
ctu filiorum, vel agnatorum maſculus pro
medietate æque inteſtabilis iudicetur: vt in
conſuet. ſi aliquis moriens,& in conſuet. & ſi
teſtator, ſiue enim dicat conſuetudo, teſta-
torem teneri liberis relinquere medietatem,
vt dicit conſuet. ſi aliquis moriens, ſiue quòd
poſſit diſponere vſque ad medietatem, vt in
conſuetu. & ſi teſtator, ſiue quòd poſſit relin-
quere de decem partibus vnam tantum, vt in
conſuet. ſi qua moriens, nulla in effectu con-
ſpicitur differentia in intentione tex. quòd,
ſcilicet, pro portionibus, à conſuetudine re-
ſeruatis,ille moriens dicatur mori ab inteſta-
to,ita in conſuet. & ſi teſtator, Nap. num. 26.
in verb. perueniat, & in conſuet. ſi qua mo-
riens,latè nu. 14. in glo. tantum,ita vt, quem-
admodum mulier reſpectu filiorum, ita pater
vel proximus reſpectu filiorum, & agnatorũ
habere dici poſſit manus ligatas,& os clauſũ,
& arbitrium refręnatum; in ſola quantitate
inter ſe differentes, vt mulier in nouem par-
tibus; maſculus, & alij pro medietate arcten-
tur in diſpoſitione, & iuxta hanc concluſio-
nem procedunt omnia dicta per D. de Frãch.
in prædicta deciſ. 667. nu. 2. & in hoc intrat
noſtra deciſio, ita vt res procedat ſine diffi-
cultate, quòd, ſtante diſpoſitione conſuetudi-
nis diſponens ipſe efficiatur pro illa portione
inteſtabilis,& inteſtatus moriatur, & in hoc
non libenter conſentio cum Do. de Franch.
dum nititur aliter hanc difficultatem ſoluere
in prædicta deciſ. 667.

25 Quæ concluſio non eſt ita ſimpliciter in-
telligenda, vt à conſuetudine ipſo iure pro
prædictis portionibus inteſtatus efficiatur,
ſed reſpectiuè, ea ſcilicet ratione, quia ad illas
portiones indiſpoſitas conſuetudo vocat illos
agnatos vel agnatos, qui coniuncti ſunt ex la-
tere bonorum ipſi diſponenti, vel filios, qui
poſſint ſuccedere, vt prædiximus, arg. l. fidei-
commiſſum, §. interdum, ff. de leg. 3. Bart. in l.
2. §. videndum, ff. ad Tertull. l. 1. §. quidam fi-
lius, ff. de contratab. l. 3. §. fin. ff. de collat. bon.
Bal. in l. ſi defunctus, in princ. C. de ſuis, & le-
git. Lud. Rom. conſ. 31. & ideo in conſuet. &
ſi teſtator, dicitur peruenire medietatem in-
diſpoſitam ad eos, qui vocantur iuxta tenorẽ
cap. ſucceſſionis ab inteſt. in qua conſuetudi-
ne ideo fuit neceſſaria declaratio prædicta,
ſcilicet ſucceſſorum, qui ad medietatem ab
inteſtato vocabantur propter bonorum di-
ſtinctionem ab inteſtato introductam, quia
in alijs conſuetudinibus ſupponendo exiſten
tiam filiorum, nulla diuerſitas bonorum de-
clarationem requirebat, cum certo certius
eſſet, filios in vniuerſis antiquis bonis portio-
nem

Digitized by Google

nem prędictam habituros, & inter ſolos filios iam erat declarata ſucceſſio in conſuetudine ſi moriatur circa ſexus prærogatiuam, vt iam dictum eſt, nulla vel paternorum, vel maternorum diſtinctione facta, vt etiam dicetur infra in petitione conſuet. ſi quis, vel ſi qua.

26 Ex quibus non erit etiam dubitandum, ꝙ ſi aliquis moriens vellet diſponere, & non haberet coniunctos, qui ad portionem indiſpoſitam vocarentur ex latere bonorum, videlicet in maternis coniunctos ex parte matris, & in alijs paternis coniunctos ex parte patris, quod tunc poſſet liberè diſponere teſtator de vniuerſis bonis, nulla data reſtrictione poteſtatis, ita dixit Thom. Naucler. in hoc feliciter nauigans in additio. quæ poſt conſuet. ſunt impreſſæ fo. 10. a ter. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in tex. in verb. materna, & ſequitur Molfeſ. in par. 2. q. 18.

Inde clara concluſio ſuccedit, quòd, vt quis inteſtatus pro illa portione decedat, oportet, quòd adſit coniunctus, ad beneficium cuius fiat ipſa reſtrictio, & ratio euidens patet ex ijs, quæ latè diximus infr. in repet. ſeq. cōſuet. dum de bonorum obuentione tractauimus, quò loci latè deduximus reſtrictionem diſpoſitionis oriri ex antiquitate bonorum, quæ antiquitas, & obuentio habet in ſe implicitā coniunctionem ipſorum, qui vocantur ad ipſorum bonorum ſucceſſionem, vt eſt dictum.

27 † Igitur, ſi probabimus, clericum non habere actionem ad faciendum diſponentem inteſtabilem, ea præſertim ratione, propter ſeruandam inter laicos, & clericos æqualitatem, vt ſcilicet, quemadmodum ipſe clericus, ex quo non continetur in diſpoſitione conſuetudinis perſonas adſtringente, poteſt liberè de bonis ſuis teſtari, ſic non poſſit contineri, vt ipſe poſſit alios facere inteſtabiles, ſecundum quam æqualitatem procedunt dicta per D. de Franch. deciſ. 667. in fin. & in deciſ. 285. & optimè fundat Ondedeus conſ. 20. volum. 2. & de Pont conſi. 39. num. 11. & Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. & Felyn. ibid. nu. 81. verſ. ſecundo declara, ibi, & ideo cum clerici, & ita dixit Sebaſtian. Sapia in addit. ad Abb. loc. prædict. num. 24. lit. B. & alij relati per Carol de Graſſ. in tract. de effec. cleric. in 2. effect. num. 449. Et licet Marant. in quæſt. 8. num. 24. teneat clericos non ligari, & verſa vice poſſe vti beneficio conſuetud. allegando Abbat. in cap. conſtitutus, extra de reſtit. in integr. Abb. hæc non dicit, & Maranta reprobatur per Oliua in titu Archiepiſcopali 22. num. 8. & 10. & ratio eſt, quia nullo modo continetur. Nec iuuatur ijs per ea quæ diximus in concluſionibus ſucceſſionis ab inteſtato, quia ibi nihil agit clericus ex parte ſua, ſed tantum vtitur beneficio ei delato ab ipſa conſuetudine; at quando agitur de faciendo aliquem inteſtabilem, diſponentem illud ius ex proximè dictis primariè eſt repoſitum in exiſtentia ipſius proximioris vocati per conſuetudinem ad illam portionem indiſpoſitam, vt ſic naturaliter prius dicatur oriri illud ius in perſona vocatorum proximiorum; & ſecundariò diſponens inteſtatus efficiatur, vt fundatū eſt, ſed contra hanc opinionem videtur Nap. in gloſ. Antiſtitem, nu. 252. in procem. Carol. rectè ponderando illā
„ autoritatem. Inquit enim [Sed an clericus
„ poſſit pro ſe contra laicum vti iſtis conſuetu-
„ dinibus, gloſ. Iur. Cano. extra de for. compet.
„ cap. quod clericis videtur dicere, quod ſic; &
„ vide infr. in verbo approbatam, & in verbo
„ quod ſequitur, tenorem,] quo loci videtur
Napoqanus concludere, quòd, ſi clericus agit contra laicum coram Iudice laico, eſt res terminanda ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, ſed reſpond ibi dici eſſe iudicandum ſecundum iura rei conuenti, & ſic inducta ad fauorem ipſorum reorum non debent in ipſorum odium retorqueri, l. quod fauore, C. de legibus, ideo dum Napo. in eo loco ſimpliciter excludit clericos à prædicta diſpoſitione conſuetudinum, nec diſtinguit, niſi fauore reorum in clericis actoribus, non erit facienda alia diſtinctio per prędicta, eò maximè, quia æquitas eſt ſemper in hiſce conſuetudinibus interpretandis præferenda, prout ſupra in procemio diximus, & dicit Napo. in hoc procem. Carol. num. 340. in verb. æquitas, in fin.

28 Ex prædictis igitur duplex deducitur concluſio. Prima, ꝙ quomodocunque detur caſus in quo fiat diſponens inteſtatus iuxta dicta in 3. limit. ſemper clericus poterit ſuccedere, & hoc eſt ſine difficultate, quando cum clerico prætendente ſucceſſionem ab inteſtato ſunt alij laici in eodem gradu; & conſucceſſores vocati, etiam per coonſuetudinem, quo caſu prædicti laici faciunt caſum, & locum ſucceſſionis ab inteſtato pro illa portione à conſuetudine reſeruata, quando ſcilicet quis facit teſtamentum, vel aliter diſponit, intelligas, nam pro illis partibus inteſtati ſucceſſioni fit locus, & hoc modo nihil clericus facit, ſed vtitur beneficio alterius conſucceſſoris laici, punctualis eſt deciſio tex. in l. poſt mortem, §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. vbi videndus Bar. quo loci inſtitutus vtitur beneficio præteriti, & habet bonorum poſſeſſionē contra tabulas, & vtitur ad ſui commodum teſtamento per alium cōtratabulato; imo potius

tius

tius dicitur, quod clericus ſimpliciter facit partem in ſucceſſione illius portionis, quæ ei beneficio laici ex diſpoſitione conſuetudinis defertur.

29 Inde pulchra eſt dubitatio, quid ſi iſti, per quorum exiſtentiam fit caſus ſucceſſionis ab inteſtato pro illis portionibus, nollent agere, vel renunciarent eorum beneficio, an clericus admittatur ad prædictam ſucceſſionem. in qua difficultate, ſi procedendum eſſet ex deciſione Bart. in d. l. ſi poſt mortem, §. fin. videretur concludendum ad minus eſſe neceſſariam petitionem præteriti petentis bonorum poſſeſſionem contra tab. licet non fuerit profecutus autoritate glo. in l. 3. §. ſi quis ex liberis hæres, in verſ. committat edictum, ff. de bonor. poſſ. contra tab. quæ opinio Barto. habet fortaſſe communem in contrarium; prout refert Capyc. deciſ. 194. num. 7. verſ. ſecundo principaliter, ſed dato, quod opinio Barto. in materia contra tabul. eſſet vera, non poteſt aptari in caſu noſtro, in quo in actu morientis, exiſtentibus proximioribus, ius ipſam operatur inteſtabilitatem in illis portionibus, vt pro medietate, vel pro nouem partibus deferatur ſucceſſio iuxta ſucceſſionem ab inteſtato, quæ ſucceſſio poſtquam eſt delata, cenſetur delata vnicuique pro ſua portione, & per conſequens ab vnoquoque pro ſua portione adiri poterit, l. delata, ff. de verb. ſignif. ſi igitur ipſo iure hæreditas defertur, & moriens moritur pro illa parte inteſtatus, nō eſt ſimilitudo bonorum poſſeſſ. contra tab. adæquata; nam illa habet neceſſitatem actus contratabulandi, ad finem, vt pro parte alteri contratabulandi ius acquiratur, & ſic ius contratabulandi non oritur ipſo iure, & hanc diſtinctionem videtur probare Surd. in deciſ. 108. nu. 10. verſ. ad ea verò, in prima reſponſione, & in verſ. non ſufficit, Reſiſtit enim conſuetudo in caſu noſtro actui diſpoſitionis, & dicit non poſſe diſponentem in vltima voluntate diſponere niſi de medietate, vel de decima, ergo poterit iuuari tali beneficio etiam clericus, quicquid dicat laicus, & ratio formalis eſt: nam cum iſte laicus renunciat, non poteſt renunciare niſi delatam ſibi ſucceſſionem, quam poteſt vel adeundo conſequi, vel repudiare, vt d. l. delata, & ſi non poteſt, niſi portionem adire, nec poſſe videtur
30 repudiare, niſi portionem, † ſi verò antequã fiat caſus ſucceſſionis, & mortis ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, iſte laicus cuius beneficio clericus iuuari dicitur, renunciaret beneficio conſuetudinis, & pro eo, quod ad ipſum attinet, daret poteſtatem ipſi morienti liberè diſponendi, tunc crederem omnino eſſe excludendum clericum per ea, quæ infra in 2. concluſione dicemus; nam tunc in ſola clerici perſona reſidere videretur ius reddēdi inteſtabilem ipſum morientem pro portione conſuetudinis. Nec obſtat, quòd ſucceſſioni ex teſtamento quis non poteſt renunciare, vt diximus in cap. de conſ. cap. & nidi; quia pro illis portionibus dicitur ſucceſſio inteſtati, Nap. in conſuet. & ſi teſtator, num. 26. Iddem eſſet in omni alio caſu, in quo tempore diſpoſitionis eſſet ſatisfactum proximiori laico pro portione ſibi tangente, vel quia inſtitutus laicus ſit, vel quia renunciauerit prædictæ ſucceſſioni, vt infra dicetur, vt ſemper clericus excludatur a prædicto beneficio conſuetudinis.

31 Et redeundo ad primam concluſionem, videntur poſſe fundari ea, quæ iam diximus ex autoritate Napo. in conſuet. ſi qua mulier, num. 10. in verb. fratribus, de muli. habent. filios, & in conſuetu. ſi morienti, in verb. habuiſſet, num. 301. quaſi ſola exiſtentia ipſius proximioris laici faciat ius quæri ipſi clerico ſecundum Barto. loc. cit. & prædictum tex. induxit de Franch. in prædicta deciſio. 667. num. 5. in princ. & in deciſ. 269. & ſecundum hanc concluſionem procedit conſ. Zabarelli. 154. in quo aderant filij, & erat Eccleſia inſtituta, & inter filios clericus, vel monachus, in quo tota vis ipſius Fratris Ioannis Baptiſtæ verſabatur, & hunc caſum implicitè explicauit D. de Franch. in rationibus poſitis in prædicta deciſ. 411.

32 Secunda eſt concluſio, quando vel non adſunt alij laici, quorum beneficio poſſit ipſe clericus iuuari, vt prædixi, & ſolus ipſe clericus exiſtit, qui deberet vocari ad ipſas portiones indiſpoſitas, quæ concluſio verificari poteſt, vel quia verè ſit ſolus clericus, vt dixit D. de Franch. prædicta deciſ. 411. in fin. num. 6. ibi, & ſic eſt deciſus alius caſus; vel quia adſint alij, qui licet poſſent diſponentem inteſtatum facere, quando non eſſent inſtituti, tamen non conqueruntur ex quo ſunt inſtituti, prout iam omnes ſunt, vel præſupponitur inſtituti in caſu prædicto, idem D. de Franch. prædicta deciſ. 411. num. 5. ibi, eſt & alius caſus; & iuxta hunc caſum etiam locutus eſt Capyc. in prædicta deciſ. 98. in ſecundo caſu. Intelligas tamen ſemper prædicta, dummodo teſtamentum, & inſtitutio aliorum ita ritè, & rectè proceſſerit, vt teſtamētū, & diſpoſitio non poſſit infringi quoad exequutionē voluntatis, nec curo valeat, vel nō, teſtamentum, dũ vltima voluntas remaneat ex Auth. ex cauſa, C. de libe. præt. tunc enim quia in ſola clerici perſona repoſitum eſt ius inteſtabilem diſponentem

nentem

nentẽ reddẽdi, cũ alij illud nec infringãt, nec poſſint infringere pro eorũ portione, vel habeãt portiones ſibi delatas ex eodem teſtõ, vel renunciatio in vita proceſſerit, vt dictum eſt, & tunc clericus non poteſt admitti ad faciẽdum inteſtatum diſponentẽ es beneficio conſuetudinis: quia hoc nõ poteſt facere niſi principaliter exercendo ad ſui beneficium conſuetudinis diſpoſitionem, a qua eſt excluſus, vt ſupra diximus. Et ex his potiſſimum in cauſa reclamationis inter prædictum Petrũ Lima, & Reuer Fratrem Ioan. Baptiſtam de Adiutorio, alias Myrto, ex quo ſolus ipſe Frater Ioan. Baptiſta nitebatur impugnare teſtamentum, & ſoror laica erat legitimè inſtituta, fuit iudicatum in Sac. Conſil. iunctis Conſiliarijs trium Aularum, benè reclamatum, & malè iudicatum per prædictam ſententiam die Decembris 1614 referente Integerrimo, & Doctiſſimo Regio Conſiliario Ioan. Baptiſta Valenzuela Velaſquez, nunc Regente digniſſimo, de Izzo Actuario.

33 Sed & hic poſſet tractari quæſtio, an ſi moriens expreſsè non inſtituiſſet laicos ſucceſſores, ſed ſimpliciter in teſtamento reliquiſſet proximis de conſuetudine id, quod ad illos ſpectat de iure conſuetudinis, an per illam generalem inſtitutionem cenſeantur inſtituti laici, qui poſſent teſtamentum infringere, & non clerici, an verò etiam clerici, & per prædicta videtur teſtator, alio vniuerſali hærede inſtituto, voluiſſe relinquere portionem, debitam ipſis proximioribus laicis, & non clericis: de hac quæſtione infra in capite de Forẽſibus dicetur etiam; in qua aduertas, quòd ipſe diſponens ex hac inſtitutione, nihil acquirit, nec eius hæres, inſtituendo ſolos laicos, cum conſuetudo diſponat, vt medietas remaneat ad beneficium ipſorum, qui debent ſuccedere ab inteſtato: ergo, aut præſumamus laicos inſtitutos, vel cum laicis ipſos clericos, ſemper verum eſt, hæredem pro eadem quantitate medietatis, vel nouem partium, eſſe in bonis antiquis grauatum, vnde, ſi teſtati cauſa in conſuetudine etſi teſtator, ſe habeat relatiuè ad diſpoſitionem inteſtati, & nulla vtilitas oriatur ex hac diuerſitate ad ipſum diſponentem, omninò crederem etiam clericum, & forenſem vnà cum laicis, & ciuibus eſſe inſtitutos. Nec arg. doctrinæ Ales. in l. hæredes mei, l. cùm ita, num. 10. ff. ad Trebel. facit, nã ibi ideo fœminæ non cenſentur inſtitutæ, ſed ſolum filij maſculi ad confirmandum teſtamentum, quòd per filium præteritum inualidatur, quod non eſt in caſu noſtræ conſuetudinis, cum ſemper illa ſola portio ſegregetur à poteſtate diſponendi, ſiue illam relinquat proximioribus, ſiue non relinquat aliter in beneficium alterius diſponendo, & ſic firmiter teneo, illa potiſſimum ratione, quia cenſetur quis diſpoſuiſſe eo modo, quo conſuetudo diſponit; ſed conſuetudo diſponit, vt ad portionem illam vocentur proximiores ſecundum regulas ſucceſſionis ab inteſtato, ergo in hoc nulla differentia poterit conſiderari inter ſucceſſionem ab inteſtato, & ſucceſſionem facto teſtamento quoad prædictas portiones. Intelligas etiam, quando, facta prædicto modo inſtitutione cum clerico, in eodem gradu laicus adſit, alias, ſi ſolus clericus, tunc omnia prædicta ceſſarent, & clericus ſolus non cenſeretur inſtitutus, ex quo per iam dicta ipſe non eſt in hoc caſu à conſuetudine vocatus, quando eſt ſolus, & tractatur de ſucceſſione, facto teſtamento.

34 Nec obſtat (vt ad prædictam deciſionem redeam) Id, quod pro parte dicti Fratris Ioannis Baptiſtæ dicebatur, ſcilicet, non ſemper eſſe ſeruatam per conſuetudinem rationem reciprocæ ſucceſſionis, cùm inter patrem, & filios apertè contrarium inſpiciatur. Nam filius diſponens, non tenetur patri de bonis maternis relinquere, niſi bonorum ſubſidium in conſuetudine filiusfamilias: at è contra pater filio tenetur ſemper de bonis maternis, & paternis medietatem liberis relinquere, vt in conſuet. ſi aliquis moriens, ſed veritate attenta, ac identitate ſubiecti, nulla adeſt diſparitas; Nam verũ eſt, quòd bona omnia antiqua reſpectu ipſorum filiorum ſunt antiqua. Et ratio eſt, quia coniuncti ipſi patri, vel matri ipſis filijs ſunt coniuncti, ita Nap. in conſuet. ſi qua moriens, in glo. cognatis, nu. 4. & dicit tex. in conſuet. ſi aliquis moriens, in verbo ex quocunque latere, & ibi Napo. & diximus in ſeq. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in princ. dum de prærogatiua lineæ tractauimus, & quemadmodum nouiter quæſita reſpectu filiorum, quando pater diſponit, ſunt ſubiecta tantum bonorum ſubſidio, vt in prædicta conſuet. ſi aliquis moriẽs; & in conſuet. ſi qua moriẽs, ſic reſpectu ipſius filij diſponentis ſunt bona materna, cum pater non poſſit dicere filio prædicta bona obuenta fuiſſe à coniunctis patris, ſed ab affinibus, vt ſunt, ipſi patri, illi de linea materna, vt dicemus infra in prædicta repetit. conſuetudinis ſi quis, vel ſi qua: & per hoc in ipſo filio reſpectu patris materna habentur, ac ſi eſſent nouiter quæſita, & per conſequens ſubiecta fauore patris ſolum bonorum ſubſidio ex conſuet. filiusfamilias, ſed quod in ipſis paternis patri, & in maternis matri non debeat filius medietatem, quemadmodum

è contra pater ipſi filio, hoc non negat conſuetudo, & hoc libenter aſſererem, & licet conſuetudo non intelligatur patre, vel matre exiſtente in medio, id procedere intelligendũ ex benigna interpretatione prudentum fauore ipſorum patris, & matris inducta, quæ interpretatio non debet in odium ipſorum retorqueri, l. quod fauore, C. de legi. Si enim ipſorum fauore tolluntur iſtæ perſonæ a generali vocabulo proximiorum, quando ipſi vellent vti conſuetudine ceſſarent omnia prædicta, & dicit de Franch. deciſ. 92. nu. 7. per tot. dixi de patre, & matre, quia in illis verè conſuetudo non loquitur, at de alijs aſcendentibus loquitur, & dicemus in conſue. ſi quis, vel ſi qua, dum de illa cõcluſione tractabimus, an patre, vel matre exiſtente in medio habeat locum conſuetudo, & prædicta limitatio fundatur optimè pluribus medijs à Socc. conſ. 81. ſi in cauſa, de qua agimus vol. 4. quòd ſtatutũ vocans coniunctos ex parte patris, vel ex parte matris includat etiam patrem, & matrem eo caſu, quo eſſet odioſum patri, & matri, ſi illos non comprehenderet.

35 Nec obſtat etiam id, quod proximè diximus de tex. in conſuet. & ſi teſtator, in qua non ſit differentia inter ſucceſſionem, facto teſtamento, & ſucceſſionem ab inteſtato, quia eædem perſonæ vocantur ad illas portiones, quæ vocarentur ab inteſtato, ergo, ſi ab inteſtato clericus vocatur, debet vocari etiam facto teſtamento, quia reſponſio eſt facilis. Nam conſuetudo ſupponit pro illa medietate effectum eſſe caſum ſucceſſionis ab inteſtato, & per hoc neceſſario illa ſecundum eoſdem terminos diſponenda, vt etiam ſupra diximus, & hoc non negamus poſt factum caſum inteſtati in illa portione, ſed quod debeat, vel non debeat fieri caſus prædictus inteſtatæ ſucceſſionis, hoc non diſponitur in dicta conſuetudine, cum longe alia ſit ſucceſſionis ab inteſtato ratio, à ratione ſucceſſionis facto teſtamento, & ideo id eſt repoſitum in interpretatione prædicta, & certum eſt de clerico, ipſam conſuetudinem non loqui, ergo potius dicemus non fieri caſum inteſtati, exiſtente ſolo clerico, vt diximus, & hæc eſt vera ſolutio.

36 Sexto nec erit etiam omittendum de his, qui tempore, quo diſponũt, intendũt ingredi religionem, vt eſt ipſe ingrediẽs monaſteriũ, vel religionem, quæ poteſt poſſidere in communi, an ſcilicet poſſit diſponendo in extraneos de bonis antiquis, fraudare proximiores ex latere bonorum portione ad eos ſpectante, Et ratio poteſt eſſe decidendi contra proximiores, quia cum monaſterium ſibi loco filij agnoſcatur, ſtantibus filijs agnati minimè poſſunt ſuccedere; hinc ſit, quòd, ſi agnati per monaſterium excluduntur, poterit, ipſos, ingrediens diſponendo in extraneos, exclude-
37 re, † quòd verò per monaſterium agnati excludantur Napo. in conſuet. ſi moriatur, num. 9. & in conſ. & ſi teſtator, in verbo diſponere num. 6. de Franch. deciſ. 40. & Felix de Rubeis, ab eo relatus, qui duas refert deciſiones Sac. Cõſ. in addit poſt volumen conſ. impreſſis, in verbo moriatur, Affl. deciſ. 370. in tertio dubio, & deciſ. 350. verſ. ſic etiã vidimus, de Franch. deciſ. 318. num. 6 & 7. Vnde ex his abſque dubio concluditur, quod ingreſſurus per ipſius diſpoſitionem poterit in prædictis agnatos fraudare, qui ſi diſpoſitio non fieret, nec ſuccederẽt, arg. tex. in l. ſi ita ſtipulatus, §. poſſum, ff. de verb. oblig. & per ea, quæ dicit glo. & Iſer. in §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. & faciunt ea, quæ dicit Capyc. deciſ. 210. & de Franch deciſ. 91. nu. 17. nec hodie iſta concluſio habet difficultatem, poſtquam ita fuit iudicatum per Sac. Conſ die 29. Ianuarij 1607. pro Hippolyta Capomazza cõtra fratres conſanguineos Lutij Burrelli, referente Illuſt. D. Marco Antonio de Ponte, ad præſens meritiſſimo Sac. Conſ. Præſide, & Marchione Sancti Angeli, nec fuit ratio prædictæ deciſionis, quia renunciatio eſt actus inter viuos; ſed quia, ſi non diſponeret, monaſterium, quod loco filij agnoſcebatur, omnino ſuccedebat, ex quo poterat poſſidere in communi, alias, ſi ingreſſurus fuiſſet religionem penitus incapacem, tunc per eandem rationem con-
38 trariũ affirmarem; † prout idem quod ſupra tenarem, etiam ſi per teſtamentum ingrediẽs diſpoſuiſſet, nã conſuetudo & ſi teſtator, iubet illos admitti ad medietatem; qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri; ergo, ſi non ſunt ipſi ſucceſſuri, non veniunt ad medietatem, licet ſimpliciter in prædicta ratione actus inter viuos fundaſſe ſe S. Cõſ. referat Reu Pater Molfeſ. in tit. de renunciatione q. 16. num. 24. & par. 3. q. 8. nu. 12. verè enim talis diſponit vt moriturus, quæ cautela ſi admitteretur, vniuerſa conſuetudo deſtrueretur, vt dicemus in repet. conſuet. & ſi teſtator, vbi diſcutiemus argumenta loc. cit. propoſita per dictum Reueren. Patrem.

39 Et prædicta rectè procederent, niſi ingreſſurus infra annũ probationis moriatur, quia tunc de eo, ac de laico, & ſeculari iudicãdum erit, cap. religioſo, de ſenten. excommun. in 6. Lucas de Penn. in l. ſtigmata col. 2. in fi. C. de fabricenſ. lib. 11. Iaſ. in Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſan. eccl. nu. 58. & per hoc in pendenti eſſe ſtatum nouitij dici poteſt, vt, ſi ingrediatur, actus iudicetur, ac de ingreſſo; ſi exeat,

vel

Digitized by Google

vel moriatur, ac de laico, & non religioſo, vide more ſuo latè deducentem Tiraq. in tract. lignag. §. 1. gl. 8. a nu. 21. vſque ad nu. 41. & in ſpecie nu. 38. & 39. quam concluſionem poſui potius ad integrandam materiam, quam vt crederem eſſe locum ipſius hic de ea pertractare, facit conſ. Paul. Caſtr. 432. col. fin. lib. 1. quem refert Magon. in deciſ. Rot. Florēt. 141. nu. 2. videndi ſunt ad prædicta Caball. reſolu. caſ. 108. nu. 20. Farinac. de inquiſ. q. 8. nu. 46. verſ. amplia 16 & latè per ſeptem caſus diſtinguit nouiſſimè Menoch. in addit. ad ſecundum lib. de arbitr. iud. ad caſum 436. vbi omnino videas omnesq; caſus reſolutos, quibus bona nouitij morientis infra annum probationis acquirantur.

40 Septima erit limitatio, vt omnes cōſuetudines, loquentes in contractibus, & vltimis voluntatibus, veluti dantes certam formam obſeruandam in ipſis, ad hoc vt valeant, veluti, quòd adſint tot teſtes, vel duo notarij, vel quid ſimile, quòd ipſæ comprehendant, & ligēt ipſos clericos. Et ratio huius limitationis eſt, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, quòd inſtrumentum vnum faceret fidem pro vna parte, & pro alia non, Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 77. nu. 26. allegatus à Carol. de Graſſ. nu. 192. limit. 25. in 2. effect. cleric. in ſuo tract. ſecundum cuius doctrinam, & binā diſtinctionem ibid. ex mente Doctorum, ibi relatorum, factam num. 193. & 194 ſcilicet procedere, quando ſolomnitates ſunt de facili obſeruabiies. Secundo, ſi principaliter de ipſis contractibus, & inſtrumentis loquuntur; decidi poteſt in materia conſuetudinum noſtrarum in toto tit. de inſtrumentis confectis per Curiales Neap. ligari perſonas eccleſiaſticas per eas, ex quo principaliter loquuntur in contractibus, & de rebus, quæ æquè principaliter poſſunt ad laicos, & ad Eccleſias pertinere, nec ad Eccleſias vti ad Eccleſias, ſed vti ad Ciues ſpectant, prout in limit. 16. nu. 176. in eod. effec. limit. 24. nu. 189. & ſic ego teneo, quia alias inuerteietur ordo totius commercij ex dictis per Seraphin. loc. cit. & ex his ſit finis tractatus de perſonis eccleſiaſticis.

§. 4. Præludiorum.

1 *Diſtrictus qui, & quo modo à diœceſi diſtinguatur, & varia ipſius acceptio.*
2 *Territorium quid ſit.*
3 *Territoriū caſtri vel Ciuitatis, an includat ciuitatem, & caſtrum.*
4 *Diſtrictus an comprehendat ſub ſe loca exempta.*
5 *Caſalia Ciuitatis comprehenduntur ſub diſtrictu ciuitatis.*
6 *Caſalia Ciuitatis Neapolitanæ tam quo ad diſtrictum, quàm quoad diœceſim Archiepiſcopi enunciantur ſigillatim.*

§. 4. *De Loci, & diſtrictus ratione.*

POſt tractatum de perſonis Eccleſiaſticis, erit videndum de loco, & territorio, iu quo ſeruandę ſunt conſuetudines de quibus infra agēdum erit, & ſic de diſtrictu, iuxta diſpoſitionem tex. in §. 9. infr. in prooemio Caroli, qui tractatus, vt ſit diſtinctus, de infraſcriptis dicendū. Primò de loco, & diſtrictu. Secundò, de Perſonis, quę in eo, & ſub eo comprehenduntur tam de facto, quàm de iure. Tertiò, de rebus, quæ in eodem loco, & diſtrictu comprehenduntur.

1 Ad Primum diſtrictus aliquando accipitur pro Diœceſi, ita interpretatur in clement. ne Romani, §. ſane, de electione, quo loci dicit glo. quòd plus eſt ponderare diœceſim, quam diſtrictum, eò maximè, quia diœceſis non mutatur, ſicut diſtrictus, vt ibi notat gl. & multa ſunt loca, quæ non ſunt de diſtrictu, & ſunt de diœceſi, prout etiam videbimus, dum de ſpeciali diſtrictu huius Ciuitatis, & diœceſi agemus, & hoc modo crederem intelligendos Doctores, dum dicunt, clericos eſſe de diſtrictu Ciuitatis, Ioan. Andr. & Gemin. cap. fin. de offic. deleg. Decius, qui alios citat in cap. r. de præbend. num. decimo, nam clerici ſunt exempti a iuriſdictione, vt ſupra diximus, nec valet conſuetudo, quantumuis inueterata, quòd Rex habeat iuriſdictonem in clericos, vt optimè contra Reges Angliæ probat Rota deciſ. 840. vtrum valeat conſuetudo in antiquis, ſequitur Felyn. in cap. 2. de maior. & obed. Duæ enim ſunt vniuerſitates clericorū, & laicorum, cap. duo ſunt, 22. q. 1.

Diſtrictus etiam Comitatus dicitur glo. in cap. Prouinciæ, in verbo Comitibus, vel Comitatibus, vt legendum puto, 99. diſt. & hoc eſt vulgare Hetruſcorum Contado, & Contadini. Inquit enim glo. Comitatum eſſe diſtrictum alicuius Ciuitatis, vbi eſt Epiſcopus.

2 Diſtrictus etiam dicitur Territorium, quod a Napodan. in gloſ. diſtrictu in prooem. Carol. nu. 335. diffinitur eſſe vniuerſitatem agrorum intra fines cuiuſque Ciuitatis, l. pupillus, §. territorium, Paris de Put. in tract. de

reintegr.feud.in tit.de verbor.ſignif.in verbo territorium,Capyc.in inueſtit, feud. in verb. territorium,& id,quod Napo. hic dixit territorium loci, & territorium iuris loci, id, quod diximus iuris, idem quòd iuriſdictio Paris de Put.dixit aliquando accipi largè territorium pro iuriſdictione d.§. territorium, l.nulli,C.de Epiſc. & cler.argum. l.extra territorium,ff.de iuriſd.omn.iud.aliquando appellari tenimentum,vt ibi,de diſtrictu vide Bald,in cap.1.§.fin.num.4. quibus mod.feud. amitt.Socc.conſ.74.num.9.& ſequen. vol. 1. Crauett. conſil.672.num.2.Bald. conſil 419. volum. 1.& latè Hieron. de Mont. in tracta. fin.regun.cap.7.per tot.& quòd non adſit diſtrictus niſi adſit Iuriſdictio,ſecundum Alex. ad Barto.in d.l.pupillus,§.territorium,ff.de verbor. ſignif. Crauett. conſil. 675. num. 2. Aret.optimè conſ.77.qui optime & ſubtiliter more ſuo diſcurrit de diſtrictu. Et quòd territorium comprehendat etiam mare adiacens,de Franch.deciſ.142. circa fin. vbi latè, quòd appellatione viæ publicæ comprehendatur ipſum mare, & alia iura ibi adiacentia, vt exonerandi,vel onerandi nauigia, Suarez alleg.17.& Freccia in tract.de ſubfeud. lib.2. quis dicatur Dux,Marchio,num. 5. vbi an iuriſdictio in mari veniat conceſſo territorio, & Calcan.conſi.90.nu.19.

3 An verò territorium Ciuitatis, vel Caſtri dicatur extra Ciuitatem,vel Caſtrum, vide apud Parid.de Put.loc.cit.qui hinc inde autoritates allegat, & concludit Ciuitatem eſſe in territorio,quia Ciuitas ineſt territorio,& vide ibidem nam allegat duo Conſilia Oldr. & ſic fundat glo.Marini, & poſt ipſam Iſern. in conſtit.ſi damna clandeſtina,in verb. territorijs, & facit contra autoritas noſtrarum conſuet. vbi ſi diſtrictus intelligeretur etiam de Ciuitate, ſuffeciſſet dicere tantum de diſtrictu Ciuitatis Neapolis,ex quo ſic omnia comprehendiſſet loca, & Ciuitatem ipſam, & tamen dicit Carol.in procem. in dicta Ciuitate Neapolis, eiuſque diſtrictu, & in conſuet.vbi domus,infr.de iur.congr.ibi, fundis, & domibus emptis, vbicunque in Neapoli, & in territorijs eius ſitis, & ſic expreſsè ſpecificat Ciuitatem, & eius territoria, quaſi ſit quid diuerſum; diſtrictus è Ciuitate, ſed dicas ipſam Ciuitatem eſſe nominatam, vti caput diſtrictus, prout Metropolis dicitur caput Diœceſis,aliàs abſurdum videretur, vt caput diœceſis,non dicatur eſſe in ipſa diœceſi, ſic de diſtrictu,& territorio dicẽdum erit, quaſi relatio neceſſaria,vt nõ poſſit diei diſtrictus, niſi alicuius Ciuitatis ſit diſtrictus;cum diſtrictus per ſe nihil ſit abſque alio adiuncto, ſed quòd appellatione diœceſis in odioſis non intelligatur Ciuitas, Menoch. conſ. 859. & ibi quatenus ſe extendat diœceſis,ſicetiam diſtinguit idem Menoch.conſ. 140. nu. 12. vbi diſtinguit,quòd aut diſpoſitio eſt fauorabilis,& appellatione territorij venit etiam Ciuitas, aut eſt odioſa,& non venit.

4 An verò Eccleſiæ,& alia loca exempta dicantur de diſtrictu,& dicunt aliqui, quòd, licet ſint in territorio, tamen non dicuntur de territorio,de qua quæſtione facit conſilium Angel. conſi. 233. quædam domina; num. 2. vbi videtur concludere, quòd ſtatutum,ſimpliciter loquens de actu teſtandi, vel poteſtate, non includat teſtantem extra territoriũ, & diœceſim, & per hoc nõ includere teſtantẽ in loco eccleſiaſtico,quòd optimè faceret ad noſtrã conſ.dato,ꝙ aliqua conſuetudo ſit,quæ non procedat in diſpoſitione, vel actu celebrato extra diſtrictum, quæ opinio licet in ſe non ſit vera,vt eſt videre apud Cagnol.in l. ſi librarius,nu.68.& contra Rol.& Natt.contrarium conſulentes fuiſſe iudicatum refert Surd.deciſ. 129. num. 10. tamen in materia noſtræ conſuetudinis non poſſunt applicari prædicti termini,cum Ciues vbique Ciuitatis exiſtant ſemper vti Ciues,& in parte Ciuitatis exiſtere dicantur, quia infra diſtrictum, alias bona,quæ reperirentur incluſa in loco exempto, non dicerentur de diſtrictu ipſius Ciuitatis,& facili negotio poſſet euitari in aliquibus diſpoſitio conſuetudinis, quod nec ſomniari poſſem, quicquid dicat Angel. eò maximè, quia in hoc volumine ſunt conſuetudines de Eccleſia, & locis eccleſiaſticis loquentes in conſuet.ſi eccleſia,infr.de iur.congrui, & ibid.Nap.

5 Intellecto quid ſit diſtrictus ad clariorem intelligentiam ſcias diſtriſtum continere in ſe omnia Caſalia huius Ciuitatis, vt dicit expreſsè Napod.in procem.Carol.in verb. vniuerſitate,num. 268. quo loci in finalibus verbis dicit, quia conſuetudines ſunt ſeruandæ in diſtrictu continere etiam Caſalia, licet homines Caſalium non ſint vocati, vide ibidem addent.quorum remiſſiones non repeto; & quòd Caſalia huius Ciuitatis, quæ habent iuriſdictionem diuiſam contineantur ſub verbo diſtrictus,& in ijs ſit ſeruanda conſuetudo, de Franch.deciſ.316.& ratio eſt, quia caſalia habentia ſeparatam iuriſdictionem,etiam dicuntur ſubeſſe ipſi Ciuitati, ex quo per Regẽ Federicũ inter capitula, & priuilegia Neap. in cap.54.fol. mihi 26. fuit ſpecificè conceſſum, quòd per conceſſiones factas, & facien-

das

das Caſalium Ciuitatis Neap. non præiudicetur Iuribus, & priuilegijs Neapolitanorũ, & iuriſdictioni M. Cur. Vicariæ, & aliorum Tribunalium Ciuitatis, & ad tex. in l. qui ex vico, ff. ad municipal. vid. Cott. in mem. in verb. repreſaliæ, vbi diſtinguit, quod in ijs, in quibus eſt facienda ſtricta interpreatio, non veniunt; in fauorabilibus veniunt Caſalia appellatione Ciuitatis; Soc. iun. conſ. 2. num. 30. & conſi. 49. nu 31. volum. 1. Conſal. Hiſpan. in lib. variar. quæſt. cap 36. num. 22. pag. 753. Menoch conſi. 75. num. 97. qui alios refert, & pluribus, Menoch. conſ. 1007 num. 85. cum pluribus ſeqq. qui in ſpecie ſtatuti optimè loquitur, l. qui in continentibus, ff. de verbor. ſignif. & Bal. in l. 3. poſt Bart. C. de naturalib. liber. vbi dicit Ciuium appellatione intelligi illos de diſtrictu, communitate, & territorio, & optimè Nap. in conſuet. ſi eſt quæſtio, in titu. in quo caſu ſtetur dicto, Colon. in verb. Ciues, vbi dicit ruſticum, vel villanum, in fin. dicit, quòd, licet iſti non ſint ciues, ſunt tamẽ legi Ciuitatis ſubiecti per dicta hic in prooemio, & quod conſuetudo Ciuitatis liget Caſalia, & Villas, quæ ei ſubſunt. Iſer. in tit. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia: additio 2. col. 2. verſ. omnia loca.

6 Sed quæ ſint Caſalia Ciuitatis Neap. dicas duplici modo Caſalia conſiderari, nam quædam ſunt Caſalia dioeceſis Neapolitanæ, quędam ſunt Caſalia diſtrictus huius Ciuitatis quoad iuriſdictionem temporalem, & primò dioeceſis Neapolitana conſtat in infraſcriptis Caſalibus.

Dioeceſis Neapolitana ſub Archipresbytero Turris Octaua.

Caſtrum Turris Octauæ, aliàs Torre del Greco.
Reſina, S. Giorgio à Clamano, Pollena.
Portici, Boſco, ſeu tre caſe. Trocchia.
Maſſa di Somma. S. Sebaſtiano. S. Giouanni à Teduccio.
Varra, Serini, Ponticello.

Sub Archipresbytero Afragolæ.

Afragola, Arzano, Seconigliano, S. Pietro à Patierno.
Caſauatore, Caſoria, Caſalenouo.

Sub Archipresbytero Capitis montis.

Ceruizano, Marano, Mugnano, Melito, Piſcinola.

Quæ non ſubſunt Archipresbyteris.

La Montagna di Poſilipo, Capodemonte, Villanoua, Ancarano, S. Straro.

Collis Antiniani.

Arenella, Antinianum, Vomarum, Turrichium.

Alius Catalogus prædictæ dioeceſis, quem habui ex quodam antiquo proceſſu.

Arzano.	S. Gio. à Teduccio.
Carmano.	Reſina.
Caſoria.	Poſilipo.
Caſalnouo.	Santo Vito.
Panecocolo.	Grumo.
Serino.	Mugnano.
S. Pietro à Patierno.	Marzano.
Cardito.	Marianella.
Caſandrino.	Terizo.
Caruizano.	Soccauo.
Chiaiano.	Mianello.
Polueca.	Portici.
La Volla.	Ponticello.
La Torre.	Pumigliano.
Chianura.	Piſcinola.
Afragola.	La Varra.
Frattamaiuri.	

Ex Sancti Laurentij Tribunali huius fideliſſimæ Ciuitatis diſtrictum habui contineri in infraſcriptis Caſalibus hodie 1. Ianuarij. 1618.

Antignano.	Torre dell'Annũciata.
Arzano.	Fragola.
Varra.	Frattamaiure.
Caſalnouo.	Foregrotta.
Caſandrino.	Grumo.
Caruizzano.	Mileto.
Porueca.	Mugnano.
Piſcinella.	S. Pietro à Patierno.
Piſcinola.	Salice.
Pianura.	Seconigliano.
Puſilipo.	Soccauo.
Torre del Greco.	S. Iorio à Carmano.
Chiaiano.	Marano.
Cardito.	Marigliancella.
Capo de chino.	Maranella.
Caſauatore.	Peccigno.
Caſoria.	Panecocolo.
Capodemonte.	S. Gio. à Teduecio,
Pontecello.	Serino.
Pianura.	S. Spirito.
Portice.	Terizzo.
Reſina.	Villa.

In quibus locis ex ſupra iam dictis, ex quo ſunt indubitanter Caſalia Ciuitatis Neapolitanæ,& ita hodie ab eius officialibus tractantur,non erit ambigendum,conſuetudines ſibi in ipſarum diſpoſitionelocũ vindicari, quod in diœceſi locum habere nõ puto,ſi rectè proceſſit prædictus cathalogus, cum ſemper reſeruem meliorem, & exactiorem computationem.

§. 5. Præludiorum.

1 *Ciues qua faciant.*

2 *Ciuilitatis decretum qua debeat continere, & an allectio poſſit fieri vno reluctante remiſſiuè.*

3 *Ciues alliciendi poteſtas à quo primo Neapolitanis conceſſa.*

4 *Ciues an dicantur nati per tranſitum, expoſiti,vel baptizati de remiſſiuè.*

5 *Incola quis ſit, & qualiter incolatus perficiatur.*

6 *Napodanus carpitur in malo modo loquendi, & quid differat ſortiri forum à ſortiri domicilium,*

7 *Forum ſortiri, & ſtatuto ligari æquiparantur.*

8 *Habitatores, & habitantes qui dicantur, & qualiter à conſuetudine ligentur.*

9 *Argumentum à mortuo ad deſiſtentem ab adminiſtratione valet.*

10 *Molfeſius notatur in 2. parte de perſonis. q.4.num.5.*

11 *Decretum Regiæ Cameræ declarans quis dicatur exiſtere in Ciuitate.*

12 *Conſuetudo loquens de bonis, æqualiter includit forenſes ac ciues, & dubitatur ex doctrina Napod. & melius. nu.19.*

13 *Conſuetudinem quæ expreſſè vel principaliter non loquitur de bonis, procedere etiã de bonis ſitis extra diſtrictum, an Napodano an ſit bene dictum.*

14 *Napodani dictum difficultatur in conſuet. pupillus in gloſa bona.*

15 *Conſuetudo loquens de actus ſollemnitate æqualiter includit exteros, & ciues, vel habitantes, dummodo actus fiat in diſtrictu.*

16 *Conſuetudo loquens de actu debet intelligi de ſimplici actu vti actus, non autem de actu vti diſpoſitio bonorum.*

17 *Conſuetudo ſed & mulier an procedat in filia extera in præiudicium patris exteri, & an in ciue procedat in bonis extra diſtrictum, nu.18.*

20 *Conſuetudo ſi moriatur, & cætera de ſucceſſion. ab inteſtato diſponere dicuntur de rebus, & includunt æquè exteros, & ciues.*

21 *Conſuetudo diſponens circa ſexus prærogatiuam, & fœminarum excluſionem, an dicatur realis vel perſonalis, diſcutitur ex nu.22. concluditur nu.23.*

24 *Conſuetudo & ſtatutum præferens maſculos fœminis, procedit etiam inter forenſes, & eſſe realem diſpoſitionem, num.33.*

25 *Conſuetudines, quæ diſponũt de bonis enũciantur.*

26 *Conſuetudines loquentes facto teſtamento, an dicantur reales, vel perſonales in ſucceſſione deſcendentium cum ſexus prærogatiua.*

27 *Napodanus notatur in conſuetudine ſi moriatur, in verb. ſuccedunt, nu.84. & num. 29. & num. 87. in eadem conſuetudine, num.28.*

29 *Pater faciens teſtamentum quomodo iudicandus circa præteritionem filiarum, & qualiter ſeruanda ab eo ſexus prærogatiua.*

30 *Conſuetudines diſponentes circa poteſtatẽ teſtandi, an dicantur perſonales, vel reales, vbi de conſuetudine filiusfamilias, & num.31. De alijs circa diſpoſitionem antiquorum.*

32 *Exteri ita ligantur à conſuetudine ab inteſtato vti facto teſtamento, etiam ad beneficium exterorum, quæ paritas non procedit in clericis.*

34 *Soror maſculiata ad ſucceſſionem patris, vel matris, ſuccedit etiam fratri vti maſculus, & è contra, excluſa a ſucceſſione parentum ab omnibus alijs excluditur, num. 35.*

36 *Filij ſororum ſunt eiuſdem naturæ, & conditionis, ac eorum matres.*

37 *Deciſio de Franch. 412. late diſcutitur, & explicatur non procedere, quando in bonis paternis, & maternis non poterat cadere excluſio fœminarum, vel maſculiatio, cum deciſ. Sac. Conſ. nu.38.*

39 *Conſuetudo excludens ſorores dotatas eſt indiuidua cum alia excludẽte filios a ſucceſſione parentum, & qualiter indiuiduitas ponderetur.*

§.5.De

§. 5. *De perſonis, quæ in loco, & diſtrictu continentur, uel non.*

NVnc videndum erit, quæ perſonæ in diſtrictu cõprehendantur, & quæ non comprehendantur, & per hoc erunt noſcẽdi plures termini, perſonas denotantes, & habentes in ſe effectum iuris pro re, de qua agimus.

1 Habemus primò Ciues, Ciues enim faciũt altera de quatuor cauſis, ſcilicet, origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio, C. de incolis, l. ciues dicit Napod. noſter in conſue. ſi eſt quęſtio, nu. 3. in verb. ciues, infr. in quo caſu ſtet. dict. colon. ſub quo nomine ad minus ratione territorij, & ſubiectionis illi de Caſalibus continentur, prout ibi dicit Napod. & nos ſupra diximus loc. ſuo, ſic etiã deciſiuè loquitur Napod. hic in procem. nu. 176.

2 Inquit Napo. in procem, num. 179. verſ. ex præmiſſis debet, quod decretum ciuilitatis plura debet continere, & in ſpecie allectionẽ debere fieri de ſpontanea voluntate Ciuium; hinc oritur, quod quando agitur de aggregatione facienda alicuius in cœtum nobilium alicuius Ciuitatis, prout eſt hic Neapoli in Sedilibus, vno reluctante aggregatio, & allectio non poterit fieri, & ſecundum hanc opinionem facit deciſionem Loffred. in cauſa illorum de Alexan. inter ipſius conſil. 51. in ordine, quòd ſcriptum paucis immutatis, fuit allegationis Hieronymi Seuerini, in ea cauſa factæ, & ego habeo manu ſcriptum originale, in quo conſtat de dicta allegatione accommodata, & aptatè per varias lituras ad formam deciſionis, prout hodię in d. conſ. 51. legitur, licet contrarium fuiſſe deciſum teſtetur Dominus de Franch. deciſ. 2. in cauſa illorum de Villano, in qua doctiſſimũ conſiliũ facit Fedricus Viualdus, qui ſcripſit pro Villanis, in qua cauſa fuit iudicatum aggregationem nobilium à maiori parte ritè, & rectè fieri potuiſſe. Sed prædicta deciſio eſt fundata potius in diſpoſitione priuilegij Regis Federici, quã iuris communis, vt optimè ponderat nouiſſimè compatritius meus in tract. de regimin. Reipubl. §. 2. nu. 39.

3 Et notandum, quòd poteſtas creandi Ciues Neapolitanos; fuit primò data Ciuibus Neapolitanis aggregandi exteros in Ciues Neapolitanos per Ferdinandum Secuudum in cap. 12. ſed in poteſtate priuandi ciuilitate fuit reſeruata notitia Regiæ Maieſtatis fol. 21. à ter. & fol. 23. a ter. in cap. 15. & à Magn. Capit. in cap. 23. Inttrueniente aſſenſu Regio, vel eius Locumtenentis, hinc D. de Frãch. deciſ. 357. quod aggregationes, quæ ſolebant fieri per Nabiles Ciuitatis, ſemper continebant reſeruationem aſſenſus Regij, & fiebant per actum publicum, cum Notario, Iudice, & teſtibus, prout vidi inſtrumentum ciuilitatis, factum in S. Laurentio per Nobiles Fabritium Coſſa, Lucium de Sangro, Io. Vincentiũ Stendardum, Andream Fellapane, & Troianum Menatum pro dicto Ioanne Caſtrioto Scannarbech Duci Sancti Petri in Galatina in anno 1495. die 29. Februarij per Notariũ Nicolaum de Monte in proceſſu in banca Imperati, nunc Scacciauenti, inter Ducem Sancti Petri, & aliquos particulares dictæ Vniuerſitatis.

4 An autem nati per tranſitum in aliqua Ciuitate. Item an baptizati. Item expoſiti debeant dici Ciues, vide Grat. diſcept. for. cap. 65. & omnes cauſas ciuilitatis proſequitur Luc. de Penn. in prędicta l. ciues, C. de incolis lib. 10. & nouiſſimè prædictus compatritius in tract. de regim. reipub. cap. 7. §. 20. nu. 5.

5 Secundò habemus Incolas, Incolam difinit Iuriſconſult. in l. pupillus, §. incola, ff. de verb. ſign. Incolas enim domicilium facit, ciues origo, & aliæ cauſæ, quas diximus, hinc Napo. in d. procem. nu. 180. dixit ſolam habitationem quantumcunque longæuam non facere Ciuem, ſed incolam, & proptcrea dicitur, quòd incola fit ſolo animo, & facto eius, qui ſe contulit in aliquam ciuitatem, ſed vt ciuis quis fiat requiritur animus eius, & alterius, vt not. C. de incol. l. ciuis quidẽ lib. 10. & Doct. tripliciter per incolam domicilium acquiri, natura, legis diſpoſitione, & animo, & voluntate incolæ, Maria Soc. in cap. vlt. col. 7. verſ. ſexto principaliter quæro, de for. compet. & quomodo quis domicilium habere dicatur Grat. diſcep. for. cap. 181. nu. 22.

Præſumitur enim incola habere animum habitandi. Primò, quando res ſuas cum familia detulit in rubr. ff. de migran. & in l. in l. cenſoria, ff. de verb. ſign.

Secundò, ſi per decem annos permanſerit l. 2. C. de incol. lib. 10. & quod habitãs Neap. per decẽnium dicatur ciuis Neap. vel melius non exterus ad pragmaticam 17. nouem cap. in tit. de feud. prohibente Proregem aſſentiri exteris in alienationibus feudorum, Surd. conſ. 371. num. 45. volum. 3. contrarium iudicatum fuiſſe aſſerit D. Rouitus in pragmatica prædicta 17. de feud. nu. 22. in cauſa creditorũ Illuſt. Marchionis Mariliani, vbi videas.

Tertiò ſi domum ibi emerit, nam poſſeſſio im-

immobilium cum habitatione facit aliquem
incolam,l.1.cum ibi not.ff. ad municipal. ſed
particulares caſus, ex quibus quis animo do-
micilium acquirere intelligatur optimè mo-
re ſuo per ſex caſus proſequitur Menoch. de
arbitr.iud.lib.3.caſu 86. ad quem recurras,&
quando præſumatur domicilij mutatio idem
Menoch.lib 6.præſump.42.

Incolam effici, què ex habitatione ex pro-
prio facto, & an extera, nupta Neapolitano,
per tale domicilium amittere dicatur origi-
nem,& quomodo de Franch.deciſ. 546. à nu.
18.vſque ad fin.

6 Et ex prædictis patet, inaduertenter eſſe
locutum Nap.in procem.in verbo diſtrictus,
nu.335.verſ.tunc expreſsè collige, dum acci-
pit domicilium pro foro, dicendo tunc ex-
preſsè collige, quòd, ſi exterus hic deliquit,
vel aliter ſortiatur domicilum quaſi per con-
tractum vel delictum intelligatur ſortiri do-
micilium, quod eſt falſum, cum non domici-
lium,ſed forus ſortiatur per delictum,vel con
tractum,prout dicit Cyn. in l. 1. C. de ſumm.
Trin.& fid.cath. Eſt bene verum,quod delin-
quens ligatur conſuetudine loci delicti,de de-
licto loquente,contrahens ligatur conſuetu-
dine loquente de contractu, Aymon conſ.30.
nu.6.& ſic de ſingulis Boer.conſ.10. nu. pen.
non ea ratione,quia ſortitur domicilium, ſed
quia forum ſortitur cōtrahens, vel delinquēs
in prędicto loco,iuxta tradita in d.l.1.& prę-
cipuè per Bart.prout ſupra diximus, dum de
eccleſiaſticis perſonis egimus, & tractant Do
ctor.extra de for.compe. & nos dicemus infr.
locis ſuis.Itaque ne te decipiat dictum Napo.
vt vnuſquiſque; qui ſortitur forum in prædi-
ctis modis,intelligatur ligari his conſuetudi-
nibus,prout ille,qui ſortitur domiciliū; quia
hoc eſt falſum, cum ille, qui contrahit domi-
cilium,in omnibus ligetur his conſuetudini-
bus: at qui ſortitur forum; ligatur dicta con-
ſuetudine,& ſtatuto,quę loquitur de illo actu,
per quem ſortitur forum, & ſic ſi ratione per-
ſonæ de perſona,ſi ratione rei de re, ſi loci de
loco, & huiuſmodi, prout inferius ſuo loco
dicemus,& ſupra ex Boerio conſ.10. nu. pen.
Contrahens enim ligatur ſtatutis, & conſue-
tudinibus illius loci.l.2. ff. quemadm. teſtam.
aper.l.ſi fundus,ff.de euict.Cuman. conſ. 141.
col.1.in fin.Rimin.ſenior conſ. 364. num. 12.
lib.2.Rot.Genuenſ.deciſ.26.nu.7. & adeo eſt
verum,vt mutans domicilium, ſemper poſſit
conueniri de contractibus factis,in primo do-
micilio in ipſo loco contractus,Specul. de cō-
pet.iudic.adit.§ generaliter,col.pen. in prin.
verſ.quid ſi debitor tempore contractus, nu.
33.Cardinal. in clem. paſtoralis, §.denique,
col.pen.in princ,verſ.tertiò quæro,nu.6.de
re iud,domicilij ratione forum ſortitur quis
Franc.Marc.q.920.par.2.nu.5. Natt.conſ.4.
7 lib.1.Et dixit Boer.deciſ.13.num.14.æquipa-
rari hæc, forum ſortiri, & ſtatuto ligari, & quod
incola obligatur legibus, & conſuetudinibus
loci,cuius incola eſt,latè Gail.obſer.lib.2.ob-
ſer.35.per tot.& num.5. illa ratione, quia
forum ratione incolatus ſortitur, & æquipa-
rari ſortiri forum,& conſuetudinibus ligari,
& allegat Soc. Decium, & alios plures, &
opinionem dicit eſſe communem, cap. quod
dilecto, extra de conſuet. & affinit. & plures
alios cumulat de Grati. in 2. effect. de effect.
cler.in princ.

8 Tertiò habemus habitantes, & habitato-
res,vt Nap.diſtinguit in conſuet. fin. quæ in-
cipit pupillus,in glo.habitatoribus, num. 10.
vbi diſtinguit inter habitatores,& habitātes,
& dicit conſuetudinem ligare habitatores,
qui habitatores intelliguntur,qui habent do-
micilium, & ſic reincidit in incolatum habi-
tatio ad effectum,vt comprehendatur,vel non
in cōſuetudinis iuriſdictione. Intelligit enim
Napod.habitantes perpetuò: habitator enim
is dicitur,qui habitat cum ſua familia,& facit
ibi focum,& alia, quæ ſolent facere habita-
tores,vt in l.2 C. vbi Senat. vel clariſs. & C.
de agric. & cenſ. l.cum ſimus, Bal. conſ. 198.
incipiens ſtatutum Ciuitatis Tergeſti vol. 2.
nu.3.& ibi de interpretatione ſtatuti ligantis
ciues,vel habitatores,& ſemper dum de habi-
tatoribus agimus, ſupponimus illos eſſe exte-
ròs Ciuitatis Neapolitanæ, & facit Napo.in
conſuet.vbi domus;de iur.congr.num. 70. &
71. vbi ad finem, vt gaudeat quis priuilegio
huius conſuetudinis videtur requirere alterū
de duobus, vel quod ſit habitator, vel quod ſit
Ciuis,& ſic (inquit Napo.) ſi ciuis tranſtulit
domicilium in aliam ciuitatem, habet locum,
nihilominus hæc conſuetudo C. de municip.
& orig.l.fi.lib.10.& ibid.dicit Nap.intellige
habitatorem, qui habeat domicilium, vel ſit
incola,nam ſoli perpetuò habitatores ligan-
tur.l.ciuitatis: vt ibi Nap. Itaque id,quod di-
ximus de ciuibus,ſēper intelligas de ciuibus,
etiam non habitantibus, & de habitatoribus
etiam non ciuibus,prout dixit ibi Napo. nec
obſtat id,quod dixit Napo.in conſuet.vbi in-
ſtrumentum,nu.36.in verb moritur, ibi, Itē
quid ſi tranſtulit domicilium alibi Reſp.quā-
tum ad hanc ciuitatem habetur pro mortuo,
quia ibi alia militat ratio,nam, cum notarius
non habet Neapoli domicilium, non poteſt
inſtrumenta conſcribere; iuxta conſuetudinē
ciuitatis, & per hoc bene habetur pro mor-
tuo quantum ad hanc ciuitatem,non tamen

dicit

dicit Nap. quòd deſinat eſſe ciuis, ſed benè de-
9 ſinit eſſe notarius ciuitatis, † valet enim ar-
gumentum, & paritas inter mortuum, & eũ
qui ab adminiſtratione eſt ſublatus, Ann. al-
leg. 92. nu. 3. Grat. diſcept. for. cap. 127. num.
40. cum ſequen. quemadmodum etiam caſus
mortis, & abſentiæ æquiparatur, ita vt proui-
ſus, & ſubrogatus pro abſentia, exercet etiam
in caſu mortis alterius tutoris, de Franchis
deciſ. 151. & an tutor, datus, vel ſubrogatus
in caſu mortis alterius tutoris intelligatur in
caſu, quo, vt ſuſpectus, eſt remotus, latiſſimè
Maſtrill. deciſ. 6.

Et ex prædictis dixit Ant. de Alex. in add.
ad conſ. in proœm. ſub nu. 344. in verbo di-
ſtrictu, in addit. quæ incipit, nota ex hac gloſ.
in verſ. ſed oritur hic difficultas, allegando
Napod. in autoritate relata, & alia plura ad
hoc comprobandum, quòd ciuis, etiam ſi trã-
ferat domicilium in aliam ciuitatem, tamen
quoad bona exiſtentia in ciuitate, ligatur his
conſuetudinibus, vel quoad contractus factos
in ciuitate, vel extra, tamen relatiuos ad con-
ſuetudinem huius ciuitatis; nec omittam, †
10 Reuerendi moderni clerici Regulares in 2.
part. de perſonis q. 4. nu. 5. referunt autorita-
tem prædictam D. Ant. de Alex. ad proban-
dam quæſt. quòd forenſes ligantur conſuetu-
dine in bonis infra diſtrictum diſponentes
contra Capyc. quæ autoritas facit in contra-
rium, imò comprobat autoritatem, & opin.
Capyc. ſi enim non ſupponeretur exteros nõ
ligari conſuetudinibus, qua ratione poſſet du-
bitari, ſi ciues, alibi transferentes domiciliũ
per fraudem, poſſent ſubterfugere conſuetu-
dinis diſpoſitionem? vt ibi dicit Anto. in d.
addit. ibi, ne alias eſſet inuenta fraus, benè
prædictam autoritatem allegant ijdem Mo-
dern. in eadem par. quæſtio. 5. qui tenent, vt
ſupra diximus de ciuibus, alibi habitantibus,
ſed de hoc dicetur loco ſuo, & ratio etiam eſt
diuerſa. Originarius enim ob mutationem
domicilij non poteſt originem mutare, & ci-
uilitatem deſerere, prout plenè tractat Gail.
lib 2. obſer. 36. per tot. vbi ipſam concluſionẽ
limitat de conſuetudine Germaniæ, vt ſcili-
cet mutuans domicilium cum illis requiſi-
tis ibi enunciatis, intelligatur iura ciuitatis
amittere, at iſta ratio non afficit, vt forenſis
poſſit dici aſtrictus legi alicuius ciuitatis, vn-
de dixit Crau. conſi. 271. num. 3. quòd mulier
nupta in alieno territorio, retinet iura ciuita-
tis originis.

11 Volui hic inſerere in materia ciuilitatis ad
declarandum, quis intelligatur exiſtere in ci-
uitate infraſcriptũ, decretum, & deciſionem
Regiæ Cameræ, quod in ritibus Regiæ Ca-
meræ habetur. Die XIIII. menſis Ianuarij 2.
Ind. 1469. in Regia Camera Summariæ per
D. Locumtenentem M. C. Dominum Ni-
colaum Antonium de Montibus, & Præſidẽ-
tes D. R. C. decretum, & declaratum fuit,
ſiue determinatum, quòd exiſtentes in ciuita-
te Neap. intelligantur, qui domum retinent,
ſeu habent in ipſa ciuitate, in qua familiariter
habitant, licet in poſſeſſionibus, quas colunt
extra Neapolim pro cultiuatione illarum,
ſiue cauſa fructuum quærendorum aliquando
morentur, atque exiſtant, ſiue maneant, cum
ibi manere, & ſiſtere cenſeantur, vbi habita-
tionem habent, per tex. & gl. in verb. maneat,
& quod ibi colligitur, & ſic Barto. ff. de liber.
agnoſc. l. 1. §. 1. ibi enim quis ſtat vbi larem
conſtituit, ac vbi retinet vxorem ſuam dicit
Bart. in l. §. habitare, ff. de his, quod deie. vel
effud. vbi etiam allegat d. l. 1. §. 1. ff. de liber.
agnoſ. & inde qui in poſſeſſionibus cum vxo-
ribus morantur, licet in ciuitate domum reti-
neant cauſa fructuum reponendorum, vel alia
cauſa pro ſuis commoditatibus extra ciuitatẽ
exiſtentes intelligantur, vt inde ſoluere te-
neantur iuxta præinſertum capitulum, quod
incipit de vnaquaque ſalma, & ſi aliquando
vxorem, & familiam in ciuitate, aliquando
in maſſarijs retineant, ipſi verò in maſſarijs,
ſiue ibi exiſtentes intelligũtur vbi plus, licet
maiore parte anni in poſſeſſionibus fuerint
cum vxore, & familia, tanquam non exiſten-
tes in ciuitate, ſoluere debeant iuxta capitula
ipſius gabellæ, & ſi ijdem maiore parte anni
vxorem, & familiam habuerint in ciuitate
Neap. licet ipſi cauſa culturæ poſſeſſionum,
vel fructuum quærendorum in poſſeſſionibus
fuerint, tanquam in ciuitate Neap. exiſtentes,
ſoluere non debeant, quod ſiſtentes in ipſa
ciuitate ſoluere non tenentur; prædicta ha-
bentur per gloſ. in clem. cauſam, de elect. in
verb. communiter, & Bald. in l. ſi quis ad de-
clinandum, C. de epiſc. & cler. verſ. nunc bre-
uiter venio. In ciuibus verò Neapolitanis,
& hominibus caſalium prædictæ ciuitatis
quoad hæc id ſeruetur, quod hactenus con-
ſueuit.

Conſtituamus ergo ex prædictis regulam
generalem, quòd omnes exteri, ſiue forenſes,
hoc eſt, non ciues, vel non habitatores, non
comprehenduntur in diſpoſitione conſuetu-
dinum per prædictas Napod. autoritates, &
in hac regula non eſt difficultas, & ex infra
dicendis in limitationibus, & ampliationibus
regula præſens remanebit optimè vltra præ-
dicta firmata, & ſic duæ erunt regulæ firmatæ,
Prima, quòd omnes ciues, vel incolæ, & habi-
tatores comprehenduntur in diſpoſitione
con-

Digitized by Google

conſuetudinis. Secunda, ꝙ forenſes, & exteri vt ſupra non comprehenduntur, quæ duę regulæ vnam propoſitionem, & regulam verè firmare videntur per regulam contrariorum.

12 Prædicta regula limitatur. Primò in eo, quod attinet ad conſuetudines loquentes de bonis, de Franch. deciſ. 546. num. 1. & num. 5. & melius num. 8. ibi, dum dicit, quòd ſtante pro vera opinione, quòd conſuetudo filiusfamilias non procedat in bonis extra diſtrictū, non eſt quærendum an pater ſit, vel non ſit forenſis, ſupponit enim D. de Franch. quòd in conſuetudine loquente ſuper rebus, nihil de perſonis ſit curandum, quam etiam puto veritatem, prout confirmat idem de Franch. ibid. num. 14. & 15. expreſsè procedere ſolum in bonis, ſitis infra diſtrictum huius ciuitatis, ergo (inquit Napod.) in bonis, poſitis extra diſtrictum, ſeruabitur ius commune tam quo ad exteros, quàm quoad ciues, debentes ſuccedere, ita dixit Napo. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, num. 174. in verb. in bonis omnibus, quam limitationem generaliter Napo. intellexit in quacunque conſuetudine, quæ exprimat de bonis ita dixit in conſ. pupillus, quæ eſt finalis huius volum. in glo. bona, nu. 8. in primo membro diſtinctionis, vbi Napod. ſe refert ad plures alios locos, in quibus iddem ſe dixiſſe meminit, ſicut etiam dixit idē Nap. in procem. in verb. diſtrictu, nu. 335. cum eademmet diſtinctione, poſita in dicta conſuet. pupillus, quod argumentum procedet, ſecundum quod dicit Nap. hoc modo, quòd in caſu prædictarum conſuetudinum loquentium de bonis tam inter ciues, quàm inter exteros ſeruatur ius commune in bonis extra diſtrictum, ergò quòd in bonis infra diſtrictum, tam quo ad exaeros, quam quoad Neapolitanos ſit ſeruanda conſuetudo, non procedet, imo ex prędictis doctrinis Neap. colligitur in bonis infra diſtrictum eſſe ex mente Nap. faciendam diſtinctionem inter exteros, & ciues, aliàs ad quid Napod. negaſſet in bonis extra diſtrictū diſtinctionem exterorum, & ciuium, ſi in bonis infra diſtrictum eandem diſtinctionem nō ſuppoſuiſſet, ſed de his inferius dicetur loco ſuo nu. 19. limit. 4.

13 Proximam limitationem intelligas, vt dixi in conſuetudinibus loquētibus vel principaliter, vel expreſsè de bonis, alias, ſi conſuetudo non loquitur expreſsè de bonis, vel principaliter extendetur ipſius diſpoſitio in bonis extra diſtrictum, ita dixit Napo. in d. conſuet. pupillus; in glo. bona, de Franch. prædicta deciſ. 546. num. 2. & melius num. 14. & num. 18. vbi ſupponendo conſuet. procedere in bonis extra diſtrictum, quærit de forenſi, & ita dicit

14 Grat. diſcept. foren. cap. 382. nu. 15. † Sed verè, & rectè intelligendo prædictam propoſitionem, non poteſt verificari ipſa eo modo, quo dicit Napodan. vt ipſemet innuit; nam ſi conſuctudo nō loquitur de rebus, nec principaliter, nec expreſsè, nec etiam in conſequētiam, & ipſius diſpoſitio non eſt ſuper rebus, ad quid erit quærendum, an extendatur ad res infra, vel extra diſtrictum? quando enim non loquitur de rebus, loquetur de inſtrumētis, item de actibus, & huiuſmodi faciendis in ciuitate Neapolis, & tunc non imponitur diſpoſitio rebus (inquit Nap.) ſed perſonis conficientibus, & formis conficiendi iſtæ ſunt res, de quibus conſuetudo diſponit, ita etiam Doct. loquuntur, quod ſtatutum, diſponens ſuper perſona, poteſt ligare perſonā ſibi ſubditam, ita vt vinculnm illi iniunctum ſequatur perſonam quocunque vadat; dummodo de hoc expreſsè diſponat Surd. conſ. 535. nu. 17. lib. 4. ipſum refert, & alios plures Grat. cap. 253. diſcept. for. in fin. & ſic etiam in bonis extra territorium vinculum prædictum ſeruabitur, vt ibi.

15 Tertiò, poterit p̄dicta regula limitari, quod id, quod diximus de ciuibus, & habitatoribus non procedit in quacunque conſuetudine loquente de aliquo actu, quia quòad illum actum non erit ſecienda diſtinctio inter ciues, & exteros, nam quoad illum actum forum ſortitur forenſis, & tenetur ſeruare conſuetudinem ciuitatis de eo loquentem, Anto. de Alex. in procem. Carol. ſub nu. 335. in addit. quæ incipit, nota ex hac glo. verſ. idem etiam tenerem, latè Morot. conſ. 53. nu. 3. & 4. qui plures allegat l. 1. C. de emancip. liber. l. ſi fundus venierit, ff. de euict. l. 1. in fin. ff. de ventr. inſpic. Inno. in rub. de conſuet. nu. 6. Bart. in l. cunctos populos, nu. 32. verſ. circa primum, C. de ſumm. Trin. & fid. cath. Aret. conſ. 14. verſ. tertia ratio principalis, & conſ. 73. col. 4. verſ. his ergo præmiſſis, vbi loquitur de ſtatuto prohibente filiosfamil. teſtari ſine conſenſu patris, Ruin. conſ. 53. nu. 13. lib. 2. latius conſ. 201. lib. 1. Corn. conſ. 241. col. 2. verſ. his tamē non obſtantiſius lib. 2. optimè, & propriè ad rem noſtram Gratian. diſcept. for. 253. nu. 2. refert Ruin. conſi. 160. num. 3, col. 1. verſ. ſed præmiſſis lib, 4. & de communi teſtari Caputaquenſ. deciſ. 205. par. 3. Itaque forenſis circa emancipationem, vel alios actus, de quibus in hoc volum. extant conſnetudines, tenebitur ipſarum conſuetudinum diſpoſitionem ſeruare, & per conſequens non procedit diſpoſitio in actibus, qui non fiunt in loco, in quo adeſt prædicta conſuetudo, vt ex Morotio, & prædictis.

Sed

16 Sed prædicta de actu, à conſnetudine diſpoſito, intelligas, quando ſimpliciter loquitur conſuetudo de actu, vt de teſtamento contractu, vti contractu, & huiuſmodi: tunc enim eatenus comprehendetur ille actus in conſuetudinis diſpoſitione, quatenus actus ſit in loco conſueiudinis, & tunc tam quoad forenſes quàm quoad bona extra diſtrictum ille actus ſeruabitur iuxta ipſius cunſuetudinis diſpoſitionem, at quando actus non vti actus a conſuetudine inſpicitur, ſed vti diſpoſitio bonorum, & ſic ſiue ſit miſtus actus cũ perſona, & cum actu, ſemper quia verum eſt ad bona per conſuetudinem haberi reſpectum, tunc nec actus, nec perſona faciet mutari diſpoſitionẽ conſuetudinis, quia licet diſpoſitio fiat extra diſtrictum, tameu quia diſponitur de bonis in diſtrictu, non valebit diſpoſitio, niſi quatenus conſuetudo voluerit, & hoc modo intelligendæ conſuetudines diſponentes circa diſpoſitiones faciendas in vltima voluntate, vt ciuis vel Incola, vel exterus licet diſponat extra diſtrictũ, dũ tñ de bonis infra diſtrictũ tenebitur diſpoſitione conſuetudinis alias eſſet inuenta via fraudandi diſpoſitionẽ conſuet. de fraude in ſimili, & de ſimili ratione fraudis euitãdæ, Grat. in deciſ. 102. num. 2. & 6. & probatur, nam, ſi translatio domicilij veri non tollit ciuem originarium à diſpoſitione conſuetudinis, ergo minus momentanea procurata ad illum actum faciendum: quod vero translatio domicilij non tollat prædictam diſpoſitionẽ, diximns in principio, in verſ. tertio habemus ex Napo. & Ant. de Alex. tunc enim cum intentio conſuetudinis eſt de bonis prouidere, mutatio loci actus, non debet poſſe mutare conſuetudinis diſpoſitionem per prædicta.

17 † Ex prædictis erit diſputanda quæſtio, an filia quæ ex diſpoſitione conſuetudinis efficitur per nuptias ſui iuris, per conſ. ſed & mulier efficistur ſui iuris, etiam extera in præiudicium patris exteri, qui habet ius patriæ poteſtatis, de Franch. deciſ. 546. nu. 9. & ſeq. vbi benè concludit talem conſuetudinem nõ procedere contra patrem forenſem, & ita
18 fuiſſe deciſum, † & ratio eſt, quia cum conſuetudo loquitur de perſona, oportet intelligere eam de perſona ciue, & non de extera, ergo non poteſt intelligi de forenſi, eſt verum ex eadem ratione, quòd in Ciue procedit in bonis etiam extra diſtrictum, ſcilicet, contra patrem ciuem omnino inteligi ſui iuris, & poſſe teſtari de bonis extra diſtrictum, vt innuit de Franch. d. deciſ. num. 18. Si enim non procederet in bonis extra diſtrictum, non eſſet quærendum de forenſi, vel ciue, & ſic etiã tenet Gratia. diſcept. for. cap. 382. nu. 15. qui refert prædictam deciſ. de Franch. & cum eadem deciſ. tenet Theſaur. quæſt. foren. lib. 2. q. 6. & de Franch. in d. deciſ. 546. nu. 16. dicit, quòd quando conſuetudo diſponit circa ſolemnitatem actus, tunc quoad illum actum obligat etiam forenſes; at, quando circa actũ, vt, ſcilicet cenſeatur emancipata, tunc non includere forenſes, quia non eſt pater ille, qui actũ facit, ſed ſtatutum, ideo ad ea, qnæ dixi de actu, ſemper intelligas circa ſollemnitates actus, non quòd ipſa conſuetudo faciat actum, vt optimè dicit de Franch. d. nu. 16.

19 Quarto limitatur prædicta regula in conſuetudinibus de rebus diſponentibus expreſsè vt tunc illæ in rebus procedant ſitis infra diſtrictum, & nulla habeatur ratio de perſonis, vt quemadmodum, quando conſuetudo tractat de actu ſufficit, vt ille actus fiat in loco cõſuetudinis, & nulla ratio habeatur de perſonis, & rebus non ſubiectis cõſuetudini, ſicut etiam, quando expreſsè diſponit de perſonis, & non de rebus, ſufficiat ipſas eſſe ſubiectas conſuetudini, nulla ratione habita rerum, an ſint infra, vel extra, vt in diſtinctione Nap. in d. conſuet. pupillus, ſic a pari, quando conſuetudo diſponit de rebus, ipſæ res, ſic affectæ, conſuetudinis diſpoſitione trahent ad ſe etiã perſonas, nulla ratione habita perſonarum, ſi ſint, vel non ſubiectæ cõſuetudini, valet enim argumentum à re ad perſonas, prout optimè probat Nicol. Euerard. in loco 38. Cum enim intentio conſuetudinis eſt de re diſponere, eſt realis diſpoſitio, & nulla ratio habetur de perſonis, ſic quando de perſonis, principaliter diſponit, nulla ratio habetur etiam de rebus ſint, vel non ſint in iuriſdictione diſponẽtium, faciunt ad prædictam regulam comprobandam omnia infra dicenda, & deciſiones inferius recitandæ. Et quod quando ſtatutum inhabilitat perſonas ſibi ſubiectas ad contrahendum ſine certa ſollemnitate, quod tunc nec poſſint illæ perſonæ contrahere extra territorium, optimè defendit, & cõcludit Grat. deciſ. 102. & in ſpecie nu. 6. qui ex hoc, ꝙ de facili fieret fraus ipſi ſtatuto, alibi contrahendo. ſ. extra territorium non admittitur talis exceptio, prout in ſimili de bonis diximus.

20 Vnde neceſſarium puto hic tractare an cõſuetudines noſtræ diſponant de perſonis, vel de rebus, & quæ diſponant de rebus, & quæ de perſonis, & certum eſt ex dictis in §. 3. de perſonis eccleſiaſticis, in 4. limitat. Et in ſucceſſione ab inteſtato loqui conſuetudinem, & diſponere ſuper rebus, expreſsè hoc dixit Napod. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb. in bonis omnibus, num. 174. & fuit deciſum in cauſa illorum de Lembo, prout refert addit.

ad

Digitized by Google

ad conſuet. pupillus, ſub nu. 8. quæ incipit in cauſa Lemborum, & eandem deciſionem refert D. de Franch. in notis, quæ ſunt impreſſæ in fin. volum. conſuetudinum, in 2. apoſtill. quæ incipit in eodem proœm. in glo. in verſ. per diſtrictum, & ſic in ſucceſſ. ab inteſtato nõ difficultatur, quòd cum ſit realis diſpoſitio conſuetudinum liget etiam exteros, & ratione etiam æqualitatis, & correſpectiuæ ſucceſſionis ſeruandæ ſuaderi poteſt prædicta concluſio, in ijſdem enim bonis, poſitis infra diſtrictum, ſi ciuis Neapolitanus moriatur, ſuccedunt etiã ab inteſtato exteri, ſicut ciues, vt in dicta cauſa ipſorum de Lembo: ergo, ſicut exteri poſſunt ſuccedere ab inteſtato ipſis ciuibus, ſic è contra optimum erit, vt ipſis in ijſdem bonis an inteſtato ſuccedatur, ſemper enim verum eſt, quòd, dum conſuetudo diſponit de rebus, non eſt habenda perſonarum aliqua conſideratio, & ſic ſimul ſint duæ concluſiones ſtabilitæ. Altera, quòd ab inteſtato exteri ſuccedant ipſis ciuibus, altera, quod exteris etiam in ijſdem bonis ab inteſtato ſuccedatur.

Difficultas eſt in ſucceſſione ab inteſtato, debita ipſis deſcendentibus, an ipſa quoque ſit pari modo diſponenda, & ſit per conſequens, & ipſa realis iudicanda, prout eſt ſucceſſio tranſuerſalium, & diuerſitas eſſe poteſt, nam in ſucceſſione tranſuerſalium ſecundum prædictas deciſiones non agitur aliquo modo de perſonis, ſed ſimpliciter de rebus; diſponit enim conſuetudo diſtinctionem bonorum, nõ curando de perſonis; facta diſtinctione, ſucceſſio defertur ſuo iure, ſic diſtincta, prout à conſuetudine diſponitur.

21 At in ſucceſſione deſcendentium diſponitur prærogatiua ſexus, & præcipitur maſculo, quòd infra decimumſextum annum maritet ſorores de paragio de bonis maternis, & paternis, & ſic aliquo modo videtur ipſa conſuetudo diſponere inter perſonas, quando introducit ſexus prærogatiuam, & Alex. conſi. 111. volum. 7. num. 5 non loquitur, nec poteſt aptari in caſu noſtræ conſuetudinis, nam conſuetudo noſtra non inhabilitat ſimpliciter fęminas, put eſt caſus dicti Cõſilij, ſed imponit onus ipſis maſculis, & cõditionaliter excludit fęminas, ſiue melius præfert ipſos maſculos, ſic etiam loquitur Natt. conſ. 148. nu. 6. quòd verò conſuetudo excludat fœminas conditionaliter, Napo. conſuet. ſi moriatur, nu. 26. & in ead. conſuet. nu. 48. in fin. & in glo. maternis, nu. 47. in fin.

Et quòd ſit perſonalis conſuetudo diſponens ſuper prærogatiua ſexus fortius ſtringit doctriua Iſer. in conſtit. in aliquibus, in quæſt. illa, dum quærit, an cõſtitutio habeat locum, etiam in ſucceſſione matris dicit ex conſuetudine eſſe approbatam opinionem illorum, qui dicunt conſtitutionem illam locum habere in matris hæreditate, dum in verſ. feudũ datur, venit ad conſuetudinis probationes, ſubdit. Et nota, quod conſuetudo debet eſſe in illa terra, vnde ſunt frater, & ſoror, & ſic expreſsè dicit perſonarum conſuetudinem attendẽdam, non dixit in qua ſunt bona ſita, ſed huic autoritati poteſt reſpõderi, quòd hic Andreas nõ loquitur de conſuetudine diſpoſitiua a principio, vt eſt noſtra conſuetudo, quia illa eſſet localis, & circa bona, vt hic dicetur, ſed de conſuetudine interpretatiua cõſtitutionis Regni, quæ interpretatio habebit deinde locum inter ipſas perſonas, inter quas viget conſtitutio per totum Regnum, ac ſi eſſet Regni conſtitutio, & non vti conſuetudo, & demonſtratio eſt, quia ſi in Sac. Conſ. viget, vel hic Neap. conſuetudo interpretatiua conſtitutionis diſpoſiaio erit conſtitutio, & ſic de conſuet. interpretatiua loquitur Andreas in eadem quæſt. verſ. alij ſunt, ibi optima legum interpres.

22 Item quòd ſit perſonalis iſta diſpoſitio, expreſsè colligitur ex Napo. in conſuet. ſi qua mulier, in verb. fratribus, quo loci poteſt concludi, quòd, cum prærogatiua ſexus ſit facta ob finem ſuccedendi ad portionem, ſpectantem ad fœminam, vt quemadmodum ſit ius accreſcendi iudicandum, ſic vniuerſa prærogatiua ſexus; ſed ſic eſt, quòd ius accreſcendi eſt perſonale, vt ibi dicit Napod. ibi, non ergo accreſcit portioni, ſed perſonæ, ergo diſpoſitio conſuetudinis eſt perſonalis, non realis, ſed dicas verè ius accreſcendi eſſe perſonale in rem ſcriptum, prout de conditione dicitur ad portionem hęreditatis, quæ dicitur in rem ſcripta, Nap. conſuet. iſta nu. 92.

23 His tamen non obſtantibus, nõ minus erit realis iudicanda diſpoſitio conſuetudinis, dũ tractat de ſucceſſione deſcendentium, quam illa, quæ de ſucceſſ. tranſuerſalium; vtraque enim fundatur ſuper rebus, & rerum ſucceſſione, & ſicut excluſio à ſucceſſione tranſuerſalium oritur ab excluſione à ſucceſſione deſcendentium, vt per conſuet. ſed ſi morienti, ita rationabiliter dicendum eſt vtramque eſſe realem diſpoſitionẽ, & hoc expreſsè Nap. dixit in glo. in verb. facultatem, ſub nu. 83. in conſuet. ſi moriatur. Si enim dicit in conſuet. pupillus, & alibi, vt ſupra conſuetudinem diſponentem ſuper rebus, non extendi ad bona extra diſtrictum, & in d. glo. facultatem, nu. 83. dicit conſuetudinem prædictam non habere locum, niſi in bonis infra diſtrictum; ergo

ergo eſt realis conſuetudo,& non perſonalis,
alias ſi eſſet perſonalis, procederet in bonis
extra diſtrictum. ex qua concluſione ſimili-
ter,vt dixi in ſucceſſione tranſuerſalium,ori-
tur concluſio, quòd tam ipſis exteris,quàm
ciuibus ſuccedatur per prærogatiuam,prædi-
ctam in bonis ſitis infra diſtrictum huius Ci-
uitatis, prout in diſtinctione bonorum dictũ
eſt: Et ſecundum iſtam concluſionem,licet in
contrarium ſcripſiſſem, fuit iudicatum per
Sac.Conſ. confirmans ſententiam M.Cur. in
cauſa ſucceſſionis Anto.Gliemmi V.I.D.refe-
rente Domino Ioan.Baptiſta Meliore doctiſ-
ſimo Regio Conſiliario.
24 Et quòd tale ſtatutum,etiam inter forenſes
procedat,ſecundum magis communem, con-
cludit Gaſpar Anto.Theſaur. quæſt. for. lib.
2.q.4.nu.7.contra Bart.prout contra Bartol.
fuiſſe deciſum teſtatur D. de Franch. in præ-
dicta deciſ.Lemborum,de qua ſupra licet in
alia ſpecie: Et facit,nam dicit Bart. in l.cun-
ctos populos,ff.de iuſt.& iur.odioſam eſſe hãc
conſuetudinem; quod erit verum in ſucceſ-
ſione deſcendentium, non autem tranſuerſa-
lium;quia tunc eſt fauorabilis, Bald.in l.2. C.
qui ad lib. peruen. non poſſ.Alex.conſi. 144.
vol. 6. Curt. iun. conſ. 150.in 2. par.& conſ.
141.vol.7.Itaque rectè procedit argumentũ,
excluditur filia à ſucceſſione patris per fra-
trem, ergo tanto fortius excludetur à ſucceſ-
ſione fratris: quia altera excluſio eſt odidſa,
ſcilicet,à patris ſucceſſione, altera eſt fauora-
bilis,ſcilicet, à fratris. Et prædictam ſenten-
tiam in cauſa Antonij Gliemmi, in hoc capi-
te non ſine bona ratione probarem, niſi in
alio nullam in ſe habuiſſe æquitatem com-
25 probaſſem,vt infra proximè dicetur, † circa
verò conſuetudinem ſupra poſitam ſi quis,vel
ſi qua,& conſuet. ſeq. ſi aliquis moriens, &
conſuet.& ſi teſtator,& conſuet.ſi filiusfami-
lias,non dubitatur, quòd non habeant locum
habeant in bonis, quæ in diſtrictu non ſunt,
ex quo expreſſè diſponunt ſuper bonis, iuxta
notata per Nap.in conſuet. pupillus, & ſem-
per videmus;ſed difficultas eſt in conſuet. ſed
ſi morienti, in qua nulla mentio de bonis,ſed
tantum dicitur, quòd ſorores non ſuccedant;
& ſic videtur conſuetudo loqui in perſonam,
vltra not.per Barto.& alios in l. cunctos po-
pulos,tenet Calder. conſ. 34. Alex. conſ. 44.
vol.5.Soc.conſ. 35.vol.8.Iaſ.conſ.80.volum.
3.fuit ſatis dubitatum, an iſta locum habeat
in bonis tantum infra diſtrictum, vel genera-
liter,per not.à DD.in locis prædictis; & an
iſta conſuetudo prouideat in perſonis,& non
in bonis,& quòd debet aliter intelligi non
obſt.not. per Nap. in proœm. in verb. diſtri-
ctus; & in conſuet.ſi quis, vel ſi qua,in verbo
bonis omnibus, & in conſuet.pupillus; atta-
men fuit deciſum in cauſa Illuſt. D. Iſabellæ
de Aragon.cum Illuſ. Duce Montisalti,quòd
iſta conſuetudo habeat locum in bonis infra
diſtrictum tantum, & in bonis extra
diſtrictum D. Petri fratris communis, fuit
data portio Illuſt. D.Iſabellæ ſorori commu-
ni,& fuit ſoluta per fratrem, quam deciſionẽ
etiam refert de Pont.conſ 50.vul.2. num.24.
& ſic fuit iudicatum in cauſa Paulæ Gamoiæ
ſuper hæreditate Clementis Gattulæ.
26 Sed iuxta prædicta erit diſcutiendum circa
ſucceſſiones,facto teſtamento, & in primis de
ſucceſſione ipſorum deſcendentium, qua in
re animaduertendum primò erit circa præ-
rogatiuam ſexus,qũo,& qualiter inter foren-
ſes ipſa ſit ſeruanda.Certum enim eſt ex Nap.
in conſ.ſi moriatur, in verb.ſuccedunt,num.
84.& ſeq.tractando illam quæſt.an filiæ pre-
teritæ à patre, aut non inſtitutæ in legitima,
rumpant teſtamentum patris, concludi filias
poſſe præteriri,nec rumpere teſtamentum, in
qua quæſtione,ſupponendo pro vero,excluſi-
uam fœminarum non habere locum, niſi in
bonis infra diſtrictum huius Ciuitatis, prout
27 iam diximus,eſt mirandum,quomodo Napo.
faciat quæſtionem, & eam formet,& tractet
circa correctionem iuris communis, & non
ſoluat quæſtionem per conſtitutionem Re-
gni, per quam ſimpliciter filia excluditur a
ſucceſſione patris per fratrem,vt iddem dicit
in glo.maternis, num.97. ita vt ſi fortior eſt
excluſio fœminarum introducta per conſti-
tutionem non video quare Napoda. laboret
circa diſpoſitionem iuris communis corri-
gendi,& non dicat omnino eſſe filiam præte-
reundam;nam aut habebit locum diſpoſitio
conſuetudinis,& erit prætereunda;aut diſpo
ſitio conſtitutionis,& fortius excludenda; ſic
etiam in ſimili dixit Napo. in conſuet.ſi mo-
riatur,nu.83.ibi,in alijs verò bonis ſitis extra
diſtrictum non habet locum hoc paragium,
ſed ius commune, cum debuiſſet dicere extra
Regnum,loquendo de ſucceſſione deſcenden
tium;Credo,quòd Nap.voluerit ſcribere iſtã
gloſam,prout extat, ideo noluit aliquid tra-
ctare de conſtitutione Regni, cum quæſtio
alias inutilis extitiſſet,eò magis,quia,vt dixi-
mus ſupra,poſſet dubitari quonam modo cõ-
ſuetudo poſſit conſtitutionem euertere, ſed
de hoc ibi vide,& ad prædicta confirmanda
idem Nap.dum fecit Cathalogum omnium
Iurium,diſponentium circa ſucceſſiones, &
ſexus prærogatiuam, in octauo Iure poſuit
conſtitutionem Regni, vt de ſucceſſionibus
in feudalibus,& non poſuit conſtitutionem

in aliquibus,quæ loquitur de deſcendentibus
28 in burgenſaticis. † Item videtur Nap. erra-
re,dum dicit,per ciues fuiſſe habitum a Iure
ſuccedendi,& ius ſuccedendi transfuſum in
paragium,prout dicit in dicta conſuet.nu.29.
& nu.87.vbi etiam dicit eſſe factam nouatio-
nem de ſucceſſione ad paragium: omnia iſta
argumenta optimè viderentur concludere
Napodanum fuiſſe in opinione,quòd in bur
genſaticis Neapoli ante cõſuetudinem ſucce-
debatur de iure communi,alias omnia prædi-
cta falſa,& erronea eſſent iudicanda, quod
etiam abſurdum videtur,cum ipſemet Napo.
in d.nu.97.in prædicta glo.maternis, alleget
in materia ſucceſſionis paternæ,& maternæ
conſtitutionem in aliquibus, quandoque bo-
nus dormitat Homerus,cum defendi nõ poſ-
ſit in eo,quod dicit paragium, ſiue dotationẽ
de paragio non habere locum, niſi in bonis
infra diſtrictum,& in bonis extra habere lo-
cum ius commune, videlicet, quòd ſuccedat
ſoror,vt in d.num.83.in conſuet.ſi moriatur;
cùm conſtitutio Regni diſponat paragium,
& fœminarum excluſionem in toto Regno,
& ſic extra diſtrictum, prout per Affhic. in
terminis filiæ præteritæ concluditur in de-
ciſio. 158.& dicemus infra, dum de paragio
agemus.

29 Quæro igitur, ſtante dicta concluſione
Napo.ſi eſt verum,quod conſuet.ſi moriatur,
loquitur in bonis infra diſtrictum, & non in
bonis extra,qualiter declarabitur, & practi-
cabitur in teſtamento facto per patrem præ-
teritis filiabus circa ipſius validitatem, &
nullitatem; quæ difficultas eſt potius meta-
phyſica,quam practicabilis,cùm ex prædictis
oporteret ponere exterum,diſponentem ex-
tra Regnum,& tunc crederem nullam eſſe
difficultatem,quòd teneretur pater filias in-
ſtituere,& non præterire; ſi verò teſtamentũ
faceret infra diſtrictum,& in Regno,licet bo
na eſſent extra diſtrictum, valere crederem
teſtamentum, cum infra diſtrictum non te-
neatur pater filiam cognoſcere in inſtitutio-
ne,vel exhæredatione,prout de iure commu-
ni Alex.conſ.16.vol.1.vbi addentes; ibique
firmatur pro veriori,& magis cõmuni;cõclu-
ſione, quòd ſtatuta, & conſuetudines huiuſ-
modi non extenduntur in locis extra diſtri-
ctum, reiecta illa verbali diſtinctione, an lo-
quantur in bonis,vel in perſona, vide ibi ad-
dentes: ſi verò quæſtio poſſet practicari,
prout tractatur à Nap.vt extra diſtrictum ſer-
uetur ius cõmune, difficultas eſſet maxima,ſi
pater haberet omnia bona ſua, vel maiorem
partem eorum extra diſtrictum, & faceret te-
ſtamentum in diſtrictu, an teneatur filias in-
ſtituere,vel exhæredare? & ſi eſt verum,prout
eſt veriſſimum ex prædictis per Nap. prox. in
d.glo.ſuccedunt,nu. 84. quòd pater poteſt fi-
liam præterire,quia ius ſuccedendi eſt tranſ-
fuſum in paragium,& talis vocatio, vel trãſ-
fuſio non eſt,niſi in bonis infra diſtrictum,
quòd ſi maior pars bonorum extat extra di-
ſtrictum, teſtamentum per conſequens erit
nullum,quia in maiori parte teneretur pater
filiam in legitima ad minus de iure inſtituere,
vel eam exhæredare, alias teſtamentum pro
illis bonis erit nullum: imò dico plus, quòd
ſi limitata cauſa, limitatum debet pro-
ducere effectum;, & omnis deciſio,& ratio
deciſionis prædictæ permiſſæ præteritionis
fundatur in conſuetudine reſtricta ad bona
infra diſtrictum,ſequitur, quòd ſimiliter in
bonis infra diſtrictum pater poterit filiam
præterire impunè abſque pœna nullitatis te-
ſtamenti,& in omnibus alijs bonis: Imò in
hæreditate vniuerſali debebit filias inſtitue-
re,hoc ſemper intelligas,ſuppoſito,quòd eſſet
practicanda concluſio Napod,eo modo, quo
ab ipſo diſputatur,alias ſtante lege generali in
Regno,excludente ipſas fœminas, non poteſt
aliquo modo tractari de prædicta quæſtione;
cùm conſtitutio excludat fœminas ab hæredi-
tate paterna, & materna, ſtantibus maſculis,
vt diximus, & ideo quæſtio eſt metaphyſica,
vt dixi,& non practicabilis,& per hoc omit-
tenda.

30 Quæro etiam,an conſuetudines diſponen
tes circa poteſtatem teſtandi, intelligantur
perſonales, ita vt non poſſint ab illis ligari,
niſi Ciues, vel habitantes Neapoli, prout in
perſonalibus dictum eſt ſupra: vel intelligan-
tur reales, vt diximus in conſuetudinibus
diſponẽtibus circa ſucceſſiones ab inteſtato,
& per hoc diſtinguamus conſuetudines, nam
conſuetudo filiusfamilias expreſsè loquitur
de bonis,& ſic erit realis, & in ea ſeruabũtur
omnia dicta de reali diſpoſitione, ſcilicet, nõ
extendi in bonis extra diſtrictum,& in bonis
infra diſtrictũ non eſſe faciendam diſtinctio-
nem perſonarum,ita D.de Frãch. & rectè ſe-
cundum me, in prædicta deciſ.546.à princi-
pio vſq; ad n.9.excluſiuè, vbi optimè fundat.

31 In alijs verò conſuetudinibus diſponenti-
bus circa poteſtatem teſtandi de bonis anti-
quis, & huiuſmodi ſecundum prædicta,
etiam benè poterit dici eas eſſe diſpoſitiones
reales,& non perſonales, per Napod. & alias
ſupra relatas autoritates per D.de Franch. in
proxima citata deciſ.nu.5. verſ. dictum fuit
vſque ad num.6.& licet Bart.opin.ſit in ſta-
tuto de poteſtate teſtandi niſi de aliqua parte
bonorum eſſe ſtatutum diſponentem circa
actum,

Digitized by Google

actum, & nom comprehẽdere exteros, prout latiſſimè diſtinguendo probat Gaſp. Anton. Theſaur. q. for. lib. 2. q. 4. à nu. 4. opin. Bar. non fuit approbata in ſua diſtinctione, prout dixit D. de Franch. in cauſa illorum de Lembo, nec Bar. loquitur de ea poteſtate, de qua loquitur noſtra conſuetudo. Si enim conſuetudo diſponeret ſimpliciter, vt quis non poſſit teſtari, niſi de medietate bonorum ſuorũ, ſimpliciter boc modo eſſet intelligeuda doctrina Bart. At ſuppoſita diſpoſitione, quòd conſuetudo non extendatur in bonis extra diſtrictum, & ſic ſuppoſita diſpoſitione conſuetudinis, quæ loquitur expreſsè de bonis antiquis, claro iure ſuccedit concluſio, quòd talis diſpoſitio erit realis iudicanda, prout diximus in alijs, eò magis, quia ipſamet conſuetudo & ſi teſtator in fin. diſponit medietatẽ, nõ diſpoſitam peruenire ad eos, ad quos ſpectat ſucceſſio ab inteſtato; ergo neceſſariò erit regulanda in boc ſucceſſio, facto teſtamento à ſucceſſione ab inteſtato, quia eatenus prohibetur diſpoſitio, quatenus illi agnati, vel cognati vocãtur ab inteſtato, dico melius, quòd verè in ea madietaae ſucceditur ab inteſtato, vt dixit Nap. in conſuet. & ſi teſtator, nu. 26. vbi dicit, diſponentem in ea portione decedere ab inteſtato.

Ex qua concluſione oritur per conſequentiam neceſſariam, vt in omnibus caſibus, in quibus ab inteſtato exteri ligantur conſuetudine, vt ſcilicet, tam ipſi, ſi moriantur, quàm ſi ipſi velint mortuis ſuccedere, exteri comprehendantur, ſic etiam, facto teſtamento, vt non poſſint ſcilicet diſponere in vltima voluntate de bonis antiquis, exiſtentibus infra diſtrictum, & ſit ſeruanda inter exteros, & ciues paritas, & ratio correſpectiuæ ſucceſſionis.

32 Nec ſimilitudo clericorum poterit in exteris, & forenſibus militare; nam, ex quo clerici non poſſunt ligari diſponentes, quia ſunt omnino exempti, vt diximus ſupra in prima regula, & concluſione perſonarum eccleſiaſticarum, & ideo benè eſt, vt clericus è contra non poſſit eadem diſpoſitione vti pro ſe contra ipſum Ciuem diſponentem ex iam latè dictis, quæ ratio non militat in extero, quia ſi eſt verum ſuppoſitum, exteros ipſos eſſe ligatos quoad diſpoſitionem in beneficium exterorum, quia ſunt reales, vt dixi, diſpoſitiones, Ceſſabit in exteris inconueniens: cogitãdum tamen erit in hoc.

33 Diximus ſupra prærogatiuam ſexus eſſe realem, eamque procedere in bonis infra diſtrictum, prout expreſsè etiam tenuit Napod. in d. conſuetu. ſi moriatur, in verb. facultates, num. 83. ac dicemus in tract. de paragio, item in principio huius repetitionis dum agemus de prærogatiua ſexus, ipſam ſororem eſſe excluſam à ſucceſſione fratris ab altero fratre, vel fratris filio, cùm eſt dotata de bonis maternis, & paternis, & ſi nõ eſt dotata, ſed maſculiata, venire ad fratris ſucceſſionem, prout frater ipſe maſculus veniret per tex. conſuet. ſed ſi morienti, in fin. ibi, & in præmiſsis appellatione fratris, & in eodem §. ſed ſi morienti, ibi, verum ſi inter nepotes, & pronepotes, & deinceps adſit fęmina, quæ babeat fratrem cõſanguineum, vbi excluditur ſoror à ſucceſſione patrui à fratre conſanguineo, quia frater ipſas tenetur dotare, vt ſuperius dictum eſt (inquit conſuetudo ſed ſi morienti.) quod interpretatur de bonis maternis, & paternis, Capyc. decíſ. 149. in principio, in conſuet. ſi moriatur, in addit. quæ incip. ad hanc conſuetudinem, fo. 69. de Francb. deciſ.
34 87. Ann. alleg. 81. num. 6. † abſoluta ergo eſt hodie concluſio, quòd ſoror maſculiata in bonis maternis, & paternis ſuccedit vti maſculus ipſi fratri, & venit fratris appellatione, at ſoror excluſa, vel quia dotata, vel quia debet dotari de bonis maternis, & paternis, erit per conſequens excluſa à ſucceſſione fratris, & aliorum tranſuerſalium, & ſic vnicum paragium, vel debitum, vel debendum, vel ſoluendum, vel ſolutum de bonis maternis, vel paternis excludit ſororem à ſucceſſione
35 fratris, † & ſequendo intellectum noſtrum in §. quòd autem venit excludenda per fratrem non ſolum à ſucceſſione fratris, vel ſororis, ſed etiam ab omnibus alijs ſucceſſionibus aliorum agnatorum, & cognatorum in vlterioribus gradibus exiſtenlibus, ita vt tam incluſio ipſarum fœminarum in ſucceſſione bonorum paternorum, vel maternorum, vt quia maſculiatæ, quàm excluſio in ijſdem bonis operetur incluſionem, vel excluſionem in
36 bonis tranſuerſalium, † & verum eſt etiam, quod dicta de ſororibus procedant etiam in ipſarum fœminarũ filijs, eiuſdem enim naturæ eſſe cenſebuntur, prout dicit Nap. in conſ. ſi moriatur, nu. 112. & ſic videtur fundari deciſio D. de Francb. 412. vbi filij fratrũ excludũt filios ſororum excluſarũ, & ſic ex radice
37 infecta, † iuxta quam deciſionem fuit dubitatum in alio capite in Sac. Conſ. in cauſa ſucceſſionis V. I. D. Antonij Glemmi, in qua cõcurrebant filij plures ex pluribus ſororibus dicti Antonij, & Felix Antonius Glemmus
38 filius fratris, † & tam per M. C. in prima inſtantia, quàm per Sac. Conſ. in cauſa appellalionis fuit iudicatum eſſe filios ſororum excludendos à bonis infra diſtrictum ſecundum

Digitized by Google

prædictam deciſ. D. de Franch. 412. & pendet
reclamatio, in qua non poſſum mihi perſua-
dere ex parte filiorum ſororis nõ verſari ma-
ximam æquitatem, & pro eis eſſe decidendũ,
nec caſum prædictæ ſucceſſionis poſſe com-
prehendi in deciſ. de Franch. prædicta; nam
in eadem deciſ. ſupponitur ipſas ſorores po-
tuiſſe maſculiari, ex quo tot verba, & conclu-
ſiones ponit D. de Franch. circa considera-
tionem ſi matres filiorum, in ea ſucceſſione
concurrentium, erant, vel non erant maſcu-
liatæ, & dum dicit ipſos filios ſororum exclu
ſarum, certum eſt, quòd ſi daretur caſus, in
quo non eſſet poſſibilis, nec maſculiatio, nec
excluſio in bonis paternis, & maternis à ceſ-
ſante ratione, deberet ceſſare conſuetudo, &
deciſio prædicta, hic eſt caſus noſter, nam ſup-
ponitur matrem, & patrem prędicti Antonij
mortui, & ſororũ, & fratrũ ipſius fuiſſe exte-
ros de terra Malleani veteris, bona materna,
& paterna, ad q̃ ſucceſſerât Antonius, & fra-
tres eius, & ſorores, fuiſſe extra diſtrictũ Nea-
pol. ita vt extra diſtrictũ ratiocinãdo ad morẽ
Neap. in gl. ſuccedũt, n. 84. in cõſ. ſi moriatur.
Si iſta ſoror, ſiue ſorores non fuerunt excluſæ
à ſucceſſione parentum, nec potuerũt fratres
illas de conſuetudine excludere, licet detur
caſus, in quo Antonius Glemmus reliquerit
bona, per ſe acquiſita in Ciuitate Neap. erit
in hoc caſu obſeruanda diſpoſitio conſtitu-
tionis Regni, quæ nõ excludit ſororem à ſuc-
ceſſione fratris per paragium in bonis mater-
nis, & paternis, nam fuerunt dotatæ de bonis
paternis, & maternis à fratre ob mortem pa-
rentum, & per hoc; ſi tam bona, quam caſus
ſucceſſionis fuerunt, & etiam dotationes, ex-
tra diſtrictum, quando fuerũt dotatæ ſorores,
fuerunt dotatæ ex diſpoſitione conſtitutionis
Regni non conſuetudinis, & ſic fuerunt inclu
ſæ ad alias ſucceſſiones, cum de conſtitutione
Regni ab illis non excludantur, vt dicetur
infra in repetit. conſuet. ſi moriatur, par. 1. §.
2. num. 5. Si ergo iſtæ ſorores non fuerunt ex-
cluſæ, nec potuerunt maſculiari, quia etiam
maſculiatio introducta fuit per conſuetud. in
bonis, de quorum ſucceſſione, & dotatione, &
paragio agitur, ceſſare debet diſpoſitio in hoc
caſu ipſius conſuetudinis, ex quo ceſſat ipſius
diſpoſitionis ratio, & iſte debet eſſe vnus de
caſibus, in quibus eſſet ſequenda interpretatio
iuxta æquitatem in hiſce conſuetudinibus,
prout exclamat Napo. in prooemio in verbo
æquitatis, nu. 340. vbi poſtquam dixerat, has
conſuetudines eſſe intelligendas ſub intelle-
„ ctu æquitatis, ſubdit, [eſt ergo intẽtio Princi-
„ pis Compilatoris, & populi introducere
„ ęquitatem per has conſuetudines, & ſic intel-
„ ligentia æquitatis præfertur in his conſuetu-
„ dinibus, quod ad multa pondera] igitur quæ
maior æquitas poteſt eſſe, vt ſoror illa, quæ
non poſſit maſculiari, & de qua conſuetudo
non poteſt loqui, quia eſt extera, & bona ma-
terna, & paterna ſunt extra diſtrictum, quãdo
eſt dotata a fratribus, non intelligatur excluſa
ab aliorum ſucceſſione, prout de cõſtitutione
Regni diſponitur, & quæ maior iniquitas, vt
iſta ſoror ſit ſemper excluſa, & excluſa non
conditionaliter, ſed ſimpliciter? nam de con-
ſuetudine ſoror non excluditur ſimpliciter,
ſed ſub conditione ſi dotetur, vel ſit dotata
de bonis paternis, & maternis, prout dicit
Nap. in conſue. ſi moriatur, nu. 26. & in verb.
differentibus, nu. 48. in fi. & in glo. maternis,
num. 77. in fine, in conſuet. ſi moriatur, & hoc
modo veniret iſta ſoror purè, & ſimpliciter
excludenda abſque aliqua conditione; nam
ſupponimus, conditionem prædictam dota-
tionis non poſſe adimpleri, ex quo omnia bo-
na, in quibus eſſet faciendum adimplementũ,
ſunt extra diſtrictum, & parentes exteri; pen-
det reclamatio, cum prima fuerit maximè fun
data in opinione ipſius Domini Conſiliarij
Melioris, cuius deciſionis pars maxima fuit,
cum alij duo, ſcilicet Regius Conſil. Xaraua,
& Procõſiliar. Solinus abſq; contradictione;
vel diſcuſſione pedibus in ipſius ſententiam
iuiſſent, vt ex temporis breuitate, quo deciſio
facta fuit, argui, ac coniecturari facilè potuit;
Et ratio forſan, quæ mouit prædictum Dñm,
potuit eſſe, quia noluit ſolus ponere manum
in limitanda deciſione Sacr. Conſ. & D. de
Franchis, & cui forſan hæc nimis ſubtilia
videbantur, prout audio, dixiſſe, fundantem
ſe in eo, quod dicitur; quòd, qui habet regulã
pro ſe, dicatur rem certã, & indubitata ha-
bere, donec allegãs exceptionem illã liquidò
probet Felyn. in cap. quoniam frequenter, in
princ. col. 3. vt lite non conteſt. Iaſ. in l. cætera
in 3. not. de leg. 1. Dec. conſ. 8. in princ. & cõſ.
103. col. 2. Cagnol. in l. 1. nu. 21. ff. de reg. iur.
Beccius conſ. 79. num. 10. ſed ſi verum ama-
mus, iſte caſus non indiget fundamento exce-
ptionis, cum manifeſtò probetur non com-
39 prehẽdi in diſpoſitione ex ſupra dictis: † fa-
cit etiam, nam, ſi cõſuetudo eſt pactum ciuiũ,
& pactum in ſe ex voluntate contrahentium
eſt indiuiduum, Bar. in l. græcè, §. illud, ff. de
fideiuſſ. & ibi communiter Doct. igitur ſi ea-
dem cõſuetudo in eadẽ diſpoſitione inducit
ſororem in ſucceſſione bònorum paternorũ,
vel aliorum Collateralium excludendam à
fratre conſanguineo, vel vtrinq; cõiuncto, ex
quo frater illam tenetur dotare de bonis ma-
ternis, & paternis, & ſic vna diſpoſitio totius
con-

conſuetudinis, eſt, quod per dotationem factam, vel faciendam per fratrẽ de bonis maternis, & paternis excludatur ſoror etiam à bonis, & ſucceſſione tranſuerſalium, ſcilicet fratris, vt dicit tex. conſuet. ſed ſi morienti, & certum eſt ex parte ipſius fratris, ſuppoſitis prædictis non poſſe reſidere, nec eſſe poſſibile, vt reſideat obligatio ſororem dotandi, iuxta formam conſuetudinis de bonis maternis, & paternis propter prędicta, ſcilicet, quia parentes ſunt exteri, & bona eorum extra diſtrictum, & conſuetudo ſibi non vendicat locum in bonis extra diſtrictum, ergo nullo modo poterit conſuetudo, vti indiuidua, habere locum ratione prædictæ indiuiduitatis, niſi in illis caſibus, in quibus tota diſpoſitio poteſt practicari, ſi igitur in parte diſpoſitionis, videlicet, in obligatiòne dotandi de bonis paternis, & maternis non poteſt practicari, nec per conſequens erit poſſibiie, vt practicetur in bonis, & ſucceſſione fratris, quæ regulatur à ſucceſſione aſcendentium ex indiuiduitatis ratione, prout in laudo dicitur de Franch. deciſ. 173 & 354 nu. 4. Grat. diſcept. for. cap. 162. & faciunt ad prædicta, ea quæ dicit Tiraquell. in tracta. de retract. in fin. tit. num. 62. & melius num. 64. quod ſtante conſuetudine Galliæ retrahendi rem venditam ratione conſanguinitatis, ex quo conſuetudo retractus eſt indiuidua, ſcilicet vt retractus nõ poſſit diuidi, quòd ſi vna ex rebus venditis retrahi non poteſt, in totum ceſſat retractus pro omnibus, & in d. nu. 62. loquitur in caſu, quo res, in eodem contractu venditæ, exiſtunt in diuerſis territorijs, qui caſus videtur decidere caſũ noſtrũ propter illã indiuiduitatis rationẽ. Et prædictã deciſ. ſucceſſionis Antonij Glemmi refert de Thor. in ſuo cõpẽd. fol. 348. verſ. nepos ex fratre, qui licet deciſionẽ referat, prædictas rationes, quæ fuerunt in ea deductæ minime refert, & aduocatus, qui obtinuit in S. Conſ. non fuit enunciatus à Thoro loco prædicto, ſed V. I. D. Andreas Prouenzalis: præſertim hac conſuetudinum doctrina, optimè imbutus, & inter Sac. Conſ. primarios Aduocatus.

§. 6. Præludiorum.

1 *A Bonorum appellatione quando æs alienũ deducatur.*
2 *Nomina debitorum quo in loco eſſe cenſeantur item iura, & actiones.*
3 *Autoris opinio, & diſtinctio circa prædictã concluſionem, de nominibus debitorum iuribus, & actionib. in diſtrictu iudicãdis.*
4 *Lis venit rei appellatione, & quo in loco eſſe dicatur, & nu. 5.*
6 *L. Caius, l. uxorem. §. legauerat, ff. de lega. 3. declaratur.*
7 *Pecunia in banco exiſtens an claudatur diſtrictu conſuetudinis.*
8 *In conſuetudine qualiter accipienda exiſtentia bonorum infra diſtrictum.*
9 *De Franch. deciſ. 93. nu. 9. verſ. ſed huic opinioni diſcutitur & aſſignatur diuerſitas inter iura, & actiones, & nomina debitorum, in materia conſuetudinis.*
10 *Succeſſor ex diſpoſitione cõſuetudinis, licet ſit ſingularis alicuiusrei, ſucceſſor eſt plenarius, cum omnibus iuribus, & actionibus ipſius rei acceſſorijs.*
11 *Nomina debitorum non diuerſificantur, quando conſiſtunt in annuis redditibus cum ſpeciali obligatione, & hypotheca, vt propterea alibi exiſtere intelligantur ex exiſtentia bonorum ſpecialiter obligatorum, ſed ſimpliciter nominis ratio eſt attendenda.*
12 *Functiones fiſcales, & cæteri annui redditus cum Regia Curia, in quo loco exiſtere cenſeantur.*
13 *Introitus cum fideliſſima ciuitate Neapolis eſſe in diſtrictu ipſius.*
14 *Introitus aſſignati ſuper arrendamentis per Regiam Curiam, quomodo dicantur in diſtrictu exiſtere, & optimè diſcutiatur num. 15. & quid ſi arrendamentum detineatur in demanio. nu. 16.*
17 *Bona mobilia quo in loco exiſtere intelligantur.*
18 *Æs alienum quare nõ ſit deducẽdum iuxta regulas datas in nominibus, iuribus, & actionibus, habita ratione loci, & diſtrictus.*
19 *Annuorum introituum venditiones an circumſcribantur loca, & quomodo onus iſtius æris alieni à varijs bonorum ſucceſſoribus ſuſtineatur.*
20 *Onus ſolutionis æris alieni cõtracti ob cauſam redemptionis bonorum antiquorum, an ſit recognoſcendum à ſucceſſore bonorum de conſuetudine vel ab hærede, etiam pro rata bonorum.*
21 *Feudalia bona an comprehendantur in diſpoſitione conſuetudinis cum plurib. ſeq. & præcipuè nu. 29.*
22 *Quare vtilis ſit hodie prædicta quæſtio propter nouam Regis ordinationem.*
23 *Feudales, vel burgenſatici, quomodo, & quando introitus ſint iudicandi, remiſſiuè.*
24 *Nap. doctrina in conſuet. ſi quis, vel ſi qua,*

num.176,late diſcutitur.

25 *Quarta Auth.preterea non debetur de feudalibus non hereditarijs.*

28 *Fructus feudi quomodo exiſtant in vaſſalli diſpoſitione.*

30 *Conſuetudo Neapolitana in ipſius diſpoſitione non contradicit diſpoſitioni conſuetudinum feudalium, & nu.32.*

31 *Molfeſius notatur in par.2.de bonis, quaeſt. 7.num.4.*

33 *Feudum ſi eſt conceſſum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcumque an in eo ſpectetur diſpoſitio conſuetudinis, & quid in diſponendi poteſtate de feudis prædictis,n.34.*

35 *Conſuetudinis diſpoſitio an arctet poteſtatē diſponendi ipſi poſſeſſori antiquorum pro medietate æſtimationis feudorum antiquorum,& nu.36.*

§. 6. *De bonis, quæ comprehenduntur, uel non,in conſuetudinis diſpoſitione.*

REliquum eſt, vt pro cōplemento præludiorū tractemus de bonis, quæ cōprehendūtur, vel non, vel melius de bonis quę exiſtere dicuntur, vel non infra diſtrictum huius Ciuitatis, item de alijs bonis ſi quæ ſunt, quæ non ſubiacent diſpoſitioni ipſarum conſuetudinum, omittendo tractare de bonis, quatenus in eis obuentio, vel antiquitas conſideranda venit, cùm de illis agemus in repet. ſequen. conſuet. ſi quis,
1 vel ſi qua. Pro qua re declaranda, ſciendum eſt, bonorum appellationem dupliciter eſſe in iure acceptam, naturaliter, ſcilicet, & ciuiliter. Naturaliter, quando æs alienum ſupponitur deductum, & ſic, vt, deducto ære alieno, bonorum appellatio naturaliter ſubſequatur. Ciuiliter, quando cum eorum oneribus bona transferuntur, & in ſpecie, quòd, quando transferuntur bona per ſtatutum, vel conſuetudinem, nomen bonorum ciuiliter accipiatur, & cum oneribus, Rebuff. in l. bonorum appellatio, verſ. quæro quo modo, ff. de verbor. ſignif. Naturaliter verò bona accipiuntur, quando deducitur prius æs alienum, ea ratione, quia, ſi bona dicuntur à beando, ex quo beatos faciant homines d. l. bonorū, ſi bona multis debitis implicita eſſent, nō bearēt, vt in l. ſubſignatū, §. 1. ff. de verb. ſign. Dec. cōſ. 237. Rebuff. loc. cit. verſ. & ſic infertur.

2 Cùm igitur vel ſecundùm naturalem, vel ciuilem acceptionem de ære alieno ſit dicendum, ſcilicet, actiuo, vel paſſiuo, prius erit diſcutiēdum, an æs alienum ſit ſubiectum tale, in quo cōſuetudinaria diſpoſitio aptari poſſit, an, ſcilicet, ſit de ijs, quæ in diſtrictu ſita eſſe cenſeantur, vel ſecundum ciuilem, vel ſecūdùm naturalem acceptionem, vt dixi, ideo ſciendum erit, quòd inter Doctores controuertitur, an iura, & actiones, item nomina debitorum, veniant appellatione bonorum, quæ loco concluduntur, cum alij negent, illa loco comprehendi, l. Caius, ff. de legat. 2. Bart. in l. poteſt. ff. de aut. tut. Aret. conſ. 54. per l. fideicommiſſum. §. tractatum, ff. de iud. Corn. conſ. 49. in præſenti vol. 3. Iaſ. conſ. 5. Strenuum vol. 3. Bald. conſ. 232. ſuper infraſcriptis in fine, lib 2. Ruin. conſ. 155. in fi. lib. 3. alij alia aſſerunt, vt licet apud Tiraq. videre in tract. de iur. primog. q. 49. & in l. ſi vnquam verb. bona, nu. 13. C. de reuoc. don. & in tract. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. num. 2. vſque ad nu. 31. & in eod. tract. de retract. lignag. §. 36. glo 3. num. 14. qui num. 16. videtur pro magis communi opinione approbare in eo loco illa cenſeri, in quo de iure, vel de facto exigi poſſunt, & hæc opinio, vt infra dicetur, in Sacr. Conſ. abſoluta eſt hodie ex pluribus deciſionibus, ipſam decidentibus, ſcilicet, quòd nomina debitorum (in his enim maior verſatur ambiguitas) cenſeantur eſſe in diſtrictu Neapolitano, quando ipſi debitores contraxerunt hic Neap. & nō promiſerunt alibi ſolutionē, vt tunc ſit præſumpta promiſſio ſolutionis in loco contractus, prout dicit Alex. in addit. ad Barto. in l. ex facto, in fin. ff. de hered. inſt. per tex. in l. Titium, & Meuium, §. tutores, ff. de adminiſt. tut. & ita per illum tex. D. de Frāch. deciſ. 93. idem ſi alibi eſt contractus celebratus, & ſolutio eſt Neap. deſtinata, l. quoties, ff. de ſolut. & ex D. de Franch. in præd. deciſio. 93. habes abſolutiſſimè deciſum, ſemper cenſeri in diſtrictu eſſe dicta nomina, dum Neap. exigi poſſunt, vel ratione contractus, in Ciuitate celebrati, vel deſtinatæ ſolutionis in eadem Ciuitate; & notandum eſt, quòd Ant. de Alex. in addit. quæ incipit, nota, quòd poteſt accidere, ad conſuet. ſi aliquis moriens, dicit nomina cenſeri in diſtrictu, ſi Neapoli eſt cōtractus celebratus, vel ſi alibi eſt celebratus contractus, & ſolutio eſt deſtinata Neap.

3 Ego verò diſtinguendum puto, omiſſis diſcuſſionibus, adductis per D. de Franch. in in prædicta deciſ. 93. & Iuribus hincinde relatis per Alex, in addit. ad Bar. in l. ex facto, ff. de hæred. inſt. & in conſ. 16. vol. 1. per eadē quaſi verba, quòd aut creditor moriens eſt

Nea-

Neapolitanus, & non eſt in hoc caſu dubitãdum, petitionem, & actionem ipſius morientis claudi in diſtrictu Neapolitano, prout dicit Dom. de Franch. prædicta deciſ. num. 10. quo loci triplicem particularitatem in caſu, de quo ibi notat. Primam eſſe ipſum debitorem Neapolitanum. Secundam, ipſum creditorem Neapolitanum. Tertiam, actualem litem eſſe motam in Ciuitate Neap. pro conſecutione prædicti crediti, quæ omnes ſpecialitates optimè concurrunt, ad nomina debitorum iudicanda infra diſtrictum. Quando enim creditor eſt Neapolitanus, & non eſt alibi deſtinata ſolutio, hic Neap. poteſt peti debitum, ex quo Neapolitani poſſunt conuenire eorum debitores hic Neap. & coguntur ipſi debitores reſpondere, niſi aliquo priuilegio fulciantur, vt conquaſſari dicantur, vel poſſint, priuilegia Neapolitanis conceſſa, vt poſſint trahere, & non trahi, ſemper in diſtrictu Neapolitano talia nomina iudicabuntur.

Aduertendo tamen, ponderanda eſſe priuilegia ipſa, Neapolitanis conceſſa, vt quando verè ipſi poſſunt trahere, ex quo petitio poteſt, & perſecutio fieri hic Neap. hac ratione cenſeantur nomina, & effectus prædicti in diſtrictu exiſtere; quòd verò locus, in quo eſt facienda, vel poſſit fieri exactio, conſideretur ad iudicandum nomen infra diſtrictum, dicit D. de Franch. in prædicta deciſ. nu. 10. ibi,
„ *Vbi neceſſariò erat conueniẽ-*
„ *dus, ibique cogi poterat ad ſolutionem*, & num. 7. dum refert Anto. de Alex. in cauſa Marcelli Gazellæ deſtinatæ ſolutionis locũ, & locum, vbi facienda eſt exactio, eſſe parificatos ibi, & pro hac opinione, ſcilicet, eſſe attendendum locum, vbi deſtinata eſt ſolutio, ſeu faciẽda exactio, facit Tiraq. in loco ſupra relato, & dicta per D. Rouitum digniſſimum & iuſtiſſimum Conſiliarium in pragm. 5. de cenſ. num. 61. & in pragm. 1. de iuribus, & exactionib. fiſcal. in 1. alleg. num. 74. qui videatur, nam plures allegat Doctores, & deciſiones; ex qua deciſione de Franch. & alijs relatis indifferẽter concluditur, quòd, quando eſt creditor Neapolitanus, nec alibi eſt deſtinata ſolutio, nec debitor ſit priuilegiatus, cẽſeri debeat nomen eſſe infra diſtrictum. Et quia poteſt eſſe, vt tempore mortis debitor ſit priuilegiatus, vt pupillus, & huiuſmodi, vel non, & deinde tale priuilegium mutetur ex proceſſu temporis, dico eſſe ſpectãdum tẽpus ipſius ſucceſſionis ad iudicandum nomen infra diſtrictum, prout de proximitate ſpectanda alias dixiſſe memini, & generaliter in materia ſucceſſionis tempus mortis ſpectandum, vel ſucceſſionis delatæ, vt dicetur in repet. conſ. & ſi teſtator. Iddem dico, quando etiam debitor eſt Neapolitanus, cùm vterque Neapolitano foro ſit obligatus. Itaque optime ab Antonio conſideratur duplex locus celebrati cõtractus, & deſtinatę ſolutionis, cũ ex prędictis, ſiue ipſe creditor ſit ſolus Neapolitanus, ſiue creditor, & debitor, ſiue debitor ſolus ſẽper Neapoli actionem eſſe proponendam verum eſt, & Neap. eſſe debitum proſequẽdum;

4 ſi verò omnes ſunt exteri, † aut Neap. eſt deſtinata ſolutio, & hic eſt alius caſus, aut Neap. eſt iudicium motum, ita vt lis exiſtere dicatur hic Neap. & tunc credo tranſires in aliud nomen, quam ſimplex nomen debitoris, ſed ſub nomine rei, litem Neapolitano claudi diſtrictu, ſed poteſt reſponderi quod, cùm lis ſequatur naturam actionis, ſuper qua ipſa fundatur, & actio rei ſuper qua ipſa fundatur, vt de bonis mobilibus, vel ſtabilibus iudicandis actionibus alias dicitur, prout de Frãchis prædicta deciſ. 93. num. 7. ex Alexand. & alijs ſupra relatis, vt ſic dicendum ſit reſpectiuè creditorem de lite, prout de actione dicimus, vt ſi ſit actio de re infra diſtrictum, lis cenſeatur in diſtrictu, ſi verò extra diſtrictum, extra diſtrictum dicatur etiam & lis. Vnde non credo, quando vera exiſtentia rei petitæ eſt, & fundatur extra diſtrictum, quòd petitio, & lis operetur, vel operari poſſit diuerſum effectum, & faciunt dicta per D. de Franch. deciſ. 593. vbi inſtantia ſequitur naturam actionis, quæ in iudicio deducitur, & ſic ſucceſſor actionis, & dominus, dicitur ſucceſſor inſtantiæ, vt ibi.

5 At in nominibus debitorum, in quibus realis exiſtentia non conſpicitur, nõ parum operari crederem ad minus ad effectum deſtinandæ ſolutionis, ſi conſideretur locus intentatę actionis; quia, qui dirigit litem contra nomẽ debitoris, per litis conteſtationem, licet alias, alibi poſſit prætendi ſolutionem eſſe faciendam; Tamen poterit dici per litis conteſtationem obligari debitorem ad ſolutionem Neap. loco iudicij faciendam, veluti ſi alio loco ſit deſtinata ſolutio, & non ſit facta in eo loco; deinde inueniatur debitor hic Neapoli poterit conueniri Neap. tex. in l. vnica, C. vbi conueniendus, qui certo loco dare promiſit, ſic etiam de eo, qui pluribus locis alternatiuè dare promiſit, l. 2. §. ſi quis Epheſi eod. tit. ff. de eo, quod cert. loc. In ſumma, quando verè non eſt res corporalis, ſed ſimplex nomen ad finem deſtinandæ ſolutionis, lis, & iudicium operabitur, vt dixi, quia debitor cogi poteſt ex diſpoſitione Iuris, vel contractus ad ſolutionem, in eo loco faciendam,

vt tunc

vt tunc illud nomen, ſiue actio dicatur in lo-
co, in quo prædicta ſolutio eſt facienda, vt
diximus, & per hoc caſus diſtinctos Ciuiliſtis
omittamus, cum de conſuetudine ſatis ſit, vt
ſolutio Neap. de iure, vel de contractu ſit fa-
cienda, & licet, vt dixi, hodie res, & concluſio
iſta poſita per D. de Franch. non habeat diffi-
cultatem in S. C. in praxi non defuerunt, qui
dubitarũt de prædicta deciſione, prout refert
6 idem D. de Franch. nu. 9. verſ. † nõ omitto ex
diſpoſitione tex. in l. Caius, & l. vxorem, §. le-
gauerat, ff. de leg. 3. quæ difficultas cum non
fuerit plenè diſcuſſa in prædicta deciſ. Aduer-
tendum, quòd tex. in prædicta l. Caius, non
facit ad caſum noſtrum, cùm ibi optimè ne-
gentur nomina comprehendi in domo, quis
enim poteſt aſſerere debitorum nomina in
domo comprehendi, cùm nulla eorum con-
trectatio, nec exiſtentia realis in loco illo cõ-
ſiderari poſſit? quam exiſtentiam in loco re-
quirit diſpoſitio teſtatoris, vt ſcilicet ſint re-
licta in domo, in qua nullo modo exiſtere dici
poſſunt nomina debitorum, quocunq; modo
exiſtentia accipiatur, & hoc eſt, quod dixit
Lapus in alleg. 100. Nicolaus quam refert &
ſequitur Alex. conſi. 16. in fin. lib. 1. quod ſci-
licet lex Caius loquatur circumſcriptiue,
ſed per effectum exactionis, & ſolutionis eſſe
in loco nomina debitorum, nec minus obſtat
prædictæ opinioni, l. vxorem, §. legauerat, ſi
benè ponderetur, nam alia ibi exiſtentia in
loco, conſideratur, ſcilicet, id, quod in Gadi-
bus patria teſtator poſſidebat, & ſic vbi non
agitur de exiſtentia reali, ſed de poſſeſſione
in loco non militat ratio dictæ legis, non
enim nomina debitorum in loco poſſidẽtur,
ſed vbique exiſtat creditor poſſidet, vel me-
lius quaſi poſſidet nomina debitorum, & in
eo tex. agitur de reali poſſeſſione in loco, ita
vt etiam pecunia exiſtens in arca ab illo lega-
to excludatur in fin. eiuſdem tex. §. legauerat,
7 † & tamẽ in materia conſuetudinis, & diſtri-
ctus ridiculũ eſſet dubitare, an pecunia, exiſtẽs
penes Banchum depoſita, claudatur in diſpo-
ſitione conſuetudinis, prout nulla difficulta-
te exiſtẽte in cauſa illorũ de Glemmo iudica-
uit Doctiſsimus Regius Conſiliar. Io. Baptiſta
Melior, & benè; ẽt deciſũ refert D. de Frãch.
in prædicta deciſ. nu. 11. in cauſa illorum de
Lembo, ſic etiam nec tex. in l. ex facto, la 2. ff.
de hæred. inſt. in hac concluſione allegari de-
bet, cum alia ſit ſpeculatio voluntatis teſtato-
ris, vt exprimitur in eo tex. alia ſpeculatio vo-
luntatis, & diſpoſitionis ipſorum Ciuium
conſuetudines facientium, in eo enim tex. l.
ex facto, in §. rerum etiam Italicarum, pon-
deratur voluntas teſtatoris, ibi, *& facit qui-
dem totum voluntas defuncti*, ita vt ſi res
alibi verè, & realiter exiſtat, non tamen ſit
deſtinata, vt ibi perpetuò ſit, in legato
non includi certum eſt per dictam legem, ra-
tio eſt, quia res Italica non diſtinguitur, niſi
8 iuxta voluntatem teſtatoris vt ibi, † At in
conſuetudinis diſpoſitione non diſcepta-
tur, niſi de reali exiſtentia in bonis, in qui-
bus exiſtentia in loco conſiderari poteſt.
In nominibus verò debitorum, quia, vt di-
ximus, exiſtentia realis in loco non conſpi-
citur, erit quaſi exiſtentia attendenda, volue-
runt enim Ciues prouidere de vniuerſali bo-
norum ſucceſſione, imò ratione iuriſdictionis
ab hac vniuerſali bonorum diſpoſitione fue-
runt exempta bona, quæ non ſunt in diſtrictu
& iuriſdictione Ciuitatis, & incluſa bona,
exiſtentia infra diſtrictum, quæ exiſtentia in-
fra diſtrictum non erit ita realiter intelligen-
da, vt verè exiſtere, & claudi, res illa dica-
tur, ſed vt poſſit ſubiacere iuriſdictioni ſtatuẽ-
tium, & ideo benè iudicatum fuit per Sacrum
Conſ. illa potiſſimum ratione; quia attendi-
tur locus cõtrectationis, & deſtinatæ ſolutio-
nis, & hæc eſſet ſolutio ad textus contra prę-
9 dictã deciſionem relatos, † vnum tamen non
omitto, quòd ratio inducta per D. de Franch.
in prædicta deciſ. contra illorum duorum do-
minorum opinionem habet aliqualem diffi-
cultatem in num. nono. in fine ibi: ſed huic
opinioni videtur refragari, inquit enim do-
minus de Franch. prædictorum opin. repro-
bari ex ea ratione, quia in materia conſue-
tudinis, etiam iura, & actiones continen-
tur, vt ſic videatur conſequentia neceſſaria:
comprehenduntur iura, & actiones in mate-
ria conſuetudinis, ergo comprehenduntur
nomina debitorum, quaſi & iura, & actiones
non poſſint contineri, niſi, etiam debitorum
nomina contineantur, quod non eſt verum,
nam poſſunt comprehẽdi omnia iura realia,
& actiones adhærentia circa res, realiter in
diſtrictu exiſtentes, cùm verum, & indubitatũ
ſit quoad res, in diſtrictu exiſtentes, ipſum
ſucceſſorem de conſuetudine pleno iure eſſe
ſucceſſorem, & ad ipſas res cum integro ſtatu
ſuccedere, prout eſt, ſi alicui domui, vel alteri
rei ſtabili. Iura, & actiones, & nomina ſint ad
dicta tam iurium, quàm ſeruitutum, quia ipſe
ſucceſſor de conſuetudine ſuccedet ad vniuer
ſum ſtatum, & integrum ipſius. Et facit idem
Anton. de Alexan. in prædicta addit. diffe-
rentiam inter nomina debitorum, & iura,
& actiones, nam primò refert nomina conti-
neri ex deciſione per eum facta, deinde in iu-
ribus, & actionibus cogitandum relinquit in
fine prædictæ additionis, qui verè loquitur
de

Digitized by Google

de iuribus, & actionibus, ad ipſas res ſpectantibus, vt ibi videre licet; Vnde in iuribus ſeparatis ab ipſis rebus non ſine ratione difficultari poteſt, & benè in ijs Anto. de Alexan. cogitandum relinquit, cum attenta ea ratione eſſet dicenda ſucceſſio conſuetudinis ſucceſſio in vniuerſum ius, & ſic hæreditas, quod eſſet falſum, vt diximus in repet. conſ. ſi quis, vel ſi qua, in præludijs particularibus ipſius repetitionis. At ad includenda iura, quæ ſunt, & exiſtunt vti rei cohærentia, & acceſſoria ſufficit, quod ſucceſſor illius rei ſit plenarius, licet ſingularis ſucceſſor, cùm potius ratio cõnexitatis prędictam incluſionem, vt dixi, poſſit, & debeat operari, quam vniuerſalitas ſucceſſionis, † ex qua concluſione notabis, licet non benè crederem aptari ad praxim conſuetudinis, tamen ponam ad exemplificandam ſingularem ſucceſſionem alicuius rei, eamque plenariam, quod ſi proximior ſuccedat Caio in domo, vel alia re empta, quæ ſit ſubiecta conſuetudini, licet, quando Caius eſſet ſucceſſor ſingularis, & ſuccederet euictio, non poſſet rectà via agere contra primum venditorem, quia eſſet ſingularis ſucceſſor, tex. in l. ſi res. ff. de euict. abſque alia ceſſione, vt per Decium conſ. 74. verſ. nam primò, in fin. tamen quando eſſet ſucceſſor iurium, quia in eum fuerint tranſlatæ actiones, & iura, aliter eſſet, ita dicit Bar. in l. Iulianus, in fin. ff. de verbor. oblig. & in l. ſi purè, in fin. ff. de euict. quando enim fit tranſlatio omnium Iurium, cùm ipſa re conſtituere dicitur quis tranſlatariũ procuratorem in rem propriam, Grat. diſcept. for. cap. 2. nu. 20. cum plurib. præced. & ſeq. & ſic ex prædictis notabis ſucceſſorem conſuetudinis eſſe plenarium rerum ipſarum ſucceſſorem, ſcilicet cum integro ſtatu, & pertinentijs, pro quibus ſucceſſor de conſuetudine poterit agere ſine ceſſione rectà via, ita ſingulariter Bal. in l. ſi cũ patruus, C. de rer. permut. nu. 10. & ad prædictam limitationem Bar. in d. l. ſi purè, Gamma deciſ. Luſit. 208.

11 Prædicta de nominibus debitorum intelligas, quando debitum in ſolo nomine exiſtit, quid enim ſi eſſet venditio cenſus, & annuor. introituum, tunc quia id, quod principaliter debetur, eſt annuus ille redditus, & omnia acceſſoria, ſcilicet hypothecæ, & alia ſunt poſita pro ſecuritate, & cautela ipſius nominis, illius naturam ſequentur, diſtinguendo, prout ſupra diximus ex prædictis deciſionibus relatis in prædicta deciſione 93. ita vt de eo iudicandum erit, prout de puro nomine debitoris, etiam dato, quòd ſit ſpecialis obligatio facta rerum, infra diſtrictum exiſtentiũ, vel extra, vt obligatio illa ſpecialis, etiam ſi non adſit obligatio generalis ſuper alijs bonis non ſit per hoc apta ad diuerſificandas res ipſas, vt ratione talis ſpecialis obligationis alibi dici poſſint exiſtere, quàm vbi ex natura nominis iudicandum eſset, attentis prædictis regulis celebrati contractus, & deſtinatæ ſolutionis, illa ratione, ſæpe à Doct. dicta, dum de cenſu loquuntur, ſed nec ipſæ res hypothecatæ recedunt à dominio, & poteſtate ipſius debitoris, nec quoad fructus, nec quoad dominium, nec quoad poſseſsionem, ſed ſunt cautelæ prædictæ poſitę ad ſimplicem cautelã ſolutionis effectiuè conſequendæ, quæ ſolum de propria pecunia ſemper in talibus nominibus, & venditionibus annuorum reddittuum promittitur per debitorem, prout pleniſſimè comprobat Rouitus eruditiſſimus in d. pragmat. 5. de cenſ. num. 66. & 69. cum ſequen. ratio eſt, quia peremptis illis bonis, ſuper quibus eſt cenſus conſtitutus, adhuc debetur cenſus, idem d. Rouitus loco citato, num. 67. cum ſequen. & ad prædicta facit deciſio facta per Sac. Conſ. in venditione ann. introituum ſuper gabella molæ, in qua licet venditio ſuper dicta gabella proceſſerit, non erat facta promiſſio de propria pecunia Neap. in cauſa illorum de Geſualdo, & Iſabellæ Ferrellæ, & Ducisſam Grauinæ, prout idem Rouitus refert in pragmat. prima de Iur. & exact. fiscal. num. 80. per tot. quicquid in contrarium conſuliſset Minad. conſ. 12. ab eod. Rouito relatus num. eodem, & refert ſententiam confirmatam in cauſa reclamationis

12 ibidem. † Sed iuxta prædicta oritur difficultas, quid dicendũ in venditionibus annuor. introituum, factis per Regiam Curiam particularibus, quæ venditiones licet fiant, etiam generaliter ſuper omnibus introitibus Regiæ Curiæ, tamen ſpecialiter deinde venditio procedit, nunc ſuper arrendamento & gabella vini, & alijs arrendamentis, nunc ſuper functionibus fiſcalibus, & deinde procedit, in fiſcalibus aſſignatio terrarum, à quibus rectà via ipſi aſſignatarij (ſic enim vocatur dicta tranſlatio) exigunt annuos illos introitus venditos cum pacto de retrouendendo, quæ aſſignatio non tollit facultatem Domino Regi tollẽdæ aſſignationis iam factæ, & alibi aſſignando exactiones introitus pro prędictis creditoribus ſatisfaciendis, prout vidimus feciſse in reformatione Regij patrimonij Excellentiſs. D. Proregem Lemẽſiũ Comitẽ iuniore, ac iuſtiſsimũ Principem, nobis ob eximias virtutes, ac prudentiam ſemper venerandũ, & recolendum, qui iterum aſſignationes fecit, & in pluribus variauit,

riauit, vtendo poteſtate ſibi à iure conceſsa, quæ poteſtas oritur ex pacto de retrouendendo, & promiſſione de propria pecunia in eo appoſita, ex quo ſemper Regia Curia dicit ſe debitricem, & poteſt aſſignationes variare, non tamen per hoc aſſignatio facta donec non varietur, dici poteſt ius reale non transferre in aſſignatarium, cum ſemper per ipſam aſſignationem introitus exigantur per aſſignatarium, prout per Regiam Curiam exigerentur deſtinando Commiſſarium cum ſalario, prout hodie videmus, & per conſequens dici poſſet iniuriam fieri ipſis aſſignatarijs, tollendo illis fiſcalia aſſignata, & dando ea alijs, vt optimè colligitur ex Capitulis Ciuitati Neap. cõceſſis in anno 39. die 5. Septembris in cap. 10. vbi reſtitui mandantur fiſcalia primis poſſeſſoribus cum rata fructuum, & de eis, prout de alijs rebus poſſeſſis per verum Dominum iudicatur; nec enim ex diſpoſitione contractus negari poteſt, donec ipſe Rex non variauerit verè per principalem contractum eſſe factam translationem, & venditiones introituū, poſtquã ita mandat D. Prorex, prout optimè ponderat Rouitus in d. alleg. t. in pragm. 1. de iur. & exact. fiſcal. nu. 65. verſ. mandans, ex quibus late, & eruditiſsimè ſcriptis per tres allegationes in S. Conſ. fuit iūctis aulis iudicatum, fiſcalia Prouinciarum iudicari extra diſtriſtum, vt in fine melius refert Rouitus, ideo in re, in qua tantus Vir elaborauit, ridiculum putarem aliud facere, niſi ad ibi ſcripta me referre, vnum tantum declarando, quòd dum in Prouincia Terræ laboris eſt facta aſſignatio, ſolutio eſt facienda Neapoli, & Neapolim ſit pecunia aſportanda, quòd ex hoc optima ratione poſſet concludi, fiſcalia ſita, & aſſignata in prouincia Terræ laboris, ob eaſdem rationes dictas ibidem à Rouito, cenſeri debere infra diſtrictum Neapolitanū, prout quaſi expreſsè idem dominus ſupponit num. 65. in fin. in illis verbis, ibi, Iacto igitur hoc fundamento, quòd locus deſtinatæ ſolutionis, ſeu exactionis introituum non ſit in
13 Ciuitate Naap. † ex quibus dictis per Rouit. non erit facienda difficultas, vt omnes venditiones annuorum introituum factæ per fideliſſimam Ciuitatem Neap. tam ſuper gabellis, quam ſuper introitibus generaliter, ꝙ ipſi introitus reſpectiuè ad ipſos creditores, qui poſſident eos, dicantur infra diſtrictum huius Ciuitatis, ſic etiam aſſignationes factæ per
14 Regiam Curiam. ſuper arrendamentis variarum impoſitionum, quæ exigũtur hic Neap. & ſatisfiunt hic Neap. ipſis aſſignatarijs, vt dicimus per extaleum per ipſos arrẽdatores, qui ſingulis tertijs deponunt pecunias nominando, & ſpecificando ipſum aſſignatarium ad ſimilitudinem fideliſſimę Ciuitatis ſicut in aſſignatarijs, Regiæ dohanæ, & fundaci maioris huius Ciuitatis, ex quo corpus Regiæ Dohanæ, & tribunal regitur hic Neap. in loco ſpecialiter deſtinato, vbi exiguntur dirictus ſpectantes ad Regiam Curiam, qui dirictus dum arrendantur etiam ipſis arrendatoribus, iuxta eorum debitum aſſignantur tot creditores, & aſſignatarij Regiæ Curiæ ſuper dicta Dohana non dubito, etjam iſtos introitus, vt ſupra dixi, cenſeri in diſtrictu Neapolitano. Et dum ſupra dixi de aſſignatarijs ſuper arrendamentis, quæ exiguntur hic Neapoli, inteliigas de his arrẽdamentis, quæ hic Neapoli exiguntur per ipſos arrẽdatores, non autem de ipſis, quæ extra Ciuitatem exiguntur, & deinde ipſi arrendatores ſoluunt hic Neap. aſſignatarijs, in quibus extat maior difficultas, prout eſt arrendamentum Serici, Item ferri, & picis, & aliorum, quæ extra Ciuitatem per Regnum exiguntur, extant enim in varijs partibus Regni fundaci cum officialibus Regijs, prout eſt in Dohanis Apuliæ, non dico de Regia Dohana menopecudū, quia cum ipſa hebeat ſuos officiales: & corpus Tribunalis in Ciuitare Fogiæ, & ibi, vt plurimum fiant exactiones per ipſos aſſignatarios ſuper Regia Dohana maiorem habet difficultatem prædicta concluſio, quam de introitibus ſuper alijs arrendamentis, quia iſta Dohana non arrendatur per Curiam, ſed ſemper detinetur in demanio, & per hoc aſsignatarij ibi exigunt eorum aſsignationem, & propterea erũt introitus ſuper ea aſsignati, per hoc dicendi extra diſtrictum Neapolitanum.

15 . Sed veniendo ad ſolutionem quæſtionis propoſitæ de aſſignationibus factis per Regiã Curiam ſuper arrendamentis. Dico diuerſum eſſe ius, competens Regiæ Curiæ, ſcilicet, exigendi gabellas, vel ſimiles dirictus, qui exiguntur a particularibus, iuxta ea, quæ notantur in Ritibus dohanæ, & Regiæ Cameræ, ab eo iure, ſuper quo fiunt venditioues Regiam Curiã, quando. n. fiunt aſſignationes ſuper arrendamantis factis ſuper dictis gabellis, arrendator emptor eſt omnium Iurium, & prouẽtuum, & dirictunm, ſpectantium ipſi Regiæ Curiæ pro gabella, & iure arrendato, & promittit certum pretium ſoluendum Regiæ Curiæ, ſuper quo pretio aſſignatur, & conſignatur per Curiam ipſi arrendatori liſta onerum, & nomina aſſignatariorum Regiæ Curiæ ſuper dicto arrendamento, & pro ſumma aſcendente ad eam quantitatem pretij, tenetur illis ſoluere arrendator, ita vt finita ſolutione

tione integra ex talij, ad amplius arrendator non tenetur. Si ergo ex prædictis quaſi contractus fiunt in Regia Camera per ipſos arrendatores offerentes, vt colligitur in Ritu Regiæ Cameræ, in tit. quomodo fideiuſſores teneantur, & ſolutio ex conſuetudine eiuſdē Regiæ Cameræ, & etiam vt plurimum ratione contractus eſt hic Neapoli deſtinata, & debet fieri, & de facto, & de Iure fit Neapoli, & Regia Curia non vendit iura, ad dictam gabellam ſpectantia ipſis particularibus, cùm non poſſint ipſi particulares emptores introituum exigere dirictus, ſpectantes ad dictam gabellam, ſed ipſi arrendatores, & fiat per hoc venditio ſuper nominibus debitorum ipſius Regiæ Curiæ, ſcilicet ſuper pretio recipiendo, vel debito, & ſuper pecunia prouenienda quotannis ex venditione, & arrendamento prædictarum gabellarum, vel ſimilium, quæ nomina debitorum, cum verè, & realiter exiſtant infra diſtrictum ex dictis ſupra de nominibus debitorum, oritur ſine difficultate reſoluta maxima, & importans concluſio, quod venditiones annuorum introituum factæ per Regiam Curiam cum ſubſequenti aſſignatione ſuper arrendamentis dicti debeant ſine difficultate exiſtere infra diſtrictum; quæ verius ex dictis in materia fiſcaliū poſſunt dici venditiones Iuris exigendi tantam quantitatem ex arrendamento, & arrendatoribus prædicti corporis, ita & taliter, quod ipſi arrendatores tenentur correſpondere ipſis aſſignatarijs pro quantitate aſſignata, prout illis ordinatur in ſimilibus venditionibus annuorum introituum, factis per Regiam Curiam ſuper ſimilibus arrendamentis, & quemadmodum competeret ipſis aſſignatarijs ius exigendi fiſcalia recta via, quando ſuper fiſcalibus eſſet facta venditio, vel ſuper introitibus, in Ciuitate, vel extra exiſtentibus, per Regiam Curiam, & aſſignationes, vt ſupra, & prædictæ venditiones, vel melius prædicti annui introitus eſſent dicēdi infra diſtrictum, vel extra diſtrictum, ſecundū quod ipſa fiſcalia vendita exiſterent ex rationibus dictis per Rouitum in locis præcitatis. Sic in prædictis aſſignatarijs ſuper arrendamentis, quorum emptores, ſeu arrendatores promiſerunt facere ſolutionem hic Neapoli, vel quia ſic poſſunt cogi, vel quia ratione quaſi contractus ſic obligati ſunt intelligendæ ſunt, venditiones factæ exiſtere infra diſtrictum, & hanc puto puram veritatem, licet nondum recorder fuiſſe deciſum, deciſum intelligo cum contradictore, quod maximè requiritur in materia conſuetudinis, de Franch. deciſ. 367. circa fin. nec durum hic poterit videri, cum ſatis liceat in refragabili argumento arguere, quòd aut non eſt aſſignatio, & ſpecialis venditio ſuper dicto arrendamento ſpectanda, & ex natura venditionis, & loci contractus, & ſolutionis deſtinatæ, quia D. Vicerex promittit hic ſolutionē. Item hic Neap. contrahitur ex regulis dictis de venditionibus annuorum introituum, tales debent dici infra diſtrictum Neapolitanum, aut eſt ſpectanda ſpecialis illa venditio, & aſſignatio ſuper arrendamento, quod arrendamentum cùm verè, & realiter in eſſe producatur, & fiat, & exiſtat hic Neapoli, & tunc etiam erūt dicti introitus infra diſtrictum iudicandi, nec poterit modo aliquo trahi res iſta extra diſtrictum, nec contractus, nec exactionis ratione cum neutrum aliquo modo poſſit extra diſtrictum, quamuis per largiſſimam interpretationem, vel argumentum trahi, & ſic

16 ego in conſcientia iudicarem, † ſi verò gabella prædicta, ex quo iuſtus emptor, vel arrendator non reperiatur, vel ex alia cauſa per Regiam Curiam fuerit in demanio detempta, tunc licet non eſſet niſi ad ea, quę frequentius accidunt, lex adaptanda, & per iſtud accidens non deberet mutari natura rei, tamen, quando ratio eſſet talis, quæ mutaret dictam naturam, ex vulg. l. nam ad ea, ff. de legib. & l. iuſto ff. de vſucapionib. nec etiam tunc erit diuerſus iuris effectus, quia per ipſam Curiam dabitur arrendamentum prædictum alicui in gubernium, qui gubernator repreſentabit eādem perſonam ipſorum arrendatorum, excepto quod non tenebitur ad certam quantitatem ſoluendam ipſi Regiæ Curiæ, vel aſſignatarijs, ſed iuxta prouentus peruentos à dicto arrendamento, iuxta librū credenzerij, tenebitur & pro illa quantitate, & ſic non per hoc non erit facienda Neapoli ſolutio, nec propterea minus in contractu gubernij obligatus erit Gubernator dicti arrendamēti ſatisfacere ipſis aſſignatarijs, quatenus extat in arrendamento prædicto, prout quotidie videmus in Regia Camera, vnde fit quomodocunque, quia nunquam poterit dari caſus, vt aſſignatarius debeat de iure, vel ex contractu exigere iura, & dirictus Curiæ, nec arrendator, vel gubernator teneatur ſoluere extra diſtrictum Neapolitanum, ideo per prædictas rationes introitus empti ſuper dicto arrendamento ſemper erunt infra diſtrictum iudicandi.

17 Mobilia verò an cenſeantur exiſtere ad effectum conſuetudinis in loco, vbi inueniūtur verè tempore mortis, vel in domicilio defuncti, Alex. conſ. 19. nu. 9. lib. 6. quem remiſſiuè ſequitur D. de Franch. in addit. ad conſuet. ſi

quis

quis,vel ſi qua,ſub nu. 177. in addit. quæ incipit addè in ſimili,& Alex. cóſ. 31. lib. 1. nu. 5. quos ſequitur Reuer. Molſeſius in comment. har. conſuet. par. 2. q. 11. Gratia. diſcépt. for. 120. num. 87. tenent mobilia iſta adhærere quaſi oſſibus domini,& reputari de loco, in quo defunctus habuit domicilium, quaſi immobilia ſequantur territorium, vbi ſita ſunt; bona verò alia ſequantur perſonam,vbicunq; ſita ſint,Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 3. num. 244. & alij,de quibus per Farinac. conſ. 71. num. 1. & 7. verior eſt ſententia, quæ mihi placet, vt mobilia cenſeantur eius territorij, in quo reperiuntur Alex. in addit. ad Barto. in l. ex facto,la ſeconda, ff. de hæred. inſt. & conſ. 16. vol. 1. num. 2. & ibi addentes lib. 6. vbi tenet Alex. prædictam opinionem eſſe veriorem opinione Bald. in l. mercatores, de commer. & mer. quã ſequutus fuerat Alex. in prædictis conſilijs in contrarium relatis, & vti veriorem ſequuntur addentes ad dict. conſ. 16. litt. b. num. 2. Vnde non rectè de nominibus debitorum, & mobilibus vnam determinationem facit Molſeſius loc. cit. quia in nominibus debitorum ex intentione dicti D. de Franch. ſupra num. 5. cum ſequentibus late diſſeruimus,& aliter quam ipſe; in mobilibus vero non erit à prædicta opinione recedendum, quam Alex. & addentes veriorem dicunt.

18 Diximus ſupra de actionibus, & nominibus debitorum,& ſic de actiuo ære alieno, vt ita dicam , quo modo claudatur in diſtrictu; reliquum eſt,vt de paſſiuo ære alieno tractemus;dum enim dicitur, quòd æs alienum nõ circumſcribitur loco, ſed tangit vniuerſum patrimonium,quæro,quæ ſit diuerſitas inter creditorem,& debitorem in ære alieno,ſitũ do in loco,quare enim creditoris ius in ære alieno intelligẽdum ſit in loco,iuxta regulas, poſitas ſupra de nominibus debitorũ loquentes,& ipſius debitoris ius paſſiuum iiſdem regulis non decernatur? Cum ſint correlatiua, & correlatiuorum eadem ſit diſciplina,ita ex correlatiuis arguendo dicit in ſpecie Euerardus in ſua cent. in loc. 76. verſ. hinc etiam videmus,vt conſtitutum in actore, intelligatur etiam in reo,glo. in l per interuallum, ff. de iud. glò. in Auth. qui ſemel ſuper verb. triginta dierum,& ibi Doct. C. quomod. & quando Iudex. Reſpõdeo diuerſam eſſe rationem inter actorem,ac creditorem, & ipſum debitorẽ. Creditoris n. perſona eſt domina ipſius nominis,& ſic ab ipſius poſſeſſione,& exactione omnia, vt dixi, regulantur, ex quibus illud nomen dicitur eſſe in loco, veluti in Ciuitatis Neapolitanæ diſtrictu, vt ſupra ponderaui mus,quæ non poſſunt operari in alio correlatiuo eundem iuris effectum,vt ſcilicet,illud æs alienum dicatur eſſe in diſtrictu Neapolitano;nam hoc modo redderetur deterior cõditio ipſius creditoris poſt creditum in vniuerſo patrimonio acquiſitum,quod eſſe non poteſt,ita optimè Alex. conſ. 31. num. 9. vol. 1. & ibi addit. litt. d. nam vt dicit ibi Alex in vita debitoris, vnicum eſt patrimonium in omnibus locis exiſtens, dum poſtea moritur, eadem ratio,quæ facit ius nominis,ex quo reſidet in loco,vt in diſtrictu dicatur, eadem ratio poterit facere, vt ius paſſiuum in eodem loco dici poſſit exiſtere reſpectu debitoris, ex quo debitor non poſsidet æs alienum, quia potius eſt negatio, quam poſitio, & ſic de eo conſuetudo non poteſt loqui, quia debitum non venit appellatione bonorum, ſed appellatione malorum, vt ita dicam, & ſic quia actiuũ ius eſt in poteſtate creditoris, ex ipſius actione regulabitur,at paſsiuum non, quia nõ poteſt ex debitoris paſsione regulari, quia paſſio debitoris eſt, vel eſſe poteſt in vniuerſo patrimonio, correlatiuorum ratio non militabit,ſi enim debitor ſoluit annuos redditus, non poteſt dici ipſum ſoluere magis de bonis infra, quam de bonis extra diſtrictum, cùm penes ſe vnicum, & indiuiſum quòad adminiſtrationem,ſit patrimonium.

19 Sed quid,ſi pro emptione facienda bonorũ infra diſtrictum debitor fecerit vẽditionem annui redditus,ita vt ſpecialiter ſit res empta de pecunia prouenta ab illo creditore, prout ſolent fieri cautelæ, an tunc onus ſit ſpeciale; & totum illius, qui ad bona infra diſtrictum ſuccedit,caſus poſſet accidere,vt agnatus,etiã in vlteriori gradu coniunctus,ex parte patris, ſuccedat ĕt in nouiter q̃ſitis infra diſtrictũ, & cõiũctus ex parte matris in anteriori gradu ſuccedat in omne aliud ius defuncti extra diſtrictum,& in hoc caſu ex dictis dum de ære alieno deducendo tractauimus in ſeq. repet. non dubito onus eſſe illius rei, ex quo illa res extat eatenus quatenus eſt ſoluta de bonis,& pecunia illius creditoris, vt per tex. in l. 2. C. de pignor. vbi cogitur creditor ſibi ſatisfieri de bonis,ſpecialiter obligatis, niſi adſit clauſula,ita quòd ſpecialitas generalitati non derogẽt,nec è contra, iuxta deciſ. per Dom. de Franch. in deciſ. 5. ſed hic eſſet paululum ſubſiſtendum, nam iſta l. 2. & eius deciſio non procedit in debitore, vel alio poſſeſſore, Neguſan. in primo memb. octau. par. num. 20. cum ſeq. Guttier. lib. 5. q. 92. num. 13. Couarr. lib. 3. variar. cap. 18. num. 2. ex qua æquitate colligit etiam more ſuo,cumulans omnia argumenta Hart. Piſtor. lib. 3. q. 12. quòd creditor,

tor,qui poteſt ſibi de parte pignoris ſatisfacere,non debeat inquietare poſſeſſores aliarum partium. Si ergo inter creditores eſt recepta prædicta diſpoſitio,l.2.C.de pignor.non poterit habere locum inter variorum bonorum ſucceſſores,qui omnes iuxta bona reſpectiuè, ad quæ ſuccedunt repreſentant perſonam ipſius debitoris, ita vt prædicta l.2.nõ videatur poſſe operari,vt æs alienum reſpectu ſpecialis hypothecæ dicatur infra diſtrictũ,cùm in perſona ipſius debitoris hęc nõ poſſit exceptio reſidere, ſiue clauſula pdicta exiſtat, ſiue nõ exiſtat, nec obſtat ſpecialis hypotheca, & quòd aliter iſta bona non eſſent in patrimonio,niſi cũ iſta pecunia, ab illo creditore peruenta,nã iſta ratio non facit,vt ideo æs alienum non debeat ſolui per debitorem ab vniuerſo patrimonio, & omnia facta de ſpeciali obligatione ſunt facta ad cautelam ipſius creditoris, & quando extat promiſſio de propria pecunia,vt æs alienum ex toto patrimonio deducendum,ita de Franch.deciſ.180.nu.2. Et nos diximus dum materiam pertractauimus, & ſatis eſt,quòd dominus,qui de re ſua eſt moderator,& arbitror emendo illam infra diſtrictum voluerit in ea ſuccedere ſucceſſorem de conſuetudine,& ſubmiſerit illam diſpoſitioni conſuetudinis, & è contrario voluit obligando omnia bona ſua, quod debitum ſolueretur ab vniuerſo patrimonio, cùm omnia ipſius bona obligationi ſubiecerit, & ſi voluiſſet,onus eſſe ſucceſſoris ſolius illorum bonorum emptorum,potuiſſet hoc in actu emptionis,vel aliter cauere, & non fecit arg. l. vnic.§.finauiem,C.de cad.toll.

20 Poſſent etiam prædicta quæri,quando in redemptionem bonorum antiquorum eſſet expenſa pecunia peruenta ex venditione annui redditus, an tunc ſit onus ſucceſſoris de conſuetudine. in qua re diſtinguendi ſunt termini. Nam aliud eſt, an teneatur ſucceſſor de conſuetudine. refundere pretium ſolutum per defunctum, ſucceſſori vniuerſali tanquam expenſas, & meliorationes, & de hoc non eſt hic locus,dicemus, dum tractabimus de bonis obuentis in repet.conſue. ſi quis vel ſi qua. Aliud eſt an teneatur recognoſcere illud,vti æs alienum, & hoc eſt iddem. vt diximus ſupra in ſimili quæſt.proximè,vt tale ęs alienum debeat recognoſci ab vniuerſo patrimonio, quia totum patrimonium tangit tale æs alienum;itaque ſi ſubtilis eſſet hæres, poſſet dicere ſucceſſori de conſuetudine, ſoluas mihi omnes expenſas, & meliorationes factas in redimendo, deinde æs alienum erit ſoluendum,facta ſolutione ipſarum, ſecundũ ratam totius patrimonij, etiam computatis illis bonis redemptis,cum in vita illius, de cuius ſucceſſione agitur in patrimonio, & ea continebantur.computantur illa bona redẽpta hoc modo ex parte ſucceſſoris bonorum antiquorum ad ipſius beneficium fiet extimatio quanti valeat res illa, deducta quantitate ſoluta pro expenſis, & meliorationibus, quæ tota quantitas augebit patrimonium alterius ſucceſſoris,& ſic varia ratio erit habenda de prædicto ære alieno,vna, vt expenſæ, & meliorationes,alia vti æs alienum, vti melioratiõ eſt ponẽda in patrimonio libero ad ipſius hæredis beneficium per ſucceſſorem bonorũ antiquorum,deinde ſolutio illius æris alieni erit facienda de toto patrimonio, & hoc modo ad illa antiqua ſucceſſor erit admittẽdus, quæ notabis,nã accidere facilè poſſunt,quando defunctus pro redimendis bonis antiquis, vel meliorandis fecit venditionem annuorũ introituum alicui creditori.

21 Quæro vltimò pro complemento præludiorum, an bona feudalia comprehendantur in diſpoſitione conſuetudinis, & hanc quæſtionem,tanquam inutilem videtur effugere Naucler.in addit.ad conſuet.fol.10.in glo.in bonis omnibus hoc ſolo argumento, ex quo extat gratia Neapolitanis conceſſa, quòd in territorio Neapolitano non poſſint concedi feuda Baronibus; & iſtæ conſuetudines non
22 ligant bona,niſi infra diſtrictum, † ſed ex hoc ſolo hodie eſſet neceſſaria iſta quæſtio. Nam per Sacr. Catt. Maieſtatem Philippi Terrtij eſt ordinatum, eſſe procedendum ad venditionem omnium Terrarum, in qua diſpoſitione, vt intelligo, includuntur etiam Neapolis Caſalia. Et quando non eſſet prædicta diſpoſitio;etiã eſſet quęſtio vtilis:nã habemus feuda, de quibus Napod.dicit eſſe feuda infra diſtrictum Neapolitanũ, quæ vocantur Neapolitaniſca, vt per Nap.in conſuet. in bonis, in quibus rebus habeat locum quarta nu. 11. ver.& ſi tu dicis. Vltimò, quando omnia deficerent,licet in diſtrictu Neapolitano feuda,ſtabilibus conſiſtentia, adaſſe non poſſent cum iuriſdictione vaſſallorum, quis negare poterit annuos introitus, annuas præſtationes,officia, & huiuſmodi poſſe eſſe ſubiecta feudorum,ita vt in ijs feuda infra diſtrictum huius Ciuitatis conſiſtere poſſint? Item in territorijs,& alijs abſque iuriſdictione,quando in feudum recognoſcantur à Dom. Rege immediatè,& in capite,vel mediatè, vt Iſern. in tit.de feud. March. vbi in redditibus certis conſiſtere poteſt feudum,& in tit.quo temp. miles,§.ſi,col.1.in med.& in tit. quis dicatur Dux,Comes,& Marchio,§,qui verò,in prin.
23 & ſeq.§. † Et notandum eſt ad ſciendum an

annui introitus debeát iudicari feudales, vel
burgenſatici, etiam obſeruandum, con-
ceſſio proceſſerit pro feudo,& nomina feudi,
vt optimè dixit Napod. in conſuet. in bonis,
nu.14.vſq; ad fi. in quibus reb.habeat locum
quarta,videndus eſt de Franch.deciſ. 159. ad-
uerſus quam tenet de Curt.in diuerſorio feu-
dal.fol.24.nu.11.faciunt dicta per Ann. alleg.
2.Couar.lib.3.cap.7.art.4.Garſias de expēſis,
& melior cap.4.nu.48.Ann.conſ.4.num.19.
Item de actionibus ad feudum, de Franch.
deciſ.75.& 158.Anna alleg.122.& de Frāch.
deciſ.593.& dec.45.& 75.nu.2.& deciſ. 143.
nu.26.ex quibus habes plura de actionibus ad
feudum,item de redditibus,quando cenſean-
tur feudalia,quæ omitto,cùm non ſit præſen-
tis ſpeculationis, videas tñ melius loquen-
tem Loffred. in paraphraſi in titu. ea quibus
cauſis feud.amitt.§.huius autem generis,in fi.
qui ſic deciſum refert per Regiam Cameram
ſequitur de Pont.conſ.30.nu.20. & in cauſa
in Regia Camera Summariæ vertente inter
Regium Fiſcnm actorem ex vna,& Iſabellam
Politiam conuentam ex altera, ſuper ſolutio-
ne releuij, fuit iudicatum annuos cenſus eſſe
burgenſaticos, & abſolutam conuentam die
12. Iunij 1621. pęnes Fabritium Sergium
conſeruatorem quinternionum Regiæ Ca-
meræ; earatione,quia non erant expreſſa ver-
ba in feudum,vt ex doctiſſimis allegationib.
vidimus V.I.D.Caroli Brancatij,& Ioan. An
tonij della Calce, ad quas in hac materia re-
curras,cum ſint omnibus numeris abſolutiſ-
ſimæ. Sufficiat enim nobis plures caſus aſſi-
gnaſſe,in quibus ınfra Ciuitatem feuda con
24 ſtitui poſſint. † His præmiſſis pro vtilitate
quæſtionis videamus ipſius ſolutionem, &
Nap.in conſuet,ſi quis,vel ſi qua,ſub nu.176.
„ inquit,[Hoc ius municipale non diſponere
„ ſuper bonis feudalibus includendo,ſed exclu-
„ dendo ipſa bona feudalia à cenſura iſtarum
„ conſuetudinum,vt in conſue.in quibus rebus
„ habeat locum quarta,de intellectu tamē iuris
„ communis, inquit Nap. feudalia comprehen
„ di,quia bona ſua dicuntur, ſiue directo, ſiue
„ vtiliter, C.de theſaur.lib.10.l.vn.] ſed cuiuſ-
modi ſit tale argumētum, & quid concludat,
non ita de facili patere,crederem ex ijs, quæ
proxime dicentur.

Si enim, vt prima facie videntur ſonare
verba,Napodanum intelligeremus velle feu-
dalia non comprehendi, ex quo iſtæ conſue-
tudines non diſponunt, includendo in cenſu-
ra harum conſuetudinum, oporteret ēt intel-
ligere, ꝙ excluſio illa ſit generalis, quod vero
illa excluſio nō ſit generalis,patet qa ſi vnica
determinatio reſpiciens plura determinabi-
lia debet æqualiter determinare,& reperian-
tur cum feudis ſub vna determinatione in
prædicta cōſuetudine,in quibus rebus habeat
locum quarta,etiam excepta bona conceſſa
ab eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis libella-
rio iure ad cenſum, in emphyteuſim, vel ad
locationem in perpetuum, vel ad tempus, ſi
vniuerſam conſuetudinis diſpoſitionem tol-
leremus ab omnibus illis bonis,nimium eſſet
reſtringere conſuetudines generaliter loquen
tes,quare ſi ſpecialis eſt credēda exceptio illa,
in illa tantum diſpoſitione;ſequitur, quod in
contrarium eſt regula, quia exceptio in hoc
declarabit,& ampliabit regulam in genere
exceptionis,vt eo ipſo,quòd ibi feudalia, &
alia bona ſint excepta, debeamus intelligere
regulam comprehendere vniuerſaliter om-
nia bona,& ipſa præſertim exceptuata, ſcili-
cet, feudalia in omnibus alijs caſibus, & ter-
minis non exceptis, ita optimè probat Dec.
in reg.1.nu.27.cum ſeq.ff.de regu. iur. vbi ex-
ceptio facta in ijs,quæ alias de generali regu-
la non comprehenderentur, facit vt regula
etiam de ijs exceptis intelligatur, & ibi Dec.
ponit plura exempla, itaque quando genera-
liter aliàs feuda non comprehenderentur in
generali diſpoſitione conſuetudinis, eo ipſo,
quòd conſuetudo de his excipit in conſtitu-
tione quartæ, vxori debitæ, cenſetur ea in
alijs diſpoſitionibus comprehendiſſe,& ratio
quæ dari poſſit in feudis in materia quartæ,
eſt particularis,quia in feudis eſt de conſtitu-
tione Regni prouiſum de dotario,quod debet
eſſe à principio certum, & habet ſuam parti-
cularem naturam,vt dicit Napod. in rub. de
iur.quart.nu.8.per conſtit.licentiam,de feud.
in dotar.ſtatuend. Nihil mirum ſi à quarta
feudalia ſimpliciter ſint excepta, militat etiā
ratio,quia ibi ideo mulier excluditur ab ea
quarta, ex quo omnia bona tam feudalia,
quam aliter contenta in exceptione prædicta
non reperiuntur in hæreditate ipſius mo-
rientis tempore mortis, & mulier non poteſt
habere quartam, niſi poſt mortem, quo tem-
pore iam omnia illa bona ex ratione inueſti-
turæ non tit.purè hæreditario vadunt ad ſuc-
ceſſores, & ſic ibi ideo excluduntur feudalia,
& ſimilia à prædicta diſpoſitione,quia tracta-
tur de inuertenda ſucceſſione, ſtabilita in cō-
ſtitutione,& inueſtitura prædictorum corpo-
rum, ſiue feuda ſint, ſiue emphyteutica,
25 † prout dicitur in ſpecie de iure communi in
quarta debita vxori ex diſpoſit. Auth.præte-
rea.C.unde vir.& vxor, quia illa non debetur
in feudalibus, ex quo vir non ſuccedit vxori,
vt ibi ita latè congerit Tiraquell. in tracta.
de retract.lignag.§.1.glo.3.nu.4. & videndus
eſt

eſt poſt Doct. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Dec.
ibi num. 13. vbi dicit prædicta non militare
in feudo mere hæreditario, in quo etiam hæ-
res extraneus poſſet ſuccedere, quia de illo
iddem iudicatur, ac de alijs bonis hæredita-
rijs, quare in caſu noſtro debent includi ex
eadem ratione feudalia, quando conſuetudo
non perturbat ordinem ſuccedendi in feudis,
ſed cõfirmat, & fauet ipſemet feudorum ſuc-
ceſſoribus, quia diſpoſitio non excluditur, &
ſeruatur inter eos tantum ſucceſſores, qui cõ-
prehenduntur in inueſtitura, vt dicit Camer.
in repet. an agnat. in 8 quæſt. num. 90. Vnde
dicendum erit, quòd Napod. noluit excludere
generaliter a cenſura harum conſuetudinum
feudalia bona, quia conſuetudo ſpecialiter de
ijs excipere voluit, & in particulari caſu;
ideo reſidere tenendum eſt ipſum Napodanũ
in intellectu iuris communis, vt inferius di-
cetur.

26 Comprobantur prædicta authoritate eiuſ-
dem Nap. in conſuet. de alimentis præſtandis
numero 15. in verb. ſuis, ibi, Item vtile
dominium ſuorum numero continetur, &
paulo poſt ibi; ex præmiſſis videtur iddem in
feud. & notandum eſt, quod Napod. fundat
feuda contineri in ea diſpoſitione, allegando
Andr. de Barol. C. de theſau. l. vn. lib. 10. ſe-
quendo prædictum ciuilem intellectum, de
quo ſupra diximus in primo argumento, &
autoritate Napodani, prout ſequitur Lucas
de Penna in l. omnes, col. 5. in verb. ſui, C. de
decur. lib. 10.

27 Facit idem Napodanus in eadem conſu. de
alimentis præſtandis, nu. 28. verſ. ſed quid ſi
huiuſmodi, vbi concludere expreſsè videtur
pluribus argumentis, feudalia eſſe comprehẽ-
ſa in prædicta conſuetudine de alimentis præ-
„ ſtandis, ibid. in fin, ibi, [Sed certè ſi hæc opi-
„ nio eſſet vera, nõ haberet locum, niſi in bonis
„ feudalibus, exiſtentibus infra diſtrictum Ciui-
tatis Neap.] Primum eſt argumentum, quia
conſuetudo ſimpliciter loquens, ſimpliciter
eſt intelligenda. Secundum, quia, in compilã-
dis his conſuetudinibus interceſſit conſenſus
28 Principis, indiſtinctè approbantis. † Tertiũ,
quia diuiſio fructuum ipſius feudi non eſt il-
licita, quia nulla lege prohibetur feudatarius
diſponere de fructibus, perceptis per eum, dũ
tamen ſine præiudicio ſeruitij; contractus
enim fructuum non trahitur ad feudum, & ſic
concludit Napod. quòd Ciues potuerunt fa-
cere conſuetudines ſuper fructibus feudi, etiã
ſine conſenſu Principis conſiderando, vt ibi,
fructus ſeparatos ab ipſo feudo, quia tunc sũt
burgenſatici, de quo latè Anna, qui alios cu-
mulat conſ. 27 & conſ. 51. a nu. 8. cum multis
ſeq. Ann. alleg. 84. nu. 3. & conſ. 47. nu. 8. cum
ſeq. & quòd fructus ſeparati ſint burgenſatici,
de Franch. deciſ. 18. num. 10. & de oblig. fru-
ctuum feudi, Grat. late diſcep. for. cap. 42. nu.
29 11. & ſeq. † Conſtat igitur ex prædictis etiam
de mente Napodani, cõſuetudines includere
bona feudalia, quando in ipſarum diſpoſitio-
ne non agitur de præiudicio Principis, vel de
inuertenda feudorum ſpeciali diſpoſitione,
vt expreſſius dicit idem Napod. in ead. conſ.
quòd ſi aliquis, de alimentis præſtan. vbi nu.
33. dicit non procedere prædictam diſpoſi-
tionem in bonis feudalibus; iuxta formam
ibi præſcriptam, ex quo diminuitur ſeruitiũ,
& quia omnis ſpecies alienandi, & conſtituẽ-
di ius in re eſt prohibita, quare, ceſſante dimi-
nutione ſeruitij, ac conſtitutione iuris in re,
& ſic ceſſante penitus præiudicio ipſius dire-
cti domini, non erit extra mentem Nap. tene-
re has conſuetudines comprehendere etiam
bona feudalia, ſicuti etiam in ſimili de iure
communi dicitur, quòd licet pater in bonis
filij habeat vſumfructum, tamen quia in feu-
do nõ poteſt conſtitui ius in re, habebit pater
commoditatem percipiendorum fructuum,
ita de Franch. deciſ. 10. num. 9. per multas
Doct. autoritates, & in ſpecie per Napo. loc.
cit. quem etiam retulit Iacob. de Franch. in
tit. de his qui feud. dar. poſſ. in princ. num. 54.
poſt Iſer. qui negat vſumfructum in feudo,
num. 7. §. valuaſores in d. tit. Boer. dec. 199.

30 Quod vero diſpoſitio conſuetudinis præ-
dictę non recedat a diſpoſitione feudorum,
patet vtriuſque natura rectè perpenſa, cum
diſpoſitio feudorũ conformetur in modo ſuc-
cedendi, cum diſpoſitione ſtatuta per has con
ſuetudines, præſertim per conſuet. ſi quis, vel
ſi qua, ex quo ad ſucceſſionem maternorum
vocantur coniuncti ex parte matris, & pater-
norum coniuncti ex parte patris, quæ coniun-
ctio in ſucceſſione feudorum, maximè conſi-
deratur, prout in repet. prædictæ conſuetudi-
nis in principio latius dicetur, & a prædicta
diſpoſitione forſan noſtra conſuetudo acce-
pit maternorum, & paternorum diſtinctionẽ,
vnde Affl. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. nu. 2.
verſ. & hoc facit, dixit rationabiliter teneri
poſſe, quòd conſuetudo Neap. vendicet ſibi
31 locum, etiam in bonis feudalibus, † Vnde
non video ex qua autoritate id deſumpſerit
Reuer. Pater Molfeſius in commentar. ad has
conſuetudines par. 2. tit. de bonis quæſt. 7. nu.
4. dum dicit, quòd Rex Carolus ad tollendam
omnem diſputationem Doctorum expreſsè
determinare voluit, vt in diſpoſitione harũ
cõſuetudinũ bona feudalia non comprehen-
dãtur, niſi velit de prædicta conſuetudine, in

quibus bonis habet locum quarta intelligere,
quæ ſpecialiſſima eſt, & contrarium probat
32 ex ſupra ponderatis, † quòd verò ſimili mo-
do deferatur illis proximioribus ſucceſſio de
conſuetudine, prout de Iure feudorum Napo.
in conſuetu. ſi quis, vel ſi qua, num. 246. & in
conſuetu. & ſi teſtator, num. 5. Sed videamus,
quonam modo in ſucceſſione poſſit iuris ef-
fectus aliquis oriri ex prædicta concluſione;
nam de alijs diſpoſitionibus agemus in ſingu-
lis conſuetudinibus particulariter, & in indi-
uiduo querendo, diſcutiamus igitur tanquam
de re principaliori, de ipſa paritate in ſucceſ-
ſione, & certum eſt, quòd feudorum ſucceſſio
ita diſpoſita eſt per Regni conſtitutionem,
& per pragmaticas, & Capitula, vt non ſit
ex conſuetudinis diſpoſitione in ijs dare ali-
quam ſpecialitatem in præiudicium domini,
ac inueſtituræ alterationem. Aut enim feu-
dum eſt hæreditarium, aut eſt feudum ex pa-
cto; ſi eſt feudum ex pacto, nec circa alienatio-
nem, nec circa diſpoſitionem aliquid quæren-
dum eſt, cùm non valeat poſſeſſor præiudi-
cium afferre ipſi ſucceſſori in feudo paterno
ex pacto, vt per Iſern & omnes in §. & ſi li-
bellus, de alien. feud. patern. ſucceſſio autem
eſt etiam de Regni conſtitutione diſpoſita,
ita vt eam diſpoſitionem non liceat nobis
præterire: ſi igitur in ijs tantum, quæ con-
formia ſunt cum diſpoſitione feudorum con-
ſuetudines eſſent ſeruandæ, & aliquam diffe-
rentiam non poſſumus ex conſuetudine ad-
dere, erit de vento iſta quæſtio, ac de lana ca-
prina in ſucceſſione ab inteſtato.

33 Sed poſſet practicari conſuetudo, quan-
do eſſet facta conceſſio feudi pro ſe, & ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque, quo caſu poſſunt
omnium hæredum genera eſſe vocata iuxta
ea, quæ latè cumulat Camer. in cap. Imperia-
lem, in ſexta ampliat. & in cap. 1. de ſucceſſ.
feud. an ab inteſtato cenſeatur facta vocatio
ſucceſſoris de conſuetudine ſi prædictum
feudum ſit infra diſtrictum, ſed, ſi rectè in-
tueamur, vt etiam reducitur ad cauſam inte-
ſtati, quia cenſebuntur vocati illi, qui ad feu-
dorum ſucceſſionem deberent ab inteſtato
ſuccedere, Socc. conſi. 81. volum. 4. num. 12.
prout per Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff.
ad Trebell. & Cagnol. in l. hærede, nu. 12. ff.
de reg. iur. Ceſſante ergo diſpoſitione cōſt. Re-
gni, erit ſēper primo ad ſpeciales inueſtituras,
deinde ad ius commune feudorum recurren-
dum, itaq; quocunque te veritas circa inter-
pretationem ſucceſſoris nunquam poterit
deueniri ad conſuetudinis diſpoſitionem.

34 Quando verò vellemus interpretare po-
teſtatem diſponendi, tunc, cum ſatis clarum
ſit, quòd, data, & præſuppoſita inueſtitura,
generali pro ſe, & quibuſcunque hæredibus,
& ſucceſſoribus, vel aliter, ex quibus poſſit
præſupponi data poteſtas diſponendi, prout
de burgenſaticis, vt latè Intrigliol. quæſt. 50.
num. 35. & 36. & cumulata per Anna conſil.
53. num. præſertim 50. & ſeq. quo caſu, cùm
feuda ſint per hoc libera in poteſtate diſpo-
nendi ipſius diſponentis, poterit ad ſimilitu-
dinem burgēſaticorum dici, quòd non poſſit
de antiquis aliter diſponere, niſi ſecundum
cenſuram harum conſuetudinum, vt in quar-
ta vxori debita ex Authen. præterea optimè
tenet Decius in l. 1. num. 13. C. vnde vir. &
vxor, vbi licet excludatur vxor in feudalibus,
id non procedit in feudo omnino hæredita-
rio, & iddem dicerem in omnibus feudis hæ-
reditarijs, vel habentibus hæreditariorum
naturam, in quibus ſuppoſito domini directi
aſſenſu, qui in hoc non requiritur, quando
diſponitur in beneficium proximè ſucceſſuri,
in omnibus reliquis feuda ipſa erunt eiuſdem
naturæ, cuius ſunt bona burgenſatica, vt etiā
in ijs, præter aſſenſus prædicti neceſſitatem
debeant omnia ſeruari, quæ in cæteris bonis
burgenſaticis fieri poſſent; cum enim ciuium
pacto & voluntate, conſuetudines ſint factæ,
vt per Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua,
num. 246. & in conſuet. & ſi teſtator, num. 5.
conſequens erit, vt in omnibus, in quibus vo-
luntas, & pactum ciuium operari poſſunt,
in ijs conſuetudines intelligātur diſpoſuiſſe,
ita de feudo hæreditario latè congerit de
Ponte deciſ. 11. num. 210. & ſequen. qui, licet
in feudo omnino hæreditario loquatur, vt ibi
in ijs, quæ concernunt fauorem ipſorum vo-
catorum in inueſtitura iddem erit dicendum,
vt, ſcilicet, non poſſint ipſi fraudari ad minus
medietate prædictorum feudorum antiquo-
rum, etiam aſſenſu domini in alienatione, &
diſpoſitione interueniente, quo caſu non po-
teſt aſſignari ratio, quare conſuetudo in illis
caſibus diſponere non debeat, cum cōſuetudo
conformetur cum inueſtitura, & ſucceſſione
feudorum; ſunt enim ipſi coniuncti vocati tā
ex inueſtituræ tenore, quam ex diſpoſitione
35 feudali, quàm etiam ex conſuetudine, † vnde
ſicut ſtante natura feudi hæreditarij cum
aſſenſu, poteſt diſponere de feudo poſſeſſor,
& agnatus, prout de omnibus alijs proprijs:
& tamen ab ea diſpoſitione ſubtrahitur legi-
tima in æſtimatione debita ipſi filio primo-
genito, ita non inconuenit, vt ſimiliter in
ipſius æſtimatione ſubtrahatur portio con-
ſuetudinis illa ratione, quia quatenus ſpectat
ad æſtimationem nō tractatur de præiudicio
domini, & in hoc æſtimatio eſt eiuſdem na-

turæ,

turæ, ac alia burgenſatica, ſecundum optimè fundata per Camer. in cap. Imperialem, fol. 103. litt. E. quòd verò legitima, & medietas, vel iſtæ portiones, de conſuetudine debitæ filijs, & agnatis, æquiparentur, optimè dixit Napodanus in conſuetud. & ſi teſtator, nu. 5. Si ergo cōſuetudinis, & legis diſpoſitio æquiparatur, & non tractatur de præiudicio ipſius domini, quia nō inducitur diuiſio feudi indiuidui: cum grauetur in ęſtimatione ipſius portionis, nec aliqua diuerſitas aſſignari poterit, maximè in filijs inter feuda, & burgenſatica, nam boc modo primogeniti legitima in feudo antiquo infra diſtrictum erit in patre, medietas, in matre, nouem partium; in agnato, etiam medietatis, ad quæ faciūt dicta per Doct. Gallos, qui, ſtante conſuetudine Galliæ, per quā ſunt feuda deducta ad inſtar patrimoniorum cōſuetudines ſimpliciter diſponentes, intelliguntur diſponere etiam de feudalibus rebus, ita oprimè Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. glo. 3. q. 12. in fine in ſpecie meminit de hæreditarijs feudis huius noſtri Regni, Guid. Pap. conſ. 18. ſuper caſu, nu. 8. & conſ. 176. nu. 2. ver. vel aliter, & cōſ. 215. nu. 2. abſtracta igitur neceſſitate aſſenſus, ac domini intereſſe in feudo hæreditario infra diſtrictum Neap. nulla ratio ex prædictis ſuadere poterit, vt conſuetudinis diſpoſitio remoueri valeat, præſertim circa poteſtatem diſponendi, quæ cum ſit prohibitoria diſpoſitionis in beneficium vocatorum in inueſtitura, vel ex lege feudi, cōformat ſe cum generali prohibitione alienationis, ac diſpoſitionis feudorum per Conſt. conſtitutionem diuę memoriæ, & cap. Imperialem, vt ſcilicet etiā præſuppoſita valida alienatione, non poſſit diſponens de bonis feudalibus antiquis fraudare prędictos proximiores ſuis portionibus, & vt quemadmodum in feudo ex pacto omnino diſponendi facultas in vltima voluntate reijcitur, ita in prædictis portionibus in feudo hæreditario tollatur ad beneficium vocatorum in inueſtitura: ad quæ faciunt plura ex deductis per de Ponte deciſ. 11. etiam in allegationib. Reg. Conſiliar. Rouiti omnino videndis, & benè cōcludit Camer. in rep. an agnat. in 8. q. vbi probat, feuda hæreditaria venire in petitione hæreditatis, & ad includendum illos, qui ex ratione inueſtituræ vocarētur; comprehenduntur feudalia in omnibus diſpoſitionibus, vid. illū in tota illa quęſt. & in q. 22. ver. quid dicemus, vbi fundat, ꝙ feudum hæreditarium, licet habeat qualitatē ſeparatam à burgenſaticorum qualitate, habeat tamen qualitatem hæreditariam, & eſſe in hæreditate tanquā corpus hæreditarium, cuius diſpoſitionē cum aſſenſu domini tāquā de re burgenſatica habemus, & licet per teſtatorem non poſſint fieri inęquales partes in feudo hæreditario, vel aliter diſponi hoc nō eſſe ex natura ipſius rei, ied ex deficientia aſſenſus Domini, vt ibi clariſſimè comprobat Camer. fo. mihi 269. col. 2. ciues igitur potuerunt de eorum communi voluntate arctanda, & diſpoſitione ſtatuere citra præiudicium ipſius directi domini.

36 Vltimò non erit omittendū, ꝙ conſuetudo in omnib alijs caſibus, in quibus certo quodā modo peruenitur ad diſpoſitionem feudi hęreditarij non tangendo corpus, ſed ęſtimationem feudi, vt grauando ſucceſſores in æſtimatione in vltima voluntate, item qñ (prout ſolet fieri,) feudum reſidet in perſona alicuius, qui ſuſtinet onus feudi, habet tamen obligationem recognoſcendi in eo feudo aliquē in confidentia, vt ſolent facere exteri hic Neap. qui nolunt portare onus deuolutionis, ꝙ tunc ex quo diſpoſitio non tangit corpus feudi, debeat iudicari, vti de re pura burgenſatica, cūm in eo, qui recognoſcatur, non ſeruetur ordo feudalis ſucceſſionis, & per hoc debeat regulari ſecundum prædictam conſuetudinis diſpoſitionē, quando cætera requiſita per conſuetudinem concurrerent. Itē poteſt poſſeſſor feudi hæreditarij ex dictis per D. de Frāch. in 1. deciſ. & per Camer. loc. cit. ēt abſq; aſſenſu diſponere de feudi æſtimatione, quæ diſpoſitio non tāgit nec feudum, nec intereſſe domini directi, & per hoc non erit dubitādum ex prædictis ex intentione Nap. quod illa æſtimatio in feudo infra diſtrictum erit iudicāda antiqua, ita vt non poſſint per diſpoſitionē in vltima voluntate de illa pro portionibus medietatis, vel nouem partiū fraudari ipſi proximiores vti in alijs burgenſaticis, de Franch. dec. 89. n. 7. & facit additio incerti autoris ad conſ. ſi aliquis moriens, fo. 163. incipiēs pone, quòd pater, vbi filij, vel agnati non tenebuntur ad legata, quando vltra permiſſa fierent diſpoſitiones, & de hoc non dubitatur, prout dicitur in legitima primogenito, etiam filijs debita, ſtante earum ſimilitudine, vt diximus, diſcurrit Camer. in cap. Imperialem, fol. 103. litt. E. vbi datur primogenito, quando feudum cum aſſenſu in ſecundogenitum alienatur, æſtimatio legitimè, quæ æſtimatio aptando terminos conſuetudinis in feudo matris erit nouem partium in feudo patris antiquo medietatis, prout etiam in cæteris agnatis, & coniunctis ex latere feudi, & in hoc nullam poterit, qui habet animum contradicendi

controuerſiam deducere, cùm ſit illud purum patrimonium burgenſaticum, & per conſequens ſub cenſura harum conſuetudinum. Nec enim poteſt negari, conſuetudines omnia bona comprehendere, & hanc æſtimationem contineri appellatione bonorum, & inea non fieri penitus differentiam inter feudalia, & burgenſatica, quando ſunt hæreditaria, vt diximus, ergo nulla eſt ratio, quare iſta diſpoſitio in poſſeſſore feudi hæreditarij infra diſtrictum non debeat ex conſuetudinis diſpoſitione eſſe reſtricta, quæ aliàs ex natura feudi hæreditarij non reſtringeretur ex prædictis, quæ notabis.

L AE L I I C A P V T I

Ad Prooemium Regis Caroli.

Ad Conſuetudines Neapolitanas Commentarius.

Titulum harum conſuetudinum in meo manuſcripto antiquiſſimo ſic habeo.

Conſuetudines Ciuitatis Neapolis, compilatæ, & approbatæ per autoritatis iudicium Sereniſſimi Principis Domini Caroli Secundi, Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regis Illuſtris.

Regis Caroli Prooemij. §. 1.

1 *Procemij Caroli partes diſtinguuntur.*
2 *Cauſa materialis quæ ſit harum conſuetudinum, declaratur.*
3 *Cauſa formalis harum conſuetudinum, quæ ſit, declaratur.*
4 *Cauſa efficiens quæ ſit harum conſuetudinum.*
5 *Cauſa Finalis quæ ſit ipſarũ conſuetudinũ.*

1 PRocœmiũ Regis Caroli legitur a gloſ. Napod. abſque diſtinctione Paragraphorum, prout ex dicto antiquo manuſcripto, penes me exiſtente, conſpicitur, & ex alijs exemplaribus; tamen in vltima vulgata editione, ex quo Napodanus illud in decem partes diſtinguebat, ſic per §. §. diſtinctum prodijt, prout licet videre hic nu. 3. verſ. diuiditur: quæ partes per ſe in dicta vulgata, & vltima editione patent, ideo non repeto, & dicentur locis ſuis.

2 In principio huius Prooemij pauca dicit Napodanus de cauſis materiali, formali, efficienti, & finali, prout iu procem. feudorum dixit Iſer. Et materialis cauſa, ſecundum Napod. duplex eſt, generalis, vt eſt æquitas, & ius municipale; ſpecialis, quæ ſunt ipſa negotia, de quibus ipſæ conſuetudines loquuntur: dicas tu eſſe materialem, conſuetudines ita informes, & varias, prout reperiebãtur tempore compilationis cum vniuerſis ipſorum iudiciorum difficultatibus, ſubiectum, & materiã fuiſſe iſtius libri, ſic, vt hodie conſpicitur, compoſiti, non autem æquitatem, cùm æquitas ſic nata poſt compilationem, & librum formatum: ita in §. per quod infra hoc eod. procem. Si enim ex materia fabri aliquid reijcitur tãquam non aptum ad recipiendam formam introducendam: ergo illud, quod in actu informationis reijcitur ante reiectionem, fuit etiam de materia illa primordiali, vt patet ibi cæteris vſibus, ſeu conſuetudinibus tanquam minus rationabilibus, & cenſuram non habentibus æquitatis de certa noſtra ſcientia, caſſatis, &c. ita vt quemadmodum cauſa materialis huius mundi fuit caos ſecundũ Ethnicos Philoſophos, in quo omnia indiſtincta continebantur, & ſecundum noſtros materia prima, quæ primo creata fuit, ſic in hoc libro fuit moles illa indigeſta conſuetudinum aliquando inter ſe minus ſubſiſtentium, & contrariarum: materia enim eſt illa, quæ eſt apta recipere plures formas etiam contrarias: in potentia enim poteſt ſe habere ad duo contraria, tex. eſt not. in l. 1. C. de furt. quam notat

ad

Digitized by Google

ad hoc Bal. in l. connenticulam, C. de epiſc. &
cler. notat etiam Euerar. in loc. 75. à contra-
3 rijs in fin. † Formalis cauſa, ſequendo Iſern.
eſt iuſſus principis compilatio, & approbatio
per viam legis, ex quo per ipſos duodecim vi-
ros, & per Bartholomeum de Capua fuerunt
ex Principis mandato diſtinctæ, ponendo æ-
quas conſuetudines in hoc libro, & nõ æquas
reijcientes formauerunt librum hunc, cum
formam hanc habuerit prius liber iſte, quàm
Princeps illum approbaſſet, & non inſertas
reprobaſſet, vt patet in §. præfatis autem in-
,, fra hoc eodem procem. ibi, [Præfatis autem
,, conſuetudinibus, in ſcripturam redactis, ſe-
,, cundum præmiſſi mandati tenorem, & for-
4 mam per illud traditam.] † Cauſa efficiens
duplex, ſecundum Iſern. propinqua, ac remo-
ta: propinqua fuerunt duodecim viri, & Bar-
tholomeus de Capua, qui ex autoritate Prin-
cipis fecerunt hanc compilationem, remota
fuit ipſorum ciuium conſenſus: ſic de conſue-
5 tudine ſeruantium. † Finalis cauſa fuit lites,
rancores, diſſidia ex incerra veritate conſue-
tudinum orientia tollere, ipſasque certas, &
indubitatas populo ſeruandas præbere. Not.
Napod. ex hoc procem. axioma illud, vel me-
lius aphoriſmum, contraria contrarijs cura-
ri. Sic Galen. lib. vnic. art. medic. contraria
cõtrarijs remedia eſſe, & particularibus parti-
cularia contraria, & in libr. 8. de Hippocrat.
& plat. placit. & in lib. 3. de difficultate reſpi-
rat. dixit cauſam medicatoriam eſſe, quòd cõ-
trariorum ſint contraria remedia.

Caroli Regis Proœmij. §. 2.

1 *Regni Neapolitani ſtatus tempore diuiſionis imperij.*
2 *Regnum Neapolitanum à Saracenis, & Longobardis occupatum, & quæ loca à Longobardis detenta.*
3 *Regni Neapolitani copia frugum traxit exteras nationes ad illud occupandum, & præcipuè Normannos.*
4 *Normanni Principes qui fuerint, & quomodo Græcos & Longobardos expulerint à Regni ditione.*
5 *Normanni qualiter primo à Summo Pontifice inueſtituram obtinuerint.*
6 *Cenſus primus, ac prima inueſtitura huius Regni enunciatur, & alia ſecundum Alfanum antiquum hiſtoricum.*
7 *Inueſtitura Gotfredo Normanno à Leone Pontifice ſub Apuliæ comitatus titulo conceditur.*
8 *Roberti Guiſcardi inueſtitura enunciatur.*
9 *Rogerio inueſtitura per Vrbanum conceſſa, de Apuliæ Ducatu.*
10 *Gulielmus Rogerij filius à Paſcali Pontifice Ducatu Apuliæ inueſtitus, ac deinde à Gelaſio, ac Caliſto, & Honorio Secundo Põtificibus.*
11 *Rogerius Siciliæ Comes, quomodo Gulielmo ſucceſſerit in Apuliæ Ducatu, & notãtur alij ſcribentes, qui Rogerium occupaſſe Apuliæ Comitatum dicunt.*
12 *Honorij Pontificis cum Rogerio Siciliæ Comite diſſentio, pax, ac inueſtitura enunciatur.*
13 *Rogerius quomodo primo Rex vnctus, & coronatus fuerit, & quomodo poſt modũ ab Anacleto coronatus.*
14 *Rogerij, & Innocentij prælium.*
15 *Gulielmus malus Rex viuente Rogerio vnctus.*
16 *Gulielmus malus Rogerio ſucceſſit.*
17 *Gulielmo malo filius, idemque Gulielmus bonus ſucceſſit.*
18 *Conſtantia Rogerij filia Henrico nuptui traditur.*
19 *Tancredus quonam modo à Siculis Rex electus.*
20 *Henricus Conſtantiæ vir à Celeſtino Tertio Rex declaratur.*
21 *Innocentius Tertius quomodo Conſtantiam Imperatricem, & Federicũ filium Siciliæ Reges creauerit.*
22 *Fridericus quomodo imperio, ac Regno Siciliæ eiectus, ac excommunicatus.*
23 *Fridericus Imperator primo dictus eſt Rex Hieruſalem, & quomodo, & ipſius mors.*
24 *Manfredus Friderici Imperatoris filius ſpurius, quomodo Regnum occupauerit.*
25 *Caroli Primi inueſtitura, bella ac mors breuiſſimè enunciantur.*
26 *Caroli Secundi mater Comitis Prouintiæ filia.*
27 *Carolus Salerni Princeps à patre creatus.*
28 *Siculorum à Gallis defectio, & Gallorum internicio.*
29 *Petri Aragonei prouocatio ad ſingulare certamen à Carolo facta.*
30 *Carolus nauali prælio victus, & captus Aragoniam ductus.*
31 *Pax inter Carolum & Aragoneos initur, obſideſq; dantur Ludouicus, & Carolus filij.*
32 *Carolus dimittitur.*
33 *Caroli victoria pro Florentinis contra Piſanos.*
34 *Carolus fuit primus qui vtriuſque Siciliæ Rex à Pontifice coronaretur.*

Caro-

35 Carolus Cardinales hortatur ad electionem Pontificis.

36 Celeſtinus quintus Iſernienſis Petrus Moroneus dictus in Pontificem eligitur, inſtante Carolo.

37 Celeſtini abdicatio à Pontificatu.

38 Boniſacius Octauus Pontifex creatur, & Celeſtinus Carcari mancipatur.

39 Celeſtinus inter Sanctos adſcribitur à Clemente Quinto.

40 Templum Diuo Petro Celeſtino dicatum, cuius impenſis factum.

41 Bonifacius in Sanctos admiſit Ludouicum Regem Francorum, & ibidem plura de alio S. Ludouico Caroli filio ſecundogenito Epiſcopo Toloſano.

42 Philippus Tarenti Princeps Caroli filius, à Siculis victus Panormum deducitur.

43 Carolus Valeſius Calabriam in Caroli poteſtatem redegit, & pacem inter eum, & Federicum Aragonum compoſuit.

44 Carolus Comitem Caſertæ facit Roſfridum Bonifacij Pontificis fratrem.

45 Iordanus Caietanus Bonifacij nepos, quomodo Fundorum Comes factus.

46 Robertus Tuſciam optimè gubernat.

47 Carolus moritur, & vbi ſepultus.

48 Caroli quot filij maſculi, & quot fœminæ, & qui fuerint.

49 Carolus quæ monaſteria, & Eccleſias Neapoli fundauerit, & quæ perfecerit.

50 Eccleſia Diui Dominici prius S. Arcangelo dicata.

51 Collecta a Carolo Neapolitanis ſublata, & gabella boni denarij impoſita.

52 Mœnia Ciuitatis ampliauit.

§. 2. Prœmij.

De origine, & ſucceſſione Regum Siciliæ, & eorum titulis.

CArolus Secundus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ ProuInciæ. ac Forcalquerij, ac Pedimontis Comes. Ad perpetuam rei memoriam.

CArolus Secundus, & cæt.] Ad ſciendum quis fuerit iſte Secundus Carolus Rex author harũ conſuetudinum, † & quo iure ad ipſum peruenerunt Regnum Hieruſalem, & Siciliæ. Initium repetendo, noſcẽdum eſt, hanc Italię Regionem, quam nunc Siciliæ Regnum, vel Neapolitanum dicimus à Neapoli eius Metropoli, poſt Romani Imperij attritas opes, eo namq; tempore è varijs Rebuſpublicis, & Populis, qui ſuis legibus viuebant conſtabat, & iure fœderis, ac ſociali a Romana fouebãtur, vt longum eſſet recenſere, ac per varios authores notatur, demum diuiſo imperio in orientale, & occidẽtale in anno Domini 800. diuiſa eſt hæc Italiæ pars, linea quadam tracta à Syponto, quam nunc Manfredoniam dicimus, vſque Neapolim, & pars inferior Imperio orientali tetigit. Inde Græcis imperatoribus ſemper paruit, pars verò ſuperior occidentali Imperatori Carolo Magno, ſcilicet, & ſucceſſoribus, in qua etiam Neap. paruit. Inde ſæpe inter vtrumque imperium occaſio bellandi orta eſt, vt alter alteri eorum dominia,
2 & portiones occuparet. † Inde etiam & Saracenis, & Longobardis occaſio conceſſa fuit, ſimiliter illarum dominia eradendi, Longobardorum namque natio ante hanc diuiſionẽ plurima Regni loca, & ditiones tenebat, tum in Samnitibus, quos nũc Beneuentanos dicimus, quorum dominium, vſque ad Ciuitatẽ, quam nunc Aquilam dicimus in Prouincia Aprutij, vltra, tum in Salentinis, quæ loca Idrunti Redionem dicimus, tum in Calabris Regium vſque, in qua Ciuitate Autharis Longobardorum Princeps marmoream columnellam reponi iuſſit ad oſtentandum
3 latiſſimum eius dominium, † verum vt frugum, & aliarum rerum copia Regni huius plures mundi nationes diuerſis temporibus in has oras traxit, vt eis potirentur, & fruerẽtur, traxit etiam Normannos ſeptentrionalẽ
4 gentem origine, in Galliam traslatam, † Cuius Principes fuere duodecim illi germani fratres Tancredi, Altæ villæ in Gallia comitis ex duabus vxoribus genitos ſex ex vna, & alios ſex ex alia, quorum primus fuit Gulielmus Ferabath, ideſt, ferrea habens brachia ex illius fortitudine, & valore, cuius auſpicio, & ipſe, & fratres ex Apulia, & tota regione Græcos, & Longobardos expulere, quorum ope, & ipſi Græci è Sicilia Saracenos expulerant;

Tan-

5 † Tandem in eorum dominium ſubacta Prouincia, ne viderentur aliena occupaſſe, bono conſilio curauere, parta eorum opera, & labore a Summis Pontificibus omnium Patribus, quibus obedire tenemur Dei Optimi maximi mandato, ea obtinere iuſto titulo. Inde prius factum eſt, vt mos, & conſuetudo infeudandi Regnum iſtud a Pontificibus proficiſceretur, ſcribit namque Leo Oſtienſis Epiſcopus, & deinde Cardinalis in ſuo cronico Caſſinenſi, qui primus eſt ſcriptor ſucceſſuum Regni huius, qui cum Gulielmus, Drogo, & Hunfridus, Normanni fratres vnus poſt alium Apuliam tenuiſſent ſub nomine Comitatus, dum ſucceſſio perueniſſet ad Robertum Guiſcardum alium ex fratribus circa annum Domini 1060. obtinuit Inueſtituram a Nicolao Secundo Pontifice ſub nomine Ducis, vt his ferè verbis ſcri-
5 bit in cap. 15. 3. libri. [Per hos etiam dies,
„ & Richardo Capuanum Principatum, &
„ Roberto Apuliæ, & Calabriæ, atque Siciliæ
„ Ducatum confirmauit, accepta prius ab eis cũ
„ Sacramento, Romanæ Eccleſiæ fidelitate,
„ cenſuque, quot annis iuga bouum ſingula;
„ denarijs duodecim;] & notãdum, quam modicus fuerit cenſus primus Regni huius; forſan ob virtutes, & merita Roberti in Romanam Eccleſiam. Hæc igitur prima Regni inueſtitura habetur; ſed rerum veritas non ab exteris, & remotis ſcriptoribus, ſed ab Incolis finitimis, & coeuis petenda erit, & Alfanus
7 Archiepiſcopus Salernitanus, qui Cronicon ſcripſit a Mundi exordio, vſque ad ſua tempora, cuius partem, quæ de Normannis tunc temporis his oris dominantibus tractat, ad pennam habeo, Scribit primam Regni inueſtituram obtinuiſſe Godfridum, quartum ex fratribus Normannis, ante Robertum ſub titulo Comitatus a Leone Nono Pontifice his
„ verbis. [Anno verò Dominicæ Incarnatio-
„ nis 1053. cal. Iulij cum Leoni Pontifici no-
„ xium eſſet, ne Normanni Apuliam raperent,
„ quam Henricus Imperator Eccleſiæ dona-
„ tionis titulo donauerat, ipſum rogauit, vt ei
„ auxilium pro eius recuperatione daret, ac vt
„ ei ſatisfaceret, ita præbuit; auxilio tamen
„ Guarnerij Ducis Sueuiæ adhibito, ac maxi-
„ mum Germanorum exercitum conſtituit, cu-
„ ius caput Guarnerius erat ad Leonem Pon-
„ tificem maximum acceſſit, verũ cum ei Nor-
„ mannorum exercitus occurreret prope Be-
„ neuentum, cuius caput Gotfredus Secundus
„ Comes erat, Eccleſię exercitus diſſipatus fuit,
„ vbi Germani omnes, & cum eis Guarnerius
„ (a quo Gotfredus Guarnæ cognomen ade-
„ ptus eſt.) Interierunt, ac Leo Pontifex captus
„ fuit, Gotfredus verò Comes, cum hoc ad eius
„ aures perueniſſet ſtatim ad pedum oſcula, ac
„ adorationem acceſſit, ipſum in priſtinam li-
„ bertatem reſtituens, & cum ſui omnes eum
„ dereliquiſſent Capitulò, & Clero Beneuenta-
„ no iuſſit, vt debitam obedientiam, & ſeruitu-
„ tem præſtarent; Summus verò Pontifex pro
„ tot collatis beneficijs, ſibi, ſuiſque ſucceſſori-
„ bus Apuliam Comitatus titulo dono dedit,
„ quam ſui maiores fratres iniuſtè habuere,
„ at ipſe fuit primus, qui legitimè, ac canonicè
„ ipſam retineret hæc de inueſtitura Gotfredi refert Alfanus prædictus.

8 De inueſtitura verò Roberti Guiſcardi alterius fratris, tam Gulielmus Apulienſis in ſuo Poemate de Geſtis Normannorũ coeuus author illius temporis, quam Platina in vita Nicolai Secundi Pontificis, Papirius Maſſonius in ſua de vitis Pontificum lib. 5. In Nicolai Secundi Elogio, & alij omnes conſentiunt. Immo prædicti eam confirmatam fuiſſe à Gregorio, Septimo Pontifice ſcribunt ob varia in Sanctam Romanam Eccleſiam beneficia; & pro ea ſuſcepta pręlia contra Alexium Conſtantinopolitanũ Imperatorem, & præſertim Alfanus, qui in Cronico prædicto in anno 1080. ſcribit Ducem Robertum, antequam Conſtantinopolim acceſſiſſet perrexiſſe ad Gregorium Pontif. eique ligium hominem iureiurando effectum eſſe apud Cœperanum ab eo vexillum S. Petri accipiens de menſe Iunij.

9 Defuncto Roberto in anno 1085. ſucceſſit ei Rogerius filius ſecundogenitus, cui Vrbanus Secundus Summus Pontifex Apuliæ ducatum confirmauit in Sinodo per eum celebrata in Melfienſi Ciuitate, in quo Rogerius ei homo ligius effectus eſt, promittens ſe iure iurando fidem ſeruaturum Romanæ Eccleſiæ, eidemque Pontifici, ac ſucceſſoribus canonicè intrantibus, accepitque cum vexillo ab eo terram cum Ducatus honore, eodemq; anno Sigelgaita Duciſſa Rogerij mater defuncta eſt, ita refert Alfanus Archiepiſcopus.

10 Ex humanis exempto Rogerio anno Domini 1111. ei ſucceſſit Gulielmus filius, qui in anno 1115. apud Cœperanum in Eccleſia S. . . . effectus eſt ligius Papæ Paſcalis, qui eo tempore Sinodum celebrabat, & per vexillum tradidit eidem terram, cum honore Ducatus, quemadmodum Gregorius Papa conceſſerat Duci Roberto Guiſcardo apud eundem Cœperanum, & Vrbanus Papa conceſſerat Rogerio Duci in Melfienſi Ciuitate, & Paſchalis eidem apud Sanctam Triphome nem ſub eodem dono, ac cenſu, & in anno 1118. idem Dux factus eſt homo ligius Gela-

fij

ſij Papæ in Ciuitate Gaetæ. Annoque 1120.
in Beneuenti palatio idem Gulielmus Dux
Papæ Caliſti ligius factus eſt per directum
contra omnes homines, & idem Papa eidem
Duci donauit, conceſſit, ac per veſſillum tra-
didit omnem terram ipſius cum honore Du-
„ catus his verbis. [Ad honorem Dei, & Beati
„ Petri Apoſtolorũ Principis, nec non & Pau-
„ li, fidelitatemque Romani Pontificatus, &
„ noſtram, noſtrorumque ſucceſſorum canoni-
„ nicè intrantium donamus, & concedimus ei-
„ dem terram, & omnem honorem, quemad-
„ modum Noſtri prędeceſſores Papa Nicolaus,
„ Alexander, atq; Gregorius donauerunt olim
„ Roberto Guiſcardo Auo tuo, ac deinde Vr-
„ banus, & Paſchalis ſucceſſores donauerunt
„ Duci Rogerio patri tuo.] Eidemque poſtea
Paſchalis, & Gelaſius confirmarunt; Annoq;
1126. ſedens in Pontificatu Honorius Secun-
dus eundem Ducem Gulielmum, ſecundum
ſtatuta prædeceſſorum Pontificum, per ve-
xillum de Ducatu Apuliæ inueſtiuit, & ab eo
ligium hominum, & iuramentum accepit,
11 † defuncto Gulielmo, & inſtituto eius
hærede Rogerio Conſobrino Sicilię Comite,
vt idem Alfanus notat, cum filijs careret eo-
dem anno; recepta a præfato Comite multa
pecunia, eũ apud Meſſanam de Ducatu Apu-
liæ, & tota ſua terra hæredem inſtituit, cõtra
aliorum opinionem, ſcribentium poſt mortẽ
Gulielmi ſine prole, Rogerium hanc regionẽ
occupaſſe, vti proximiorem Gulielmi; ſub-
ditque Alfanus eundem Comitem, audita
Gulielmi Ducis morte, qui eum hæredem in-
ſtituerat, ſtatim triremibus Salernum adue-
niſſe, & a Salernitanis Ciuibus honorificè re-
ceptum, quibus tenimenta, poſſeſſiones, &
antiquas conſuetudines confirmaſſe, & in ſuo
recepiſſe dominio, & Regium accedentẽ, ibi-
dem in Ducem Apuliæ fuiſſe promotum,
12 † & cum ei aduerſaretur Honorius Pontifex,
quòd ſua ſolum authoritate vellet Ducatum
vſurpare, cuius inueſtitura, & dominium
ſibi, prædeceſſoribusque ſuis legitimo iure
pertinebat, Apuliam ingreſſus cum Roberto
Capuano Principe, & Raidulfo Ayrolæ Co-
mite Rogerij ſororio, Conuerſanenſibus, Gri
moaldo Principe Barenſi, alijſque Apuliæ
Baronibus, contra eundem venit, vt eum ex-
pelleret de Apulia. Dux verò pugnandi copiã,
ei concedere noluit, ſed in tutis, & munitis
locis ſe recipiens cum exercitu tamdiu eos
immorari fecit, quouſque tedio affecti, & ne-
ceſſitate compulſi ſe diuiderẽt, & vnuſquiſq;
ad propria remearet: Papa verò videns ſe a
Baronibus derelinqui, Beneuentum Eccleſiæ
Ciuitatem redijt, quem Rogerius è veſtigio
proſequutus, miſſiſque nuncijs cum eo con-
cordatus eſt, ſeque ei ligium conſtituit, & iu-
ramentum præſtitit, & ab illo in ponte, qui
erat ſuper flumen Beneuenti, cuius pontis
adhuc veſtigia viduntur, per vexillum de Du-
13 catu Apuliæ fuit inueſtitus, † Anno verò
1127. ſeù vti alij ſcribunt 1130. cum ampliſ-
ſimum eius dominatum proſpiceret, Siciliæ
namque Calabriæ, Apuliæ, Aprutij, Luca-
niæ, & Campaniæ, quibus olim alij potiti eſ-
ſent ſub titulo Regali, vt ſcribit Abbas Tele-
ſinus in illius vita, & coeuus author, in Apu-
liam veniens, cum Roberto Capuano Prin-
cipe concordatus, alijsque Baronibus turrim
maiorem, quæ erat in Ciuitate Salerni in ſua
poteſtate recepit, Baronum, & populi conci-
lio apud Panormũ in Sicilia ſe Regem vngi,
& coronari fecit. Cumq; id Innocentio Secũ-
do, qui Honorio ſucceſſit, relatum ad modum
diſplicuiſſet, eodemque tempore alia Cardi-
nalium pars Petrum filium Petri Leonis Ro-
mani nobiliſſimi Ciuis Cardinalem Sancti
Nicolai in carcerem in Summum Pontificem
elegiſſent, indito ei nomine Anacleto ab eo
Rogerium Regis titulum, & cõfirmationem
obtinuiſſe, vt ad ſuas partes eum Pontifex at-
traheretur Carolus Sigonius diligens author
14 lib. 10. ſcribit. Mortuo verò Anacleto † In-
nocentius Pontifex è Gallia, vbi morabatur
Romam acceſſit, & Vrbe potitus, exercitum
ex Romanis, & Campanis, congregauit, &
Regis terram ingreſſus, Sanctum Germanum,
& loca Sancti Benedicti occupauit, Caſtrũq;
Gallutium obſedit, quo audito Rex Rogeriũ
filium ſuum, quem Apuliæ Ducem ordinaue-
rat cum exercitu contra Pontificem miſit,
Caſtrum obſidione liberauit, Romanos vicit,
Papam, & cum eo multos Romanos cœpit;
Quem Rex è veſtigio proſequutus ad Papæ
pedes ſe proiecit, quẽ primo recipere noluit,
tandem de pace per Nuntios inter eos acto,
Dominus Papa adhibito Cardinalium Con-
ſilio, Regem in gratiã recepit, acceptoq; ab
eo Sacramento & hominio ipſum per vexil-
lum de Regno Siciliæ, & Ducatu Apuliæ in-
ueſtiuit, a quo Beneuentum vſque ſatis hu-
maniter, & honorificè perductus eſt, hæcque
prima fuit de hoc Regno inueſtitura, in
quo omnes prædicti, & alij ſcribentes con-
ſentiunt.

15 Rogerius autem Rex poſt multa proſpera,
& aduerſa, quæ Deo authore ei contigerunt,
præmortuis namque ei tribus filijs, ſuperſtite
ei Gulielmo, quem Malum, propter eius ne-
quitias dixere, biennio antequam moreretur,
qui Capuanorum Princeps erat inungi fecit,
& ſecum iuſſit pariter regnare.

Defun-

16 Defuncto autem Rege, Gulielmus, qui cum patre, duobus annis, & menſibus regnauerat, illi ſucceſſit, & interuenientibus nonnullis diſſidijs inter eum, & Adrianum Quartum Summum Pontificem Regni inueſtituram obtinere non potuit; tandem exiſtente Pontifice Beneuenti, intercurrentibus Nuntijs inter eos capitulis pacis hincinde diſpoſitis cum Papa concordatus eſt, & Adrianus, cum Cardinalibus ad Eccleſiam S. Martini; quæ prope caloris fluuium ſita eſt veniens, illum ad eius pedes humiliter accedentem benignè recepit, & præſtito iuramento, vt moris erat, ligius homo Pontificis factus eſt, ipſumque Pontifex per vnum vexillum de Regno Siciliæ, per aliud de Ducatu Apuliæ, per tertium de Principatu Capuæ inueſtiuit; hæc omnia Salernitanus Præſul notat, quæ Vgo Falcandus, qui illius geſta notauit, reticuit, quam etiam inueſtituram Alexander Tertius, qui Adriano ſucceſſit anno Domini 1156. confirmauit.

17 Defuncto autem Gulielmo Malo, ſeu primo Regum Siciliæ anno Domini 1166. Inditione 14. in menſe Maij die 7. ſucceſſit ei Gulielmus filius, qui ob eius bonos, & optimos mores Bonus dictus eſt, vt diſtingueretur à patre, cui Mali nomen indidere; qui cum eſſet annorũ quatuordecim, ſecundo die poſt mortem patris ex mandato Reginæ Margaritæ illius matris, conſilio Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Baronum, & Populi in Regem, Panormi promotus eſt; namque maxima gloria, vt ſcribit Author prædictus, & Regio apparatu ad Eccleſiã B. Mariæ veniens, aſſiſtẽtibus prædictis à Romualdo Secũdo Archiepiſcopo Salernitano in Regem inunctus, & coronatus extitit, ſubditque Sigonius libro 14. quod legatis ad Alexandrũ Tertium Pontificem miſſis, eius ſe vt Beneficiarium, & catholicũ, exemplo maiorum ſuorum, futurum in fide, atque authoritate oſtendit, ſcribit expreſsè Hieronymus Bardi in libro cui titulus eſt victoria naualis Reipublicæ Venetæ contra Ottonem filium Federici primi in principio anni 1163 Pontificem prædictum confirmato fœdere cum confœderatis contra Imperatorem confirmaſſe Siciliæ Regnum Gulielmo Bono, qui patri ſucceſſerat, & ſtudioſus magnitudine, & indemnitate Pontificis ipſe etiam confœderatus extitit cum fautoribus Eccleſiæ ſecurum, illum reddens, & fauens contra Federicum, in progreſſu autem vidẽs prole carere, ac ſucceſſore, nec adeſſe ex ſua linea alium legitimum ſucceſſorem, quã Conſtantiam eius amitam Rogerij eius aui filiam, quæ in Monaſterio Saluatoris Meſſanæ morabatur, illam nuptui tradi cõſtituit Henrico Quinto, ſeu Sexto in ordine Imperatorum, filio Federici Primi, inde vt benè notat Sigonius lib. 15. de Regno Italiæ, Fridericus poſt pacem cum Gulielmo Siciliæ Rege conciliatam, animum quoque ad iniungendum affinitatem cum ea appulit, atque eã eo Conſtantiã

18 in vxorem Henrico filio poſtulauit; † Hanc igitur Gulielmus, poſtquam ipſe de filijs ſuſcipiendis ex Ioanna Angliæ Regis filia deſperauerat, haud grauatæ in grandiorem natu Henrico prædicto Italiæ tunc Regi deſpondit; eumque in ſpem Regni poſt exceſſum ſuũ obtinendi erexit. Itaque cum eſſet magno Comitatu in Lombardiam in anno 1186. adducta, Fridericus eam Mediolani excepit, ac ſexto Kalendas Februarias ſplendidiſſimo apparatu ſponſalia in horto Sancti Ambroſij celebrauit; Anno verò 1189. ab humanis exẽpto Gulielmo, cum nulla ſtirps eius ſupereſſet Regnum, Gulielmi voluntate ad Cõſtantiam Henrici Italiæ Regis, & Germaniæ vxorem

19 perueniebat, † verum Siculi ex templo ſuffecere Tancredũ Rogerij, quondã Ducis Calabriæ filium Rogerij Regis nepotem ex concubina, ſiue vt alij clandeſtina vxore Alecij Comitis filia, ſuſceptum, vt Hugo Falcandus ſcribit, qui id ipſum vidit, etiam aſſentiente Clemente Tertio Pontifice, memore iniuriarum Eccleſiæ illatarum per Federicum; & non Gulielmi ſororem furto ſuſceptam, ex Parthenone; vt Michael Ritius; nec occultè è Monaſterio Panhormitano eductam, in Henrico nuptui traditum à Celeſtino Pontifice, qui poſt alios quatuor Pontifices Innocẽ-

20 tio ſucceſſit, vt Platina, & Blondus. † Celeſtinus verò Tertius Henricum Siciliæ Regem declarauit, qui ex Alemania ſuperato Apennino Piſas prodijt anno 1191. in Regnumq; aduenit, Neapolimque obſidentẽ, magna cohorta peſtis, exercitum deducere coegit, ac in Alemaniam reuerti, verum non multo poſt Tancredo apud Siciliam vita functo, deluſoq; ab Henrico, Gulielmo illius filio cum in Italiã redijſſet, cum Friderico filio, quem Conſtantia, præter omnium ſpem grandior ætate peperat, paruo negotio regno, inſulaq; Siciliæ potitus fuit, ſed non diu: nam extincto Henrico, Federicus impubere adhuc ætate ſucceſſit in Regno menſe Nouembris 1198.

21 † Defuncto Celeſtino, eique ſuffectus Innocentius Tertius Conſtantiam Imperatricem, & Fridericum filium Siciliæ Reges creauit, literis ad vtrumque datis, in quibus de illorum inueſtitura conſtat à Sigonio relatis.

22 Fridericus verò poſt mortem Conſtantiæ matris, non minus Eccleſiæ Dei, & Pontificibus

cibus

Digitized by Google

cibus infeſtus, totique Italiæ, & orbi, quam
Auus, & Pater.; vt Sigonius notat in princi-
pio lib. 17. ſuæ hiſtoriæ ſub tutela Eccleſiæ à
matre relictus in regno ſucceſſit, & poſtea
Imperator creatus Eccleſiam mirum immo-
dum vexauit, contra quem Honorius Tertius,
Gregorius Nonus, & Innocentius Quartus
Pontif. qui ſucceſſere ſententiam excommu-
nicationis vnus poſt alium emanarunt, eumq;
Regno, & Imperio exemerunt, de qua in cap.
23 ad apoſtolicã, de re iud. in 6. † plures habuit
vxores, inter quas Iolem Ioannis Bernnę Re-
gis Hieruſalem filiam, cum Iure Regni illius
in dotem; inde Siciliæ Reges, Hieruſalem
inſcribuntur: ex qua Conradum ſuſcepit, cum
Regnum annis 51. obtinuiſſet apud Floren-
tinum Apuliæ, ſeu Catapanatæ oppidum (ſic
enim Prouincia illa recte denominatur, &
non vt vulgo Capitinata) in die Diuæ Luciæ
dicato, anno 1250. à Manfredo filio ſpurio
Dei iudicio necato à Dante inſigni Poeta in-
ter hæreticos aſcripto in 10. cap. Inferni; Re-
gni conſtitutiones, quas habemus, eius, alio-
rumque prædeceſſorum ſuorum Regũ Petro
de Vineis I.C. Capuano, illiusque Magno Cã-
cellario cõponi iuſſit, quas Apoſtolica Sedes
approbat in cap. vt in quæſtionibus, de hære-
ticis in 6. quia illæ compoſitæ fuere tempore
quo erat in fidelitare Romanæ Eccleſiæ, licet
poſtea extra illius communionẽ poſitus, & ex
prędictis erit corrigendus contextus epiſtolæ
Frederici, cuius verba recitantur ſupra pag. 2.
num. 6. vbi dicitur Corradi Henrici nomen
reponendum, qui fuit pater Friderici.
24 Manfredus filius extincto patre, Conra-
doque prædicto fratre eiuſdem, dolo, vt in re-
gni hiſtorijs copioſius habetur, Regnum occu-
pauit, & cum cœpiſſet, patrio more, Eccleſiã
vexare, ab Vrbano, & Clemente Quarto Pon-
tificibus diris Eccleſiaſticis deuotus, Carolo
Primo Ludouici Regis Franciæ fratre, in di-
uorum poſtea numerum relati, ad capeſſendũ
Regnum à Pontificibus prædictis accito ab
eo valido exercitu apud Beneuentum ſupera-
tur anno 1265. captis ad Luceriam illius vxo-
re, & filijs, quæ Regis Petri Aragoniæ filia
erat, quibus extinctis ceſſauit dominium Re-
gum Normanorum, & Sueuorum in Regno.
25 Carolus huius nominis primus in Regno
Siciliæ a Clemente Quarto Pontifice inueſti-
tus pro ſe, & filijs pactus, vt quot annis feudi
nomine ſexaginta millia nummum aureorũ
Eccleſiæ Romanæ, ac Pontificibus in ea ſuc-
cedentibus perſolueret, neuè Imperium Ro-
manum, etiã vltro oblatum acciperet, alijsq;
conditionibus adiectis, quæ in inneſtitura,
quæ extat deſcribuntur. Platina Blondus, &
alij in eorũ hiſtorijs. poſt nonnulla bella cum
Conradino, Conradi prædicti filio, Frederici
nepote, cum Siculis ciuibus, poſt vulgatam
Francorum in Sicilia internitionem, quam
veſperum Siculum vulgo dicunt, & cum Pe-
tro Aragoniæ Rege, viro Conſtantiæ Man-
fredi prædicti filiæ, cui Siculi ſe dedere in
Fouea, Regni Ciuitate, ſupremum eius vitæ
finem expleuit, in ſeptimo die Ianuarij anni
1275. tum laboribus defeſſus, tum etiam ob
conceptum dolorem captiuitatis Caroli filij
à Rogerio de Lauria Regni regulo, qui par-
tes Aragonij Regis ſequutus, illiusque claſſis
præfectus, quem Magnum Admiratum dicũt,
illum intercluſerat, vt mox ſubnectam.
Hæc omnia retuliſſe iuuat ad dilucidandũ
Regum Regni, & Hieruſalem ac Siciliæ ori-
ginem, ac ſucceſſionem. Ex prædicto Carolo
Primo, Carolus huius nomine ſecundus ipſius
filius, harum Neapolitanarum conſuetudinũ
author extitit, qui illas ſcriptis mandari cu-
rauit, prout primo Fridericus Imperator cõ-
ſtitutiones, & Carolus pater aliarum legum
librum, qui Regni Capitula inſcribitur.
26 Carolus iſte Secundus primi filius; matrem
habuit Beatricem Raimũdi Berengarij Pro-
uintiæ Comitis filiam, vt Villanus lib. 7. cap.
1. ſuæ hiſtoriæ, ex cuius hæreditate Prouintiã
27 obtinuit; vti patris hæredem; † Initio pater-
ni dominij in Regno Princeps Salernitanus
à patre fuit conſtitutus cum adiacentibus op-
28 pidis; † Dumque anno Domini 1281. Siculi
in Gallos conſpiraſſent ob illorum tirannidẽ
vno eodemque die; quicquid in Sicilia Gallo-
rum generis fuit id internitionem deletum
eſt; Continuoque à Carolo ad Petrum Ara-
goneum defecerunt; obſidebat Carolus pater
Meſſanam, cum Hiſpanæ claſſis aduentu ter-
29 ritus in Calabriam ſe recepit, † Petrumque
ad ſingulare certamen prouocauit, vt cui vi-
ctoria cederet, & Regnum quoque ceſſiſſe
videretur, apud Burdegalam locus ad dimi-
candum electus ab Angliæ Rege vtriuſque
neceſſario, qua potiebatur, Carolus cum ad
ſtatutum diem ibi aduenisset, Petrum non re-
perit, qui cauſatus eſt poſtea illuc aduenisse,
Caroloque non reperto diſceſſiſſe; ſed ante-
quam è Regno diſceſſiſſet Carolus Carolum
ipſius filium reliquit Vicarium, monuitque
vt Cardinali Parmenſi eius Balio Pontificis
legato pareret, neque cum aduerſarijs conten
30 deret eius durante abſentia; † at indignè fe-
rens Salerni Princeps à Rogerio de Lauria
(quem delora ſcribentes dicunt) claſſis Petri
præfecto, ſeu Admirato Siciliæ, & Aragoniæ
Neapolis portum infeſtari ſpreta Cardinalis
obedientia, cum eo nauali prælio, conflixit,
ammiſ-

ammiſſiſque nauigijs viuus in poteſtatem
hoſtium peruenit, primoq; in Siciliam, mox
in Aragoniam deductus eſt; Interim pater ex
Gallia Neapolim redijt, vrbem trepidam fir-
mat ipſe cum copijs ſe in Apuliam confert,
vt contractis vndique nauibus in Siciliam
traiceret, ſed inter apparatus ſubita morte
correptus interijt anno 1285.

Carolus Princeps, qui Aragoniæ cuſtodie-
batur, patre defuncto egit cũ Carolo Valeſij
Comite Philippi Regis Franciæ fratre; vt in
Italiam copias duceret, Cardinaliq; Parmẽſi,
quem Martinus Quartus Pontif. legatum
Regni deſtinauerat, quique illud in fide
continuerat, ſubſidio adeſſet, Interea Philip-
po Francorum Rege, Petroque Aragonum
extinctis, Odoardus Angliæ Rex autor pacis
Burdegalam venit, vt rem componeret his
conditionibus, vt Carolus ad quem ſucceſſio-
nis iure Regnum pertinebat è carcere dimit-
teretur, idque ad effectum perductum fuiſſet,
ni noui belli incendia in Sicilia exarſiſſent;
Legatus namque Valeſiusque inſulam adorti,
cum magnas accepiſſent clades à Rogerio de
Lauria, qui ſe Admiratũ gerebat pro Iacobo
Aragoneo Petri filio defuncti, pax ad biẽniũ
31 dilata eſt; † demum per ipſum Angliæ Regẽ
durioribus tamen condttionibus, quàm à
Principe oblatæ fuerant, conceſsa eſt Nicolao
Pontif. adhortante Carolus inter cætera cu-
raturum ſe promiſit; vt Iacobus ipſe Inſulæ
Siciliæ Rex conſtitueretur, idque ſi triennio
non confeciſset, vltro in cuſtodiam redditurũ
quæ vt rata forent, Carolum eius filium pri-
mogenitum, cui cognominato Martello fuit,
qui per matrẽ Mariam Stefani Quinti filiam
Vngariæ regno potitus eſt, & Ludouicũ po-
ſtea minorum dogma profeſsum, qui ob vitæ
ſanctitatem, in diuos poſtea relatus eſt obſides
32 dedit; † Rebus ita compoſitis Carolus eo no-
mine Secundus è Iacobo dimiſsus aliquando
in Prouincia Narborenſi moratus, per Italiã
Peruſium ſe contulit; Inde Florentiam, diffi-
dentibusque Piſanis cum Aretinis, cum arma
in Aretinos conuerſa eſsent, eiſq; Florentinis
auxilio venerant, verum cum non ſatis ſuis
copijs fiderent, eo etiam miſere Carolum cum
aliquot cohortibus, qui ad Pontificem Nico-
33 laum Quartum, eam tum iter faciebat. † In
agro Triphernate caſtra collata ſunt Caſtelli
ciuitatem nunc nominant. Commiſso prælio
magna ſtatim de Florentinis cedes fieri cępta
eſt. Verum non multo poſt, mutata fortuna
cedentibus aduerſarijs, ex Gibellinis ad tria
millia interfecta, & duo millia capta fuere,
Campaldinum locum vbi pugnatum eſt ac-
colæ dixere; Carolus autem tanta victoria
potitus, recta ad Nicolaum proficiſcitur, eiq;
vtriuſque Siciliæ Regnum feudi iure conceſ-
34 ſum eſt a Pontifice, vt Carolo gratificaretur;
Indeque titulus vtriuſque Siciliæ originem
habuit, vt benè aduertit Hieronymus Zurita
inſignis vir in eius hiſtoria Aragoniæ libro.
Nam hactenus huius Regni Reges Siciliæ
tantum denominabantur, Hoc vbi Iacobus
Aragonius intellexit, tum contra conuenta
geſtum eſſe videret Gaietam oppugnare ag-
greditur; Nicolaus autem Pontif. Romæ mo-
ritur, poſt cuius mortem Cardinales Peruſiũ
profecti, quo eis liberius eligere Pontificem
liceret: rem ipſam diſcordijs biennio, ac men
35 ſibus in longum deduxere; † Carolus verò
Rex ibi ſe conferens, Cardinales ipſos ſæpius
ad concordiam, & ad Pontificis electionem
hortatus eſt; Nec id facere deſtitiſſet, niſi acri-
ter à Benedicto Caietano Cardinali reprehen
ſus, qui acerbè inſtando vim afferre Cardina-
libus videretur, quorum ſuffragia libera eſſe
36 debent; † tandem Celeſtinus Quintus Iſer-
nienſis, Petrus Moroneus antea vocatus pro-
feſſione anachorita, ſecundo à Sulmone Ce-
nobium, incolens inſtante Rege Carolo Pon-
tifex creatur, eo maiore omniũ admiratione,
quò ob vitæ sãctitatem, à tanto faſtigio remo-
tior eſſe videretur; Aquilam itaque poſt ſuam
electionem profectus, eo ſtatim Cardinales
omnes reluctantes ad ſe vocat, quòd ita Caro-
lum Regem velle intelligebat; Celeſtinumq;
37 vt verum Pontificem adorant; † verum cum
ob priuatam vitam, quam antea in Eremo
duxerat rebus agendis minus idoneus videre-
tur, de eius abrogatione cogitari cœptum eſt;
Inſtantibus ad id Cardinalibus, maximeque
Benedicto, in Iure ciuili, & Pontificio pe-
ritiſſimo, qui primum locum apud Pon-
tificem tenebat, vt ſe à Pontificatu abdica-
ret, ne Dei Eccleſia ob gubernantis imperi-
tiam periclitaretur, de Pontificatu abdican-
do deliberare cepit; Hac re motus Carolus
Rex hominem amiciſſimum Neapolim per-
duxit, eiuſque animum à tali ſententia amo-
uere conatur, vbique clamante populo, ſe
nolle alium Pontificem, quam Celeſtinum,
idque ab eodem precibus contendente, cui re-
ſpondebat Pontifex nil aliud ſe facturum, quã
quod vellet Deus, quodque è Republica chri-
ſtiana eſſe cenſeret, tum Cardinales hominis
abdicationem quærentes, vehementer inſte-
tere, vt quamprimum id ageret, propoſito
Reipub. chriſtianæ diſcrimine, quod ſua ſim-
plicitate imminere omnibus demonſtrabant
affirmantes omnia mala tum accidentia in die
iudicij ſibi iri imputatum, his motus verbis
ſanctus, & ſimplex Pontifex, futurum ſe in

F corum

eorum poteſtatem dixit, modo id iure fieret;
quare conſtitutio omnium Cardinalium con
ſenſu facta eſt, licere Pontifici, abdicare ſe
magiſtratu, quam Bonifacius eius ſucceſſor
poſtea confirmauit, ſeu potius conſtituit, quę
38 legitur in cap. r. de renunciatio. in 6. † Ipſeq;
Pontifex Neapoli creatur in vigilia Natalis
Domini 1294. Bonifacij octaui nomine
indito, tum Celeſtinum ad priuatam, &
ſolitam anachoriticam vitam ſe redigentem,
& ad Eremum abeuntem Bonifacius ad ſe
retrahit; præfectoque Fumonis arcis, quæ in
Hernicis eſt cuſtodiendum tradit vbi mori-
39 tur, vt ex Platina in ipſius vita, † Celeſtinus
poſt mortem adeo miraculis claruit, vt ple-
rumque in Concilijs de eo inter Sanctos re-
ferendo habitum fuerit, pleroſque fuiſſe, qui
ſtatim eum pro Sancto colerent, & in Catalo-
go confeſſorum recenſerent, prout ex inſti-
tutione poſtea Clementis Quinti in anno
1304. eius celebritas 14. Kalendas Iunij;
quo die moritur obſeruari cœpta eſt, hactenus
40 ex Platina, in ipſius vita, & Cameracenſi.
Neapoli Ioannis Pipini inſignis viri im-
pēſis, cui Rex expellēdi e Luceria Saracenos
curam demandauerat magnificum Templum
ac cœnobium, quæ adhuc viſuntur erecta
ſunt, vt ex ipſius tumuli inſcriptione, quæ ibi
41 extat habetur, Bonifacius autem Pontifex ad
petitionem, & gratiam ipſius Caroli inter
Sanctos adſcripſit Ludouicum Galliæ Re-
gem ipſius patruum, vt Palmerius in croni-
corum ſupplemento ad Euſebiū, & Frāciſcus
Harçus in ipſius vita die 25. Auguſti, quod nō
nullis ambiguitatis cauſa fuit, vt ſcripſerint
Bonifacium inter Sanctos annumeraſſe Lu-
douicum Epiſcopum Toloſanum eiuſdem
Caroli filium ſecundogenitum, vt Platina
dixit in vita Bonifacij, nonnulli, vt idem
Platina, & melius canonizatum fuiſſe prædi-
ctum Ludouicum Caroli filium à Ioanne vi-
geſimotertio, vt ex diplomate ipſius canoni-
zationis, quod de verbo ad verbum enun-
ciatur, & tranſcribitur à D. Franciſco Harço
in vita prædicti Sancti Ludouici, ſub die 19.
Auguſti, licet dicat à Ioanne 22. vbi Pontifex
dicit eum a Bonifacio Octauo factum Epiſco
pum Toloſanum, vnde inquir Pontifex ibi
„ in fine ipſius diplomatis, Canant altiſſimè
„ Franciæ, Siciliæ, ac Vngariæ Regna felicia,
„ de quorum orto candoris niuei Flos erupit,
„ Lætetur ciuitas Toloſana tanto ditata præ-
„ ſule; Fęlix quoq; es ò tu Marſilia facta diuino-
„ rū aromatū tam sācti corporis apoteca. Depi-
ctus eſt Neapoli in Icona Sancti Laurentij
Templi prope Altare S. Antonij eiuſdem or-
dinis, coronam tradens Roberto Regi eius
fratri, qui ante eum flexis genibus ſimiliter
ibi depictus inſpicitur a Simone de Senis exi-
mio pictore illius ætatis, de quo Petrarca in
eius poematibus in vernacula lingua conſcri-
ptis in eo qui incipit,

Quando giunſe à Simon l'alto concetto.

prout ibi ex inſcriptione conſpicitur Simon
de Senis me pinxit, & huius picturæ meminit
Georgius Vaſarius in ipſius Simonis vita.
Dedit namque ipſe S. Ludouicus Roberto
ius primogenituræ, nā mortuo Carolo Mar-
tello primogenito Ludouicus erat primoge-
nitus, vnde Pontifex in prædicto diplomate
„ dixit, [Vir namque virtutum poſitus in ſub-
„ limi iuri primogenituræ renunciauit, & Re-
„ gno, regalis ſoli, ſpreta pompa, pro regno
„ corruptibili æternum, ac plenū delicijs mer-
cans.] Hactenus de S. Ludouico Caroli filio.

Mortuo autem Iacobo Aragoneo, cum
Robertus Caroli filius Calabriæ Dux in Si-
ciliam traieciſſet cum Philippo Tarenti Prin
cipe eius fratre magna parata claſſe, Cathi-
nam cœpit, affinitas namque Aragonum
cum Carolo, (qui ex quinque filiabus, quas
habuit, vnam Ludouico cognomento Vtino
Francorum Regi, alteram dicto Iacobo Ara-
goniæ Regi, tertiam Federico Iacobi fratri,
quartam verò Marchioni Ferrariæ colloca-
uerat) minimè impedimento fuit: quo minus
ſpreto fœdere poſt Iacobi mortem, recupe-
randæ Siciliæ conſilia repeteret, cum Siculi
tumultuario milite claſſem diripuiſſent, vt
42 ægrè paucæ triremes euaſiſſēt; † Philippusq;
agmen ad recuperandam Catinam protinus
ex victoria ducentibus occurriſſet, inito præ-
lio victus in poteſtatem hoſtium venit, vin-
ctusque Panhormum deductus eſt; Robertus
cum triremibus, quæ ſuperfuere, ex aduerſa
pugna relicta Catina Neapolim rediit: Inte-
rea Fridericus, qui Iacobo ſucceſſerat, habito
delectu, copias parauit, quas ſubſidio Siciliæ
mitteret, claſſe inſtructa, impoſitiſque militi-
bus Catalonia ſoluit, de victoria Siculorum
certior factus, in Calabriam duxit, eamque
breui in eius poteſtatem reduxit, ſed Carolus
de Valois Philippi cognomento pulchri, tum
defuncti frater, & patrui Ludouici Vtini, qui
Philippo Patri ſucceſſerat, eius cui Caroli fi-
lia nomine Clementia nupſerat, anno ſalutis
milleſimo trecenteſimo, quo Bonifacius Iubi-
lęum indixit, in vrbem venit; vt patrum fa-
uores colligeret ad recuperandum Conſtan-
tinopolis Imperium, quod eius vxori Cathe-
rinæ debebatur vltimi Balduini Flandrenſis
filiæ, Conſtantinopolitani Imperatoris ab eo
eiecti; Cumque aliquandiu Romæ deſediſſet,
inde Florentiam profectus, ad componendas
Etru-

Digitized by Google

Etruriæ ſeditionem, cum Pōtifici à quo miſ-
ſus fuerat nō ſat ſfeciſſet ex Etruria per Mar
ſos,quos nunc Aprutij Regionem dicimus
43 in Apuliam cum copijs ſe contulit, † & Ca-
roli imperata Calabriam facere coegit, au-
thorque pacis inter eum Federicumque fuit,
vt reſtitutis hincinde prælio captis, Frideri-
cus in vita Calabria potiretur.
44 Carolus Rex ob nimia à Bonifacio Ponti-
fice accepta beneficia Caſertanum Comitatū
ob mortem Gulielmi Belmontis filię in Re-
gno Galliæ exiſtenti delatum, ac ob fidelita-
tem intra annum, & menſem per eam non
præſtitam, iuxta feudorum conſuet. renuit
enim venire ad præſtandum ligium homa-
gium, Roffrido Pontificis fratri gratis con-
tulit, vt teſtatur Ammiratus in diſcurſu Bel-
mōtis familiæ in Gallia, a cuius hærede Petro
deinde, ad Sigiulfam tranſijt familiam em-
ptionis titulo, & ab ea ad Raclam, & à Racta
dotis nomine ad Acquauiuā, à qua hodie reti-
45 netur † Et Iordano Gaetano, Pontificis ne-
poti, tradita ei in matrimonium Ioanna ab
Aquila, quæ vt patris hæres fundorū erat Co-
mitiſſa, fundorum, comitatum. inde in Gaeta-
norum inſignibus Aquilæ cōmiſtæ ſunt, vt vi-
dere eſt ſupra ianuam magnam templi Diuæ
Mariæ Annuntiatæ, Gaetanorum liberalita-
te erectam, & alibi; Carolus verò Rex poſt
multos in vita labores, poſt mortem Caroli
Martelli eius primogeniti Vngariæ Regis
ex Maria matre vltimi Stephani illius Regni
Regis, Ludouicique Secūdogeniti Minorum
Religioſi Toloſani Epiſcopi inter Diuos re-
lati, vt diximus poſt tot bella geſta cum Alfon
ſo, Iacobo, & Friderico Aragoneis fratribus,
Petri filijs, pro Siciliæ recuperatione poſt
contractas pacificationes, & capitula cum
Iacobo, & Friderico, eiſque nuptui traditas
Blancam, & Elionoram filias, cum promiſ-
ſione, & ſpe recipiendi titulum, & poſſeſſio-
nem vtriuſque Siciliæ Regni; quod vtique
ſic denominari tunc cœptum fuit (vterque
namque Regē Sicilię denominari ambiebat,
vt ſimiliter aduertit Hierony. Zurita in ſuis
annalib. aragoneis; poſt alias tres filias ſimili-
ter viris earū collocatas, vixit deinde in pace.
46 magnaque cum authoritate, † Robertum
namque filium Calabriæ Ducem à Florenti-
nis rogatus in Tuſciam miſit, qui eam Pro-
uintiam magna cum laude, fideque guberna-
uit, legauit deinde eundem Auinionem
ad Clementem V. nouum Pontificem adoran
dum; Beatricem quoque filiam anno 1305.
Azio Aeſtenſi Ferrariæ Marchioni tradidit.
47 † Anno denique 1309. cum iam ſexageſimū
ætatis annum expleſſet, Maio menſe Neap.
moritur, cum quatuor & viginti annos re-
gnaſſet, conditus fuit in Diui Dominici Tem
plo, poſtea in Narbonenſem Prouinciam de-
latus iuxta eius ordinem, corde tantummodo
in Templo relicto, & Arelatæ in S. Maria
Nazaret Templo ſepultus. Fuit Carolus, ho-
mo benignus, pius, iucundus, iuſtus, & libera-
lis; Ita quidem vt ſecundus Alexander dice-
retur) Ciuilibus, paciſque negotijs celebris
Princeps, ſed bellicarū rerum neque peritus,
nec Fortunatus, corpore minus recto, &
aliquanto claudus; duxit vxorem viuente pa-
tre Mariam prædictam Vngariæ Regis filiā,
48 † ex qua nouem maſculos, & quinque fœmi-
nas ſuſcepit, primi filij maſculi videntur ſcul-
pti in vrna marmorea, quæ deſeruit hodie
pro ornamento Putei Conuentus Diui Do-
minici in dormitorio, & filij ſculpti omnes
videntur in pulcherrimo monumento Regi-
næ Mariæ illius vxoris in Templo Monaſte-
rij Neapoli (ab ea denominato Dominæ Re-
ginæ) quod faxit Deus, vt integrum conſer-
uetur in translatione ad nouam Eccleſiam
vſque adhuc non perfectam, Mares fuere Ca-
rolus Martellus natu maximus Vngariæ
Rex Ludouicus in ordine Epiſcopus To-
loſanus quem retulimus. ſecundogenitus
Robertus qui patri ſucceſſit in Regno, Phi-
lippus Tarenti Princeps, qui Panhormi in
vinculis fuit, & poſt pacem cum Friderico, ab
eo liberatus, Ioannes Achaiæ Princeps, ſiue
Deſpotus ex vxoris iure; vterq; ſepultus in D.
Dominici templo. Triſtanus natus tempore
quo pater detinebatur in Catalonia captiuus,
Raimundus, qui fuit Magnæ Curiæ Regens,
Ludouicus Secundus Dirachij, ac Montis S.
Angeli Dux, à quo deſcendit Carolus Ter-
tius Regni Rex; & Petrus, Grauinæ Comes.
Filiæ autem vltra prædictas fuit Clementia
primogenita, quæ Carolo Philippi pulchri
Gallię Regis natu maximo nupſit cū dote An-
degauēſis Ducatus, Maria coniux Maioricæ
Regis, & Beatrix denique, quæ Azzio Aeſtēſi
Ferrariæ Marchioni collocata, quo mortuo
Beltramo Balzio Mōtis Caueoti Comiti; &
deinde Andriæ Duci, primo huius tituli in
Regno, poſt Robertum Calabriæ, deinde hoc
breui tempore ſublato Roberto Vienenſi
49 Delfino nupſit, † Condidit Carolus multa
magna ædificia, tum in Prouincia Narbo-
nēſi, tum in Italia, Monaſteria videlicet, atq;
templa, Neapoli namque ad finem reduxit
Archiepiſcopatum, & Eccleſiam Diui Laurē-
tij à Carolo inceptam. Et de nouo conſtrui
curauit Eccleſias, ac Conuentus S. Auguſtini,
S. Petri martyris, & S. Dominici, collata cu-
ra conſtructionis Bartholomeo de Capua lu-

recõſulto vtriuſq; præſtantiſſimo,eiuſq; ma-
gno Protonotario,vt ex vtriuſq; inſiſignib.in
50 frontiſpicijs collocatis patet, † licet Eccle-
ſia,Conuentusque Sancti Dominici per prius
S. Archangelo eſſet dedicata, a Monacisque
Benedictinis coloretur; portumque Neapoli
conſtrui curauit,cuius adhuc veſtigia extant,
51 dicta il molo di mezzo, † eiuſque ciuibus tri-
butū remiſit,quæ collecta dicebatur, & eius
loco fuit tradita Regiæ Curiæ gabella boni
denarij,opera Bartholomei Siginulfi Caſertæ
Comitis,vt in Neapolitanis hiſtorijs, & me-
minit Dominus de Franch.deciſ.56.in fin.

52 Ampliauit Ciuitatem translatis antiquis mœnijs, quorum pauci ſunt anni reliquiæ videbantur ſubtus vetus Templum Patrum Ieſuitarum in platea dicta mezzo cannone retro Templum,& Monaſterium Sanctę Clarę, quorum etiam hodie adhuc veſtigia conſpiciuntur; translata etiam porta, quæ dicebatur ventoſa prope Eccleſiam Sancti Angeli ad Nidum, & Diuæ Mariæ Rotundæ, iuxta nouum Templum Ieſuitarum, cuius adhuc extant veſtigia ſequenti inſcripto diſtico, ſimiliter translato,& repoſito exinde in porta, à quo hodie dicitur Regalis.

Egregiæ Nidi ſum Regia porta Plateæ
Mœnia nobilitas huius Vrbis Patenopeę.

Cum Caroli corpus ex Eccleſia Diui Dominici,in qua Neapoli iacebat, in Galliam Narbonenſem translatum eſſet, iuxta ipſius præceptum Fratres dicti Conuentus ſtatuam repoſuerunt ad memoriam dicti Regis ſupra ianuam atrij dictæ Eccleſiæ,in qua ad præsēs inſpicitur, cum infraſcriptis verſibus.

Carolus extruxit, cor nobis Pignus amoris
Seruandum liquit, cætera membra ſuis
Ordo colit noster tanto deuinctus amore
Extollitq; virum laude perenne pium.

Strenuos igitur viros exaltauit, adeoque optimus,& pacis amantiſſimus fuit, vt par deſiderari potius,quam obtineri potuiſſe ſit creditus;eo ſolo à quibuſdam illi obiecto, quòd in ſenectute aliquanto laſciuior fuiſſet,ac de Carolo hactenus,& pluribus quam putaram.

Ad perpetuam.] Notatur hic per Addentes in priuilegio an tranſeat ad hæredes,& plura extrauagantia notant, quæ libenter omitto,tu verò dicas ex dictis hic per gloſ. de perpetuitate practicam emanaſſe in Regia Cancellaria ſuper priuilegio aſſenſus, quod expeditur ſuper conceſſionibus,& tranſactionibus,factis per ipſum Baronem, vt Rex ponat clauſulam in aſsēſus priuilegio, quatenus terra exiſtat in poſſe ipſius baronis, vt deinde in caſu deuolutionis ob lineam finitam,aſſenſus non intelligatur præiudicare ipſi Domino directo: prout de dicta clauſula optimè more ſuo dicit eruditiſſimus Rouitus in prag. 1.de priuilegijs; Vniuerſitatibus conceſſis nu. 23.alias præiudicaret,quia omnis gratia, cuius terminus eſt incertus dicitur perpetua, Capycius deciſ.123.nu.4. prout Iſern. in debitis contractis cum aſſenſu dicit in titu. de inueſt.de re alien. fact. ibi, alij putant verius dici,quòd vbi Dominus conſenſit,valeat perpetuò,Frecc.de ſubfeud.lib.2.autor.29.nu.8. de Franch.deciſ.213.nu.33. Quicquid dicat de Ponte conſ.82.nu.15. qui intelligitur de actione paſſiua perſonali, an tranſeat ad fiſcū ſuccedentem ex cauſa deuolutionis,prout loquitur Frecc.in loc.præcit.nu.7.vt ſtat in cõceſſionis, ſeu confirmationis priuilegio, in quo conceſſum fuit per Duces Sancti Petri in Galatina actuariatus officium, exercendum certo modo per notarios dictæ terræ: quia Rex Ferdinandus in ea confirmatione poſuit clauſulam, donec, & quouſque terra ſteterit ſub dominio Baronum,prout ſucceſſit; quia, extincta linea in vltimo Duce Sancti Petri Nicolao Bernardino Sanſeuerino, Principe Biſiniani,peruenit ad Illuſtriſsimum Dominum Ioannem Baptiſtam Spinulam quondā Ioannis Mariæ,ad præſens a S. Maieſtate Ducis S.Petri tit.gratis propter digna anteceſſorū merita decoratus, qui omni iure prætēdit reintegrationem dicti actuariatus officij, & pendet lis in Sacro Cōſilio, coram integerrimo Reg. Conſiliar. Pōponio Saluo, in bāca Scacciaventi. nota,quod licet plures explicationes huius verbi perpetuum, hic gloſ.dicat, regula eſt, quòd accipiatur ſecundùm ſubiectam materiam.gloſ.ſingular.in cap. ea enim, in verb.perpetua.10.quæſt.2. & Corn.conſi. 59.Diu.col.1. verſ. & verbum lib.2. Et quid de legato annuo facto in perpetuum, & ſi eſt factum Eccleſiæ latè congerit Cott. in ſuo memor.in verb.perpetuum, quòd talis dictio intelligatur ſecundùm ſubiectam materiam, Gratian.diſcept.1.num.11.& quòd legatum annuū, Eccleſiæ relictum in perpetuum, ſemper debeatur etiam vltra centum annos,idem Grat.diſcept.131.num.14. Et de hoc verbo, perpetuum, plura, & erudita dixit Dominus Conſiliar. Georgius in 1. part. repetit. feud. cap.55.in pri.

Digitized by Google

§.3. Caroli Prooemij.

1 *Veritas familiariſſima ſapientiæ.*
2 *Napodanus notatur in diffinitione veritatis in gloſ. veritas, in procem. Caroli, & num. 14.*
3 *Napod. ibid. nu. 343. notatur in diffinitione ſcientiæ.*
4 *Veritas quotuplex, & ipſius diffinitiones.*
5 *Pœna mitigatur quandoque ob multitudinem delinquentium.*
6 *Veritas an & quomodo falſitatis æmula dici poſſit.*
7 *Simplicitas qualis ſumma, qualis bona, & quomodo cum aſtutia concomitetur.*
8 *Veritas ſimplicitatis amica quo modo.*
9 *Angulus triplex declaratur, & quomodo veritas illos non habeat.*
10 *Veritas quomodo non lateat ſub modio.*
11 *Veritas immutabilis, & inuariabilis.*
12 *Veritas mendacij fictiones ac commenta excludit.*
13 *Veritatis effectus, qui vti partem iuſtitiæ eam ſequuntur.*
16 *Petrus* Crinitus *lib. 9. cap. 9. de honeſt. diſciplina notatur, ex quo l. 1. Cod. nemin. liter. ſign. ſaluat. non ex fide recitat.*
17 *Signum aqui an probet dominium, & in hoc notatur Follerius. nu. 18.*
18 *L. 1. §. ſi dolium. ff. de peric. & comm. rei vendit. declaratur.*
19 *Veritas omnium fortiſſima res.*
20 *Veritas quomodo tollat perſonarum acceptionem.*
21 *Beneficia quot in vna cauſa poſſint concedi, & qualiter ſeruanda praxis ad ſubterfugiendum plurium beneficiorum delationem.*
22 *Anna conſi. 98. nu. 10. limitatur, de tertio interueniente.*
23 *Aeuum in quo ab æterno differat, ac à tempore.*
24 *Notatur Napodan. in tex. intelligentia, & ibid. de verbo obrepo, & obripio.*

ORta de terra veritas, falſitatis æmula, ſimplicitatis amica, non habet angulos, nec latet ſub modio, ſed in omni ſui parte cōſiſtens, eadem variari refugit, alterari refellit, ipſa, cuius eſt ſimplex oratio, fugit (alias fugat) duplicitatis inuolucra, repellit compta, (alias commenta) mendacij: fictis ſe obijcit, & ſimulatis per obſtaculum cōtradictionis obſiſtit: & dum ſicut Pars annexa iuſtitiæ æqualitatem quandam in rebus conſtituit, & adæquat ſigna rebus exiſtētibus circa ipſam, inuenitur magna, & præ omnibus fortior, perſonas, non accipit, nec differentias introducit, quia filij hominū, & illorum opera mendaces ſunt, nec eſt in ipſis veritas, quia ſcriptum eſt, omnis homo mendax, veritas autem manet ſtabilis inualeſcit in æternum, conſtanter obtinet, & viuit in æuum: ipſius virtus communis, & propria, nil inæquale recepit, aſſumitve varium, aut in eius iudicio, per cuiuſuis malignitatis aſtutiam obrepit iniquum.

1 Orta de terra veritas.] Præmittit exordium, in quo ponit pro fundamento veritatem, & eius proprietates pro eo, quod cōtraria veritati intendit euellere, ſecundùm glo. & optima ratione, quia ſecundum Plat.
„ in 5. dialog. de iuſto, vel de Repub. [Non ſolùm probabile, ſed penitus neceſſarium eū, qui ex natura ad aliquid amore afficitur quicquid cognatum, & familiare eſt amato diligere,] & familiarius aliquid ſapientiæ non reperiatur, quam veritas, immò ſecundùm eundem impoſſibile eſt eſſe ſcientiam, & mendacem, & meditationem eſſe veritatis, ipſam ſapientiam dixit Philo Hebręus in lib. de Cherubin.

In glo. veritas Napod, hic de veritate mul-
ta dicit; diffinitionem tamen ipſius, vix in vl-
2 timis gloſæ verbis poſuit, & malè; dum dixit
veritatem eſſe adæquationem ſenſus, & intel-
lectus, cùm potius rei ad intellectum adæqua-
tionem veritatem eſſe dicere debuerat, ſecun-
dùm Philoſophum, de quo Gabr. ſerm. 2. Do-
minicæ Exaudi, ſenſus enim fallitur, & non
eſt ſemper idem; & idem Ariſt. dicit lib. 11.
„ metaphyſ. cap. 5. vnde ibidem. [Oportet ete-
„ nim ex eis, quæ ſemper ſimiliter ſe habent,
„ nullamque mutationem faciunt veritatem
3 venari.] eiuſdem etiam erroris defectum pa-
titur ſcientiæ definitio, data ab eod. Napoda.
infra num. 343. vbi dixit ſcientiam verã cùm
ſcitur aliquid ſecundùm congruentiam ſen-
ſuum, ex dictis per Innoc. in cap. cùm cau-
ſam. num. 2. extr. de teſt. & atteſt. quia ibi-
dem non de vera ſcientia agitur, ſed de ſcien-
tia teſtis, qui debet dicere veritatem de his,
quæ percipit quinque ſenſibus, cùm non res
pẽſatur per ſe, ſed quomodo id, ꝙ in teſtimo-
niũ deducitur, ſciri poſſit ab ipſo teſte, quod
eſt diuerſum ab ipſa vera ſcientia, quæ eſt ve-
ritatis, ſcilicet adæquando rem ipſam ad in-
tellectum.
4 Veritas ſecundum aliquos eſt triplex, veri-
tas ſermonis, veritas theologica, & veritas ca-
tholica. Veritas ſermonis diſtinguitur, & de-
claratur per Alex. par. 2. q. 129. memb. 1. Ve-
ritas theologica diffinitur per Gabriel. q. 1.
prologi. Veritas catholica explicatur & defi-
nitur à Gabr. diſt. 13. q. 2. art. 1. lib. 4. Deſcri-
pſit Gerſon. par. 1. in declarat. quæ veritates
ſint credendæ.
Aliter diſtinguit Gerſon par. 4. ſer. Dom.
paſſ. vt ſit triplex. Veritas doctrinæ, veritas
vitæ, & veritas iuſtitiæ. Sic etiam Alberic. in
ſuo dict. Quæ diſtinctio proprius accedit ad
gloſ. noſtræ diſtinctionem: veritas doctrinæ
docet nos cognoſcere verum, & falſum, &
præcepit nobis, vt verum credemus, falſum
verò relinquamus, veritas vitæ bonũ diſcer-
nit a malo, & præcipit nobis, vt ſequamur
bonum, & malum dimittamus. Veritas iuſti-
tiæ nos docet facere vnicuique iuſtitiam, red-
dendo cuilibet quod ſuum eſt, & hæc iuſtitiæ
veritas præcipit nobis, vt patienter feramus
mala, & tribulationes, quæ nobis Deus mittit
ſecundum noſtra demerita: hi qui non imi-
tantur, aut non creduut has tres veritates,
ſunt maledicti per os Iſai. Prophetæ cap. 5.
Væ, qui dicitis malum, bonum, ponentes te-
nebras lucem, & lucem tenebras, ponentes
amarum in dulce, & dulce in amarum: Hæc
Gerſon vbi ſupra. Et licet plures veritates
diſtinguat hic Napod. tamen omnes ſub illa
duplici diſtinctione jam facta contineri poſ-
ſunt, ſi rectè intelligantur: cætera in gloſ.
omitto tanquam parum neceſſaria.
5 Not. hic Napod. nu. 18. in fin. verſ. ex præ-
miſſis multitudinem excuſare à pœna tem-
porali; ſic hodie decimo octauo Auguſti 1618
Excellentiis. Dux Oſſunenſium, Regni Pro-
rex cùm trigintaocto Hiſpani milites egeni,
vt vocant militiam deſeruiſſent, & deinde
prope Argentium capti, quinque ſolùm ex
ijs laqueo ſuſpendi iuſſit, el gens eos, qui in
fuga le militum deſertorum officiales finxe-
rant, Duce ipſorum laqueo pedibus ſuſpenſo,
vti proditore extincto, cæteris ad remigan-
dum dimiſſis.
6 Falſitatis æmulam.) Tex. veri-
tatem ap-
pellauit, non planè video, quare potius falſi-
tas æmula veritatis dici non debeat, cum
æmula non ſit, niſi quæ æmulatur, ſcilicet, aut
enim æmulus pro inuidente ponitur, aut pro
imitatore: ſic enim æmulum pro inuido po-
nit Virgil. Aeneid. lib. 5.
„ *Aemula nec dum*
„ *Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.*
Virgil. eod. Aeneid.
„ *Premit æmula priſtis:*
Quod Seruius interpretatur eiuſdem rei ſtu-
„ dioſa: & Cic. *Illo æmulo, atque imitatore*
„ *ſtudiorum meorum, ac laborum,* niſi hic pro
inimico ponas, prout Seruius loc. cit. dicit.
7 In gloſ. in verb. ſimplicitatis. De ſimplici-
tate plura hic congerit Napod. more ſuo, dũ
vult eſſe Theologus, tu dicas ſummam ſim-
plicitatem ſoli Deo conuenire, ſicuti de ſum-
ma veritate dicimus S. Bonauentur. diſt. 8. q.
2. lib. 1. concord. Alex. de Ales par. 1. & Diu.
Thom. & Riccat. Summa enim ſimplicitas
eſt, quod nullam compoſitionem habet par-
tium, nec dependentium, nec multiplicatio-
nem formarum, ſiue actionum, nec alteri eſt
componibile, nec aliquid ſibi componi po-
teſt, & hæc ſumma ſimplicitas eſſentialiter
ſoli Deo conuenit, & hoc ratione primitatis,
& ratione perfectiſſimæ bonitatis, & ratione
infinitatis, vt latius prædicti declarant: eſt &
ſimplicitas virtus, ad quam pertinet directè
præſeruare ſe a deceptione ſecũdum Beatum
Thom. 2. 2. q. 111. art. 3. quæ ſimplicitas du-
plex eſt; quædam enim eſt contraria diſcre-
tioni, quæ reprobatur, vt patet hic, & infra
dicetur in §. vt igitur. in verb. diſcretos, vbi
eliguntur viri diſcreti, & inſtructi: quædam
contraria doloſitati, quæ bona eſt, de qua in
Euangel. *Eſtote ſimplices ſicut columbæ,* gloſ.
in c. ſi cupis, 16. queſt 1. & in cap. Petrus, 39.
diſt. Panhorm. in cap. dilecti, de iudic. Vnde
Gre-

Digitized by Google

Gregor. tractans illud, Eſtote prudentes, vtraque bene in admonitione cõuertit, vt ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtrueret, rurſusque ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret, cap. 1. de ſumm. Trinit. in princ. 16. quęſt. prima, ſi cupis 21. quęſtio tertia. Innocen. 40. diſtin. cap. Petrus, & 36. diſt. in princ. Hieronym. ſuper Oleæ. Prudentia abſque ſimplicitate malitia eſt; & ſimplicitas abſque ratione ſtultitia nominatur, cap. paſtoralis, de iudic. & in d. cap. Petrus, & in cap. Petro, 47. diſt. Hoſtien. & Abb. in d. cap. veritatis.

8 Nec vlla virtus (inquit Bernard. in ſerm. 25.) *Magis neceſſaria eſt omnibus nobis in conuerſionis initio, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas verecunda*: Vnde Venerabilis Beda, *Simplicitas ſine rectitudin diſſoluta eſt, & ſtulta: rectitudo autem ſine ſimplicitate auſtera nimium exiſtit, & dura: verùm vtraque virtus coniuncta perfectũ reddit hominem*: benè dixit igitur tex. noſter, veritatem eſſe ſimplicitatis amicam, prout amicam legibus dixit Iuſtin. in §. cæterum, verſ. & hæc quidem, de legit. agnat. ſucceſſ. Simplicem etiam orationem eſſe veritatis, inquit tex. Hinc Eſchil. in iudicio armorum, *Sunt veritatis verba ſimpliciſſima*, & Euripid. in phenisſ. *Oratio veritatis ſimplex eſt, & non habet opus multis hinc inde interpretationibus: res enim ipſa per ſe dicit: mala verò cauſa languens in ſe ſe habet opus, accuratis pharmacis.*

9 In gloſ. angulos, Veritatem ſimplicem eſſe, & amicam ſimplicitatis, nec angulos habere ex ipſa ſimplicitate excluditur angulus, cùm ſit concurſus duarum linearum, qui triplex eſt, vt hic Napod. dicit, angulus rectus, obtuſus, & acutus. Rectus eſt, cùm vna linea cadit ſuper aliam, dicas tu perpendiculariter, cùm facit duos angulos æquales tunc vterque angulus rectus eſt: Vnde Cicer. in Tuſculan. *Terrena, & humida ſuopte nutu, ſuo pondere ad pares angulos in terram, & in mare feruntur*. Et melius verificatur tex. noſter in eo Virgilij carmine, cui inſcribitur titulus viri boni, ibi, *Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus æquis partibus, vt coeat, nil vt deliret à muſſis*; Et ſic veritas non habet angulos. Obtuſus, & acutus ſimul deſcribuntur, & patent, dum linea recta ſuper lineam rectam ad impares angulos cadit, vt angulus inclinationis acutus, declinationis obtuſus manifeſtè pateat, ſicque quantò acutus eſt minor, tantò obtuſus ſit maior angulo recto. Notat hic Theologus noſter num. 50. angulum pro obſcuritate poni in Prouerb. 7. Qui tranſit per plateas, iuxta angulũm graditur in obſcuro, quinimò non ex angulo ibi, Obſcuritas inſurgit, ſed ex tempore; quia, aduesperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine deambulabat, illumque expectabat mulier, vt paulò poſt inquit tex. iuxta angulos inſidians, & ſic mulier exiſtebat iuxta angulos, vt potius ab omnibus videretur: caput anguli eſt locus, in quo parietes coeunt, in quo loco fortiores lapides, vt videmus, ponũtur ad pondus, totius fabricæ ſubſtinendum, & ſic intelligitur de Chriſto, in quo omnis ſalus fundatur lapidem, quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli pſalm. 117. & 3. act. Apoſtolor. Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20.

10 Non latet ſub modio.) Quia ſimplex, pura, & non habet angulos; modium dicit Napod. hic etiam neutri generis dici, quod mihi hucuſque non eſt compertum, nec duplex ſignificatio aucupanda, quando & modius, in quo triticus, & ſimile metitur, poteſt ita lucẽ abſcondere, vt circunſtantibus lucem non afferat, & Caſſiodor. de arithmetica loquens omnia ſub ipſius modio eſſe dicit in epiſt. 10. lib. 1. De modio latè Ioan. Marian. Hiſpan. in tract. de ponder. & menſur. cap. 12. Modius.

11 Omni ſui parte conſiſtens.) Eſt ipſa veritas, quæ omnimodo conſiſtentia excludit variationem, & alterationem. Ioannes Stobeus in ſerm. 11. de veritate ex Mercurij ſcriptis ad Fatium pluribus dicit, *Verum eſſe minimè poſſe in ſe, quod poteſt eſſe variabile, & alterabile*, vt ibi. *Nam omne, quod alteratur, mendacium eſt*, & ibidem *omne genitum, & mutabile, verum non eſt*; & paulò poſt, *continent tamen & ipſa non nihil mutatione ſua mendacij*: & paulò poſt, *nihil enim, in ſe ipſo non permanens, verum eſt*: & paulò poſt, *Solem, qui præter omnia cætera non mutatur, ſed in ſe ipſo permanet; quis rectè veritatem nominauerit* Pier. Val. in hyeroglyf. de Sole lib. 44. dixit, quia Sol vnus eſt, veritatis hyeroglificum eſſe apud Aegyptios, quia duplicia, & multiplicia ſunt veritati contraria. Et Cicer. in Vatin. *Tamen non ſemper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiuſque hominis ingenio, aut arte ſubuerti potuerit*: & melius dum veritatem eſſe dicit vnum, & ſolum illũ, qui non eſt ex materia: qui corpore non continetur ſine colore, ſine figura, mutationi, & alterationi nullæ obnoxium, ſemper exiſtentem, fugat duplicitatis inuolucra, repellit cõmenta mendacij.

Digitized by Google

12 **Commenta mendacij.)** Fictiones mēdacij intelligas, ſic Nicolaus Perottus cōmētum etiam pro fictione dicimus, quemadmodum comminiſci pro fingere, & alibi idem Perottus hinc etiam a cōminiſci dictū a com & mente, cùm finguntur in mente; quæ non ſunt Cic. de nat. Opinionem. n. commenta delet dies: de clar. orat. idem *Sua & commenta, & ſcripta, & nullo referente, omnia aduerſariorum dicta meminerat*, Sic etiam pro ſynonimis ficta excludit, vt infra ſequitur, fictis ſe obijcit, hic verè accipitur pro eo, qui fingit aliquid, quod non eſt, vt cap. vt clerici, extr. de regul. Cic. pro Marc. Cælio. *O Magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas omnium inſidias facilè ſe per ſe ipſa defendat*, & pro Cluent. *Multorum improbitate depreſſa veritas emergit*, ſic etiam falſitatis commenta dicit idem tex. infra §. audiuimus, circa fin. de hoc verb. tex. in tit. de prohib. feud. alienat. per Lothar. & ibi per Iſer. dicitur gl. hic nu. 58. verſ. item licitum eſt, ſequitur puerilē interpretationem Accurſij in l. 2. §. his legibus, ff. de orig. iur. contra quam inuehit Cott. in ſuis memorab. & cæteri humaniores.

(Et ſimulatis per obſtaculū cōtradictionis obſiſtit.) Ex eo quod veritas ex ſe conſiſtit, & non recipit alterationem, nec mutationem, pernecesse obſiſtit ſimulatis, & ficta excludit.

13 **Et dum ſicut pars annexa iuſtitiæ.)** Hucuſque potuit ꝓprias qualitates ipſius veritatis per ſe, nunc interius, & propius ad iuris effectus ingrediendo dicit qualitates, veritatem, comitantes non ſimpliciter vti veritatem per ſe, ſed vti partem annexam iuſtitiæ: vnde Menāder in Nanis a Stobeo in prædicto ſermone, in princ. relatus; *Adſit, inquit, veritas tibi, & mihi res omnium iuſtiſſima*: iuſtitia enim communiſſimè accipitur pro qualibet rectitudine animi, ſiue in declinando a malo, ſiue in faciendo bonum, & ſic iuſtitia eſt virtus generalis: vnde quilibet homo ſanctus dicitur iuſtus, dicit S. Bonauent. diſt. 33. lib. 3. circa tex. ſic dicit Matth. 6 *Attēdite ne iuſtitiā veſtrā faciatis corā hominibus*: ſic Plato iuſtitiam veritatem appellauit, dum iuſtum eſſe verū dicere dixit in dialog. de iuſt. prout etiam Xenophon. de dict. & fact. Socrat. lib. 4. qui eadem tranſcribit, dicitur propriè veritas pars annexa iuſtitiæ, quia repugnat, vt in vera iuſtitia deſit veritatis effectus, vt infra melius declaratur. Conſtituit igitur in rebus quandam æqualitatem, quia, ſi eſt veritas adæquatio rei & intellectus, & per hoc iubeat res ipſas ita intelligi, prout ſunt, hoc eſt, dare, & diſtribuere vnicuique quod ſuum eſt, & non permittit in rebus inæqualitatem.

14 **Et adæquat ſigna rebus exiſtentibus circa ipſam.)** Hic glo. iterum veritatis definitionem dixit eſſe, adæquationem ſēſus, & intellectus, ſumendo ſignum pro ſenſu: eo dicas rei & intellectus, & ſignum ſubiectū facias intellectus: ſignum enim quantum in ſe eſt, importat aliquid manifeſtum quoad nos quo manuducitur in cognitionem alicuius occulti ſecundum Diu. Thom. 4. ſentent. diſt. 1. quæſt. 1. art. 1. Signum propriè eſt quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem: Veritas igitur adæquat ſigna rebus, quia per veridica ſigna rerum quidditates oſtendit, ſicut dicit Napod. hic nu. 137. verb. rebus,
15 ibi, & veritas adæquat ſignum ſignato. † Dū hic gloſ. nu. 77. contra ſigna cœleſtia opponit authoritatem Hierem. 10. in prin. dicas illum non loqui de ſignis cœleſtibus, ſed potius de ſignis metheorologicis, vt tonitruis, & huiuſmodi, cùm alioquin cœleſtia ſigna ſint antiquiſſima apud ſacram ſcripturam, vt ex Iob colligitur cap. 9. ibi, qui facit Arcturum & Oriona, & Hyades, & interiora auſtri: cætera omitto tractare, remittens te ad ſigniferū noſtrum Napodanum, quē miror prius chriſtianum, quam legiſtam, inuentarium ſignorum facientem, in ſacra ſcriptura, ac in iure ciuili repertorum; vt patet num. 81. & 111. ſignum Crucis potius inter iuris ciuilis ſigna, quam ſcripturæ poſuiſſe hic nu. 117. l. ſcimus,
16 in princ. C. de iur. deliber. † quo loci, dum ponit rubricam, & l. 1. C. nemin. licer. ſign. Saluator præbuit mihi notandum eſſe Petrū Crinitum vehementer erraſſe in lib. 9. cap. 9. de honeſt. diſcipli. dum prædictum edictum l. 1. C. nemin. licer. ſign. Saluator. non ex fide recitauit, cùm tantum abſit, vt per illud Iconomacorum noſtri temporis cauſa adiuuetur. vt purè deſtruatur, cùm ob ſummam in Crucem reuerentiam Theodoſius, & Valentinianus non valens, & Theodoſius, vt ipſe dicit, Sanxerint illam humi minimè inſculpi, non illam prorſus deleri, vt rectè animaduertit Alanus Copi dialog. 4. cap. 11. vbi plura, & cap. 9. idem Alanus plura refert miracula de Crucis ſigno contra Madeburgenſes hæreticos, item num. 120. dum Napod. refert tex. in l. ſtigmata, C. de fabricenſ. lib. 11. notabis ſingulare

gulare Petri Rauennatis ex Bart. in eadem l.
17 † dominium æqui per ſignum probari: quã
concluſionem latius Lucas de Penn. ibid. com
probat, & Foller. in addit. ad Specul. Maran.
in par. 6. art. 6. num. 62. per plura ſequentem
opinionẽ Lucæ, & referẽtẽ Benuenut. Strac.
in tract. de merc. in 2. par. num. 80. contra
opinionem Lucæ, tenentem, quam licet etiã
ſequatur non ita indubitanter ſequi videtur:
18 † quo loci notandus eſt Foller. qui miratur de
Bald. allegante tex. in l. 1. §. ſi dolium. ff. de pe-
ric. & commod. rei vendit. ad probãdum per
ſignum transferri dominium, cùm tex. præ-
dictus contrarium probet, forſan Bald. alle-
gare voluit tex. in l. quod ſi neque. ff. eod. titu.
& ibi gloſ. not. dictam l. 1. pro contrario, &
tex. præd. in d. l. quod ſi neque. §. fin. ptoſin-
gulari notat idem Petr. Rauenn. in ſingul. in
verb. dominium, quicquid Foller. & Lucas
dixerint, præſumptionem dominij ſignum
probare, non autem verum dominium liben-
ter dicerem, prout optimè probatur in deciſ.
Genu. 201. Nec obſtat tex. in d. l. quod ſi neq;.
Nam ſic diſtinguitur, quòd aut ſumus in ijs,
quæ vltra ſignum requirunt deguſtationem,
& tunc ad translationem dominij, & tradi-
tionem vtroque actu opus eſt, tex. in d. l. 1. §.
aut non conuenit, ita etiam gloſ. in d. l. quod
ſi neque. Aut ſunt res, quæ deguſtationem nõ
requirunt, vt trabes, & tunc ſufficit ſignum;
quæ ſigna neque probant eſſentiam dominij
cùm non repugnet ſignatam eſſe rem ſigno
vnius primi Domini, & poſteà venundatam,
& triennio præſcriptam: ex quo non proba-
tur hoc eſſe, quod ad hoc contingit abeſſe.
19 Gloſ. in verb. præ omnibus fortior; dum
dicit iſta verba eſſe deſumpta ex tertio & quar
to lib. Eſdræ dictis ex lib. 3. cap. 4. & aduertas,
quòd liber iſte non eſt per Sanctam Synodũ
Trident. inter canonicos ſcripturæ ſacræ re-
ceptus, nec à Diu. Hieronymo in prolog. Bi-
bliorum. Faciunt hic authoritates Ciceronis,
ſupra relatę, ſub verb. omni ſui parte conſtẽs,
& ſub verb. commenta mendacij, Pyndar.
Olymp. 10. prodere veritatem tempus, quòd
latebat in obſcuro, Plutarc. in problemat. cau
ſa, cur antiquitus aperto capite res diuinæ
Saturno fieri conſueuerint, atque id ſignifica-
tum arbitratur, quòd veritas plerumque te-
cta, ignorataque ſit, ſed eadem aperitur tem-
pore. Saturnus enim temporum autor, ac
Deus fingitur, Liu. lib. 22. à veritate laborare
nimis ius ſæpe aiunt, extingui nunquam, &
Seneca de ira 2. dandum ſemper tempus eſt:
veritatem enim dies aperit: veritas igitur, li-
cet quandoque lateat, tempore tandem in lu-
cem prodit, & per hoc fortior inuenitur: tẽ-
pus enim omnium eſt fortiſſimum, nõ tamen
fortius veritate.

Perſonas non accipit.] Quia inqt,
præcit. Eſdræ, vel cuius ſit illa autoritas, quia
facit, quæ iuſta ſunt omnibus, & omnes beni-
20 gnantur in operibus eius. † Hæc eſt qualitas
quam veritas a iuſtitia mutuatur cum regula
in iudicijs, de reg. iur. in 6. de iuſtitia, & non
de veritate loquatur, & per hoc ęqualitatem
in iudicijs dicat eſſe ſeruandam, vnde not.
Dyn. ibi d. num. 4. priuilegium reſtitutionis
in integr. conceſſum vni ex litigantibus, pro-
21 deſſe alteri: † quod adeo eſt verum, vt ſi duo
ſint priuilegiati, litigantes ex quo in Regno
conceduntur primum, & ſecundum benefi-
cium, quatuor eſſe beneficia, in cauſa con-
cedenda, bina ad vniuſcuiuſque partis peti-
tionem, ita Iſern. in conſtit. obſcuritatem,
circa fin. verſ. item poſſet concedi pluſquam
bis, & ſic ſequitur Afflict. ibidem. Eſt verum,
quod Sacrum Conſilium conſueuit quando
plures ſunt litigantes priuilegiati in eadem
cauſa ſeruare praxim, vt in conceſſione, &
decreto beneficiorum, dicat reſpectu omnium
priuilegiatorum; quæ praxis (vt dixit mihi
Dominus Ioannes Baptiſta Melior digniſſi-
mus Regius Conſiliarius) ſeruatur quando
ſunt tertij interuenientes priuilegiati, vt tũc
beneficium conceſſum reo, vel actori, intelli-
gatur conceſſum, reſpectu omnium priuile-
giatorum, non autem quando eſſet actor, &
reus priuilegiatus. quia tunc eſſet praxis di-
recto contraria diſpoſitioni iuris, ſupra relatę
22 de quatuor beneficijs concedendis: † ex pręe-
dictis poſſet limitari deciſio, relata per Fab. de
Anna conſi. 98. num. 10. ſecundũm quam etiã
fuit conceſſum beneficium tertio interueniẽ-
ti per Sacrum Conſilium, referente tunc pro
Regio Conſiliario Golino die 6. Iulij 1618.
in cauſa inter Petrum Spinulam, & Marchio-
nem Sancti Stephani, Actuario Amatruda,
nunc de Amico: quod, licet ex prædicto Con-
ſilio, quando proceſſus eſt etiam in primo, &
ſecundo beneficio compilatus, & tertius in-
teruenit, licet priuilegiatus, ex quo auditur in
terminis, in quibus reperitur, & termini om-
nes ſunt compilati, non poteſt petere ille ter-
tius beneficia, iddem eſſe dicendum, quando
actor, & reus erant perſonæ priuilegiatæ, &
erat compilatus proceſſus tantùm in primo,
& ſecundo beneficio actoris, vel rei, non au-
tem in quatuor beneficijs, & tunc tertius in-
teruenieus, ex quo in terminis, in quibus cau-
ſa reperitur, poteſt concedi aliud primum, &
ſecundum beneficium, vt tunc debeat admit-
ti, quòd cùm occurrerit cogitandum.

Nec

Nec poſſum ſubterfugere argumenta Iſern. & Afflict. concludentium in reo, & actore priuilegiato quatuor beneficia competere; quare ſi tres æquè principaliter litigant ſuper aliqua re, ita vt omnes altrinſecus inter ſe fugātur actoris, & rei perſonis non omnibus, tribus ſingulis beneficia duo ſint concedenda, ſuppoſita terminorum paritate, quòd omnes æquè principaliter litigent, & incluſio vnius ſit aliorum excluſio, & non poſſit, niſi vnus ex tribus admitti.

23 **Viuit in æuum,)** Aeuum, ſecundum Riccar. de Med. eſt menſura eſſe creati vniformiter ſe habentis ad relationem relatam, quem mediante eſſe, cuius eſt paſſio, poteſt intellectus menſurare omnem exiſtentiam vniformiter ſe habentem. hæc ille: & ſecundùm Lyram ſuper Eccleſ. 1. æuum eſſe quaſi medium inter æternitatem, & tempus, propter quod in ſcriptura ponitur aliquando pro æternitate: & quod medium participat naturam vtriuſque extremorum, vnde Eccleſ. 1. ſcribitur intellectus prudentiæ eſt ab æuo, ideſt, ab æterno: æternitas quippe caret principio, & fine: tempus habet principium, & finem, ſicut motus Cœli, ſed æuum tenet medium, quod habet principium, & ſine fine: ideò dicit tex. veritatem in æternum inualeſcere, & viuere in æuum.

Obrepit iniquum.) Sic habeo in manuſcripto nil inæquale recipit, aſſumitve varium, aut in eius iudicio per cuiuſuis malignitatis aſtutiā obrepit iniquū. Vt illa dictio (Nil) in omnibus intelligatur nil inæquale, nil varium, nil
24 iniquum. † Vnde ibid. malè Napod. aliquid ſubaudiendum dicit: Et quia Napodan. duas expoſitiones inuoluit huius verbi, Obrepit; diſtinguas tu obrepere hic ſtare in modo indicatiuo, & præſenti (liceat quandoque eſſe grammaticum) in quomodo nō niſi compoſitum à repo accidiendum, quod eſt greſſus animalium, pedes non habentium, qui repere dicuntur, & reptilia à repto: hinc obripio, obrepis, obrepit, ſignificat latenter intrare. Vnde Iuuenal. Satyr. 6. Obrepit, non intellecta ſenectus. Sic fames. Plaut. plen. niſi clamabis ſtatim te obrepit fames. Plaut. Obrepit ſomnus. Et Cicer. Obrepit dies. Aliud eſt cōpoſitum à rapio, & diceret obripit, quod eſt non expreſſa veritate reſcriptum obtinere, quaſi rapere, ſic apud Perott. & hoc modo tex. in l. ſi quis obrepſerit, ff. de falſ. intelligendus erit.

§. 4. Prooemij Caroli.

1 Caroli textus notatur ſolæciſmo.
2 Horatius Caputus Autoris frater librum aduerſus mendacium conſcripſerat, & ibi definitionem mendacij.
3 Mendacium quomodo diuidatur, ac diſtinguatur.
4 Mendacium in quibus caſibus in iure ſit punibile.
5 Mendacium quando à iure punitur, intelligendum quando dolo malo fuit prolatum, non autem ignoranter, præter quam ſi craſſa fuerit ignorantia.
6 Verba Varius Vacillans, & contradicens explicantur, & ibidem de huiuſmodi teſtibus.
7 Dea Vacuna quæ.
8 L. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. declaratur in verb. diplomate.
9 Pœnarum duplicitas an reprobetur, & ibidem de pœna quadrupli quoties detur in Regno.

NOs itaque, quem ad culmē regalis faſtigij dextera diuina ꝓuexit, ſimplicitatis integræ, at puræ veritatis amator, vias inueſtigemus accomodas modos aptos exquirimus, conuenientes tramites perſcrutamur; per quos noſtris temporibus pellatur falſitas, varietas lateat, ceſſet duplicitas, mendacium ſileat, & cætera veritati contraria deliteſcant.

1 **Nos itaque.)** Hæc eſt tertia pars, in qua ſecundùm gl. Carolus Rex ponit ſuæ intentionis propoſitum circa falſitates. varietates, duplicitates, & mēdacia conſuetudinum veterum extirpanda. Hic §. ſumptus eſt in eius principio ex ſimili §. in prooem. conſtit. Regni, In quo notandum ibi ſolęciſmum non eſſe, prout hic conſpicitur, dum dicit. Nos, quem veritatis amator inueſtigamus, quòd Petrus de Vineis noluit permittere in prædicto conſtitutionū prooemio,

mio,quia dixit. Nos itaque, quos ad Imperij Romani faſtigia, qui ſolęciſmus ſubterfugi non poteſt,nec cum ſolemni æquiuocorũ digreſſione,quam Mazzonius in Dantis defenſionem fecit in primo libr. ipſius In tex.ibi ad culmen regalis faſtigij,non ad oculum,ſic habẽt manuſcripti, & cæteri correctiones exẽplares.Hic,Carolus,vt dixi, mendacium deteſtatur,aduerſus quod mihi ſemper venerandus maior frater meus Horatius Caputus li-
2 brum conſcripſerat, & imperfectum, morte præuentus,reliquerat: qui in cap. 2. de mendacij acceptione mendacium id eſſe dixit, quod ab aliquo, præter id,quod habet, ilie in intentione profertur, nullo habito reſpectu ad exterioris rei veritatem, vt apud Ariſtot. Dinum Augnſt.cæterosque Philoſophos, & Theologos percipitur: vnde & definierunt poſſe aliquẽ verè aliquid proferre de aliquo, & tamen mendacium dicere, vel mendacij crimen incurrere, ſi, videlicet, non verè id proferre credidit, & è contra aduerſus veritatem aliquid loqui, & tamen non eſſe mendacem, ſi mendacium ſe non dicere opinatus eſt,prout dicit hic Napod.in gloſ. mendaciũ, quæ eſt num.162. Et dicunt Thomiſtæ 3.ſenten.diſt.38.quæſt.1.Vnde vir probus præſtare debet ne mentiatur prudens, ne mendaciũ dicat. Djffert enim mentiri à mendacium dicere,vt diximus 20 q.2.cap. hominis, & cap. ſeq 22.quæſt.11.B.Paul.& cap.ne quis.Hinc eſt,quòd verba,tu dicis mendacinm,differant a verbis tu mentiris,& per hoc,quòd prima non ſint verba ininrioſa Diu. Tbom. 22. q. 110.art.1.Aul.Gell.& alij allegati per Pariſ. conſi.30.num.1.Cęuall.quæſt.128.num.6. In militibus tamen, & nobilibus iniurioſa eſſe
3 verba dicit Farinac.q.104.num.329.† ſubdit in cap.3.prædictus frater meus in diuiſione mendacij, & ſic mendaciũ diuiſit: mendaciũ omne,aut publicum eſt,aut priuatum, publicum vel in Deum, & ſic Idolatras continet Sectas,Hebręorum Mahumettanicã,Hæreticos,Hypocritas,periuros, & blaſpbemos,vel de rebus naturalibus,& ita Philoſophaſtros, Aſtrologaſtros,Phſeudochyromãticos,falſos phyſiognomicos, Empiricos medicos, mendaces Chimicos complectitur: rurſus Necromanticos,Geomanticos.Pyromanticos,Hydromanticos,Onomanticos,& reliqua huiuſmodi ſi quæ ſunt monſtra; Vel de moralibus, & ita falſos Iudices, calumnioſos, Iuriſque imperitos comprehendit; vel tandem, & hæc eſt poſtrema publici mendacij pars,de rebus, ſeu diſciplinis rationalibus,& boc modo Nugoſos grammmaticos fallaees, ſophiſtas, malos Rhetores, Eſuccos Poetas, & mendaces hiſtoricos habet.

Primum verò mendacium,aut de ipſo, qui id profert,eſt,aut de altero: ſi de ipſo traſones,iactantes,& huiuſmodi cæteros, ſi de altero calumniatores, detractores, & adulatores continet.Hæc Frater.

4 Caſus, quos reperio à iure,in quibus mendacium reprobatur.ſunt,videlicet, inſtit. de action. ſed furti, de fideicom.libert.§.vltim. de obligat.ex quaſi contractu in fin.C.ad leg. Aquil.l.contra negantem,qui potio. in pign. habean. Authen.item ſi poſſeſſor, de non numer.pecun. Authẽ. contra qui propriam, l.fi. de rei vendit.ff.ſi ex nox cauſ.agat.l.2.§. 1. de rei vendic.l. vlt.ad leg. Aquil. l. 1. §. 1.l.inde Neratius,§.hæc actio. ſi quadrup. pauper. feciſſ.dic.l.interdum, de interrogat. act. l. de ætate,§.2.quod cum eo,l.etſi, §.1. l. cùm de indebito,depoſit. l. 1. §. 1. de iudic. l. ſed boc ita.§.1.de fideiuſſor.l.ſi dubitetur, §.iſta demũ ad leg.Falcid.l.hæreditatem in fin. Plures caſus diſtinctè enumerat Campag.in cap. Regn. pro bono ſtatu Regni, Marc.Anto.Cucc. in tract.de mentiente circa poſſeſſ. notoriam, l. fin.C.de rei vendic.Iaſ.in §.omnium,inſtit.de actio.a num.87.vſque ad num.99.Iſern.in tit. de contr.inueſt.§.ſimiliter, verſ.poſtquam in guardiam, & in d.§. ſimiliter late, quando puniatur mendacium, & latius in cap. vaſſallus,ſi de feud.defunct.milit. fol. 55. vbi materiam d.l.fin.de pœn.mendac.Cumulat remiſſiuè etiam Cott. in rubr. mendax, & in verb. negans, babemus etiam in Regno conſtit. ſpontè volentibus, vbi glo. in verb. duplum, & alia conſtit.quæ incip. conſtitutionem contra negantes,alia adeſt pragmatica contra negantes proprias manus,quæ eſt ſecunda in tit. de negant.mutuum. Facit etiam Regia pragmatica,quæ incip quinta die de ord.iud.in §. decernentes, vbi negantes factum proprium matrimonium, filiationem, affinitctem, vel notariatum, de quibus creduntur veriſimiliter notitiam habuiſſe,& de mendacio conuicti puniuntur pœna arbitraria: Caſus plures exceptos ex varijs deciſionibus colligit Ricc. in ſuis collectan.collect.209. An verò reſpondens per verbum credo, & non credo iuxta diſpoſitionem præd.pragm. Quinta die. Poſſit dici mendacium dicere,& alia plura, Gratian.diſcept.for.cap.108.per tot. vbi plura
5 dicit de negatis narratis.prout narrantur,† ex quibus vnum memoriæ teneas, quòd omnes pœnæ,quæ mendacio imponuntur, vel melior contra negantes: debent intelligi. quando negauit quis dolo malo, non autem ignoranter,niſi eſſet ignorantia craſſa, & ſupina ſingularis doctr.Bald.in cap.1.ſi vaſſallus,il primo

mo

mo, ſi de feud.fuer. contr. inter Domin.& agnat.eſt melior doctrina in cap.1.quib.mod. feud.amitt.num.25. Singularem etiam hanc Bald.doctrinam notat Cotta in ſuis memorabil.in verb.mēdax,& in verb.negans. Rip. in l.cùm te,num.2. de re iudic. Gratian. loc. cit.nnm.34.ex noſtris Afflic.in glo.in pragm. conſtitutionem contra negantes,& ante eum Bald.in loc.præd.Allegauit Alex.in l.etiam, §.1.ff.ſol.matr.verſ.tertio limit. Sed ne mireris prædicta de mendacio, ſic coaceruatim me dixiſſe,nam,vltra quòd res eſt purè ciuilis,non adhuc vidimus aliquem pœnam mendacij paſſum, niſi nonnullos manu Regia ab Excellentiſs. Oſſunenſium Duce Prorege punitos.

6 Non omittam gl.noſtram in verb.varietas plures dicere,ita vt verè vacillare videatur in horùm terminorum expoſitione varij cōtradicentis & vacillantis, & vniuerſa iſta gloſa eſt excepta ex dictis Innocen.in cap.præterea, extr.de teſtib.cogend. in verb. incontinenti, in fin.vſque ad ea verba, C. de teſt. l. nullum, & vbi dicit,ſed aliqui, ac etiam ibi dicta ſunt Innocentij in d.cap.pręterea,ad cuius doctrinæ intelligentiam prius notandi ſunt iſti prędicti tres termini,vt varians ſit verè ille, qui vno modo primò teſtimonium dixit,deinde vario modo,& diuerſo aliter deponit: varietas propriè in diſparibus coloribus dicitur: ſed deinde transfertur ad multa diſparia, Cicer. de finib. Varietas igitur diuerſitatem ſignificat: ſi ergo teſtis rem vno modo teſtificatur,& in proceſſu teſtificationis rem alio modo deſcribit, vel teſtificatur, hunc variare propriè dicerem,ſi contrarium,de directo dicat,dicetur cōtrariās,vt vnus teſtis dicat vno modo,alius dicat cōtrariū; cōtrariū dico, cū alterū negatur,Cic. Acad. Si.n.duo teſtes ſint inter ſe contrarij,nō poſſunt cōcordari, quia ſunt de directo contrarij; ſi ſunt varij inter ſe poſſunt concordari ex varijs accidentibus,& qualitatibus,ſic idem teſtis erit nunc contrarius,nunc varius iudicandus, Innoc. non eſt locutus de contrariante ſimpliciter, ſed de contrariante ſibi: nam in eo,quòd inſimul cū alio dicto non poteſt compati; quia,vno poſito,aliud remouetur, tunc in eo dicetur ſibi teſtis contrarians,non nego variantem etiam dici,qui contraria dicit inter ſe,ita vt omnis varietas contineat in ſe contrarietatem, cùm maxima ſit varietas ipſa contrarietas, non è contra omnis varietas ſit contrarietas; cùm multæ res ſint diuerſæ,& variæ, & tamen nō ſint contrariæ,vnde bene dixit Innoc. teſtem variantem eſſe eum,qui contraria dicit, dicas tu,& diuerſimodè iddem factum teſtificatur, quod factum in ſe non habet incompoſſibilitatem,quia ſi poſſet ſimul ſtare, eſſet verè varians;ſi non poſſet,eſſet contraria aſſerens,nō
6 tamen negat Innoc.contraria aſſerentem, & incompoſſibilia non eſſe variantē,dixit Innocen. à principio in eodemmet teſtimonio, quem ſibi in aliquo contrariantem eſſe, quia inſimul dixit ſe vidiſſe, & non fuiſſe in eo loco eo tēpore, quæ in ſe ſunt cōtraria,& vacillare,eſt nihil fermè aſſerere, ſed in eademmet depoſitione titubare, quia dubitando, & timendo loquitur: vnde quicquid dicat glo. dicas variantem,quia varia,& diuerſa: contrariantem,qui contraria, & incompatibilia dicit, vacillantem, qui nihil firmi aſſeuerat à vaco,non à vacuo,vt hic dicit gloſ. prout Perott.not. quia inconſtans eſt, & alternatim mouetur, vt Cic.de.nat.Deor. nec vero exitū reperitus, reſque tota vacillat, & claudicat, poſt tergum varium appellat Cæl. Rhodicin. Lect. antiq.lib.14.cap.2. eum, qui præſens arridet,blāditur, & plauſibiliter lancinat ab-
7 ſentes, ac perfidioſè conuellit,† Dum in fin. huius gloſ. de Dea Vacuna dicit, vide Ioan. Roſin.Romanar. antiquit.lib.2. cùm alij, vt Varro Victoriam dici Vacunam, quidam Deam creditam fuiſſe, quæ vacantibus, &
8 otioſis præeſſet. † In gloſa duplicitas, dum allegat tex. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.de duplomate planè non intelligo,quid ſibi velit,cùm ibi non duploma, ſed diploma legatur, & ſic legendum aduertit Cott.in verb. diploma pro itineris duplicatione.

9 Et dum in fin.ſecundùm vulgatum exemplare dicit gloſ.item in pœnis duplicitas non reprobatur, cùm vſque ad quadruplum per modum quotæ poſſit aſcendere, dicas nos in Regno habere pœnam nonupli contra miniſtros pecuniarios, ſurripientes pecuniam fiſcalem,veluti quia non ponitur introitus alicuius pecuniæ, vel duplicatur exitus in cap. vulgaris famæ proloquium, de quo de Ponte in deciſ.coll.7.& 16.In meo manuſcripto in fin.allegatur Cyn.& Bar.in l.1. C.de ſenten. quæ pro eo, quod inter. Videas tu Cyn.in nona oppoſit. Item alia pœna nonupli eſt poſita contra magiſtros maſſarios, qui in aliquo Curiam defraudant quod teneantur de damno dato Curiæ ob negligentiam ad nonuplum in cap.item prædicti magiſtri maſſarij, ſic etiam quando Iudęus percipit à Chriſtiano vltra vnam vnciam pro decem vncijs mutuatis, tex.in conſtit. Regn. vſurariorum, & ibi Afflict.in 14.not.etiam de officiali non ponente introitum pecuniæ, quod ante prædicta capitula erat id diſpoſitum per Ritus

Regiæ

Regiæ Cameræ, prout dicit Afflict. in d. conſtit. vſurariorum, num. 30. in fin. duos alios caſus, in quibus imponitur eadem pęna nonupli, vide in glo. in præd. cap. Regn. item prædicti magiſtri maſſarij; quod eſt Regis Caroli Primi.

§. 5. Caroli Procemij.

1 *Verbi frequens acceptio, & verbi rarus.*
2 *L. nam ab ea, ff. de legib. declaratur, & quod lex ad ea, quæ frequentius, non ad ea quæ raro accidunt aptatur.*
3 *Exempla eorum, quæ raro accidunt.*
4 *Ciuitatis deriuatio, ætimologia, & diffinitio.*
5 *Homines naturali deſiderio aſtringũtur ad inſimul cohabitandum.*
6 *Princeps an poſſit ſimplici voluntate ciuitatem conſtituere, etiam ſine Epiſcopo.*
7 *Ciuitatum triplex ſpecies, & an ſine Epiſcopo eſſe poſſit Autoris opinio ſecundum Bart. nu. 8,*
9 *Neapolis nomen quot in mundo ciuitates habeant.*
10 *Napodanus notatur dum antiquitus falſo Pentapolim Neapolim dictã putat.*
11 *Neapolis origo ſecundum Perottum.*
12 *Perplexum quid, & quæ quæſtio incirculo, & ipſius exemplum, & an detur ex lege Diuina, nu. 13. & quando perplexitas vitiet diſpoſitionem, nu. 14.*
15 *Lex debet eſſe certa, & quare.*
16 *Incertitudo iuris quot malorum ſit cauſa.*
17 *Rituum Curiæ copia litigantibus dabatur tempore Napodani, vbi de Ritibus M. C,*
18 *Errores qui ex incertitudine conſuetudinũ oriebantur declarantur.*
19 *Conſuetudinis probandæ verus modus.*
20 *Scandalum quid ſit, & vnde dictum de iure Longobardo, & ſecundum Theologos.*

AVdiuimus equidem clamoſa inſinuatione frequẽti, quod in Ciuitate noſtra Neapolis ille periculoſus vſus; imò, vt loquatur verius, reprobandus abuſus inualuit propter incertam, & indeterminatam conſuetudinum varietatem; quod dũ in emergentibus cauſis allegatur interdum conſuetudinis, longæuiq; vſus autoritas, ad contrarium obijcitur alia in eliſionem primò propoſitæ repugnantur aduerſa, & dum fit plerumque vtriuſque probatio, & conſequentia neceſſitatis implicitæ, tecta veritate ſub modio, periurij reatus incurritur, & varietatis perplexitas prolixius intricatur: ex cuius incertitudinis, & indeterminationis inuolucro, illud etiam ſequitur abſurditate notabili, quod allegata, & obtenta conſuetudo in vno iudicio, non ſine varietatis pudentia in alterius inſtantia reprobetur: ex quibus vtique quotidianis erroribus differuntur iudicia, offenditur veritas, lites creſcunt, oriuntur, & incidunt animarum, & corporum quotidiana diſcrimina; nam dum ſilet veritas, oppreſſa per obuium, rancor altiùs radicatur ad ſcandalũ, & eo promptius ad falſitatis commenta diſcurritur, quoad peruerſæ voluntatis intentum, facilior opportunitas inuenitur.

Audiuimus.] Hæc eſt quarta pars. Narrat Neapolitanorum Ciuium clamoſam inſinuationem ſibi factam de varietatibus conſuetudinum antiquarum,

quarum,& inconuenientia, quæ inde ſeque-
bantur.
1 Gloſ.hic in verb.frequenti, num. 168.no-
tat verbũ,frequens,eſſe arbitrarium,vt quan-
doq; bis,quandoq; conſuetum, & opponi di-
ctioni rarò,frequenter fieri dicitur, ꝙ aſſiduè
ſit. ff. de inoff. teſtam. l.nam & ijs, de mino-
rib.l.& ſi ſine. Sic multoties frequenter expo-
nitur in prœm.decretal.§.ſanè, vide in cap.
quoniam frequenter,extr.vt lit. non conteſt.
Optimè has dictiones frequenter,& rarò,ex-
plicat tex.in l.nam ad ea, ff. de legib. & l. ſeq.
quæ expreſsè dicit,quòd quæ ſemel, aut bis
accidunt, non comprehenduntur ſub verb.
frequenter, & à legislatoribus contemnun-
tur,ideo enim (inquit doctiſſimus, ac ſemper
venerãdus pręceptor meus Alex. Turaminus
ibi,quod nõ aptantur iura ad ea,quę per rarò
accidunt,vt Celſ.proximè dixerat, quoniam,
quæ ſemel, aut bis accidunt, contendunt le-
gislatores, ſubnectunt etenim compilatores
legem illam ad dictam l.nam ad ea pro ratio-
ne rationis eorum,quæ tradita erant in pro-
2 xima lege: Sunt autem frequens, & rarum,
quaſi extrema quædam inuicem oppoſita in
conſpectu legislatoris,quemadmodum non
ſe habent actiones humanæ, vt quatenus ſub
ciuili ratione ponuntur, ex ijs tanquam ſin-
gulis non colligatur abſolutum vniuerſale,
itaque ſubiecta materia cogit legislatorem ad
ea reſpicere, quæ plerunque, aut rarò eue-
niunt,& inter hæc deliberare, cùm fruſtra ſit
quærere, quæ ſemper vno modo ſe habeant,
& eruditi eſt in vno quoque genere exactam
indagationem exquirere,quatenus rei natura
patitur Ariſt.lib.1. Ethicor. cap. 3. igitur le-
gislator ſumit,quod vt plurimum fit, quia
nihil tale eſt,quod ſemper ita fiat, & ſi quan-
do aliter accidat, non ignorat quidem accide-
re poſſe,& quod ideo peccatur,ſed peccatum
non eſt in lege, neque in legislatore, ſed in
ipſa rei natura,idem Ariſt. Ethicor.lib.1.cap.
3 10. † exemplum eorum; quæ rarò accidunt,
gloſ.in reſurrectione Lazari ponit, quæ cùm
non ſit, niſi ex diuina potentia miraculosè,
malè poteſt in legis ſubiecto poni,ideo melius
ponerem in mulieribus, ſexum mutantibus,
prout ex multis autoribus probat Gaudent.
Merul.de mirabil.lib.1.cap.3. fol. 24. & 25.
præſertim ex Pontani teſtimonio de quadam
muliere nomine Aemilia, Antonio Spenſæ,
ciui Ebulano, nupta;& de altera Caietana
muliercula,cuidam piſcatori nupta,quæ poſt
decimumquartum annum in virum conuer-
ſa eſt: quam hiſtoriam, ſi tale hoc porten-
tum meretur nomen, videtur etiam tradidiſ-
ſe Panhormita.ex quo cauillandi occaſio fa-
cta eſt Vallæ, qui Panhormitæ nefarium cri-
men impingit, & hoc inuentum, vt fabellam
irrideat lib.4.contra Facium, & Panhormi-
tam fol.774.quod,ſi legislator, ſecundòm ea,
quæ communiter accidere ſolent,legem con-
dit,meritò Rex noſter Carolus, ex frequenti
clamoſa inſinuatione,aſtrictum ſe dicit ad cõ-
ſuetudines compilãdas, cùm communiter ſo-
leat accidere inconueniens, quod hic enun-
ciatur.
4 In glo.in verb.Ciuitate. Secundùm Gram-
maticos deriuationem, etymologiam,& de-
finitionem Ciuitatis ponit: deriuatio melior
eſt,a ciuibus ciuitatem dici,ciuis etiam dici à
coeundo, quòd vinculo quodam ſocietatis in
vnum coeant cætum, & ſub legibus viuant.
quòd differant inter ſe Ciuitas, Vrbs, Oppi-
dum,Vicus,& huiuſmodi,Rebuff.in l.2.ff.de
verb.ſign.f.& in l.pupillus,§.Vrbs,& §.oppi-
„ dum,eod.tit.Cicer.pro Sexto. [Conuenticu-
„ la hominum Ciuitates poſtea appellatas:]
& de ſomn.Scip.Concilia,cætusque hominũ
iure ſociati,Ciuitates appellat. Alij quòd ſit
collecta hominum multitudo ad iure viuen-
dum,& Caſſiodor.variar.lib.8. epiſt. 31. de
naturali deſiderio innato ciuitatis.[Feris da-
5 tum eſt, inquit, agros, ſyluaſque quærere:
„ hominibus autem locos,patriam ſupra cun-
„ cta diligere, aues ipſæ gregatim volant, quæ
„ innoxia voluntate miteſcunt; canori turdi
„ ament ſui generis denſitatem: ſtrepentes ſtur-
„ ni compares ſequuntur indeſinenter exerci-
„ tus: murmurantes palumbi proprios diligũt
„ cõſortes,& quicquid ad ſimplicem pertineat
„ vitam adunationis gratiam non refutat: con-
„ tra animoſi Accipitres, Aquilæ venatrices,
„ & ſuper omnes Alites acutius intuentes, vo-
„ latus ſolitarios concupiſcunt; quia rapaces
„ inſidiæ innoxia conuenticula non requirunt;
„ ambiunt enim aliquid ſoli agere,qui prędam
„ cum altero non deſiderent inuenire; ſic mor-
„ talium voluntas plerunque deteſtabilis eſt,
„ quæ conſpectũ hominum probatur effugere,
„ nec poteſt de illa aliquid veraciter credi, cu-
„ ius vitæ teſtis non poteſt inueniri.] Hactenus
Caſſiodorus de ciuili cõſuetudine hominum.
6 Circa prædicta quęro an Princeps ſua vo-
luntate poſſit ciuitatem conſtituere, & Bart.
in l.1.C.de metrop.Berit.lib.11. dicit, quòd
poſſibile eſt eſſe Ciuitatem, licèt non habeat
Epiſcopum,quia princeps non poteſt facere
Epiſcopum,ſed dat alia priuilegia; prout vidi
priuilegium factum per Imperatorem Fede-
ricum Secundum de cõſtructione Aquilæ Ci-
uitatis,quæ prius erat locus inter Furconem,
& Amiternum,quam ab ipſius loci vocabulo,
& à victricium Imperialium ſignorum auſpi-
cijs

cijs Aquilæ nomen deuenit titulandum, qui
eidem diſtrictum, & pertinentiam ſtatuit ab-
ſoluens homines a fidelitare aliorum Baro-
num Ciuitatem conſtituit, vt in lib. 6. epiſ. 9.
Petri de Vineis, quæ Ciuitas ſemper mihi re-
colendæ memoriæ erit, ex quo detinet vene-
rabilis Ieſuitæ Sertorij Caputi corpus viri
maximi exempli, & ſanctitatis, & doctrinæ,
qui & cõiunctus mihi, & humanarũ litterarũ
Præceptor extitit in Ieſuitarũ Collegio Nea-
politano: & ſic non ſequitur, ſi Papa priuat
Ciuitatem Epiſcopo, ergo deſinit eſſe ciuitas,
vide Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit. Bald. in
tit. de pac. conſtan. in verſ. nos Romanorum,
in l. ſi in aliquam. ff. de off. Proconſul. & legat.
in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offeren. in
l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. & Rebuff. d. l.
pupillus, §. oppidum, in princip. dixit, quòd
quicunque locus eſt muris cinctus, in quo nõ
eſt Epiſcopus, in eo tamen plures ſunt, qui
habitãt Oppidum dici, nos terram muratam
appellamus, & Barto. in d. l. 1. de Metropoli
Berit. quòd tempore quo Epiſcopi nõ erant,
7 † tres erant ſpecies Ciuitatum, maximè erant
illæ, in quibus erat forum cauſarum, cui ſube-
rant multæ aliæ Ciuitates, etiã habentes me-
rum imperium; Magnę Ciuitates dicebantur
illæ, quæ habebant merum imperium, non
tamen habebant alias ſub ſe; paruæ dice-
bantur illæ, quæ non habebant merum im-
perium, ſed ſolùm iuriſdictionem, quæ da-
tur defenſoribus Ciuitatum, vt in Auth. de-
fenſores Ciuitatum, de quo in l. ſi quis duos.
§. decet. ff. de excuſat. tutor. Illa ergo ciuitas,
quæ erat maxima, appellabatur Metropoli-
tana, & hoc reſpectu inuentum eſt, quod ciui-
tas, cuius ſedes eſt Patriarchalis, vel Archie-
piſcopalis, dicitur Metropolitana, quia habet
plures Epiſcopos ſub ſe habentes merum im-
perium: illa, quæ habet Epiſcopum, dicitur
8 Ciuitas non Metropòlitana, † quicquid ſit
ab alijs dictum, libenter in ſententiam Bar-
tholi præcitatam deſcendo, vt Epiſcopus non
faciat deficere ciuitatem, ſi in ea non ſit: quam
ſententiam pluribus ex profeſſo conualidat
Raynald. Corſ. eruditiſſimus diſcipulus Al-
ciati, & tali magiſtro dignus in lib. 3. indaga
tionum iur. cap. 3. qui opinionem Barto. ſe-
quitur, & ibidem num. 14. a definitione Ci-
uitatis, prædictam opinionem comproban-
do, plures definitiones ciuitatis ponit, quas
omitto. Comprobatur etiam, nam Neapo-
litanos cum Anteochenis priuilegijs, & iure
Ciuitatis priuatos legimus apud Pamel. in
vita Tertull. fol. 29. ex Herodiano; Item &
Archiam Poetam Neapolitanos ciuitate do-
naſſe, retulit Cicer. in oratione quam pro eo
dixit in principio quo tempore Epiſcopi nõ
erant: & dum hic in fin. not. multiplicem
Ciuitatis acceptionem, licet plura in prælu-
dijs dixerim, vide Cott. qui omnes quaſi præ-
dictas acceptiones notat, licet alio modo in
ſuis memorab. in verb. Ciuitatis appellatio-
ne, & alios ſupra relatos: cætera, ſpectantia
ad iſtam gloſam, diximus in præludijs, vbi
videas.

9 **Noſtra Neapolis,)** Abrahamus Hortellius
plures Ciuitates huius nominis refert in ſuo
theſauro geografico, ſcilicet, Neapolim, colo-
niam Africæ propriæ, Vrbem, quam Ptolo-
mæus Templum quoque appellat in Græcis
Codicibus, in Latinis autèm pro Tripolim
Leptim magnã Neapolim Macedoniæ, Nea-
polim Samariæ, Neapolim Caſtellum, in
Thaurica Cherſoneſo, Neapolim Cariæ Vr-
bem, Neapolim Igniæ Ciuitatem, Neapolim
Iſauriæ Neapolim in Thebaidæ Aegypti,
Neapolim inſignem Alexandriæ portum,
Neapolim in colchide Piſidia Lydia, Neapo-
lim in Cypro, item Neapolim ad Anezar-
chum; Aliam Neapolim ponit Cic. in 6. act.
in Verr. Vnam ex quatuor ciuitatibus, ex qui-
bus Vrbs Syracuſana conſtare dicebatur tunc
temporis; quæ, quia poſtrema ædificata eſt,
Neapolis nominabatur, ac quicquid de Par-
tenope, & de origine Ciuitatis, ac nomine
hic ſomniauerit gloſ. noſtra. conſulas Iulium
Cæſarem Capacium eruditiſſimum noſtri tẽ-
poris, qui de antiqua Neapoli ex Græcis, &
Latinis tàm quoad tempus, quàm quoad
conditores eruditiſſimè ſcripſit cap. 3. &
10 cap. 4. de ipſius antiquitate. † quòd hãc Nea-
polim Pentapolum dictam dicit Napodanus;
æquiuocaſſe credo de altera Neapoli, quæ in
Pentapoli Africæ per Abrahamum ponitur,
& Pentapolis, quæ eſt Cyrenæ regionis pars
in Africa, Nicolaus Perotius vir & humani-
11 tate, & Græcis literis optimè imbutus, † Sic
,, de Neapoli dixit. [Eam Cumanos a parenti-
,, bus digreſſos, condidiſſe, qui. cum in eo loco
,, Partenopes corpus, in veteri monumento cõ-
,, ditum, reperiſſent, nomen eius Vrbi indide-
,, re: Sed poſtquam ob locorum vbertatem,
,, atque amenitatem maiorem in modum fre-
,, quentari, & Ciuitas cæpiſſet, veritos, ne Cu-
,, mæ deſererentur, diruendi Partenopem con-
,, ſilium iniuiſſe: quo facto. mox im mani peſti-
,, lentia vexatos, oraculo monitos fuiſſe: vt Vr-
,, bem reſtituerent: itaque ſubitò inſtauratam
,, Neapolim, hoc eſt, nouam Vrbem, vocaſſe.

12 **Perplexitas.]** Perplexum pro maximè dubio apud no-
ſtros ponitur: caſum, in circulo poſitum

appellat Accurſ. in l. Claudius. ff. qui potior.
in pignor.habean.& perplexarũ quęſtionum,
quas Græci ἀντιστρέφοντα ponit exemplum
Aul.Gell.noct.Attic.lib.5.cap.10.in quo Pro-
tagoras ab Euatlo diſcipulo magiſter diſci-
plina eloquentiæ inclytus, ſuo ſibi argumen-
to confutatus eſt, & captionis, verſutè exco-
gitatæ fruſtratus fuit, prout in fine ipſius Pro-
togoræ vitæ etiam refert Diogenes Laertius:
13 † quæ perplexitas non datur ex lege Diuina,
& Eccleſiaſtica, ſiue Chriſtiana, vt, ſcilicet, fa-
ciendo aliquid, vel non faciendo, peccetur
mortaliter, quod verè videtur dicere, hoc no-
men perplexum Scot.lib.4.diſt.21.quæſt.2.in
fin.lib.4.& diſt.5.quæſt.3.lib.4,& diſt.39.lib.
3.& Gerſ.in par.2.in compend, Theolog. de
14 natur.& qualit.conſcient.† Et an, & quando
perplexitas vitiet diſpoſitionem: vicas An-
gel.Aretin, diſtinguentem in §, impoſſibilis,
inſtit.de hęred.inſt.num. 6. prolixius (inquit
tex. noſter) intricatur veritatis perplexitas,
mirabar, quomodo poſſet eſſe ipſa veritas
ſubiectum perplexitatis, ideo in manuſcripto
correctior eſt litera, varietatis perplexitas,
prout hoc eodem §.dicitur indeterminatam
conſuetudinum varietatem: & debet dicere
veritatem, vt in meo manuſcripto, ſic corri-
gas illa verba non ſine varietatis pudentia,
non prudentia, prout in vulgato legitur exem
15 plare, in gloſ. in verb.certitudinis, † not.glo.
legem debere eſſe certam, vnde præceptor
meus, Alexander Turaminus in lib.2.cap.9.
ad rubricam de legibus num.2. dixit, huius
concluſionis rationem, quia, cùm ius certum
eſſe debeat.l.2.de iur. & fact. ignor. vt finem
controuerſijs faciat, l.1.ff.de re iud. & cuique
tribuat, quod ſuum eſt, neutrum facere pote-
rit, ſi erit incertum, quia, cùm incerta legis
ſententia eſt, nulla controuerſia, nullaque de-
finiri quæſtio poteſt, & ita propter incertitu-
dinem a ſuo auocatur fine, quia publicam nõ
conſequitur vtilitatem, qui autem actus ra-
tione incertitudinis vitietur, idem Pręceptor
loco cit.num.3.& ſequen. Certum enim ius
optimum appellatur: ſic vſuras, per ſtipula-
tionem promiſſas optimo iure deberi dixit
Imperator in l. 1. C. de vſur. quod pro certo,
& expedito iure explicauit præceptor loco
cit. nu. 12. ex autoritate Vlpian.in fragmen.
tit.de legat.qui ius legatorum per damnatio-
nem optimum appellauit. quod certius eſſet,
& ſine controuerſia, vnde eo ipſo, quod lex
prohibeat mutari ea, quæ certam interpreta-
tionem ſemper habuerunt permittit, vt hîc
ad incertitudinem euitandam, reformationẽ
ipſarum conſuetudinum, tex.in l.minimè. ff.
de legib. & ibid. Dominus Præceptor meus.

16 † Notabis etiam incertitudinem legis effice-
re, vel vt iudici offeratur occaſio pro arbitrio
interpretandi, vel Iuriſconſulto ſuper ea re
venalia reſponſa reddendi, vt hic innuit tex.
noſter, ſic Præceptor loco cit.d.cap.9.num.9.
17 † In fin.huius gloſ. not. Napodan.argumen-
tum contra officiales, qui nolũt dare copiam
rituum aduocatis. Napod.ſcripſit, vt in fine
ipſius apparatus inſpicitur, ſub Ioann. 1. &
compilatio Rituum Mag.Cur.Vicariæ, quos
nunc habemus, fuit ſub Ioanna Secunda De
tempore apud vtrumque conſpicuum eſt, hoc
tempore Napodani non erant ritus certi, &
eodem verbo laborabant, quo noſtræ conſue-
tudines ante ipſarum compilationem: erant
enim Ritus compoſiti per Nicolaum de
Capoſcroſa de Salerno, quàm compilatio-
nem habeo manu ſcriptam in charta perga-
mena cum gloſſis breuibus, in quibus notatur
ſolùm concordia, vel contrarietas iuris com
munis, & poſt illam compilationem erant
aliæ obſeruationes, & ritus Curiæ, & ideo
Napod, dicit iudices ad certos reddendos li-
tigantes, & aduocatos debere dare copiam
18 rituum.† Gloſ.in verb.erroribus tot verba
ſuo more effundit, & vix animam ipſorum
verborum exprimit, inquit enim tex.allega-
tam fuiſſe multoties ante hanc compilationẽ
cõſuetudinẽ, ac in vno iudicio ſecũdum eam
fuiſſe iudicatum, hanc iudicaturam efficere
veram coſuetudinem, deinde in alio iudicio,
non vt dicit glo, fuiſſe contrarium de conſue-
tudine eſſe, iudicatum, ſed fuiſſe reprobatam
illam veram conſuetudinem cum varietatis
pudentia, hic eſt verus error, vt conſuetudi-
nem eſſe, & non eſſe varijs in iudicijs, ac in-
ſtantijs iudicetur, & iſti erant errores, quos
clariſſimè explicat tex. & Napod. inuoluit:
difficilè enim poterat practicari error eo mo-
do, quo a Napod.deſcribitur, & a parte rei eſt
impracticabilis, cùm nullibi podit ſupponi
de facto, quæſtio hæc, vt quis dicat de conſue-
tudine ſic eſſe diſpoſitum, & in alio de con-
traria conſuetudine, ſcilicet eſſe contrarium
diſpoſitum per conſuetudinem, ſed benè, vt
ſępè practicatur, vt quis dicat; & obtineat in
vno iudicio ſecundum aliquam conſuetudi-
nem alius in alio reprobare faciat eandem cõ-
ſuetudinem, quia talem conſuetudinem non
adeſſe probabat, & ſic dicit tex. quòd allega-
ta, & obtenta conſuetudo in vno iudicio in
alterius inſtantia reprobetur, voluit tex. no-
ſter inſimul optimum modum probandæ con
ſuetudinis incertum adhuc eſſe, & errorem
19 parere, † quod verò iſte ſit optimus modus
probandæ conſuetudinis, probatur per tex.
in l.cũ de conſuetudine.ff.de leg. cùm inquit,
cùm

Digitized by Google

cùm de conſuetudine Ciuitatis, vel Prouinciæ conſidere, quis videtur, primùm quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradictorio aliquãdo iudicio, conſuetudo firmata ſit, quo loci Alexander Turaminus magiſter num. 6. dicit, hoc non efficere adeſſe realem conſuetudinem, ſed transferri onus ad aduerſarium; ſupereſſe tamen credit aduerſario facultatem probandi conſuetudinem non adeſſe: quæ ſententia ex hic dictis per tex. noſtrum optimè probatur, quia, ſi ex prima iudicatura conſtitueretur in eſſe conſuetudo, & non eſſet aduerſario poteſtas contrarium probandi prædicti errores non obreperent.

20 In gl. in verb. ſcandalũ, non extant in meo manuſcripto illa verba (ſecundum Carolum) imò Carolus in long. 3. de ſcandal. Si quis intra palatium circa princip. verſ. quid autem ſit ſcandalum, dicit ipſe, [Dicunt quidam ſcãdalum eſſe verborum offenſionem, ex qua plerunque veniunt ad verbera, & ſecundum hoc ſcandalum quandoque ſolis verbis committitur, ego autem contrarium ſeruo, & dico, ſcandalum non committi per ſola verba, ſed per incitationem, in facto conſiſtentem, puta, ſi manum leuauit quis ad feriendum, & percuſſit, & iſte intellectus legis concordat, vt cauetur lege proxima, qua exponitur, quid ſit ſcandalum, ideſt, ſi inuitauerit aliquẽ, & percuſſit, vel non percuſſerit.] ſic habeo in meo manuſcripto originali apparatus legum Longobardorum, cuiuſmodi nõ eſt vulgatus, quem nos habemus prædicta intelligas, inſpecto iure Longobardo, alias ſecundum Theologos Σκανδαλον offendiculũ obex obſtaculum interpretatur, prout exponitur in cap. 10 Paul. ad Roman. & cap. 14. Naziãz, à ruina dictum, quòd occaſio ſit cadendi, ſi quid obeſt eunti & σκάζει claudico, quod claudus inflectens ſe, videatur tendere ad ruinam σκάνδαλόν μου εἶ cap. 16. Matth. obſtaculo mihi es ſic πέτρα σκανδάλου petra, ad quam offendunt cap. 2. epiſt. Petr. & ſignificat dictum, aut factum minus rectum, præbens alteri ruinæ occaſionem Thom. 2. 2. quæſt. 43. & ſecundũ prædictum Diu. Thom. largè ſumitur pro quolibet impedimento alicui præſtito in via aliqua, quà perſequi intendit, à Paludenſ. q. 38. lib. 4. dicitur ruina, vel offenſio, vel pedũ impactio. Obeſt enim, quod alicui ponitur in via corporali, cui impingens diſponitur ad ruinam ſpiritualem dicitur ſcandalum, tale autem, verbum eſt, vel factum vnius, præbens alteri occaſionem ruinæ; & quia actus ſumit rationem ab obiecto, ideo ruina, vel diſpoſitio ad ruinam, ſequens ex alterius dicto, vel facto dicitur ſcandalum, ſed paſſiuum, primum vero actiuum, & ſic intelligitur tex. noſter, quia agit de animorum & corporum quotidiano diſcrimine, vide ad prædicta latè Diu. Thom, d. quæſt. 43. art. 1. & ibid. in reſpon. ad quartum argumentum declarat, quale ſit actiuum, quale paſſiuum ſcandalum: quæ vero bona, ſiue ſpiritualia, ſiue temporalia ſint dimittenda propter ſcandalum, idem Diu. Thom. loc. cit. art. 7. & art. 8. Propter ſcandala euitanda fuit facta Regia pragmat. diſcordias. de iuriſdict. official. inuicem non turband. ibi, ex quibus ſæpius ſcandala oriuntur, quæ Regia pragmatica hodie malè ſeruatur, cùm vnuſquiſque ponat continuò falcem in meſſem alienam.

§. 6. Proœmij Caroli.

1 *Proœmium ſolitum poni in nouis compilationibus legum.*

3 *Sententia illius, qui habet ius imperãdi quãdo faciat ſcientem participem delicti, & quando inducatur conſenſus ad conſtit. Regni fratribus, diſtinguitur materia, num. 4.*

3 *Obligatio feudalium pro dote, an & quando ſit permiſſa, quando matrimonium contrahitur cum conſenſu Regis, vel non.*

5 *Vaſſallus an & quando teneatur præſtare ſeruitium, vel fidelitatem abſque requiſitione, vbi de auxilio præſtando diſtinguitur.*

6 *Seruitium, an, & quando inſit fidelitati.*

7 *Camerar. notatur paralogiſmo.*

8 *Platearum ciuitatis, numerus, & aliqua de numero duodenario in plateis prædictis.*

9 *Opinio bona in quibus conſiſtat.*

10 *Fœderis origo vnde dicatur, & quomodo antiquitus fœdera feriebantur.*

11 *Diſcretio quid ſit, & qui viri diſcreti, & quomodo prudentia diſcretioni inſit.*

12 *Nobiliores an præponi debeãt popularibus, & in quibus.*

13 *Peritiores vocati ad compilationem conſuetudinum, quonam modo vocati ſint, an vti eaſſeſſori.*

14 *Vniuerſitas Neapolitana quomodo fuerit per illos duodecim viros repreſentata, & num. 17. & quæ requirantur ad validandum actum vniuerſitatis.*

15 *Religioſi non debent vocari in conſilio publico vniuerſitatis, & quomodo ſeruetur Neapoli.*

16 *Actus qua requiratur in illis Ciuibus, qui in conſilio publico vellent interuenire, & quomodo ſeruatur in plateis Neapolitan.*

18 *Conſuetudines iſtæ quomodo dicantur veræ & reales approbatæ, an ex eo, quia ita ſint, an verò quia ita iudicatæ ſint.*

VT igitur per autoritatis noſtræ præſidium, cuius eſt proprium in lucem deducere veritatem, ſupplantare diſsidia, falſitates euellere, periuria reſecare, cùm ſit fouere crimina, ipſorum cauſam non tollere; & qui reprobandis exceſsibus obuiare nō deſinit, erratis, & deuijs conſequenter aſſentit; expreſsa quidem noſtra iuſsione deſcripſimus per Venerabilem Patrem olim P. Antiſtitem Ciuitatis eiuſdem, & duodecim viros vitæ, ac opinionis electæ diſcretos, & inſtructos in talibus, ac ab Vniuerſitate eligendos eadem, omnes veras, antiquas, & approbatas conſuetudines Ciuitatis ipſius, quas ex concordi proborum virorum teſtimonio, vel alia probatione legitima reperire valerent, inferiorem ſcripturā redigi tranſcribendas: poſtremò per autoritatis noſtræ præſidium in ordinato volumine profuturorū, atq; præſentium certa memoria, & ſolemnitate perpetua valitura: Ita quidem, quòd omnes cōſuetudines Ciuitatis ipſius, quæ infra præfixum terminum, in priori noſtra iuſsione præfata per eoſdem P. Antiſtitem, & duodecim in ſcriptura redactæ non forent, haberentur vacuæ, inanes, & nullæ, ac in iudicijs, & extra iudicia nullius exiſterent roboris, vel momenti.

(Vt igitur.) Hæc eſt quinta pars, in qua Carolus ponit modū, quem tenuit ad habendum conſuetudines veras, & meliores in ſcriptis ab Vniuerſitate, & Antiſtite, ſecundùm gloſ. in glo. lucem not.
1 ſolitum procœmium compilationis, prout Iuſtinianus dixit primò in l. vnica, de Iuſtinian. Cod. componen. §. ſed cùm ſit neceſſarium, ibi, caliginem earum rectis Iudicum diffinitionibus inſidiantem penitus extirpare, & in conſtit. de emendatione Codicis. §. conſtitutiones verò, ibi, quam noctis obſcuritatis obductas noua elimationis luce detegere, & paulò poſt noſtri Codicis plenum iubar omnibus clareat. Ponit hic Rex Carolus bona verba significantia id, quod boni Principes debent intendere, quia proprium eſt Imperatorum diligere, & bene velle ſubditis, commoda ſubditorum debet inueſtigare, damna ſubiectorū debet remouere, prout hæc exponit Iſer. in princ. cap. 1. verb. Imperialis, de prohib. feud. alien. per Lothar.
2 Not. Secundò, quòd ſcientia, & ius impetrandi facit quem participem delicti; vnde dixit Iſern. in §. præterea, quibus mod. feud. amitt. num. 2. in eo brocardico, an præſens, & tacens, nec contradicens videatur conſentire; in pœnalibus, maximè non præiudicare, niſi expreſſum conſenſum; inducendo exemplum in diſpoſitione conſtit. Regn. fratribus, quæ ſtatuit, quòd frater feudatarius non maritet ſororem ſine conſenſu Domini, a quo tenet feudum, alias feudum perdat, quòd, ſi ſoror feudatarij nupſit fratre præſente, & non probatur, quòd expreſsè, vel quòd frater procurauerit, vel conſenſerit, vt maritetur; quòd talis conſenſus non facit (dic præſumptus) vt quis priuetur feudo, quia ſine ipſius conſenſu potuit maritari, quandò tamen, prout erat de iure ciuili, nō valeret matrimonium, ſine ipſius, qui præſens eſt, conſenſu: tunc inquit Iſern. quantum ad ſubſtantiam

ma-

matrimonij præſentia cum taciturnitate ha-
beretur pro conſenſu.ff.de ſponſal.;l.in ſpon-
ſalibus. Quod hodie de iure canonico non
procedit, extr. de ſponſ.impub.c.1.27.quæſt.
2. Sufficit, & notandum vnum quod ibi dicit
Iſern. quòd vbi pater eſt ſciens, & nihil dixit,
videtur cõſenſiſſe eo quòd ipſi competit cor-
rectio filij, ſed non eſt ſic in fratre, qui corri-
gendi ius non habet. Sed in verſ. verius vide-
tur idem Iſern. intelligit prædictam pœnam
in caſu, quo loquitur conſtitutio: & ſic non
eſt intelligenda, niſi de maritante, & procu-
rante, nec etiam intelligi de dotante, & de
materia præſumpti conſenſus ex præſentia,
& ſcientia, ibi per Iſern. in d. §. præterea, vbi
3 habes nonnullas limitationes, † & an, & quo-
mòdo hodie per capit. In planitie Sãcti Mar-
tini, quod extat inter capitula Regis Caroli
Secundi, & per capitulum Regis Roberti, &
ex alijs diſpoſitionibus huius Regni ſit per-
miſſa obligatiò pro dote, quando matrimo-
nium eſt contractum, vel non cum conſenſu
Regis ad intellectum verborum Iſern. in cap.
Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.
in addit. ſ. num. 5. verſ. in Regno Siciliæ, dixi
in notis ad Andr. in prædicto loco, & videas,
quæ per Addentes dicuntur in d. conſtit. fra-
tribus, quæ hic non repeto, ne longius aber-
4 rem à propoſito. † Ex prædictis igitur nota-
bis, quòd aut ſumus in certis caſibus ſpeciali-
bus, in quibus non vertitur delictum, & tunc
aut quis potuit prohibere de iure, ita vt actus
non valuiſſet ſine conſenſu, & tunc præiudi-
cat ſibi taciturnitas, & ſcientia: ſi verò non
potuit prohibere, aliter eſſet dicendum, prout
dixit idem Iſern. in ſimili quęſt. in §. pręterea.
Si inter duos in verſ. quærit gloſa, de prohib.
feud. alien, per Federic. mihi num. 6. In deli-
ctis verò, qui eſt præſens ordinationi alicuius
mali non videtur conſentire; ita Iſern. in tit.
de Capit. qui cur. vendid. verſ. ſi verò volue-
rit vaſſallus, verſ. qui conuocat, ibi, ſecùs ſi fo-
rent præſentes. Hanc diſtinctionem facit idē
Napodan, infr. in conſuetu. ſi mulier conſen-
tiat, de cõſen. mulier. nu. 32. Et plures ſpecia-
les caſus taciti conſenſus cumulat idē Napo.
in præd. conſuet. in verbo conſenſus, vide etiã
Dyn. in cap. qui tacet, & in c. is qui tacet, de
reg. iur. in 6. vbi per Addent. habes regulam,
quòd tacens non dicitur conſentire, nec in-
cludi in ſtatuto de conſentiente cum nouem
limitationibus, & quòd in caſibus præiudi-
cialibus taciturnitas non inducat conſenſus
pręſumptionē, Socin. reg. 1. & reg. ſeq. vbi ad
excuſationem alterius delinq. & reg. 3. vbi an
ad aliquem obligandum habeatur pro con-
ſenſu, & reg. 5. an, & quando tacens contra-
dicere videatur: adde etiam Petr. de Rauenna
in ſuo alph. in verb. taciturnitas: quæ omnia,
quia tractabimus in gloſ. prędicta in d. con-
ſuet. ſi mulier cõſentiat, hìc ſufficiat remiſſiuè
tetigiſſe, cũ hic non ſit locus ſuus. Not. tertiò
5 ex gloſ. num. 242. quòd vaſſallus teneatur iu-
uare dominum abſque requiſitione, & ſi tan-
tùm ſciat Dominum auxilio indigere, & ei
auxilium non præſtet, amittat feudum; & hoc
vult dicere gloſ. nam tunc etiam ſola conſciē-
tia facit participem, & maximè ponderan-
da ſunt illa verba, item ſi ex fidelitate
tenetur iuuare, ſubdas, non ex ſeruitio: du-
plex enim eſt auxilium, alterum eſt auxilium,
quòd tenetur præſtare vaſſallus Domino ex
ſeruitio, & de hoc loquuntur tex. in cap. ad
hoc: hic finitur lex. de eo, qui interfec. fratr.
Domin. ſui, cap. licet, in princ. Quando verò
eſt de fidelitate, tunc vltro tenetur præſtare
abſque requiſitione. Et de eo loquitur tex. in
prædicto cap. licet, ibi, ſi tamen in immi-
nentibus periculis, & ſic declarat iſta duo
Iſern. in tit. de noua form. fidelitat. in verb. at
ſi ſciuero, & in verb. requiſitus, quod aut
eſt merè ſeruitium, & tale, quòd non inſit
fidelitati verè, & propriè, & tunc non
tenetur præſtare niſi requiſitus; quia ſerui-
tium, etiam ſi quandoque inſit fidelita-
ti, non tamen eſt ipſa fidelitas, etiam quando
ineſt vti ſeruitium; in ſeruitio ineſt, vt pręſte-
tur requiſitus, & abſque requiſitione non pręſ-
ſtetur, ideo aut agimus de auxilio præſtando
ipſi Domino, ad quod vaſſallus teneretur etiã
ſi ei nullum ſeruitium eſſet impoſitum; & tũc
tenetur etiam non requiſitus; quia concernit
fidei, & amicitię conſeruationem, & debitum
obſequium inter fidelem vaſſallum, & Domi-
num, aut agitur de ſeruitio debito ex promiſ-
ſione, & tenore inueſtituræ, & tunc erit re-
quiſitio neceſſaria, & hãc diſtinctionem pro-
bat optimè tex. in cap. ad hoc, hic finitur lex,
qui in princ. de ſeruitio, in fine de auxilio lo-
quitur: quem optimè ad hoc inducit Iſern.
6 in d. verb. requiſitus, de nou. form. fidelit. † an
& quale ſeruitium inſit fidelitati. Camerar. in
cap. Imperialem, in paruis fol. 144. in fin. & 8
melius fol. 606. Ego verò in notis ad Andr. in
d. tit. de nou. form. fidelit. Diſtinxi duo gene-
ra ſeruitiorum, alterum eſſentiale ipſius feu-
di: quòd, ſcilicet, non poteſt eſſe, & abeſſe prę-
ter ipſius feudi corruptionem, quia non eſſet
feudum ſine fidelitate; alterum accidentale,
ſcilicet, ex contractus, promiſſioniſque diſpo-
ſitione, quando eſt datum ſub certo, & deter-
minato ſeruitio: & notat de Ponte in prælu-
dijs

7 dijs lect. 2. nu. 27. & ſeq. † Et licet Camerar. loc. cit. dicat eſſe tex. ineuitabilem in cap. hic finitur lex, in princ. ad probandum ſeruitium in eſſe fidelitati, ex quo dicit tex. quòd vaſſallus non teneatur ad adiuuandum, vel ſeruitium præſtandum Domino excommunicato, imò ſolutum eſſe interim ſacramento fidelitatis, probari per hoc, quòd per ipſam fidelitatē aſtringitur ad illud ſeruitium, vehementer paralogizat, cùm clarum ſit, dictionem, imò, augere argumentum: inquit enim tex. non teneri auxilium, vel ſeruitium præſtare Domino excommunicato, quod eſt adeo verum, vt nec ſacramento fidelitatis teneatur, quaſi dicat, ſi eſt ſolutus ab eſſentiali obligatione, & à iuramento, quod eſt plus, quia talis obligatio nunquam abeſt ab ipſo feudo, quomodo poteſt dubitari, quòd poſſit teneri ad præſtandum ſeruitium, quod eſt minus, cum poſſit dari caſus, vt non ſit obligatus ad præſtandum ſeruitium, & tamen non ſit ſolutus ab ipſa fidelitate, & in eo tex. verba illa auxilium, & ſeruitium poſita ſunt vti diuerſa, & quod dictio, imò augeat orationis vim, tex. in l. 1. circa princ. C. de veter. iur. enuclean. ibi, res quidem difficillima, imò magis impoſſibilis videbatur, auget enim ibi difficultatem per impoſſibilitatis exiſtentiam: vnde teneas nũquam ſeruitium vti ſeruitium ineſſe fidelitati, ita vt ad id vaſſallus vti ad fidelitatem teneatur: nam ſemper ſeruitium habebit in ſe neceſſitatem præcedentis requiſitionis, ita vt ſi præſupponamus ſeruitium impoſitum de ijs, quæ debentur ex tenore fidelitatis, vt quia ſtabilitum in inueſtitura ſit quomodo ſeruiẽdũ: non tenebitur nunquã ſub forma ſeruitij illud pręſtare, niſi requiſitus vaſſallus, ſed ſub ſimplici natura, & forma fidelitatis, vt dixi.

In gloſ. Antiſtitem, qui fuerit iſte Antiſtes, & quando mortuus, & plura de ipſius memoria, & quomodo interuenerit in hac compilatione, dixi latius in præludijs, vbi etiam ad plenum explicauimus, an Eccleſiaſtici ligentur iſtis conſuetudinibus, ideo hic omitto, vide ibi verſ. quod verò iſtæ conſuetudines.

8 Quæritgloſ. hic in verb. duodecim. num. 253. De iſto numero, & plura more ſolito de qualitate numeri dicit, tu verò notabis ſiue ex caſu, ſiue alia de cauſa, ex tunc talem numerũ in hac Ciuitate, & ipſius electionibus cœpiſſe, cùm & hodie ſi per ſingulas plateas, excepto Antiſtite, eſſent tot viri eligendi bini, ſcilicet per ſingulas plateas, duodenarium efficerent numerum. Capuanam ſcilicet, & Nidũ, Portum, Portam nouam, Montaneam, & popularem: quæ omnes ſunt ſex, licet eo tempore iſtam Platearum diſtinctionem, prout hodie extat, non ſit compertum extitiſſe: & cum Antiſtite facientes numerum treſdecim: hic quoque numerus hodie viget in Sedili Capuanæ ex antiquiſſima conſuetudine, & in Platea Nidi, & alijs Plateis, vt ad minus præter eos, qui habent ius vocandi Plateam, qui ſunt, & dicuntur ſex, de ipſa Platea numerus eorum qui ad minus debēt intereſſe pro maiori parte vocati, congregantes, & dātes vocem pro ipſa Platea, & quarterio, debēt eſſe ad minus treſdecim, & vltra ipſi vocantes plateam in numero opportuno, qui ſex non requiruntur ad efficiendam completam plateam: ſed quia platea non poteſt congregari ſine ipſis ſex in numero opportuno, qui habent ius vocandi ipſam plateam: & ſic antiquiſſimus eſt talis numerus in hac Ciuitate, quod not.
9 † In gloſ. in verb. opinionis. Notatur formari opinionem ex bonis moribus, ita gloſ. in Auth. de hæred. & falcid. §. ſi vero abſunt, in verb. opinionis, ibi enim dicitur optimæ opinionis, & in ſpecie teſtes vitæ & opinionis probatæ requiruntur in c. in literis, extr. de teſtib. & gloſ. in fin. l. 1. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. dixit, quod fama, opinio, & exiſtimatio idē ſunt, inde ſugillare opinionem, eſt notare aliquem, ſeu denigrare eius famam, l. apud §. aduerſus ff. de dol. excep. l. cum ij. §. in perſona eius, a quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpectanda, quibus facultatibus ſit, cuius propoſiti, cuius opinionis, de tranſaction. Et hæc opinio, vt glo. noſtra dicit, meritò facultatibus eſt præponenda: vnde Iſocrates apud Stobeum ſerm. 48. [Plus ſibi curæ ſit, vt honeſtam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquas: nam hæ mortales ſunt, illa verò immortalis, & per famam comparari poſſunt opes nunquam verò pecunijs fama redimi. tum item diuitiæ etiam improbis accedunt, at famæ gloria non poteſt, niſi eximijs viris contingere.] Et Cice. 2. de Orator. Bona exiſtimatio pecunijs præſtat.

10 Dum gloſ. intrat fœderis materiam, occaſione ſumpta à fœdo, quod crudele, à porca fœde, hoc eſt, crudeliter interfecta ſecundùm quoſdam dicitur, de quo dicas ex Liuio lib. 1. in hiſtor. Tullij Hoſtilij, ex cuius verbis, quę hic non repeto, colligitur ritus fœdera percutiendi, quem ritum hic gloſ. innuit de porca, ſilice percuſſa. Polibius in cõmemoratione fœderis, inter Carthaginenſes, & Romanos initi, ſcribit Romanos in fœderibus ferendis iuraſſe Iouem lapidem, cuius verba adijcit infraſcriptus Autor, cum aliqualem difficultatem habeant ex interpretum varietate

tate: Romani, inquit, Iouem lapidem, ſecundum vetuſtiſſimum ritum, & per Martem, & Euyalium iurarunt, ritus verò iuriſiurandi per Iouem lapidem fuit huiuſmodi: Fecialis ſumpto in manibus lapide poſt quam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba di-
,, xit, [Si rectè, ac ſine dolo malo Dij mihi cũ-
,, cta felicia præſtent: ſin aliter aut ago, aut co-
,, gito, cæteris omnibus ſaluis in proprijs pa-
,, trijs, in proprijs legibus, in proprijs laribus,
,, in proprijs templis, in proprijs ſepulchris,
,, ſolus ipſe per eam, vt hic lapis è manibus meis
,, decidet, nec plura locutus, manu lapidẽ deij-
ciebat.] Vide Iacob. Leopardum lib. 6. emendationum. cap. 15. Carolum Sigoniũ, & alios de hoc ritu, Vide Roſin. antiquitat. Romanor. lib. 10. cap. 2.

11 Not. etiam in hac compilatione fuiſſe diſcretos Viros electos, vt in gloſ. in verb. diſcretos. Quid ſit diſcretio videas Ioan. Caſſian. in lib. collat. patr. in 2. collat. vbi latè de dono diſcretionis, & plura dicit, ex quo plura deſumere poteris: omnium namque virtutum generatricem, & cuſtodem, & moderatricem appellat idem Caſſian. in final. verb. cap. 4. d. collat. 2. quare non erit dubitandum non fuiſſe hanc compilationem in libero arbitrio iſtorum duodecim Virorum commiſſam per Regem; ſed ad Viri boni arbitrium, poſtquã ipſorum diſcretioni fuerit commiſſa: ſic gloſ. in cap. cum virum, gloſ. 2. extr. de regular. in cap. non ſolùm, in verb. rationis, de regu. iur. in 6. Paris de Put. in tract. ſyndicat. in tit. de arbitrar. eorum num. 16. & tim. ſeq. num. 10. & alios plures refert Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. quæſt. 8. num. 24. verſ. quarto. In eo verò, quòd verb. diſcretio minus latinè accipi poſſe, inquit Menoch. pro nunc libet in medium afferre tantum autoritatem Nicolai Perotti, in lingua latina peritiſſimi, qui dixit, diſcretionem actiuè, & paſſiuè accipi: paſſiuè prout ad faciendã diſcretionem Saturnaliorum pro Saturnaliũ, ſub-
,, dit ipſe. [Modò diſcretus actiuam ſignifica-
,, tionem habet, ſignificatque eum, qui perſona-
,, rum qualitates, & rerũ momenta diſcernit.]
Et iſta eſt, quæ bonam ſimplicitatem comitatur, vt dixi ſupra in verb. ſimplicitatis, prout verè ſumitur in tex. noſtro, cùm igitur ex ſupra dictis conſtet, quid ſit diſcretio, & qui ſint viri diſcreti, & in talibus, ſcilicet, in quibus hic requirebantur inſtructi, fruſtra eſt cũ Napod. diſcurrendum, an prudentiores eſſe debeant, cum in hoc diſcretioni prudentia inſit tanquàm omnium virtutum moderatrici: item experti, & inſtructi, vt infra in glo. inſtructi, idem Napoda. num. 278. Et ex his etiam videtis quàm parui ponderis ſint argumenta, quæ in medium profert Napodan. in fauorem nobilium hic num. 274. verſ. ſed vi-
12 detur, vt, ſcilicet, magis nobiles debuerit Rex Carolus eligere in hac compilatione facienda: non enim nego in ipſius Ciuitatis, & Vniuerſitatis repreſentatione, & adminiſtratione viros nobiles, prout hodie videmus maiorem habere, & habuiſſe partem, ſed non per hoc nobiles eſſe magis eligendos, ſed prudentiores, & inſtructiores, prout optimum etiam eſſet, ſi ſemper, talis norma ſeruaretur in ſimilibus electionibus, & negotijs. Et bene argumentis, per eum propoſitis, paucis reſpondet Napodan. in vltimis verbis in fin. ibi, vel dic vbi intelligit nobiliores præferri virtutibus paribus in caſibus electiuis, qui concurſum non patiuntur, concurſum intelligas, quando plures dant vocem in electione, tunc qui habet plures voces eligitur: quando vero conſiſtit electio in pura alicuius electione, veluti Epiſcopi, vel Principis, tunc cæteris paribus debet præferri nobilior minus nobili; quod optimo iure dicit Napod. cùm non adeo ſit deferendum nobilitati, vbi de honoribus, & huiuſmodi agitur, vt potior ſit iudicanda ipſa nobilitas, ætatis, & prudentiæ, ac ſcientiæ prærogatiua, & alijs circunſtantijs ad id, de quo quæritur magis, quàm nobilitatis argumenta accommodatis, prout de ætatis prærogatiua dixit Tiraquell. poſt multa de prærogatiua nobilitatis dicta in cap. 20. in fin. de nobilitate, & hoc dicit Napod. virtutibus paribus: quæ virtutes quot ſint, conſulas Ariſtot. & alios in lib. Ethicor. & moral. ita vt ſecundùm Napodan. minimum eſſet id, quod nobilitati deferri deberet, quod minimè hodie ſeruatur.

13 In gloſ. & inſtructos, notabis, iſtos peritos eſſe vocatos, non vt teſtes, ſed vti inſtructiores, & declaratores: quo caſu quando talium non reperiretur, niſi vnus, & certus non eſſet numerus ſtabilitus, ſufficeret ille vnus, qui reperiretur in eo loco, nec loca vicina eſſent perquirenda, prout in ſimili dixit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 235, num. 56. Quando verò adhiberentur tanquam teſtes, vnus non ſufficeret, vt ibidem. Quid mirum ſi in hac compilatione duodecim eligendos, vltra Antiſtitem, iuſſerit Rex: voluit enim peritiores, in opportuno numero conſulere, iuxta dictũ Baldi in l. iuris ignorantia, quæſt. 2. C. qui admitt. & laborare in probatione, quæ fit per peritum, vt maiorem certitudinem potuiſſet habere Aretin. conſi. 142. col. antepenult. in princip. num. 21. verſ. iſta concluſio probatur per text. in cap. fraternitatis, de frigid. & maleſic.

leſic. ideo iuſſit veras, antiquas, & approbatas conſuetudines Ciuitatis ipſius colligendas, vel ex concordia proborum virorum, ſic eſſe legendum corroboratur ex §. quarum ſerie, infra eod. procem. ibi, quia in illis inuenimus communem concordiā ciuium, veluti ſi plures probi viri in hac re concordes fuerint, prout in meo manuſcripto habeo, velut in vulgato ex concordi proborum Virorum teſtimonio, vel alia probatione legitima ipſi reperire valerent: quæ verba tollunt Doctorū quæſtionem illam, an periti, vti teſtes, admittantur, prout innuit loc. cit. Grat. & in cap. 228. in princ. cùm ſi hic ipſi habeant teſtium examen videre, & rem ex eorum depoſitionibus cognoſcere: non poſſunt ipſi eſſe, niſi puri cognitores, & non teſtes, notabis etiam peritis in arte ſtandum. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. l. 1. de ventr. inſpic. Bart. in l. diuus. ff. de extr. ordin. crimin. in l. nulli. C. de ſacroſ. baptiſ. Afflict. deciſ. 252. nu. 10. deciſ. 33. nu. 5. de vot. mercator. latè Grat. locis cit. Socin. in regul. 16. peritus.

14 Not. etiam cum gloſ. in verb. vniuerſitate, num. 282. electionem illorum duodecim fuiſſe ab Vniuerſitate factam, in quo interueniſſe credendi omnes illi, qui de conſuetudine, vſque ad illud tempus obſeruata, in electionibus debebant interuenire, & nota vnū, quòd iſta electio potuit fieri à maiori parte illorum, qui conuenerunt ad electionem faciendam, etiam ſi non conſtituiſſent duas partes, vel etiam maiorem partem reſidentium, ex quo Ciuitas fuit congregata de ordine ipſius Regis, etſi, eo mandante, non veniſſent omnes, potuerunt præſentes venientes explicare actum, ex quo per mandatum ſuperioris conſtituuntur, non venientes in contumacia, quę tollit eis ius vocis, ita Abb. in cap. cùm omnes, de conſtit. allegat Innocen. in cap. 1. de maior, & obedien. in cap. 2. de oper. nou. nunciat. cap. cùm nobis olim, de elect. vbi vocati non venientes faciunt ſe alienos, & ita dicit ſentire gloſ. in clemen. quòd circa, de elect. aliàs, ſi non præceſſiſſet Regis mandatum ad faciendam talem electionem ad hoc, vt valeat actus vniuerſitatis, deberent ſimul conuenire ſaltem duæ partes, l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. Ex quibus duabus maior pars debet conſentire, & ſufficiat: quia, ſi duæ partes repreſentant totam vniuerſitatem; ergo factum à maiori parte iſtarum, dicetur factum à tota. Abb. in d. cap. cum omnes, qui dicit hanc eſſe communem opinionem Canoniſtarum, & Legiſtarum, & refert Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in d. l. nulli. Innocen. in cap. 2. de oper. nou. nunciat. Ad prędicta etiam Anton. de Butr. & Abb. in c. bone. 2. de poſtulat. prælat. Bart. in l. 2. ff. de decret. ab ordin. faciend. Anton. de Butr. & Imol. in cap. 1. de his qui fiunt à maior. part. capit. & dixit compatritius meus in cap. 3. num. 7. in ſuo tract. de regimin. Reipub. Et ideo tex. dixit in electione ipſorum facienda ſimpliciter ab Vniuerſitate, quod verbum intelligitur, vt iuris poſt compilationem in præſentatione ipſarum infra §. præfatis dixit pari voto, & communi cōſenſu Vniuerſitatis, ex quo prædicti electi ipſam repreſentabant, vt in gloſ. proxima dicetur. Vnum tamen nota, quòd prædicta non poſſunt practicari hic in plateis Neapolitanis, quia ſemper verum eſt, quòd ſolùm illi, qui interueniunt, pro maiori parte concurrentes, conſtituunt plateam, & concludunt, vt video apud iſtos Dominos Nobiles ſeruari.

15 Non videtur, quòd potuerint interuenire Religioſi, in hac electione, quia tales non poſſunt interuenire in adminiſtratione rerum, ad Ciuitatem pertinentium, prout hodie videmus, quòd in plateis, quas faciunt nobiles huius Ciuitatis, non interueniunt religioſi, ita dicit Dom. de Franch. deciſ. 479. Couarr. pract. cap. 33. nu. 5. & licet Antiſtes interueniſſet, tamen non interuenit in Conſilio ipſius Vniuerſitatis, ſed in actu compilationis ex Regia commiſſione, vt alias diximus, quid autem in clericis militibus Hieroſolymitanis, & alijs, vide Caputum compatritium in d. tract. qui copioſè egit totam materiam gubernij cap. 3. nu. 82.

16 In eo verò, quod quærit hic gloſ. num. 283. de ætate eorum, qui in electione interuenire debent, & concludit, quòd ætas viginti quinque annorum ſufficiat in adminiſtratione Reipub. prout colligitur num. 284 iunctis dictis num. 287. in finalibus verb. ibi, & de tali adulta ætate intelligo, quod ſufficiat. hic in Regno res eſt citra controuerſiam, cùm habeamus conſtitut. minorum iura, vbi ætas maior conſtituitur in decimooctauo anno, & ibi gloſ. not. eſſe talem ætatem deſumptam ex legibus Longobard. & non video, quare Neapodanus de ea conſtitutione, in hoc non recordetur, vel nolit recordari, cùm non poſſit dubitari de generalitate illius, quæ in iudicio, & extra in omnibus velit perfectæ ætatis eos reputari, quod verbū in omnibus tollit quæſtiones DD. in ſimilibus ſtatutis poſitis, & innuit in ſimili, de Bottis in addit. ad prædictā conſtitutionem, ad gloſ. in verb. perfectæ: & facit, nam quando ius ciuile in hac adminiſtratione requiſiuiſſet aliud tempus ætatis, diuerſum ab alijs rebus, & a regula generali tūc poſſet

poſſet dubitari, an per conſtitutionem corrigentem ius commune, quoad ætatem generaliter perfectam de iure communi, quod correctio debeat intelligi de ætate vigintiquinque annorum tantùm, non de ea, in qua ſpecificũ tempus ætatis eſt determinatum, vt in ea ſpecifica prouiſione iuris communis requiratur, etiã ſpecifica correctio cõſtitutionis per regulas, quòd in ſermone generali non intelliguntur ea, quę ſpecialem requirunt mentionem, vt hic de iure ciuili requiritur ætas maior, regulariter à iure requiſita in omnibus alijs: ergo & hic Neapoli, & in Regno iuxta regularem ætatem maiorem in Regno, ſcillcet, decem & octo annorum erit requirenda: faciunt dicta per Napodan. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb. in omnibus, & ſic hodie ſeruatur, præcipuè in Platea Capuanæ, in qua non niſi maiores, qui ad minus attingerint decimum octauum annum, admittũtur iuxta diſpoſitionem tex. in l. ad Rempub. ff. de muner. & honor. vbi annus cæptus habetur pro completo ad declarandum maiorem ad Rempub. adminiſtrandam.

Dum hic Napod. quærit, an plebs Caſalium contineantur, & ligentur conſuetudinibus his, hic nõ dico, quia pleniſſimè in præludijs de loco tetigi, prout poſui ibidem videas.

17 In gloſ. eligendos num. 290. nota per iſtos duodecim Vniuerſitatem totam repræſentari quaſi iſti in hac re ſpecifica deputati videantur ipſius Ciuitatis, quod totum populum repræſentat, gloſ. in rubr. C. quæ ſit long. conſuet. in l. ſi ex dolo, §. 1. ff. de dol. Bart. in rubr. ff. de cur. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. in l. non ambigitur. ff. de leg. & ideo dicit Barto. in l. de quibus. ff. de leg. Quòd vbi Conſiliarij contradicunt, totus populus contradicere videtur: per Conſilium enim Ciuitas regitur, Bart. in l. omnibus, ff. ad Trebell. Nota etiam gloſ. nu. eodem, quòd pupilli, & furioſi ligantur his conſuetudinibus, ad quod dum allegat Bernard. in cap. ex parte, extr. de cõſuet. dicas Innocen. prout in manu ſcripto habeo, qui dicit. conſenſum obligare omnes de Ciuitate, & detrahere de ſingulorum patrimonio, allegat tex. in l. ſi fine, §. Lucius, ff. de adminiſtr. tutor. per quem tex. Afflict. in conſtit. minorum iura, in 7. not. aſſerit, quòd minor ligatur conſuetudine, nec autoritatem iſtam Napodani retulit: nec erit de hoc hodie dubitandum, cùm cõſuetudines in ſpecie de pupillo habeamus in vltimo capite ipſius volum. incip. pupillus.

18 Veras, & approbatas conſuetudines iuſſit Carolus in ſerioſam ſcripturam redigi tranſcribendas; hic, & in gloſ. ſequenti Napoda videtur concludere, illas conſuetudines, inſertas in hoc volumine, non fuiſſe tunc temporis præſcriptas, & approbatas, ea ratione, quia variè iudicabatur ex eis, reſoluit Napod. vt in gloſ. quia licet variè iudicabatur ex eis, ex iſtis veris, frequentius iudicabatur, ſed nõ explicat vim ipſius tex. & Caroli intentionẽ; non enim negat Carolus inter ipſas conſuetudines nonnullas fuiſſe veras, approbatas, & antiquas, ſed eſſe in incerto, quænam eſſent ipſæ veræ, approbatæ, & antiquæ; quia quandoque variè, & contra veritatem iudicabatur: Stabiliuit Carolus modum, quo iſti duodecim deberent infra certum terminum, ſe informare de veris, approbatis, & antiquis conſuetudinibus Ciuitatis Neapolis ad hunc finem, quòd omnes conſuetudines Ciuitatis ipſius, quæ infra præfixum terminum in ſpeciali, & expreſſa iuſſione per eoſdem Philippum Antiſtitem, & duodecim in ſcripturam redactæ non forent, haberẽtur vacuæ, & inanes, & nullæ, ac in iudicijs, & extra iudicia nullius exiſterent roboris, vel momenti; itaq; omnis veritas, omnis approbatio, & antiquitas ipſarum conſuetudinum non erit ex realitate ipſarum ex parte ipſarum conſuetudinũ iudicanda, ſed ex quo pro talibus fuerunt habitæ, & ſic iudicauit ipſe Rex; vt cæteræ inanes, & nullæ iudicarentur: itaque, licet dato, & non conceſſo, quòd aliquæ earum contrariæ fuiſſent veræ, antiquæ, & approbatæ, ex quo res iudicata pro veritate habetur, & ſententia facit de albo nigrum, & è contra illæ conſuetudines per hanc ſcripturam, & informationem præhabitam erunt ſemper veræ, antiquæ, & approbatæ, non ad realitate n. habendo reſpectum, ſed ad ipſam rem, ita iudicatam: vnde dixit Iſern. in cap. vnic. de vaſſall. decrep. ætat. in addit. circa med. quòd res iudicata, a qua appellatum non eſt, nec appellari poteſt, vel alio modo legitima retractari, & non eſt nulla, pro veritate accipitur. l. res iudicata, ff. de reg. iur quæ res iudicata quando de Principis mente conſtaret, quod velit derogare rei iudicatæ, tunc non eſſet pro veritate habenda: poteſt enim ius illud de iure ciuili quæſitum Princeps tollere, Bald. in l. fi. col. 2. C. ſenten. reſcin. non poſſ. & alij relati per Dec. in Reg. res iudicata. ff. de regu. iur. Ideo in caſu noſtro tantò fortius iſtæ pro veris, & approbatis, & antiquis iudicandę; quia de Principis voluntate expreſsè conſtat, vt in tex. noſtro, & inferius melius patebit in §. per quod autoritatis, & dum gloſ. fin. huius §. dicit duplicem populi approbationem fuiſſe in his cõſuetudinibus, tu dicas triplicem; primam

mam approbationem fuiſſe in his conſuetudines, quia fuerunt per populi conſenſum in eſſe deductæ, quæ quia non erant veritate, & certitudine aliqua fulcitæ, ſucceſſit ſecunda populi approbatio, quia iſti duodecim, qui repræſentabant totam Ciuitatem, habita matura informatione, ſecundum mandatum ipſius Regis, declararunt omnes ciues communiter, & concorditer ſentire, quòd iſtæ ſunt veræ, & approbatæ conſuetudines, quæ potius dicetur probatio approbationis, quam approbatio, vt dicit tex. in §. quarum ſerie, ibi, quia in illis inuenimus communem concordiam Ciuium, & rationis approbandæ cenſuram. Tertia fuit ciuium approbatio, quia ciues pari voto, & communi conſenſu præſentauerunt eas in conſpectu Regis, vt in §. præfatis infra prox.

§. 7. Procemij Caroli.

1 *Votorum paritas quomodo accipiatur, & de praxi proferendarum ſententiarum in paritate votorum.*

2 *An clerici, & Eccleſiaſtica perſonæ, & eorum bona ligentur conſuetudine latè tractatur cum pluribus ſequentib.*

3 *Epiſcopus quomodo poſſit conſuetudinem in clericis inducere, & declaratur Innocent. in rub. de conſuet. nu. 6. in fine, male à Nap. relatus.*

4 *Innocentij doctrina declaratur in cap. cum dilectus, extra de conſuet. nu. 6. verſ. item credimus.*

5 *Tex. in cap. cæterum, extra de donationibus inducitur, & declaratur.*

6 *Conſuetudo, quæ diſponit ſuper ijs quæ competunt Eccleſijs, & clericis non vt eccleſijs, ſed vti alijs de populo ligat clericos etiam in curijs eccleſiaſticis, vt de ſeruitutibus, & ſimilibus.*

7 *Conſuetudo circa ordinatoria, vel deciſoria iudicij, quando obliget etiam eccleſiaſticas perſonas.*

8 *Clericus ſucceſſor an ligetur inſtantia defuncti.*

9 *Imperatorum leges an ligẽt clericos, & quomodo ſint clerici exempti à poteſtate laicali.*

10 *Clerici quomodo ligentur conſuetudinibus feudorum, latè declaratur, & quando clericus poteſt in feudum dare.*

11 *Clerici quare remoueãtur à ſucceſſione feudorum datur ratio, & refellitur alia data a Napodano.*

12 *Conſtitutio Regni ſi quis clericus, & eius diſpoſitio reijcitur contra Napodanum tanquam contra libertatem eccleſiaſticã, & de conſtitutionibus irritantibus leges contra eccleſias, ibid.*

13 *Clericus an ex immanitate delicti poſſit à iudice laico cognoſci, & ibi deciſio Neapoli practicata.*

14 *Libertas Eccleſiaſtica quando per ſtatutũ, vel conſuetudinem laicorum dicatur minui, vt contra eam dicantur diſpoſitiones.*

15 *Cenſus ſolutio an tangat Eccleſiaſticam libertatem.*

16 *Princeps ſecularis quomodo priuilegia clericis conferre poſſit.*

17 *Napodani opinio, quod clerici non ligantur conſuetudine.*

18 *Clerici quando litigant inter ſe in foro eccleſiaſtico quo iure ſit quæſtio dirimenda diſtinguitur.*

19 *Napodani notatur ridiculus intellectus quid ſit normam chriſtianæ legis abijcere.*

20 *Clerici litigantes coram domino feudi, ſecundum quam legem iudicandi.*

21 *Clericus ſi cum laico litigat, quo iure lis terminanda.*

22 *Clerici conuenti coram iudice laico quæſtio qualiter dirimenda, & quando poſſit conueniri, & ibid. quid in reconuentione.*

23 *Laici quæſtio litigãtis cum laico iure ciuili terminanda.*

24 *Clerici in quibus caſibus conſuetudinibus noſtris ligentur, & ſic applicantur caſus relati ad praxim conſuetudinum noſtrarum.*

25 *Conſuetudines iſtæ quo ſpiritu viuebant ante compilationem ipſarum.*

26 *Donatio facta alicui reſeruata poteſtate diſponendi cuiuſmodi ſit naturæ, attenta prædicta poteſtate.*

27 *Pragmatica quare non fiant circa diſpoſita per conſuetudines.*

PRæfatis autem conſuetudinibus, in ſcripturam redactis, ſecundùm præmiſſi mandati noſtri tenorem, & formam, per illud traditam, pari voto, & communi conſenſu Vniuerſitatis eiuſdem, præſentatæ ſunt noſtro conſpectui per noſtrum corrigendæ

dæ,ac declarandæ iudicium, & per autoritatem approbationis noſtræ obnixius roborandæ.

Præfatis autẽ cõſuetudinib.)

Hæc eſt ſexta pars, in qua Carolus ponit con
ſuetudines veras, & meliores fuiſſe ſibi præ-
ſentatas,in ſcriptis corrigendas,declarandas,
1 & approbandas. In tex. † ibi, pari voto non
referas ad numerum, ſed ad qualitatem, &
ſpeciem voti,hoc eſt,ſimili. ita in reg.parem.
ff.de regul.iur.& regul. cùm par.eodem titu.
Alias paritas refertur ad numerum, vt quan-
do ſunt Iudices in paritate votorum, de qua
loquitur de Franch.deciſ.252.& Gratian.di-
ſcept.foren. cap. 228. num. 10. vbi de praxi
proferendi ſentẽtias per Regiam Cameram,
& per Sacrum Conſil.in paritate votorum,
& quando tertij adiuncti poſſint facere votũ
diuerſum.
2 Gloſ.hic iterat ex profeſſo quæſtionem,an
clerici Eccleſiæ, & eorum bona ligentur his
conſuetudinibus, & licet ad plenum in præ-
ludijs,& diſtinctè ſit tractatum;hic,vt ea quæ
ibi dicta ſunt,clarius comprobẽtur, exponam
gloſam, & intẽtionem illius circa hanc quæ-
ſtionem, ſequendo purum ordinem ipſius,
paucis additis, quæ ad illius expoſitionem
ſubuenient. Et quòd clerici ligentur.
Primò arguit Napod. ex poteſtate Epiſco-
pi in clericis,& Eccleſijs, & eorum bonis in
ſua Diœceſi; cui reſpondet Napod. quòd id
procedit,quando interuenit conſenſus Capi-
tuli,& Epiſcopi,quod hic nõ proceſſit, prout
3 diximus in præludijs. † Secundò reſpondet
Napod. quòd ibi Epiſcopis tanquam caput
principaliter conſuetudinem inducebat in
clericis,hic laici nõ habent iuriſdictionem in
clericos, & per hoc non poteſt ſubmittere
conſuetudini laicorum ipſos clericos,nec fe-
cit hoc Antiſtes in hac compilatione, quia
non conſenſit, vt induceret conſuetudinem
clericis,ſed laicis,dum verò refert Innoc. in
rubr.de conſuetud.num.6. in fin. Dicas malè
referri Innocentij doctrinam ab ipſo Napod.
„ inquit enim Innocen. [Sed hoc ideo, quia
„ conſuetudo laicorum non potuit ligare Ec-
cleſiam.] 10.diſtin.cap.1.qui tex. ſimpliciter
loquitur,ſubdit Innoc.aliam rationem, eiq;
„ diuerſam. [Et quia erat in grauamen Eccle-
„ ſiarum etiam ſine conſenſu Capituli; vnde
„ non valet infr. eodem cap. 1.] Et ſic vides,
quòd nunquam eſt locutus Innoc. de tex. in
d.cap.1.10. diſt. Sed cum ſimpliciter intelle-
xit, excludendo conſtitutiones Principum
ſecularium ab ipſis Eccleſiaſticis ſubdit, de-
„ inde. [Et quando non eſſet prædicta ratio,
„ quia non eſſet conſtitutio laicorum,nec valet,
„ quando in grauamen Eccleſiarum ſine con-
ſenſu Capituli.] Et ita intelligitur doctrina
Innocen.& benè intelligit cap.1.extr. de con
ſuet. in conſuetudine clericorum num. 295.
4 Nec Innoc. contrarium dicit. † Secundò in-
ducit doctrinam Innoc. in cap. cùm dilectus,
extra de conſuet.num.6. verſ. item credimus,
„ vbi dicit.Item credimus,quòd, ſi conſuetudo
„ non eſt ſpecialiter contra aliam Eccleſiam,
„ ſed generaliter contra omnes tam contra
„ Eccleſiam,quàm contra alios ſufficit præſcri-
„ ptio decem annorum,ſicut contra alios, ita
„ contra Eccleſias.] Hæc doctrina Innoc. licèt
dicat de conſuetudine contra alios, & Eccle-
ſias,nil de laicis loquitur; ſed de Eccleſijs re-
ſpectu priuatorum, prout idem Innoc.decla-
rat ibidem immediatè ſeq. Alij autem diſtin-
guunt inter Eccleſias, & priuatos, & dato,
quod ibi priuati intelligantur de laicis, prout
illam doctrinam videtur intelligere Henric.
Bohic.in cap.quæ in Eccleſiarum,col.2.circa
fin. extr. de conſtit. tamen quia ibi, vt benè
ſoluit Napodan. hic, tam laici, quam clerici
habent eorum propriam conſuetudinem,non
facit argumentum ad probandum, quod cle-
rici laicorum conſuetudine ligentur.
5 Tertiò inducit Napod.tex. in cap.cæterũ,
extr. de donat.qui loquitur de conſuetudine
in donationibus factis a Priore, vel Abbate,
vt in certa ſumma de conſuetudine illius ter-
ræ non poſſit infringi, & ex ipſo tex.clariſſi-
mè dicitur,quia, cùm conſuetudo oriatur ex
ſpecialibus,ſic diù ſeruatis in eo loco, & ca-
ſus ſit de Abbate,Priore,& Conuentu, opor-
tet,quòd ſit inter clericos, & perſonas eccle-
ſiaſticas,ſic in Concilio Triden. Eccleſiarum
conſuetudines confirmantur ſeſſ.21.cap.4.&
alibi pluries in eodem Concilio: vnde opti-
mè ſoluit Napodan.& ita per plures Docto-
rum autoritates tenet Carol.de Graſſi d. trac.
effect.2.limit.28.num.201.vbi limitat,ipſam
propoſitionem non procedere, quando con-
ſuetudo non eſſet pariter clericorum, & lai-
corum,ſed ſolum laicorum,num. 202. Item
procedere in bonis patrimonij alicuius ipſo-
rum clericorum,num.208. Et quando non
eſſet contra diſpoſitionem iuris canonici, nu.
6 204. Et facit etiam concluſio, † quòd conſue-
tudo,vel ſtatutum diſponit ſuper ijs, quæ cõ-
petunt Eccleſijs,vel clericis, non vt clericis,
vel Eccleſijs,ſed vt alijs de populo, quia tunc

ligabit clericos etiam in curijs Eccleſiaſticis,
ita dicit de Graſſ.d.effect.2. num. 176. limit.
16. Vnde ex his poſſet concludi, quòd omnes
conſuetudines, tractantes de rebus, veluti de
ſeruitutibus, & aperturis, & ſimilibus, ligant
ipſos clericos, & perſonas eccleſiaſticas, &
& ideo in ritu Archiepiſcopali, in rit. 22. di-
citur, quod in cauſis Saſinarum, fabricarum
fiendarum, vel demoliendarum, & ſimilium
fiunt relationes per Commiſſarios deſtinatos
iuxta diſpoſitionẽ conſuetudinum Ciuitatis
Neapolitanæ, etiam reſpectu bonorum Ec-
cleſiaſticorum, excepto iure congrui, quo loci
commentator videtur notare ex exceptione
ibi poſita de iure congrui eſſe approbatas om-
nes conſuetudines per ritum prædictum, &
per Clerum cum Capitulo, quia non eſt cre-
dendum ritus prædictos eſſe factos abſque
conſenſu Capituli, vt ibi videre licet, tu verò
dicas regulam eſſe generalem in omnibus cõ-
ſuetudinibus circa fabricam. Item ſeruitutes,
& ſimilia diſponentes ſeruari per ritum præ-
dictum, à quibus excipitur ius congrui, ergo
non ſunt niſi puræ reales conſuetudines, com
probatæ per rationem dictam per Doctores
in cap. cum veniſset, de eo, qui mittit. in poſ-
ſeſſ. cap. conſtit. de in integr. reſtit. cap. cum
cauſa, de re iudic. & Doctores relati à Graſſ.
d.num. 176. limit. 16. effect. 2. Quando enim
conſuetudines diſponunt circa ipſas res, nihil
dicunt in ſpecie de Eccleſijs, vel alijs perſo-
nis, & pro his tantum fuerunt à clericis acce-
ptatæ conſuetudines Neapolitanæ, & tunc
non vt conſuetudines Neapolitanæ laicorũ,
ſed ipſorum clericorum cenſentur. Cumia ſu-
per rit. Sicil. cap. 4. num. 277. quem allegat
Graſſ. loc. cit. num. 187. limit. 22. Et quia ex
ſimilitudine poterat eſſe, vt etiam conſuetu-
dines de iure cogrui approbarẽtur in eo ritu,
etiam quia aliquã ſimilis ratio militabat, vt
per eundem de Graſſ. num. 184. limit. 21. vbi
ſtatuta de retractu ligant ipſos clericos, fuit in
eo ritu expreſſa exceptio poſita de iure con-
grui, ergo in omnibus alijs, ſtat regula, quòd
conſuetudines Neapolitanæ non approban-
tur in Curia Archiepiſcopali quicquid dicat
ibi gloſator illius ritus.

7 Quarto arguit, quod clericus, vel Eccleſia
ſuccedit in dote, quòd illam debet probare
eo modo, quo ſtatuit conſuet. dos, & quarta.
Ratio eſt, quia debet vti diſpoſitione Iuris
ciuilis, prout loquitur, & cum ſuis qualitati-
bus, prout in præludijs dixi, difficultari po-
teſt, hoc dictum, quia ſtatutum, dans formam,
& modum probationibus, videtur diſponere
circa deciſoria, & non circa ordinatoria pro-
ceſſus, ita Carol. de Graſſ. de effect. cleric. ef-
fect. 2. num. 140. Ideò vt infra dicetur. Clerici
non tenentur ſeruare, niſi ſtatuta diſponentia
circa ordinatoria proceſſus, quando litigant
coram Iudice ſeculari, ita Carol. de Graſſ. loc.
cit. num. 132. limit. 7. Inquit tamen idem Ca-
rol. num. 145. ex communi opinione, quòd,
quando clericus conuenitur coram Iudice
Eccleſiaſtico, procedunt prædicta; & quando
ipſe agit coram Iudice ſeculari, tunc in illa
cauſa ligabitur ſtatutis laicorum, ac conſuetu-
dine, & ſtylo Curiæ non ſolùm circa ordina-
toria, verum etiam circa deciſoria, prout è cõ-
tra, quando ſeculares agunt coram eccleſia-
ſtico contra clericum, & ibidem refert non-
8 nullos contrarium tenentes, † imò plus, quòd
ipſe clericus ligatur inſtantia ipſius defuncti,
quando cœpta fuit lis cum defuncto, idem
in Eccleſia, & Monaſterio: & hanc veriorem
opinionem dicit Couarru. pract. quęſtio. cap.
8. in fin. ſecundæ concluſionis refert plures
Ann. ſingul. 132. Carol. de Graſſ. de effect. cle-
ric. effect. 1. num. 282. qui hanc concluſionem
firmat per ſeptem rationes vſque ad num.
290. licet aliqui alij Doctores teneant con-
trarium: quando verò inſtantia eſſet per-
empta: tenerem libenter non poſſe inſuf-
flari ſpiritum vitæ aduerſus clericum, vt
idem Ann. in ſimil. not. ſingul. 129. & di-
cit prædictus Carol. de Graſſ. in effect. 1. num.
291. qui, licet plures alleget, non allegat An-
nam loc. cit.

9 Quinto ſequitur gloſ. in verſ. alij volunt di-
cere, quo loci ex varijs diſpoſitionibus factis
per Imperatores de clericis, arguit in ipſis
Imperatoribus poteſtatem in clericos, & ſol-
uit duplici modo: Vno, quia illæ leges fue-
runt reformatæ à iure canonico. Secundò,
per gloſ. in Authen. quando oporteat Epiſc.
in 1. collat. in gloſ. ad quid pro Deo, vbi dicit,
illas leges fieri per Imperatores pro tuendo
ſtatu Reipub. Tu dicas, quòd licet clerici
fuiſſent exempti à iuriſdictione Principum
ſecularium, & illam exemptionem habuiſſet,
ſemper à iure diuino, exercitium tamen ip-
ſius Immunitatis non legitur niſi poſt Conci-
lium Remenſe, quod fuit celebratum anno
Domini 829. ſub Eugenio Secundo Pontifice
Romano cap. 1. & cap. in parte, & c. qualiter,
& quando, extr. de iudic. per Doctores alleg.
à Carol. de Graſſ. in 1. effect. de effect. cleric.
num. 4. Vnde non erit facienda vis in conſtitu-
tionibus Imperatorum factis ante dictum
Concilium.

10 Sexto dum eodem modo reſpondet tit. feu-
dorum de his, qui feud. dar. poſſ. & in tit. Epi-
ſcop. vel Abb. vbi dicit Napodan. clericos in
feudum dare poſſe, ſi eorum fuerit conſuetu-
do

Digitized by Google

do dandi, ſi verò non fuit conſuetudo bona Eccleſiaſtica in feudum dare non poſſe: & dicit illud intelligi attenta conſuetudine potius clericorum, quàm cenſura legis humanæ: dicas tu nullibi ibi agi de conſuetudine clericorum ſimpliciter: nam in tit. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. licet dicatur de conſuetudine dandi per tales clericos, in hoc eſse correctam illam diſpoſitionem, inquit Andr. in tit. Epiſc. vel Abb. in fin. primi §. ibi, [Sed dictum huius §. conſtat ſecundum hoc eſſe correctum,] & vbiq; Andr. in r. tit. dũ dicit de conſuetudine dandi loquitur ſecundum legem feudalem, correctam de iure canonico, in quo non requiritur aliqua conſuetudo ipſius dantis, ſed an fuerit alias datum à prædeceſſore; ſi ergo corrigitur de iure canonico tex. ille, & debet ſeruari ſecundũ Andr. diſpoſitio iuris canonici nihil facit contra clericorum immunitatem: ſic etiam dixit Iſern. in tit. de cleric. qui inueſt. facit in princip. ibi. Si ergo de bonis eccleſiæ dent feud. quia conſuetum erat, vt dictum eſt in prima rubr. & in cap. Epiſcopum, vel Abbatem, quod hodie aliter eſt de iure canonico, quia non requiritur ſit conſuetum, vel non, ſed vt inueniat datum per prædeceſſores in feudum, & ſibi ſit apertum.

11 Septimò arguit, quia de iure feudorum remouetur à ſucceſſione clerici; in qua re Iſern. in prædicto titu. de cleric. qui inueſtit. fecit. dubitauit, quomodo clericus poſſet dare feudum, qui non poteſt feudum detinere, & ſoluit intelligi de ijs feudis, ad quæ clerici poſſent ſuccedere, & detinere: quæ ſolutio mihi ſemper dura viſa eſt, cùm tã in d. tit. 1. quam in cap. Epiſcopum, vel Abbatem, quàm in præd. tit. de cleric. qui inueſtit. fecit, loquantur tex. de bonis ipſorum. Et ratio non eſt cõcludẽs, vnde dicas, quia dominium directum eſt penes ipſum clericum, vti burgenſaticum & ſine onere militandi, quia directum dominium feudi non eſt ſeruitus, nec competit, nec exercetur iure ſeruitutis, ſed eſt vera proprietas, & retentum in re conceſſa, eſt pars dominij rei conceſſæ, quæ pars ita remanet burgenſatica penes concedentem, prout erat tota res: at vtile non poteſt eſſe, ſine militia; ideo, quia militare non poteſt; perdit feudum, vt in cap. qui clericus, & ibi Iſern. ſi de feud. defunc milit. in fin. verb. ibi, & hoc eſt regulare in omnibus feudis habentibus, & perſonaliter ſeruire nequeuntibus: vnde iſta diſpoſitio non eſt pura contra clericum, ſed contra omnes, qui nequeunt perſonaliter ſeruire, & per hoc procedit diſpoſitio, quia excluduntur tanquam inhabiles, prout alias in ſimili diximus, & hoc non eſt virtute legis, ſed contractus feudalis, qui eſt vltro, citroque obligatorius, & correſpectiuus, do, vt facias: Si ergo non poteſt facere clericus ſeruitium, ac militare, ceſſat datio, & competit conditio ex moribus ad recuperandum feudum; quomodo clericus poſſit, vel nõ poſſit ad feuda ſuccedere diſtinctiſſimè more ſuo tractauit Carol. de Graſſ. in tract. à nobis cit. in 4. effect. per numeros 335. ad quã remitto legentem.

12 Octauò per conſtit. Regn. ſi quis clericus, de cleric. conuenien. pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab Eccleſia, non meretur illa conſtitutio defenſionem, in qua Iſern. noſter dicit. quòd iſtæ conſtitutiones nihil valent, imò ſunt caſſæ, & irritæ contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam libertatẽ, vt in Auth. caſſa, & irrita: quæ Authen. eſt deſumpta à conſtitutione eiuſdem Federici Secundi Imperatoris de ſtat. & conſuet. contr. liber. eccleſ. quas fecit ipſe Imperator Federicus Secundus, tempore quo fuit Romæ inſignibus Imperij decoratus ab Honorio Tertio, qui etiam confirmauit prædictas conſtitutiones; poſtmodum cœpit iura eccleſiaſtica vſurpare, & maximè inter eum, & eundem Honorium, viguerunt diſcordiæ, quia eum notauit Anathemate: quæ cœpta per Honorium, fuerunt, deinde à Gregorio Nono, & Innocentio Quarto perfecta vſque ad ipſius Federici depoſitionem duobus Concilijs Lateranenſe, & Lugdunenſe: vnde notabis prędictas leges pro libertate Eccleſiæ præceſſiſſe omnes alias leges, contra libertatem Eccleſiæ factas, eaſque nullas quicquid de hoc dixerit Iſern. in principio rubr. prædictæ de ſtat. & conſuet. contra, & ex his ceſsãt argumentum hoc; Nec à prædictis etiam Marinus gloſator diſsenſit, dum in prædicta conſtit. ſi quis clericus, dixit, clericum habentem rem Baroli, puta, fundum, & ipſe habitet Neapoli, debere conueniri ſub Iudice Baroli, non Neapoli, intelligens de Iudice competenti eccleſiaſtico, nulla habita ratione illius conſtitutionis, contra libertatem Eccleſiaſticam editæ: ſic ergo erit ſoluendum hoc argumentum, non vt Napodan. dicit, qui ſoluit eſse legem rebus, ſeu feudis impoſitam non clericorum, ſed laicorum.

13 Nono arguit Napod. ex alia Regn. conſtit. incip. de perſonis, in tit. vbi clericus in malefic. deb. conuen. Vbi propter immanitatem delicti præſupponit facto abijcere priuilegiũ clericale, arg. cap. ex literis, de vit. & honeſt. cleric. Ex hac doctr. Napod, fuit dubitatum in

cauſa Fratris Thomæ Campanellæ, adhuc carcerati in Caſtro Lucullano, & licet ex nõ nullorum Doctorũ autoritate teneatur, quòd iudicium hoc ſpectet ad Eccleſiaſticum, & à Principibus ſecularibus de conſuetudine non ſeruari, prout latè dicit Carol. de Graſs. in 1. effect. num. 568. & de prædicta conſuetudine Principum, numer. 569. tamen num. 574. dicit ex Camilli de Curte autoritate, quod cum iſto caſu tractetur de re maximi ponderis, vt eſt de ſtatu Principis, licet cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, nihilominus Summos Pontifices ſemper permiſiſſe, vt in tali delicto cum Iudice Eccleſiaſtico adſit Iudex laicus, & quòd ita alias fuit ſeruatũ in Regno Neapolis in prædicta cauſa, in qua plura ſcribit Dominus de Franch. qui facit deciſ. 691. vbi tenet vel malè de facto Iudicẽ laicum in tali delicto contra Eccleſiaſticum proceſſiſſe, vel etiam ex delegatione Summi Pontificis, vt ibi: quam deciſionem non refert Carol. de Graſs. loc. præd. alioquin oculatiſſimus inueſtigator autoritatum: vnde ex his ſit ſolutum hoc argumentum, & ego vidi ita practicari in prædicta cauſa: quam deciſionẽ in prędicta cauſa refert Thor. in cõpẽd. verſ. clericus ob crimen, fo. 97. col. 2. quod refert de Põt. dec. 9. in eo qđ Nap. refert argum. c. ex literis, de vit. & honeſt. cleric. & quæ requirantur ad illius capituli diſpoſitionem introducendam, ſcilicet, vt clericus poſſit cognoſci à laico Iudice, idem de Graſs. loc. cit. nu. 844. lim. 6. in præd. effect. 1. quæ opinio verior eſt, generaliter tenenda, quandiu negotiatur. & ſi abſtineat, ex tunc gaudeat priuilegio clericali, vt ibid. not. Graſs. num. 846. vnde omnino prædictum argumentum non obſtat.

14 Decimò num. 302. arguit Napod. quòd clerici ſubſint Principi temporali quòad bona temporalia, quæ recipiunt ab eo ex Innoc. in cap. nouerit, extr. de ſenten. excommun. qui ponit libertatem Eccleſiæ, ſi vis videre, quomodo dicatur conſtitui aliquid contra libertatem Eccleſiæ, vide Graſs. loc. cit. in 2. effect. num. 66. vbi ſeptem modis exemplificat dici poſſe contra eccleſiaſticam libertatem, & primus eſt, quando venit, vel diſponit contra priuilegia, immunitates, & iura Eccleſijs, vel clericis conceſſa à Deo, à Summo Pontifice, vel ab alio Principe ſeculari. Vnde
„ dum Innoc. dicit, [In temporali autoritate
„ generaliter, & generalis Eccleſiæ, ſolus Impe-
„ rator, qui vniuerſis & clericis, & laicis, & in
„ temporalibus præeſſe debet, priuilegium cõ-
„ cedere poteſt, 96. diſt. cap. cùm ad verum, niſi
„ in his, quæ Eccleſijs ab ipſis ſunt donata, &
„ in quibus per eorum priuilegium muniuntur, &c.] Nihil noui dicitur extra ſolitam Eccleſiaſticam libertatem, cum omnis Eccleſiaſtica libertas ipſi generali Eccleſiæ per Imperatores ſit tributa, in tit. prædicto de ſtat. & conſuet. vnde in reliquo non eſſet dubium, etiam clericos, & Eccleſiam in temporalibus ſubeſſe Imperatori: quando non diminuitur libertas illa eccleſiaſtica, & ſic intellexit Innocen. acerrimus, & optimus propugnator libertatis Eccleſiaſticæ in prædicto cap. nouerit, num. 2. in fin. verſ. his igitur ſic ſparſis, ibi.
„ [Nobis videtur, quòd in hac excommunica-
„ tione incidant, qui veniunt contra libertatẽ,
„ vel priuilegium Dei, vel imperij, vel Impera-
„ toris ſuper temporalibus, vel Papæ ſuper ſpi-
„ ritualibus: libertas enim data eſt Eccleſiæ
„ vniuerſali: non ſingulari, ſiue ſit data locis, ſi-
„ ue collegijs, & perſonis, ſiue etiam congrega-
„ tioni fidelium,] Ex quibus claret, quòd Innocen. fundat Imperij poteſtatem in temporalibus ad fundãdam eccleſiaſticam liberratem in ijs, in quibus Eccleſia ab imperio habet priuilegium, & ſic ſolutum ſit argumentum.

15 Vndecimò num. 305. arguit ex cap. ſatagendum. 25. quæſt. 1. & cap. omnis anima, de cenſib. in quo argumento nihil præter iam dicta proximè putamus dicendum, cùm tex. in cap. ſolitæ, de maiorit. & obedien. & cap. omnis anima, cùm ipſius diſpoſitione non includantur in Eccleſiaſtica libertate, prout in cenſu, & ſimilibus. Ita Iſern. in cap. vnic. de controuer. inter maſc. & fœm. circa fin. vbi cenſus probat ſubiectionem, gloſ. in l. ex ea, de poſtuland. in glo. ſi. dicit, quòd conſuetudo Ciuitatis etiam in caſtris, ſub ea Ciuitate poſitis, tenet, & fortè ſeruat Epiſcopus, licet maior ſit, quàm poteſtas, intelligendus in conſuetudine clericorum Ciuitatis, vt ſeruetur ab Epiſcopo in cauſis ſubiectis, Ciuitati, & ibi dicit fortè, vt denotet caſus, in quibus quandoque Epiſcopus ſeruat, vt ſupra diximus de ritibus Archiepiſcopatus, & ſic nec tale argumentum nobis obſtat contra clericos. Addas etiam, quia duo ſunt populi diuerſi, & ſic duo debent iudicari prouinciæ, prout infra in ſimili dicit Napod. infra num. 33. qui ad hoc inducit tex. in l. ſi eadem Prouincia, de offic. aſſeſſor. & ſic ſit tale argumentum ſolutum, quod iterum infra inducit Napod. nu. 314. in fin.

Duodecimo num. 306. verſ. quidam verò dicunt, arguit ex vario genere diſpoſitionis Napod. vbi quia in eo, de quo quærimus reſidet pro clericis, dum in diſpoſitione legis promulgandæ dicit hanc laicis non competere in Eccleſia, vel rebus Eccleſiaſticis nihil de eo nobis erit dicendum, cùm clariſſimi ſint tex. 96. diſt. cap. bene quidem, & cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſtit. & ſic hucuſq;

Napod.

Napod.reſidet pro ipſorum clericorum opi-
nione.
16 Decimotertio nu.309. verſ.alij volunt di-
cere,vbi arguit de poteſtate faciendi leges in
Principe laico priuilegia Eccleſijs conferen-
do,quod à Napo. optimè intelligitur: Primò
quando confirmatur ab ipſo Pontifice.Secun
do in vim charitatis,dic tu tertio generaliter
de ſtatu ipſius diſponendo,non de clericis ve-
ro an & quando valeat ſtatutum laicorum;
dicas id , quod dicitur eſſe validum ſtatu-
tum in fauorem Eccleſiæ,vel legem, dummo-
do à Pontifice confirmetur, intelligi de ſta-
tuto Principum inferiorum ab Imperatore,
& non habentium iura Imperij , ita optimè
de Graſſ.in d.lib.effec.2.nu.44.& ſeq.quia,vt
ibi quando ſunt factę leges ab Imperatore,va-
lent etiam ſine approbatione in fauorem Ec-
17 cleſiarum, ibid.nu. 46. † concludere tandem
videtur Napod.nu.312. in manuſcripto, pe-
„ nes me exiſtente,ibi . { Tenent tamen aliqui,
„ quod generaliter clerici , & eorum bona iſtis
„ conſuetudinibus non ligentur, } in vulgat.
dicitur, teneo igitur pro veritate , quicquid
tamen ſit, hanc opinionem, tãquam vltimam
ſequitur Napo.imò expreſsè ipſam approbat,
dum ſubdit num. 315.ibi prædicta intelligo
cum diſtinctione,quæ verba ſunt in omnibus
exemplaribus; tenet igitur Napod. pro ipſis
clericis, & iam omnia argumẽta in contrariũ
ſunt reſoluta, cum infraſcripta diſtinctione
infraſcriptorum caſuum.
18 Primus eſt,quando clerici litigant inter ſe
in foro eccleſiaſtico,& tunc ſecundum iura
canonica eſt res decidenda, ſi adſunt iura ca-
nonica,id decidentia:ſi verò non adſunt iure
Romano,eſt quæſtio decidenda, & in hoc nõ
eſt difficultas, & pluribus more ſuo cõfirmat
Graſſ. in d.effect. 2.nu. 223. lim. 31.quia iſto
caſu cenſetur ius commune receptum a Pon-
tifice,& habet vim canonum.num.224.& pa-
tientia operatur conſenſum,num.225. an ve-
rò procedat,etiam ſi expreſsè de clericis lex
ciuilis ſtatuat,variatur inter Doctores,& ve-
rior eſt opinio,quòd non tenentur clerici,nu.
228.in fin.& alia ibid.per dictũ de Graſſ.loc.
19 cit. † In eo verò,dum Napodan.dicit, quòd
Eccleſia ſtatuit infames omnes , qui Chri-
ſtianæ legis normam abijciunt , ſicut qui ſta-
tuta Eccleſiaſtica contemnunt.6.quæſt.1.in-
fames ad probandam obſeruantiam legum
laicorum Principum, ſub legis Chriſtianæ
appellatione , quia factæ ab Imperatoribus
Chriſtianis ; ridicula eſt inductio , cùm in
eo tex. non ponatur pro lege Imperatorum
Chriſtianorum,ſed de lege Chriſti plenitudi-
nis,& noui teſtamenti,nec dicit ibi , ſicut qui
ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt , ſed cumu-
latiuè,qui legis Chriſtianæ normã abijciunt,
& ſtatuta eccleſieſtica contemnunt , loquitur
enim de ipſis hæreticis, qui infames fuerunt,
declarati à Federico Secundo Imperatore in
duabus conſtitutionibus vniuerſalibus, poſi-
tis inter Bullas Pontificum in tit.de ſtatut.&
conſuet.contr.libert.eccleſ.§.gazaros,quæ eſt
transfuſa inter leges Codicis Authen.gazar.
C.de Hæret.& Manich.vbi Hęretici infamia
perpetua notantur,& ſic intelligitur tex.ille,
& non de illis,qui non vtuntur lege Romana
vbi deeſt ius canonicum.
20 Secundus eſt caſus,quando clericus coram
Domino feudi litigat de feudo, & duplici ra-
tione tenet Napod.eſſe rem decidendã iuxta
ipſius iuris ciuilis diſpoſitionem : prima,
quia in foro ipſius domini , & de hoc inferius
dicetur . Secunda,quia de feudo,& de hoc nõ
eſt dubitandum tam de iure communi , quam
de Regni diſpoſitione , prout alias dixi in
pręludijs: ideo hic omitto,de iure communi,
latè dicit de Graſſ. d.tract. effect. 2. limit. 30.
num.207.cum plurib.ſeqq. Quòd verò ſtatu-
tum diſponens circa ordinatoria iudicij , li-
get etiam clericos litigantes in foro ſtatuen-
tis infra num.309.cum Napod.dicetur. Sub-
dit tamen Napod.quòd quando laicus tenet
feudum ab Eccleſia , Princeps ſecularis , aut
conſuetudo ſecularium non poteſt diſponere
ſuper feudo Eccleſiæ,& ratio eſt , quia in Ec-
cleſia eſt burgẽſaticum totum illud ius , quod
in ea reſidet, quando laicus tenet ab ea, vt ſu-
pra diximus de cõſuetudine ad tex.in c.epum,
vel Abbatem in ſexto argum. optimè decidit
tex. in cap. cum laicis , de rebus eccleſ. non
alienan.& alij hic à Napodan. relati.Quando
clericus feudum tenet ab ipſo laico , & poteſt
conueniri ,Napodan. remittit ſe ad notata in
cap. item ſtauimus,quòd clerici in quo loco
pauca admodum verba dicit, & credo, quòd
non habemus ea,quæ ibi dixit Napod.cęterà
dixi in præludijs.
21 Tertius num.319.ſequitur Napoda. expli-
care caſum,quãdo clericus cum laico litigat,
& ſi eſt actor ſequitur forum rei,& quod quã-
do clericus agit in foro ſeculari , indiſtinctè
ſubſit omnibus ordinationibus, & ſtatutis
tam circa præparatoria ordinatoria , quam
etiam circa deciſoria , optimè fundat ex plu-
ribus autoritatibus Carol. de Graſſ.d.tracta.
num.155. Menoch .conſi.991,num.13.Gaill.
obſer.32.num.10.lib.2.Surd. deciſ. 13. num.
8.cum alijs à prædicto relatis,& nos habemus
praxim reſolutiſſimam in hoc,vt quando cle-
ricus agit in M.C.& in S. Conſ.& alibi corã
Iudicibus ſecularibus,& laicis vtitur , & te-

netur ſtare in omnibus ritibus Curiæ, & Re-
gijs pragmaticis: intelligas tamen in deciſiuis
in eo, in quo expreſsè ciuiles diſpoſitiones nõ
diſtinguant, priuilegiando, vel aliter clericos
excludendo ab ipſorummet diſpoſitione, &
in eo etiam dicitur diſpoſitio laicornm per
clericos ſernari, quia ipſamet dicit in clericis
non eſſe diſpoſitum, vel ita Doctores inter-
pretantur.
22 Quartus dum clericus conuenitur coram
Iudice laico, quia Napod. in duplici caſu id
exemplificat in feudo iam dictum eſt. Secundo
in reconuentione ibi, vel forte per formam
reconuentionis, quo iure diſtinguendum cen-
ſeo, quod in ordinatorijs Iudiciorũ hoc dictũ
Napod. non procedat, prout aduertit Carol.
de Graſſ. in d. tract. effect. 1. nu. 192. verſ. nec
omittam, vbi dicit, clericum, reconuentum
in ordinatorijs à laico Iudice eſſe iudicãdum
iure ipſius Iudicis laici in deciſorijs iure ca-
nonico, ſed illa diſtinctio procedit penes me
non ſine difficultate, cùm non poſſim videre
qua ratione in reconuentione ipſe clericus
non ſit ſubmiſſus ordinationibus Indicis ſe-
cularis, etiam in deciſorijs: ſufficit enim, quod
quoad illam reconuentionem ipſi non ſint
tanquam actores exempti. Vide tamen per di-
ctum Carol. relatos. Sed alia ex parte videtur
in hoc eandem eſſe habendam rationem cleri-
ci reconuenti, quàm clerici agentis, donec ra-
tio diuerſitatis non aſſignetur, cùm regulari-
ter eadem ſit ratio conuentionis, & recon-
uentionis, & pari paſſu debeat procedi cum
ijſdem probationibus proceſſu, & ſententia;
tia, & non debeant ad imparia iudicari. Et
facit ratio correſpectiua, quia Iudex Eccle-
ſiaſticus in deciſorijs in foro ſuo debet ſerua-
re canones, & ritus canonicos, & ipſius curię,
vt dicit gloſ. ritus Archiepiſcopalis rit. 22.
num. 12. & dicit Napoda. noſter infra proxi-
mè num. 322. Menoch. d. conſi. 991. num. 14.
vbi laicus conueniens clericum in ipſius foro
tenetur ſeruare ſtatuta loci ipſius fori, etiam
circa deciſoria; quanto magis in ordinato-
rijs? ita Carol. de Graſſ. d. effect. 2. num. 146.
Et hic erit quintus caſus, & facit etiam ra-
tio poſita infra per Napod, ex mente Hoſtiẽ.
vbi, ſi clericus agit cõtra laicum pro eo, quòd
ſequitur forum rei, ſeruabitur ius ciuile: ergo
parificantur iſta, ſequi forum, & ius eiuſdem
fori, ſic etiam debet dici in reo conuento, vt
ius, & forum ipſius rei teneatur ſeqni, prout
dicit Iſern. in primo tit. de his, qui feud. dar.
col. 2. verſ. quod hic dicitur in gloſ. ſed do-
ctrina dicti Caroli de Graſſ. videtur verior, &
communior.
23 Sextus, ſi laici litigant inter ſe, decidenda
eſt cauſa iure ciuili, & in eius defectum de iu-
re canonico: ex quo, inquit Napod. hic in fi.
huius gloſæ per cap. peruenit, de empt. &
vend. Põtificem decidere cauſam, in dicto ca-
pitulo contentam de iure ciuili per præſcri-
ptionem triginta annorum, non ſecundùm
ius canonicum, cuius eſt quadragenaria præ-
ſcriptio, ſed non eſt verum, quia glo. in d. cap.
ſanctorum tenet, quadraginta annos requiri
de iure canonico Eccleſiæ, contra aliam Ec-
cleſiam præſcribenti, non autem contra priua-
tum: quo caſu, cùm ius canonicum nihil an-
te præd. cap. peruenit, ſtatuiſſet, deciditur ſe-
cundùm Ius ciuile: vnde dixit Maran. in ſuo
ſpecul. in 3. par. princip. num. 74. circa finem,
quòd, vel eſt caſus non deciſus de iure ciuili,
vel dubius, & de iure canonico deciſus, & è
contra non deciſus de iure canonico; vel du-
bius, & de iure ciuili deciſus in vtroque foro
ſeruandum eſſe illud ius, vel ſecundùm cano-
24 nes, vel ciuilia iura reſpectiuè, vt dixi, † & ſic
ſit completa iſta gloſ. ex qua reſoluta remanet
concluſio, quòd regulariter clerici non ligan-
tur iſtis conſuetudinibus, præter ſupraſcri-
ptos caſus: quos applicando ad caſum, & ma-
teriã noſtrã, dicamus quoad primã inter cle-
ricos in foro eccleſiaſtico litigãtes eſſe ſeruã-
das conſuetudines noſtras in omnibus illis
caſibus, in quibus in præludijs diximus, eſſe
clericos ligatos: nam eo ipſo, quod clerici sũt
ligati ſiue in foro eccleſiaſtico litigant, ſiue
in foro laicorum, dum agitur de iuſtitia re-
genda, quæ eſt reddere, quod ſuum eſt ex illis
præpoſitionibns concluditur, quòd eo ipſo,
quòd clerici tenentur, eſt ſecundum illud ius
in quocunque foro iudicandum, & ratio eſt,
quia in illis caſibus, in quibus in præludijs
diximus clericum teneri, non procedit con-
ſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam, ſi-
cuti è contra, quando clericus vult diſponere
eſſet contra libertatem eccleſiaſticam; &
hinc ſuccedit ratio à Napod. relata in primo
caſu, quòd in his in quibus non reperitur cõ-
trarium diſpoſitum de iure canonico, ſtandũ
erit iuris ciuilis diſpoſitioni, quæ diſpoſitio
iuris ciuilis cum ſit in manu Regis Monarchę
in Regno ſuo, vt in procemio conſtitutionis
Regni, per Marin. & Andr. conſtituo regulã
generalem, quòd in omnibus illis caſibus, in
quibus de iure canonico recurritur ad ius ci-
uile, eſt ſequenda prius conſuetudo Ciuitatis
in eadem Ciuitate. Secundus caſus non eſt
applicabilis ad noſtràm materiam; quia, vt
aliàs diximus, conſuetudo nihil ſtatuit de
feudis, vti de feudis: ſed vti de rebus burgen-
ſaticis, & ea non cõprehendit, niſi vti bona.
Tertius caſus in eo res eſt ſemper reſoluta, vt
cleri-

clericus iuxta prædictos caſus iudicetur de conſuetudine, ſi agant, veluti quia agit in cauſa præambuli,& ſimilium. In Sacro Conſ. vel in M.Cur. tenebitur in caſibus, in quibus conſuetudo illos comprehendit, alias non; & ratio eſt, quia conſuetudo, & Doctores, illam interpretantes dicunt clericum non teneri, & id, quod dicunt Doctores interpretantes conſuetudinem, dicitur contineri in iure ciuili, & conſuetudinario huius Cinitatis, ergo ſemper, dum dicimus clericum poſſe diſponere, & liberè, & non ligari: item ligari in alijs caſibus totum hoc, quando deciditur, deciſum dicitur inſpecto iure ciuili, & per hoc ſecundùm illorum opiniones etiã clericus debet, quando agit, iudicari: non enim tunc dicitur ius canonicum, & ad prædicta totum dicitur ius ciuile, quod diſponitur de iure cinili, ex interpretatione Doctorũ de iure ciuili, quia dicunt ius ciuile, vel ſtatutum, illos in eo caſu non comprehendi: ſic erit reſolutus qnartus, quintus, & ſextus caſus, quia ſemper eodem modo, vt prædiximus, erit decidenda, de ordine tamen iudiciorum non loquor, qnia ſemper credo verum, quòd varietas litigantium, & diuerſitas perſonàrum non debet iudiciorum ordines, & ritus inuoluere tanto tempore ſeruatos ex iam dictis in tertio caſu de ordinatorijs Iudiciorum.

25 In gloſ. præſentatæ, cum duabus ſeqq. De duobus quæro. Primo, an à tempore, quo fuerunt præſentatæ iſtæ conſuetudines Principi viuebant eo ſpiritu, quo erant ante præſentationem, & compilationem? Et prius aduertas in meo manuſcripto antiquiſſimo deficere verba Napodani ex gloſ. corrigendæ ex illis verbis. *Nam vnumquodque diſſoluitur vſq; ad fin.§.* Et ſoluendo quæſtionem Napodan. videtur tenere interim Ciuitatem ipſam caruiſſe conſuetudinibus, quod eſt falſum, cum Ciuitas noluerit diſcedere a ſuis conſuetudinibus, niſi qnatenus Principi aliter placuiſſet: ergo vſque adeo expreſſa voluntas Principis non fuerit ad actum ad extra, porrecta, faciendo conſtitutionem, ſemper ciues remanſerunt in eorum quaſi poſſeſſione viuendi iuxta antiquas eorum cõſuetudines: Et ratio eſt, quia, ſi Princeps nihil correxiſſet, vel immutaſſet, ſemper fuiſſent ciues in ipſarum obſeruatione, prout Napod. dicit hic nnm. 324. verſ. ſi verò Princeps non dediſſet: non enim poteſtas corrigendi facit, vt in actu præſenti ipſa conſuetudo vim, atque robur non habeat, & ex ipſis verbis tex. contrarium probatur; ſiquidem non datur poteſtas conſtituendarum conſuetudinum, ſed corrigendarum: ergo ſi poterant corrigi, ante erant incorrectæ, &

26 validæ, inſpecto eo tempore, † prout in ſimili dicimus in donatione omnium bonorum, alicui facta, cum poteſtate diſponendi de aliqua quantitate, quia donec non ſequatur diſpoſitio quantitatis donatio prima, & generalis ſuum ſortitur effectum, de Franch. deciſ. 45. & deciſ. 600. & Theſaur. quæſt. foren. 57. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. num. 18. qui optimè diſtinguit, & non eſt veriſimile tanto tempore Neapolitanam Ciuitatem potuiſſe ſine municipali lege viuere: & facit ratio euidens, quia Carolus per præſentem conſtitutionem abſtulit conſuetudines non inſertas in hoc volumine, ergo à data huius conſtitutionis intelliguntur conſuetudines antiquæ ſublatæ: ergo interim quare ſtare prohibitę ſunt? arg. l. præcipimus, C. de appellat. Imo vt in §. ſequenti dicemus, licet his dicatur fuiſſe præſentatas corrigendas, illud fuit in ſola additione, & diminutione ipſarum ſeruatum. Sic enim implicat verb. corrigendæ, vt ibidem Napod. ibi, Item corrigere, vt expreſsè dicitur in §. quarum ſerie, ibi, aliquas fuiſſe detractas, & ſic in hoc nihil fuit immutatum de illis, quæ remanſerunt, licet aliquæ fuiſſent additæ per declarationem congruam, ſenſu non mutato.

27 Secunda eſt quæſtio, quare ſemper videmus tot diſpoſitiones conſtitutionum, & Capitulorum in Regno recipere ex varietate temporum variam mutationem, & in conſuetudinũ diſpoſitione non eſt hucuſque viſum, niſi anno præſenti 1618. Quò ad ſupplicationem Ciuitatis per gratiam Sua Maieſtas, & eius Vicarius hic in Regno correxit conſuetùdinem, quartam autem ſuper lucrifactione quartæ; de qua, quia dicemus in tit. de iure quartæ, hic non dicam. Et ratio eſt, qnia cum diſpoſitio harum conſuetudinum non fit, niſi in ipſornm Ciuium pacto, tacitò fundata, & Princeps ipſas, vti tales, approbauerit, & per hoc iſtæ conſuetudines ſunt potius priuilegia Ciuitatis, quam leges, ſtante Principis approbatione, ideo immutatio earum non debet fieri, niſi etiam Ciuitatis concurrat ſupplicatio, prout in prædicta gratia fuit obſeruatum.

§. 8. Procemij Caroli.

1 *Series quæ dicatur, & in quo differat ab ordine.*

2 *Senſus ipſarum conſuetudinum quomodo examinatus, & in quo ciuium concordia fuerit requiſita.*

3 *Conſuetudines detracta, vel addita non fuerunt*

runt

runt niſi ad maiorem declarationem faciendam ſenſu non mutato, & ibi, vnde congruum dictum.
4 *Stylus vnde dictus, & quis ſit,*
5 *Verba vſualia quæ, & quomodo verborum proprietas ex vſu communi loquendi oriatur.*

QVarum ſerie diligenter inſpecta, earumque ſenſu examinate prouiſo, quia in illis inuenimus communem concordiam ciuium, & rationis approbandæ cenſurã, detractis aliquibus; quibuſdam, per declarationem cõgruam additis, eas per Bartholomeum de Capua militem Loghotetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ, in ſtylo dictaminis eorundem Ciuium, vt magis propriè illarum vſualia verba remaneant in præſenti volumine, ſub titulo approbationis, & compilationis noſtræ præuiſe redigi fecimus.

Quarum ſerie.] Hæc eſt ſeptima pars, in qua Carolus ponit modum, quo fuerunt couſuetudines illæ examinatæ, approbatæ, & in ſcriptis redactæ. Fuit igitur ſeries diligenter inſpecta
1 iſtarum conſuetudinum. † Series differt ab ordine, quia ordo eſt digeſtio, qua quid ſuo loco collocamus, veluti in acie, vbi pedites, vbi alæ equitum, vbi ſigna diſtribuuntur, vt etiam in argumentatione, vbi ponenda ſunt firmiſſima argumenta, vbi mediocria: vnde in Ciuitatibus ordo Conſularis, Prætorius, & equeſter: Series autem eſt quædam continuata progreſſio, vt in ſerie orationis, ideſt, in continuato contextu. Quintil. Quod non niſi in contextu orationis, ſerieque contingit.
2 Fuit earum ſenſus examinatè prouiſus: præuio enim examine ſenſus ipſarum fuit diſcuſſus, & prouiſus: ante enim ipſarum conſuetudinum roborationem, poſtquam in ſcripturam erant redactæ, fuit per Regem ipſarum conſuetudinum ſcriptarum, ſenſus prouiſus, & viſus ante ipſam approbationẽ: ſenſum accipias tam reſultantem ex verbis, quàm ex ratione ipſarum. Sic enim vim legũ interpretatur præceptor in l. ſcire leges. ff. de leg. hic a Napod. allegata in eundem ſenſum.

In prædictis ergo conſuetudinibus fuit inuenta communis concordia Ciuium, ſcilicet, in ipſarum ſenſu, non autem in ipſarum ſerie, cùm ſeries non verſetur circa ipſarum ſenſum. Et contextus, ac ſeries orationis ipſarum fuerit purus effectus ipſorum compilatorum; quia in ſerie non erat Ciuium concordia requirenda.

4 Detractis aliquibus; quibuſdam per declarationem congruam additis. Et ſic tam detractio, quam additio fuit facta ad finem congruæ declarationis conuenientis, & decẽtis, à gruibus optimè dictum congruum, qui ordinato agmine volare ſoliti ſunt: quicquid ex Hug. & Britt. dicat Napodan. ſic congruit æquitati prælatio in l. congruit. C. de locat. præd. ciuil. lib. 12. Feſtus in Cicer. 4. in Verr. Duoa dies congruere volunt cum Solis, Lunæque ratione. Plin. in Panegir. congruẽs tenor vitæ.

Ordinauit etiam Rex conſuetudines in ſcripturam redigẽdas in ſtylo dictaminis eorundem Ciuium, vt magis ipſarum vſualia
4 verba remanerent in hoc volumine. † Stylus erat graphius, quo in ceratis tabulis antiquitus ſcribebatur, inde ſtructura orationis, & dicendi modus. Terent. in prolog. Andr. Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo. Sic accipitur pro ſtylo, & ſtructura orationis, ſecundũ quæ ijdem Ciues a quibus fuerunt conſuetudines dictatæ, ſic verba paragium, ſic maritare corredum pernæ, ſic quartulam, & alia huiuſmodi verba; de quibus infra locis ſuis dicemus. Et ſic ſtylus non a ſtillando, vt dicit hic gloſ. accipiendus, & melius infr. num. 331. de verbis vſualibus dicit Napod.

5 In gloſ. in verb. vſualia. Nota, quòd verba ſunt exponenda, & intelligenda ſecundum cõmunem vſum loquendi, & ita recedi à proprietate verbornm propter communem vsũ loquendi, licet ſit materia ſtricta, Iacob. Butrig. in 1. conſtit. ff. in Authen. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. quod communis vſus loquendi dat verbis proprium ſignificatum. & in l. 1. ff. de fid. inſtrum. Ant. de Butr. in proœm. decretal. & licet dixerit Bart. in l. Labeo. ff. de ſuppellect. legat. quod id, quod ex communi vſu dicitur non eſt ex propria ſignifi-

Digitized by Google

ſignificatione, ſed ex figurato ſermone, quoniam naturalis rei ſignificatio autoritate populi immutari nequit, rectè improbatur ab Alciato lib. 2. de verb. ſignif. vbi optimis, & viuis rationibus cōtendit ex populi vſu proprietatem verborum oriri, & quatenus ex cōmuni vſu loquendi, & quomodo ſtatuta, legeſque interpretanda, vide apud eundem Alciat. loc. cit. per tot. num. 27. in paruis, & fol. 37. in magnis, verſ. ex vſu loquendi, & ibid. qui ſit, & ex quibus vſus communis eliciendus ex ratione hac conſueuit in pluribus mūdi partibus extra Italiam, vt in Hiſpania, Gallia, Germania, & alibi ſcribi conſuetudines, & ſtatuta, legeſque municipales iuxta Idioma regionis, & loci ipſius, in quo municipium, & Ciuitas, cui leges dantur ſita ſunt, adea verò, quæ de præſcriptione, ſcriptura, & declaratione, & tit. harum conſuetudinum dicit glo. hic in verb. titulo, & in verb. compilationis, videas quæ diximus in præludijs circa princ. hic non repeto.

§. 9. Proœmij Caroli.

1 *Conſuetudines iſtæ ſeruandæ infra diſtrictum, remiſſiuè.*
2 *Conſuetudines iſtæ habent vim legum, & Regiarum conſtitutionum.*
3 *Napodani littera in gloſ. diſtrictu quæ ſit verior expenditur ex pluribus exemplaribus.*
4 *Conſuetudines antequam in ſcripturam redigantur, an recipere poſſint interpretationem ſecundum æquitatem, latè diſcutitur quæſtio aduerſus opinionem præceptoris Alex. Turamini in lib. 3. cap. 3. de legibus.*
5 *Interpretatio ſub cenſura æquitatis quomodo facienda in iure ſcripto, & quare.*
6 *Conſuetudinem tantū de actu habere, quantum de potentia, an ſit verum.*
7 *Conſuetudinem per ſcripturam nihil extrinſecus accipere.*
8 *Conſuetudo debet procedere patre, vel matre exiſtente in medio, quando agitur de ipſorum beneficio.*
9 *Conſuetudo ante ſcripturam quomodo recipere poſſit normam æquitatis circa ipſius interpretationem declaratur.*
10 *Aequitatis diſtinctio poſita à Napod. inter primitiuā & poſitiuam in glo. diſtrictu.*
11 *L. placuit, C. de iudicijs ex præceptoris autoritate diſpungitur.*
12 *Clauſula ex certa ſcientia quid operetur, & quando neceſſaria.*

Per quod autoritatis noſtræ iudicio, in dicta Ciuitate Neapolis, eiuſque diſtrictu in iudicijs, & extra iudicia vim legum obtineant, & robur conſuetudinum probatarum, cæteris vſibus, ſeu conſuetudinibus alijs, nō inſertis præſenti volumine, tanquam minus rationabilibus, & cenſuram non habentibus æquitatis, de certa noſtra ſcientia caſſatis, vacuatis, & annullatis omnino, ac caſſis, vacuis, & nullis penitus declaratis.

Per quod autoritatis noſtræ.]

Hæc eſt octaua pars huius proœmij, in qua Carolus ponit mandatum ſuum de ſeruandis ipſis conſuetudinibus in Ciuitate Neapolitana, eiuſque diſtrictu alijs annullatis.

1 Notabis Primò has conſuetudines in Ciuitate Neapolis, eiuſq; diſtrictu eſſe ſeruādas, quomodo, & qualiter hic diſtrictus accipiatur, & quæ res, & quæ perſonæ in diſtrictu comprehendantur, quia latè diximus in præludijs ibid. videas latè tractatum de perſonis, de rebus, & de loco, in quibus hæ conſuetudines ſunt ſeruandæ.

2 Secundò notandum conſuetudines iſtas habere vim ipſarum legum, & conſuetudinū approbatarum, & ita dicit tex. in l. ſed & ea. ff. de leg. ibi non minus quam ea, quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur: ſic tex. in l. diuturna. ff. de legib. ibi, pro iure, & lege: conſuetudines igitur iſtæ erunt poſt approbationem ipſius Regis veræ leges, & veræ conſuetudines, ex quo verè conſtitutæ ſunt à Rege per ipſius approbationem, & correctionem, & additionem: & quia Rex veras conſuetudines voluit in ſcripturam redigi, & ex ipſa ſcriptura oritur etiam probatio probata, contra quam non admittitur probatio in contrariū, quòd conſuetudines, quæ in hoc volumine ſcriptæ reperiuntur, ſunt veræ conſuetudines huius Ciuitatis, fundatæ ſuper cenſura æquitatis, alijs omnibus in eodem volumine non exi-

ęxiſtentibus annullatis,& inualidatis. Aduertas tamen, quòd, licèt verè leges dicantur, non per hoc ex Regis approbatione dicentur conſtitutiones Regiæ, Minad. in repet. conſtit. in aliquibus in 2. notab. nu. 97. cum ſeq. per Bal. & Aret. ibi relatos.

3 In glo. diſtrictu, prout adſunt verba in vulg. edit. Camill. Saler. ſic habeo in meo manuſcripto, & alijs typis traditis correctioribus exemplaribus, prout eſt illud de anno 1518. quod fuit poſt illud de Tuppo, non vt refert additio, quæ incip. Aduerte, quòd in aliquibus, quæ, licet circumferatur ſub nomine Iacob. Anell. de Bott. eſt Capycij, prout refert Piſanell. in eadem addit. qui etiam varia refert exemplaria ſub lectura, & litera prædictę gloſæ. Teneo enim meum manuſcriptum pro fide digniſſimum, poſtquam in fin. adeſt extracta primarij cuiuſdam Neapolitani, qui illas ſua propria manu tranſcripſit, & ſic videtur inſtrumentum confectum ipſarum cõſuetudinum.

4 Not. tertiò has conſuetudines, ad præſens in hoc volumine exiſtentes, fuiſſe ſub cenſura æquitatis examinatas, & nõ exiſtentes, etiam tanquam in æquitate non fundatas, fuiſſe reiectas: actus igitur examinis ſub fundamento æquitatis factus in his conſuetudinibus, fuit factus ab initio ipſius compilationis vſque ad ipſarum exactam approbationem, & ſic patet quod antequam redigerentur in ſcripturam, erant conſuetudines, quę in æquitate non fundabantur: ex quibus erit nobis diſcutienda quæſtio, ſeu doctrina, ſemper mihi veneranda Alexan. Turamini acutiſſimi, & ſubtiliſſimi præceptoris in lib. 1. cap. 3. num. 36. de legib. vbi quærit, nunquid conſuetudo æquitatis temperamẽtum recipiat, & licet, inquit ipſe, pro lege obſeruetur, vt etiam ſupra diximus, non tamen venit appellatione iuris ſcripti, §. ex non ſcripto, inſtit. de iur. natur. gẽt. & ciuil. Ponit primùm rationem, quia in conſuetudine nõ poſſumus verba damnare, quòd nimis generaliter concepta ſint. Secundùm
5 dat rationem, ex quo videtur elicere concluſionem propoſitæ quæſtionis, quòd in lege ab ea veluti vniuerſali ad caſus particulares deſcendimus, & ideo interdum peccatur abſolutè loquendo: ſed cum conſuetudo ex actis reſultet particularibus, nihil peccat, quoniam non abſolutè conſurgit, vel vltra ſe ſe extendit ad aliquid, quòd non ex toto, actui, vnde prodit, particulariter reſpondeat per doctr. Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. act. priuat. idem in Authen. qui rem. nu. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. & ibid. per Bald. & Iaſ. num.
6 22. † Conſuetudo, inquit, tantùm habet de potentia, quantum de actu, & proprios facti, & vſus terminos non excedit, ex quibus fit (inquit præceptor) vt nihil tam vniuerſaliter introducat, quod hoc ipſo peccare queat: quòd, ſi ea in ſcripturam redigatur (multa enim moribus ab initio recepta poſtea in ſcripturam relata ſunt. l. 2. ff. de vulg. & pupill. l. fœminæ. ff. de reg. iur. cum ſimil.) tunc quaſi legitimi iuris ſcripti emendationem eſſe ſecundùm cenſuram ęquitatis tenet pręceptor, quæ opinio ſubuertitur ex tex. hoc noſtro, ex quo ante perfectionem ſcripturę concluditur fuiſſe conſuetudines excerptas iuxta æquitatis cenſuram, & concludit Napod. hic num. 339. in verb. æquitatis, & opinio præceptoris videtur mihi potius metaphyſica, quàm practicabilis, cum, licet ſit verum, quòd conſuetudo conſtituatur per actus particulares, & quòd ipſa ex actibus reſultet, non tamen vndequaque verùm eſt tantum habere de potentia, quantum de actu, quia iſto modo non poſſet conſuetudo in decidendis futuris caſibus deſeruire, quæ tantum decideret illos caſus introductiuos conſuetudinis, & contra prædictam ſententiam præceptoris, facit tex. in l. nullatenus ratio. ff. de legib. vbi inquit tex. quòd ratio iuris, aut æquitatis benignitas non patitur, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, & duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus, de introductis loquitur tex. quod verbum eſt propriè conſuetudinis, quia ius conſtituitur, vt optimè probat tex. in l. & ideo. ff. eod. tit. vbi idem præceptor, num. 1. ex tex. in l. moribus. ff. de vulg. & pupill. excludit in verb. conſtituuntur conſuetudines, ex quo inquit, ſi verbum conſtituendi ad ius ſcriptum pertinet, iam excludi videtur conſuetudo, quę non tam à maioribus, quam totius populi ſuffragio videtur introduci, & ſic ex eiuſdem præceptoris verbis concluditur, æquitatem poſſe ius non ſcriptum, ſed introductũ, prout ſunt conſuetudines interpretari, ſic etiam in l. non omnium, vbi de conſtitutis, rationem non eſſe reddendam, eod. tit. de leg. prout notat ibidem præceptor num. 10. verb. conſtituta.
7 † Et fallacia prædictæ opinionis ſic conuincitur. Nam aut conſuetudo eſt dicenda non vtilis Reipub. aut neceſſariò ex pluribus actibus reſultare debet aliquod vniuerſale, quod in mente concipitur, quod vniuerſale in ſcripturam ad libitum redigi poſſit abſq; violatione cõſuetudinis introductæ, ſic prout in mente Ciuium ſtabilita requiritur ex tot actibus; exemplum in noſtris conſuetudinibus inter ciues erat conſuetum, vt bona peruenta ex parte matris, perueniant ad proximiores

Digitized by Google

miores ex parte matris ipſius morientis ab inteſtato bona alia ad proximiores ex parte patris: quæro quid repugnet, vt quemadmodum hic aphoriſmus ſcriptus reperitur, non ita propriè fuerit ante ſcripturam inter ciues, tacito conſenſu ſtabilitus: hoc planè non intelligo, quomodo aliter eſſe poſſit, & probatur per tex. in l. imò. ff. de leg. vbi dicit conſuetudinem tantæ eſſe autoritatis, & in tantū probari, vt non fuerit neceſſe ſcripto comprehendere; ſi ergo ſcriptura non fuit neceſſaria, ergo ſupponit omne in conſuetudinem deductum, in ſcriptura comprehendi poſſe, & facit modus ſeruatus à Carolo in redactione in ſcripturam facta harum conſuetudinū, vbi patet, quòd prius deducebantur in probationibus, & articulabantur conſuetudines, ergo illo modo, quo ante redactionem in ſcripturam in articulis deduci poterant, eodem modo poterant recipere illi aphoriſmi interpretationem iuxta normam æquitatis ex prędictis etiam per tex. in d. l. nulla iuris ratio;
8 † vnde libenter concluderem, quòd propoſitio illa, de qua infra in progreſſu interpretationis conſuet. ſi quis, vel ſi qua, dicemus, qua dicitur, patre, vel matre exiſtente in medio, conſuetudinem ſibi locum non vendicare, ex quo introducta eſt ex prudentum interpretatione fauore ipſorum patris & matris non eſſe ſeruandam, quando de ipſorum agitur incommodo, prout in conſuet. eſt, teſtator, dicemus locis ſuis, & diximus in prælu-
9 dijs: † æquitas ergo ex prædictis; quemadmodum corrigit leges ſcriptas, earumque defectiuam generalitatem, ſic corriget etiam eodem modo generalitatem illam reſultantem ex varijs, & diuerſis actibus in mentem ipſorum ciuium; cùm non ſit, nec poſſit dari pluralitas actuum, quæ in ſe vnum vniuerſale conceptum ſtabilire non poſſit, aliàs nec poſſent plures actus facere conſuetudinem, prout de iure dicitur in l. iura. ff. de legib. vbi iura generaliter conſtitui dicuntur non in ſingulas perſonas: ex pluralitas igitur ex pluribus actibus perſonalibus, ſcilicet, cum tali perſona, & tali, perſonalitatem, & indiuiduitatem illam, & ſtatim id, quod reliquum eſt, totum erit purum ius: itaque conſuetudo in eo, quod eſt ius nihil in hoc differt à iure, quia quemadmodū ius poteſt aliquid conſtituere, & decidere controuerſias futuras inter perſonas, decidendo generaliter, ſic conſuetudo, poſtquam ex pluribus actibus eſt introducta, vel elicitur, illud vniuerſale, ac ſeparatum axioma, quod oritur ex pluralitate actuum, quod axioma per ſe, ac ſi eſſet ius ſcriptum, recipit, & eſt aptum recipere ſuas interpretationes. Et ratio prædictorum eſt, quia non poſſumus memoria tenere actus introducentes conſuetudinem, ſed ita generaliter, dum ciues interrogantur, dicunt ſemper ſic conſueuimus, non intrando diſtinctionem, vel limitationem aliquam: quod axioma ex communiter accidentibus, vel ex ijs, quæ in oppido frequentius ſunt ſeruata, prout vt in l. ſed ex ea. ff. de leg. dat neceſſitatem ei, qui vult exceptionem fundare, vt æquitatis normam ſequatur, vnde, dum præceptor loc. cit. & Ariſt. lib. 2. cap. 1. magnor. mor. dixit, æquitatem eſſe iuſtorum, quę legibus deſcripta ſunt diminutionem, & moderationem ſecundum nos legibus deſcripta, intelligentur etiā ea, quæ conſuetudine introducta ſunt, prout etiam aliquando introducta aliqua legibus, & non deſcripta dicunt Iuriſconſulti, vt in l. Nam, vt ait Pædius ff. de leg. ibi, quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum eſt, & probatur ſententia noſtra in l. moribus. ff. de vulg. & pupill. vbi Vulpian. interpretatur, & facit interpretationem ad id, quod moribus erat, & nulla lege introductum.

Præterea ex agentium intentione conficitur conſuetudo, ſi igitur agentes hoc ſolùm intenderunt, moribus introducere, & eatenus actus particulares conceperunt mente, quatenus tenderent ad illud vniuerſale ſtabiliendū, quid repugnat deinde, vt illud vniuerſale recipiat, vel recipere poſſit in ſe æquitatis normam? Et de hac quæſtione hactenus, de qua plura, quàm putaram, dixi honorandi potius, quàm oppugnandi præceptoris gratia:
10 alia de æquitate dixi in præludijs. † Vnum tamen non omittam, quod ex dictis per eundem præceptorem in præd. lib. 3. cap. 3. de legib. circa naturam ipſius æquitatis: & ex his, quæ proximè diximus, falſò colligitur diſtinctio æquitatis, poſita hic per Napodan. vt alia ſit primitiua, ſcilicet, naturalis, alia poſitiua, ſcilicet, ciuilis; nam Napodan. non rectè percipit gloſ. in l. fin. ff. de publician. quę nō poſuit diſtinctionē æquitatis, ſed iuſtitiæ. ſ. poſitiuā, iuſtitiā ciuilem, & primitiuam iuſtitiam ipsā æquitatem, licet ibidem in eo tex. non prima, vnde talis interpretatio; ſed primò in correctoribus legatur, prout nec ſcriptam æquitatem dicendam, & à non ſcripta diſtinguendam præceptor perbelliſſimè docet in prædicto lib. 3. cap. 3. num. 44. quia dum ſcribitur, & eo ipſo legis nomen vſur-
11 pat, & deſerit æquitatis. † Hinc num. 45. dixit eſſe mendoſam litteram. l. placuit. C. de iudic. hic etiam à Napodan. relatam ad fundandam dictam diſtinctionem, cùm nota (ſcriptæ) ſit diſtinguenda, prout emendationis

tiores Codices illa carent, vt ex Connan. lib. 1. cap. 11. Anton. Auguſt. lib. 4. cap. 8. emendat Albert. de leg. iur. & æquit cap. 31. num. 11. Addas tamen idem ſentire Accurſium in eadem lege, dum ſub verb. æquitatis explicauit, ideſt, iuſtitiæ æquitatis, quaſi non æquitas ſcripta ſit, ſed iuſtitia ex æquitate deſcendens, quam iuſtitiam definiuit ibidem in gloſ. ſequen. vt ſit rerum conuenientia, quę in paribus cauſis paria iura deſiderat, prout de iure interpretando dicitur in l. nam, vt ait Pædius. Vnde, ſi verum amamus ęquitas ſcripta lex appellabitur, & iuſtitia ex æquitate proueniens, & ſic ex glo. duplex erit iuſtitia æquitatis, & hæc primitiua ciuilis, & hæc poſitiua.

12 In gloſ. certa ſcientia.) In vulgato exemplari deficiunt duo verba poſt illa, *& poſſunt probabiliter ignorari*, deficiunt, ſcilicet, ea, *non poſſunt abrogari*, & in meo manuſcripto deficiunt omnia illa verba, quæ incipiũt, *Multipliciter ergo*, vſq; ibi, *item aduertendum*, quia dicit notandum, cum ratione Regem vſum hac clauſula, vt inquit Napodan. quia cùm ſint conſuetudines facti, & poſſint probabiliter ignorari, non poſſunt abrogari, niſi ex certa ſcientia. cap. 1. de conſtit. lib. 6. quaſi abſque iſta clauſula non eſſent conſuetudines in hoc volumine non inſertæ abrogatæ etiam ex certa ſcientia Principis, ſed aduertendum: nam ſi vera eſt propoſitio tex. in l. in totum omnia. ff. de regul. iur. quòd omnia ea, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt, & ex narratis in præſenti proœmio conſtat ex animi ipſius Principis ſpeciali deſtinatione, ac deliberatione eſſe prædicta facta, vt diximus, etiam ſi nunquam iſtam clauſulam poſuiſſet, de certa ſcientia Principis, & vera omnia facta eſſe cenſeri debuiſſent, cùm ſi certam ſcientiam definire vellemus, non poſſemus, niſi per ſcientiam Principis in hiſce conſuetudinibus compilandis adhibitam, definire, & ideo ſuperflua hic fuit iſta clauſula; niſi quod voluerit realiter, prout præceſſit factum declarare ipſe Princeps. Eſſet tamen iſta clauſula neceſſaria, quando aliunde non conſtaret, quòd Princeps certam ſcientiam de ea re habuiſſet, præter ipſam expreſſionem, vt tunc procederent omnia hic dicta latiſſimè per latas remiſſiones per addentes, ad quos recurras: quæ omnia militabunt, quando ex veris probationibus conſtaret de prædicta ſcientia certa ipſius Principis: quod optimè dixit Iſern. in conſtit. dignum, in principio, ibi, Sed quando ſciebat eſſe de demanio id, quod donat, non eſt neceſſe dicere hæc verba, ex certa ſcientia, inquit ibi Iſern. quicquid dicat glo. hic, in qua conſtitutione ſunt duæ gloſæ in hoc verbo: prima eſt illa gloſ. Marini, quam Iſern. reprobat: quam etiam gloſam cum conſtitutione retulit hic in principio huius gloſ. Napod. & probatur per tex. in d. conſtit. dignum, iuncta conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ: vbi confirmatio ſpecialis, & facta ex certa ſcientia parificantur in fiſco præiudicio inferẽdo.

§. 10. Caroli Proœmij.

1 *Pœna alleganti conſuetudines in hoc volumine non inſertas an patiatur ignoranter, & non doloſè allegans, & ibid. diſcutitur quæſtio generalis.*

2 *Conſtitutionis Regni ea quæ ad decus pœna an requirat dolum an vero ignorans eam patiatur.*

3 *Pœnam poſitam per ius ciuile contra allegantes legem correctam, & in voluminibus non inſertã, an patiatur, allegans ſimiliter conſuetudinem in hoc volumine non inſertam.*

4 *Lex non per non vſum, ſed per contrarium vſum abrogatur.*

ITa vt ſi quis inuentus fuerit tã procax, aut pertinax, qui conſuetudinem allegare præſumat, quæ in præſenti volumine non inueniatur inſerta, ipſo iure ſine ſententia, vnius libræ auri puriſsimi condemnatione plectatur, cui medietas Fiſci noſtri compendijs, reliqua eiuſdem Ciuitatis cõmodis applicetur.

Ita vt ſi quis inuentus.) Hæc eſt nona pars, in qua ponit pœnam alleganti conſuetudinem, in hoc volumine non inſertam, in meo manuſcripto non habeo gloſas hic inſertas in omnibus alijs exemplaribus. † Et primò quæro hic, an in pœnam huius conſtitutionis incidere potuiſſet quis, qui per negligen-

gentiam,vel ignorantiam conſuetudinem al-
legaſſet in hoc volumine non inſertam? Et
videtur quod dolus requiratur,quia in pœna,
ſimpliciter impoſita doli clauſula intelligi-
tur.Bald.in l.illud. ff. ſi quis ius dicent.non
obtemper.Dec.conſ.9. num. 2.& alij relati à
Burſat.conſ.141.nu.8.Secundò,quia dirigun
tur in perſonam , quia dicit , ſi quis inuentus
fuerit Burſ.conſ.1.& per Bertazol.conſ.114.
num. 11. Tertiò,quia in hoc §.adſunt verba,
quæ ex iuris miniſterio exigunt dolum,Butr.
in cap.2.de contum. nu. 9. quos ſequitur Fa-
rinac.alios allegans quæſt.86.num. 30. qui in
ſpecie de verbo præſumpſerit , vel audeat,
num.32.& Deci.ab ipſo non allegatus conſi.
32. num. 8. & tex.noſter dicit procax perti-
nax,& etiã ex verbo præſumatur , quia per-
tinax dicitur, qui malitioſè reſiſtit , vt per
gloſ.hic in verbo pertinax , in princ.ibi,ſicut
qui leges correctas allegat ſcienter, vt etiam
in fin huius gloſ.ibi, & tunc ſi quidem ſcien-
ter,vbi loquitur de allegante legem correctã,
licet in caſu noſtro non diſtinguat: ex quibus
verbis in hoc tex.poſitis videtur clarè colligi
poſſe , quòd nec ignorantia craſſa ſufficere
poſſit ad committendam hanc pœnam , licèt
pecuniariam iuxta diſtinctionem Bal. in cap.
1.quib.mod.feud.amitt.num.21. vbi craſſa,
& ſupina ignorantia non excuſat, ſed proba-
bilis,quia illa doctrina Baldi intelligitur in
caſu,quo lex ſimpliciter in facto ponit pœnã
pecuniariam,& nihil de dolo dicit; nec etiam
per verba æquipollentia doli , vt diximus:
aliàs hic omnia prædicta verba eſſent ſuper-
flua,quia certum eſt ignorantiam ſupinam
committere allegantem conſuetudinem , hic
non inſertam , quas per ſolam reuolutionem
chartarum quilibet ſcire poſſet, prout eſt ca-
ſus noſter , & tamen requirit præſumptio-
nem,audaciã,& procaciã in allegatione præ-
2 dicta, † ex quibus fundabatur etiã per erudi-
tiſſimum Aduocatum, ac nemini ſecundum
Vincentium Cortionem in cauſa inter Re-
gium fiſcum,& Dominicum Centurionem,
quod in conſtit.Regni ea,quæ ad decus,de eo,
qui iuriſdictionem vſurpat regiam , requira-
tur dolus , & probabilis ignorantia excuſet à
pęna ibi impoſita, vt per Affl. in ead. conſtit.
nu.29.& Marant.conſ. 114. fuit tamen tran-
ſactum ad redimendam fiſci vexationem.
3 Quærit gloſ.in verb.plectatur,an pœna iu-
ris ciuilis,poſita contra allegantem legem, in
legum voluminibus non inſertam , habeat
etiam locum in allegante conſuetudinem hic
non Inſertam,& ſoluit benè , quòd hoc deli-
ctum non eſt comprehenſum in allegato §.
hunc igitur de Iuſtinian. C.confirmando; nã
hoc eſt aliud delictum, & loquitur tex. noſter
in hoc caſu particulari.In eo verò, ꝙ de lege
abrogata non alleganda dicit, limitabis in ip-
ſius legis ratione , quia ratio legis abrogatæ
poteſt allegari : nam illa remanet, ita Iſern.in
3.quæſt.præludiali, per tex.in l.3.in princ.ff.
ad Trebell.& in tit.quib.mod.feud. amitt. §.
4 aut ſi libellario,in verb. multabitur. † Notat
gloſa vltimò pro complemento iſtius §. quòd
legibus per non vſum non derogatur,ſed per
vſum contrarium , ita gloſ. dicit in princip.
Authen. de fideiuſſ. reprobari per conſuetu-
dinem ei contrariam, vt optimè dixit Iſer.in
rubr.de pac.tenenda,cap.ſi ruſticus,in princ.
ibi , quod deſuetudo non eſt modus legis ab-
rogandæ niſi propter vſum in contrarium,
& ſic intelligendus erit tex. in l. de quibus.
ff. de leg. in fin. inſtit. in procem. circa fi-
nem. Vſu enim in contrarium non probato
per multos annos,ſi ſtaret populus, quòd non
vtereur lege ſcripta,non eſſet ſublata propte-
rea , & ſic intelligitur id, quod Napoda. hic
dicit in verſ. ſecũdo caſu. Et iddem in effectu
dixit Iſer.in tit.quæ ſint regal.verb.contrahẽ-
tium incæſtas nuptias , in 2. addit. circa
med. verſ.deſuetudo.

§. 11. Proœmij Caroli.

1 *Conſuetudines iſtæ in archiuio tranſcriptæ ad maiorem cautelam , in quo hodie non reperiuntur.*

2 *Archiuium vnde dictum , & quot Neapoli exiſtunt Archiuia: & ſcriptura ab archiuo deſumpta quam fidem faciat.*

PRo certiori verò cautelæ ſuffragio cõſuetudines ipſas , approbatione noſtra vallatas, in Archiuio noſtræ Regalis Curiæ tranſcribi fecimus , inibi perpetuò conſeruandas .

Pro certiori vero cautelæ ſuffragio.] Hæc eſt decima , & vltima pars
iſtius proœmij, in qua, inquit gl.
quòd Carolus ponit robur ſuę approbationis,
1 † verius crederem dici , & enunciari in ea
parte nõ robur , ſed maiorem cautelam ipſius
approbationis , quia nõ ad probationem ſim-

pliciter, ſed ad maiorem probationis cautelã
fuerunt tranſcriptæ conſuetudines in Archi-
uo Regio, ita vt, etiam quod hodie in eo non
reperiantur non minus erit ipſarũ conſuetu-
dinũ probata probatio cum cautela abũdans
non noceat, Dec. in l. quæ dubitationis, nu. 2.
ff. de reg. iur. prout ad pſens ſuccederet, quia
iſtę cõſuetudines nõ reperiũtur inter regiſtra
Regis Caroli, diu quæſita, nec reperiri potue-
runt duo capitula Regis eiuſdem, in quibus
continebatur mandatum de compilandis ip-
ſis conſuetudinibus, de quibus ſupra aliàs di-
2 ximus. † in gloſ. Archiuo ex Græco factum
putat Budeus ἀρχεῖον. Archium autem etiam
magiſtratum ædes ſignificare, & Regiam, &
Palatium, & iudiciale Forum: ex quo factum,
vt Archium, & interpoſita u, Archiuum ſi-
gnificat Chartophylacium: quia lóca ſunt vi-
cina Chartophylacijs, quæ eadem ſunt cum
grammatophylacijs, vel Chartophylacia po-
tius eorum membra, in quibus hodie actuarij,
& ſcribæ, exceptoresque acta publica condũt
hactenus Budeus in annotat. l. moris. ff. de pę-
nis. Vbi grãmatophylaciũ, quod ſit locus vbi
tabulæ, & inſtrumenta publica, monumẽtaq;
aſſeruantur, & ibidem quid tabulina, tabu-
linum, tabularium. antiquitus ſemper fuiſſe
per Reges huius Regni Archiuum habitum;
in quo cuſtodiuntur regiſtra priuilegiorum
Regiorum, & literarum, & agendorum, &
actorum M. Cur. & benè eſse antiquum in Re-
gno iſtud officium Archiuarij, in quo non
fuerunt repoſita regiſtra Regum de Arago-
nia, dicit Afflict. in conſtit. cordi nobis in
11. not. num. 12. Habemus hic Neapoli plura
Archiuia: nam habemus Archiuum vniuer-
ſale, in quo ad præſens conſeruantur omnes
ſcripturæ publicæ, & eſt Regię Camerę Sum-
mariæ, aliud eſt Archiuum Regiæ Curię Si-
clę, in quo reperiuntur regiſtra iſtorum Re-
gum à Rege Federico Secundo Imperatore:
quo loci regiſtra Regis Caroli Secundi repe-
riuntur, licet in pluribus defectiua; aliud Ar-
chiuum eſt M. C. criminalis, de quo loquitur
tex. in d. conſtit. cordi nobis, & tempore Af-
flicti erat vnicum. quot requirantur ad hoc,
vt ſcriptura priuata extracta ab Archiuo pu-
blico, probet Crauet. de antiquit. temp. par. 1.
limit. 4. fol. mihi 67. in tractatu, quòd ſcriptu-
ra priuata non probat, vltra allegatos ab Af-
flict. in d. conſtit. Et ex his ſit finis commenta-
rij ad proœmium Caroli,

FINIS.

LAELII CAPVTI

AD CONSVET. PRIMAM,

Quæ incip. ſi moriatur, De ſucceſſ. ab inteſtat.

REPETITIO

PARS PRIMA.

CONSVETVDO PRIMA DE SVCCESSIONIB. AB INTESTATO.

SI moriatur aliquis,vel aliquã inteſtatus,vel inteſtata,relictis filijs,& filiabus, nepotibus,& neptib. & deinceps,ſeu neptibus ſolùm ex præmortuis filijs, filij vnà cũ nepotibus, neptibus, & deinceps ſuccedũt parẽtibus in ſtirpẽ.Et tenẽtur ipſi ſucceſſores maritare ſorores,& amitas ſecundùm paragium, & facultates.

Eas autem ipſis ſucceſſoribus differentibus maritare vſque ad annos ſexdecim completos, ſecundùm paragium, & facultates, vt dictum eſt, ſuccedunt, & poſsũt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem, vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur eis dare paragium.

Iddem iuris eſt in nepotibus,& neptibus, & alijs liberis deſcendentibus auis,& proauis, auijs, aut proauijs ab inteſtato decedentibus,non extantibus parentibus eorum nepotum, & neptum, & pronepotum, & proneptum, & omnia, quæ dicta ſunt de nepotibus, neptibus, pronepotibus, & proneptibus,& deinceps, intelligantur de deſcendentibus ex maſculis.

Repetitio,par. 1. §. 1.

1 *Conſuetudines iſtæ quare prius de ſucceſſ. ab inteſtato tractent.*
2 *Fœminarũ exclusionẽ ſtãtibus maſculis, primo à lege* Diuina *Moiſis originẽ traxiſſe.*
3 *Lex XII. tabular. vtrumq; admiſit ſexum.*
4 *Media iuris prudentia certas fœminas exclusit.*
5 *Prætoriæ legis diſpoſitio enunciatur.*
6 Napodanus *notatur, quod tertium caput legis prætoriæ omiſerit, in relatione legum antiquarum.*
7 *Napodanus iterum notatur in intelligentia iuris prætorij, & iterum nu.8.*
9 *Mater quomodo & qualiter de iure antiquo fuerit ad ſucceſſionem admiſſa, remiſſiuè.*
10 *Prætoris adictum an poſterius vel prius fuerit iure diuorum Principum, in quo iterum notatur Napodanus.*
11 *Authenticorum iuris diſpoſitio circa ſucceſſionem enunciatur.*
12 *Longobardi iuris enunciatur diſpoſitio circa prælationem ſexus maſculini in ſucceſſionibus,*

12 *Prærogatiua capillià iure Longobardo introducta, & quando admittenda breuiter tractatur.*

§.1. *De ordine rubricæ, & Antiquarum legum diſpoſitione circa ſexus prælationem.*

1 NApodanus hic in Rubr. dicit, ipſam eſſe contra ordinē legis 12. tabularū, & Prætoris; quæ primò de ſucceſſionibus ex teſtamento, & deinde de ſucceſſionibus ab inteſtato tractauerunt. l. 1. ff. ſi tabul. teſt. nullæ extab. vbi de vtraque lege dicitur: ſic fecit Iuſtinianus, vt per gloſ. in rubr. C. vnde liber. & ita cœpit dubitare de ordinē Carol. in principio legis Longobardæ, quæ nec ordinem Iuſtiniani ſequitur † forte ordinem dictarum legum Longobardarū ſecuti ſunt compilatores conſuetudinum, quæ leges primò de ſucceſſionib. quæ ab inteſtato deferuntur, tractant; deinde de vltimis voluntatibus, & de eo, quòd pater filijs, vel filiabus habet relinquere; verius tamen dicas diuerſimodè Prætorem, & leges duodecim tabularum titulos diſtinxiſſe, & primò poſuiſſe de ſucceſſionibus facto teſtamento, vel melius de ſucceſſionibus teſtamentarijs, & ipſis teſtamentis; quia quamdiu erat locus ſucceſſioni ex teſtamento, non poterat tractari de ſucceſſione ab inteſtato, l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. ex quo ibi in ſucceſſionibus ex teſtamento agebatur de ſuccedendo iuxta voluntatem teſtatoris. At in conſuetudinibus verè non agitur, vt plurimum, niſi de ſucceſſione ab inteſtato: quæ ſucceſſio aliquando porrigitur ad vniuerſam hæreditatem, & iſta eſt ſimplex ſucceſſio ab inteſtato, aliquando ad portionem certorum bonorum, & eſt medietas, vel nouem partes, quæ remanent in diſpoſitæ, & in ijs etiam ſucceditur per regulas ſucceſſionis ab inteſtato: ideo, quia vniuerſalior eſt ſucceſſio, quando nullum eſt factum teſtamētum, primò de ea egit Bartholomæus, & Compilatores, deinde de alia facto teſtamento in portione certorum bonorū, prout in conſuet. & ſi teſtator, ibi, *Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, prout in capitulis de ſucceſſionibus ab inteſtato dictum eſt*: Vnde conſuetudines potius tractant de ſucceſſionibus facto teſtamento, quam de ſucceſſionibus ex teſtamēto, quem ordinem peruertit R.P. Molfeſ. in ſuis cōment. dum primò de ſucceſſ. ex teſtamento in 3. par. deinde de ſucceſſ. ab inteſtat. & maſculiatione tractauit in 4.

ANtequam ad interpretationem huius conſuetudinis procedamus, cum gloſ. loco præludij ad meliorem, & faciliorem ipſius intelligentiam ſummatim de omnibus iuribus, tractantibus de fęminarum excluſione, in linea præſertim deſcendenti dicemus; ordinem quòad poſſibile erit, ſequendo Napod.
2 in gloſ. in ſtirpem. num. 17. † in qua miror quomodo alias Napod. ſcripturalis non inceperit a prima lege Moyſis infraſcripta: cui à Domino fuit reſponſum, referenti cauſam filiarum Salpha ad iudicium Domini, vt ad parentum ſucceſſionem admitterentur, hoc
„ modo. [Homo cum mortuus fuerit abſque
„ filijs, ad filias eius tranſibit hæreditas; ſi filiā
„ nō habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos:
„ quòd ſi fratres non habuerit, dabitis hæredi-
„ tatem fratribus patris eius, ſin autem nec pa-
„ truum habuerit, dabitis hæreditatem ijs, qui
„ proximi ſunt, eritque hoc filijs Iſrael Sanctū
„ lege perpetua.] Ex quibus obiter colligit Coraſ. Miſcell. 5. cap. 16. non tam iniquas eſſe leges municipales, maſculis exiſtentibus, fœminas excludentes, prout eſt noſtra conſuetudo, cùm hoc primùm à Deo Opt. Max. ſtatutū fuerit, & agnationis conſeruandæ gratia, & fauore publico lata, prout ibi per Coraſ.

3 Secunda fuit lex duodecim tabularum, quæ à Napod. num. 17. loc. cit. Prima vetuſtas appellatur, & hæc ſuos admiſit, ſcilicet, filios, & filias, agnatos, & agnatas abſque ſexus diſcretione, ita dixit tex. in §. cæterum, inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ. & in l. lege duodecim tabularū. C. de legit. hæred. Et quia cognatos non vocabat, nec filios ad matris ſucceſſionem admittebat, prout dicit §. 1. in princ. inſtit. de Senat. Conſult. Tertull. Per maſculos enim coniunctos ſolùm, ſcilicet, agnatos vocando, & eadē lege vocabatur amita, & filia fratris, vt in prædictis legibus dicitur.

4 Tertia fuit media iuris prudentia, quæ à Iuſtiniano in præd. l. lege duodecim tabularum, C. de leg. hæred. in princ. poſteritas appellatur autoritate Iul. Paul. in 1. lib. quem facit ad Senat. Conſul. Tertull. quæ nimiam ſubtilitatem ſequendo, non piam, inquit Iuſtinianus, induxit differentiā inter maſculos agnatos, & fœminas, vocando filios, & filias, item ſorores conſanguineas, alias cognatas, prout filias fratrum, item amitas excludēdo, & alias in vlterioribus gradibus exiſtentibus d. §. cæterum, & §. media, inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ.

5 Quarta fuit lex Prætoria, quæ ius ciuile paulatim in ipſius aſperitate correxit, & quod deerat, adimpleuit, conſtituendo quatuor ordines; primū, ſcilicet, liberorum; Secun-

cundum legitimorum, ſcilicet agnatorum,
quos vocauit legitimos, quia à lege duodecim
tabularum vocabantur ad ſucceſſ.§.1.inſtit.de
leg.agnat. tutel. Tertium cognatorum, quod
caput ſuppleuit ius prætorium, vt dixit tex.
in d.§.cæterum, ibi, alium ordinem addide-
runt cognationis linea proximitatis nomine
introducta, bonorum poſſeſſione vnde co-
gnati ſic in l.1.ff.vnd.cognat.& per cap. vnde
liberi non admittebat prædicta lex illos li-
beros, vt erant filij filiarum, prout dixit gloſ.
in l.ſi quis ex his, vbi glo, in prin.in verb.eiuſ-
dem familiæ, per tex.in l.quoties.C.de Sena-
tuſconſul.Tertull.habuit enim aliqualem ra-
tionem patriæ potevatis, quia emancipatum
filium non ſimpliciter admiſit, ſed ad dimi-
diam, & ad alteram dimidiam portionē eius
liberos coniunxit, vt in tot.tit.de coniug.cū
6 emancip.liber. † Hoc tertium caput cogna-
torum non video, quare ſit omiſſum à Napo.
cùm in eo fuerit ſuppletio ipſorum Prætorū,
& correctio legis duodecim tabularū, ex quo
in eo capite vocauit omnes agnatas fœminas
reiectas a media iuris prudentia, prout dixit
gloſella in d.§.cæterum, in verb.his, ſcilicet,
inſtit.de leg.agnat.ſucceſſ.& Ratio eſt, quia
qui agnatus eſt, cognatus quoque dici poteſt,
7 l.inter agnatos,ff.vnd.legit. † Vnde dum Na-
pod.num.19.in ſi verſ.tertium autem, inquit,
Prætoris ius eſſe correctum in primo capite,
in quantum familiam requirat, & excludat
deſcendentes ex filia malè dicit ex proximè
dictis, quia illos vocauit per caput vnde co-
gnati, & ſic in correctione ſecundi capitis, dū
dixit agnatos tantum vocaſſe Prætores, & eſ-
ſe per Authen.de hæred.ab inteſt.correctam,
non rectè hoc aſſerit, quia ante ius Authen-
ticorum, agnatis ipſis, deſcendentes v-
triuſque ſexus in ſucceſſione prælati ſunt; qui,
licet per vnde liberi, non fuiſſent admiſſi, fue-
runt per Iuſtinianum, & ius Codicis in d.l.
quoties, C.de ſuis, & legitim. admiſſi ante
ipſos agnatos inter deſcendentes, vt in dict.l.
quoties, quæ prouidet tantum futuris, & tol
8 lit quartam agnatis: † Vndè non benè dicit
Napod. num. 20. iſtam diminutionem eſſe
correctam per ius Anthenticorum, cùm per
ius Codicis in d.l.quoties, illa diminutio ſub-
9 lata fuerit. † quomodo variatum fuerit in
iuris diſpoſitione circa matris admiſſionem
cum agnatis. Vide in Cod.Theodoſiano lib.5.
tit.1.de legit.hæred.vbi in l.1.mater ſuccede-
bat cum agnatis pro tertia, ſeruata diſtinctio-
ne ibi tradita, & in legibus ſeqq.vbi habes va-
ria in materia ſucceſſionis. Aduertendo, quod
conſtitutio, quæ enunciatur in d.§. Diui, in-
ſtit.de hæred.quæ ab inteſt.Diuorum princi-
pum habetur in eodem tit.C.Thepdoſ.cap.4.
ſub Valent.Theod. & Arcad. quæ vario etiā
modo caſus diſtinxit ſucceſſionis: quod quia
10 correctum eſt, omitto. † & dum Napodan.
arguit num.21. de temporis prioritate inter
Prætoris ędictum, & diuorum principum le-
legis, Codicis, ex contextu C. Theodoſiani
hoc clariſſimè patet; nam in prima lege d.c.4.
admiſſio matris dicitur eſſe ex prædictæ pri-
mæ legis beneficio, non autem Prætoris; &
deinde per quartam legem filiæ filiarum; &
neptes vtriuſque generis admittūtur per prę-
dictos Imperatores, quę poſtea per Iuſtinianū
ſimpliciter admiſſę ad vniuerſam ſuccedunt
hæreditatem: vocauit ergo ius Codicis, quod
fuit quarta lex Romanorum, & per nos poſi-
ta ſexta in ordine: Omnes vtriuſque ſexus
deſcendentes, & agnatos, & agnatas etiam,
prout lex 12. tabularum item admiſit filium
vterinæ, vel germanæ ſororis ad ſucceſſionē
patrui, vel auunculi, necnon filios emancipa-
tos, vti legitimos, l.lex duodecim tabularum,
& l.fin.§.1.C.de legit.& Napod.num.22. ſic
etiam filios emancipatos, & fratres vocauit
abſque diminutione d.l.fin.prout C.de legit.
hæred.in tertio gradu vocauit patruos, & fi-
lios ſororum, & fratrum germanorū, & vte-
rinorum, & aliorum fratium tam emancipa-
tos, quàm in poteſtate, in capita, & non in
ſtirpem faciendo diuiſionem: cætera, quæ tan
gunt collateralem, vel aſcendentem lineam,
dicam infra cum eodem Napodan. in repet.
conſuet.ſi quis, vel ſi qua. Sufficiat hic de de-
ſcendenti linea egiſſe ad conſuetudinis noſtrę
faciliorem interpretationem.
11 Septima lex Authēticorum Iuſtiniani fuit,
qua ſublata differentia agnationis, & cogna-
tionis, item emancipationis, & patriæ pote-
ſtatis, item ſexus maſculini, & fœminini tria
capita fuerunt, vel lineæ ſtatutæ, ſcilicet, de-
ſcendentium, aſcendētium, & collateralium,
prout in Authen.de hæred.ab inteſtat. corri-
gendo in pluribus, in pluribus ampliando di-
ſpoſitionem legum antiquarum, quæ cum
inter maſculos, & fœminas; item inter con-
iunctos ex latere patris, & coniunctos ex late-
re matris nihil introduxerit, hic nihil dico, cū
de coniunctione infra dicetur, ac maſculos, &
fœminas ſimul vocauit, ſubingreſſionē in infi-
nitum admiſit in ſucceſſione deſcendentium,
& per conſequens ſucceſſionem in ſtirpem
introduxit. §. 1. in Authen. de hæred. ab
inteſt.
12 Octaua fuit lex Longobardorum, à qua
initium ſumpſiſſe videtur vniuerſa lex hu-
ius Regni, vt inferius dicetur: iſta enim,
prima differentiam inter cognatos, & agna-

tos induxit in linea tam aſcendenti, quam tranſuerſali, Marant.conſ.27.num. 1. in fin. Vnde nec mater ſuccedat filio, quia proxima cognata.ff.de ſuis,& legit.l.fin. & not.Carol, in Longobar.de ſucceſſ.l.fin.in linea verò deſcendenti agnatos,& cognatos vocauit, vt in Long.eodem tit.l.ſi fratres.l.ſi ſorores.l.non hoc,& l.ſi quis Longobar. ſorores in fin. Sed ex naturali æquitate dixit Andr. de Bar. in differ. leg. Longobar. & Rom. tit.de ſucceſſ. admiſſa fuit mater ad luctuoſam filij hæreditatem.Carol.in præd.l.ſi ſorores. Secunda fuit differentia inter maſculos, & fœminas; nam,mortuo aliquo, vel aliqua, relicto maſculo,& fœmina,excluditur per legem prædictam fœmina per maſculum, & frater debet eam maritare,& ſi decedat quis,relicta filia,& nepote,vel nepte ex filio præmortuo,nepos,vel neptis,quæ repreſentat perſonam patris, excludit amitam,ſed tenetur eam maritare, ſicut teneretur pater ipſius nepotis,vel neptis, ſi viueret,vt in Longobar.de ſucceſſ. l. ſi quis cũ longobar. & ibi plenè Carol. qui dicit ex generali conſuetudine, licet, non expreſſa lege fuiſſe hanc maſculorum prærogatiuam inductam, & ita hanc diſpoſitionem recitat Andr. de Barol. in prædictis differentijs in præd.tit.de ſucceſſ. apud quem poteris videre alias differentias, & diuerſitates inductas à iure Longobar. Ex hoc iure omnia ſtatuta Italiæ originem habuiſſe libenter aſſererem, ex quo in vniuerſa Italia ius Longobardum ſeruatum fuit,exequendo id, quod de iure ciuili in l.1.C.de legit.hæred.in fin. cæperat in
„ dubium deduci,ibi,*nec huic derogatur,quòd*
„ *amitas veſtras,ab auo veſtro dotatas fuiſſe*
13 *propenitis*,† Introduxit prædictum ius aliã prærogatiuam, ſcilicet, filiarum in capillo exiſtentium: nam, ſi quis relinquat de iure Longobar.ſororem in capillo,& filiam, amita in capillo æqualiter ſuccedit cum nepte in l.ſi quis Longobar.filias,& ſorores, & dixit Andr. de Bar. eſſe hoc mirabile, quòd filia non excludit amitam in capillo, & patruum excludit,vt not.Carol.loc.cit. & dixit Andr. de Bar.loc.cit. ſi verò relinqueret filium maſculum, & ſororem; tunc filius excluderet amitam,& ſic iſta prærogatiua in capillo fuit introducta; pro tertia ſpecie inter ſexum, & ſexum,quia excludebatur à maſculo, & concurrebat cum fœmina lineæ deſcendentis; quatenus verò hæc prærogatiua procedat de iure conſtitutionum Regni, dicit idem Napod.in verb.ipſi ſucceſſores,num.31. vbi inter filias hæc prærogatiua non admittitur, nec de iure Longobar.nec de iure Romano, ſed,collatis dotibus ſuccedit nupta. ff.de collat.l.1.§.1.& ſecunda,& d.Longobar.ſi pater filiam,de ſucceſſ.ita dixit Marin.in gloſ,conſtit.vt de ſucceſſionibus in verſ. filiæ autem in capillo. de iure Franchorum in feudis, ex quo vna ſolùm debet ſuccedere in feudo filia in capillo,præfertur maiori natu coniugatæ, & dotatæ,vt ibi dicitur,vt dixit Napod. in præd.gloſ.nũ.31.& Ann.conſ.8.& de Pont. conſ.10.lib.1.Vbi habes limitationem, quando,non obſtante dicta maritatione, & dotatione primogenita admittatur ad feudi ſucceſſionem,& de his inferius deciſiones plures Sacri Conſilij referam.

Repetitio. Par.1.§.2.

1 *Conſtitutionis in aliquibus diſpoſitio enunciatur.*
2 *Soror in capillo cum nupta admittuntur ad ſucceſſionem aſcendẽtium ex prædicta conſtit. diſpoſitione collatis dotibus in burgenſaticis.*
3 *Soror nupta cum in capillo quomodo fratribus in burgenſaticis ſuccedant abſque collatione.*
4 *Conſtitutio in aliquibus nõ procedit in ſucceſſione collateralium.*
5 *Maſculus fœmina non præfertur in ſucceſſione collateralium in burgenſaticis, & referuntur plures deciſiones Sacri Conſil.*
6 *Conſtitutio in aliquibus procedit in feudalibus, & burgenſaticis, & in feudo tam Franco, quam Longobardo.*
7 *Feuda plana continentur ſub diſpoſitione conſtit.in aliquibus.*
8 *Feudorum planorum, & de tabula ſucceſſio inter collaterales diſponitur iuxta terminos iuris communis, & qualiter hoc intelligendũ, & de etimologia feudi plani.*
9 *Fœmina quæ excluditur per maſculum ex prædicta conſtitutionis in aliquibus diſpoſitione debet dotari de paragio de bonis, de quibus excluditur.*
10 *Cõſtitutio in aliquibus an procedat in ſucceſſione matris.*
11 *Conſtitutio prædicta in ſucceſſione matris in feudalibus an procedat.*
12 *De Pont.in lectur.feud.in lect.10.nu.26.& 27.oppugnatur.*
13 *Iſer.in 1.rubr.§.ſed quia num.15.verſ.at in Regno declaratur.*
14 *Fœmina in feudo non ſuccedit, nec etiam fœmineo; niſi ex pacto de iure communi feudorum.*

§.2.De

§.2. *De natura diſpoſitionis conſtit. Regni in aliquibus quoad prælationem ſexus.*

EX prædicto iure Lōgobardo, ac maſculini ſexus prælatione orta fuit triplex diſpoſitio, in qua triplici diſpoſitione, quia difficultas verſatur maxima in ſciēdo diuerſitatem, quæ eſt inter eas latius ipſam explanabo ad faciliorem etiam conſuetudinis intelligentiam. Prima eſt conſtitutionis in aliquibus. Secunda eſt cōſtit. vt de ſucceſſionibus. Tertia eſt conſuetudinis noſtræ.

1 De prima hic agendum, ſcilicet de conſti-
tutione in aliquibus, per quam tam maſculi,
quàm fœminę deſcendentes admittuntur ad
parentum ſucceſſionem vſque in infinitum,
verùm quando fœminæ concurrunt cum ma-
ſculis, præferuntur maſculi, dummodo teneā-
tur maritare amitas, vel ſorores ſecundum pa-
ragium. Vnum nouum introduxit hæc con-
ſtitutio, corrigens prauam illam conſuetudi-
nem ſeruatam in aliquibus Regni partibus,
quâ agnatus quantumcunque remotus filiam
fœminam defuncti in feudis excludebat, quod
erat etiam de iure communi feudorum, nam
licet fœmina ex pacto ad feudi ſucceſſionem,
admittebatur, intelligebatur, dummodo non
ſupereſſet maſculus deſcendens à primo ac-
quirente, vt per tex. in tit. de eo, qui ſibi, vel
hæred. ſuis maſcul. in tit. de feud. fœminæ, &
dicit Petr. de Mōteforte in apoſtilla recitan-
da infra nu. 11. correxit inquam conſtitutio
illam conſuetudinem, & introduxit lineæ
prærogatiuam, vt indifferenter deſcendentes
omnibus præferrentur verum inter eos ſexus
& ætatis prærogatiuam introduxit, vt etiam
2 in conſt. vt de ſucceſſionibus, in princ. † Vnde
excluſio fœminarum in prædicta conſtitutio-
ne oritur ex exiſtentia maſculorū, ita vt quā-
do agitur de ſucceſſione patris, vel alterius
aſcendentis, qui eſt caſus ipſius conſtitutio-
nis, ſoror in capillo cum ſorore dotata admit
titur ad ſucceſſionem, collatis dotibus ipſis
ab ipſius patrimonio, de quo agitur, obuen-
tis, & hoc non exiſtente alio maſculo, ita Affl.
deciſ. 161. ibi, quia in bonis burgenſaticis nu.
1. in fin. Anton. de Alexan. qui melius quàm
Afflict. ſe declarat in addit. ad conſuet. ſed ſi
morienti. §. quod autem, ſub num. 302. quæ
incip. Sed quæro, an ſoror, per glo. Napod. in
hac noſtra conſuetudine in verb. ſucceſſores.
3 † Quando verò ageretur de ſucceſſione ſimi-
liter burgenſaticorum, ac de ſucceſſione fra-
tris, vel aliorum, quam aſcendentium, ſoror
licet in capillo, inſimul cum ſorore nupta,
& dotata de bonis patris, admittētur inſimul
ad ſucceſſionem, eſt verum, quòd quia agitur
de ſucceſſione tranſuerſalium, non poteſt tra-
ctari de collatione; tamen admittetur, detra-
cto prius ab ipſis in capillo paragio in bonis,
quæ reperiuntur peruenta in poſſe fratris de
patris ſucceſſione, prout Afflict. & Anton. de
Alex. loc. cit. dicunt, & de Franch. in addit. ad
hāc conſuet. ſub num. 31. quæ incip. Quid au-
tem ſi pater moriatur? & iddem tenet Anto.
de Alex. in addit. ad eandem gloſ. ſub nu. 31.
quæ incip. Aduerte, quia conſtitutio hic alle-
gata. Sic deciſum teſtatur Carauit. in addit. ad
prædictam deciſionem Afflict. 161. vbi dicit
iudicatum ſororem in capillo cum maritata
ſuccedere æqualiter in bonis burgenſaticis,
& prædicta potius ex diſpoſitione iuris com-
munis, quàm ipſius conſtitut. in aliquibus,
4 † cùm prædicta conſtitutio nihil diſponat cir-
ca ſucceſſionem collateralium, vt ex rubrica,
& nigro ipſius conſtitutionis colligitur; &
not. Minad. in repet. prædict. conſtit. in rubr.
verb. filiorū, nu. 35. & gl. in principio ipſius,
& propterea in ſucceſſione fratris, vel alio-
rum collateralium: adeo eſt verum, quod prę-
dicta conſtitutio non diſponat, vt nec de
prærogatiua ſexus inter tranſuerſales in ea
aliquid intelligatur diſpoſitum, ſed omnia
relicta ſint in diſpoſitione iuris communis: ex
cuius diſpoſitione frater ſororem non exclu-
dit, quando tractatur de ſucceſſione burgen-
ſaticorum, nam de feudalibus aliter dicendū,
non ex diſpoſitione prædictæ conſtitutionis
in aliquibus, ſed ſequentis conſtitutionis, vt
de ſucceſſionibus, quæ ſpecificè de feudalibus
5 diſponit, † quod autem in burgenſaticis in
tranſuerſalium ſucceſſione non excludatur à
fratre ſoror, de Franch. deciſ. 171. Vrſill. in
addit. ad Afflict. deciſ. 178. poſt Afflict. ibidem
& in conſtit. num. 20. verſ. item quia, Marāt.
quæſt. 10. num. 16. & conſi. 27. nu. 13. Capyc.
deciſ. 119. nu. 1. Nec prædicta hodie in Sacro
Conſilio habent difficultatem: ſic enim ſæ-
piſſimè fuit deciſum in cauſa delli Suriani, in
cauſa delli Venati, in cauſa ſororum de Tho-
maſio, & ſororum de Freccia, vbi primoge-
nita, dotata à fratre, & nupta Marco Anto-
nio Plantedio, eo fratre mortuo, fuit admiſ-
ſa ad ſucceſſionem, ęqualiter collatis dotibus,
videnda erit tamen prædicta deciſio, quæ in
in puncto collationis non videtur per iuris
trami-

tramites proceſſiſſe, cùm tractetur de colla-
tione in ſucceſſione tranſuerſalium, vt per
Afflict. & Anton. de Alex. locis ſupra relatis
apertè diſponitur omnes prędictæ deciſiones
productæ ſunt in proceſſu ſucceſſionis Ioan.
Andreæ Parnaſſi inter fratres de Naſtaro, &
ſorores de Mezacapo, ac Liuiam Biſante in
Banca Chiaieſij in Sacro Conſil, quicqu id ſe
inuoluat, Camill. Saler. in addit. hic ſub num.
31. quæ incip. licet Afflict. confundendo ter-
minos conſtit. vt de ſucceſſionibus, quæ lo-
quitur in feudis non in ſucceſſione burgen-
ſaticorum, prout ibidem in addit. quæ incip.
Aduerte, Anto. de Alex. optimè declarat.
6 Loquitur generaliter iſta conſtitutio tam
in ſucceſſione feudorum in genere, ſcilicet,
tam in ſucceſſione eorũ, qui viuunt iure Frã-
corum, quàm Longobardorũ, quã etiam Bur-
genſaticorum: ſic. n. expreſsè dicit ipſa conſti-
tutio. *Francbus, ſcilicet, aut Longobardus,
miles, vel Burgenſis in ſucceſſione bonorum
præferri volumus maſculos fœminis*; Sic
concludit gloſ. Marini loqui, ſcilicet, vniuer-
ſaliter prædictam conſtitutionem tam in
feudalibus, quàm in non feudalibus, vt in
princip. ſic etiam dixit Petr. de Montefor.
in princip. apoſtillæ poſitæ in fin. prædictæ
conſtit. quæ incip. in gloſa ibi, Sed quid ſi fra-
tres, & latè fundat Minad. in repet. ipſius,
in vltim. notab. in principio, & in ſecundo
7 not. nu. 111. † quæ propoſitio adeo eſt vera,
vt etiam feuda plana, & de tabula comprehẽ-
dere prædictam diſpoſitionem contendat, &
rectè ex generalitate ipſius Frecc. in tract. de
ſubfeud. contra Afflict. in præd. conſtit. vt de
ſucceſſionibus, in princ. verſ. & tota iſta con-
ſtitutio. Et ſecundum opinionem Frecc. fuit
deciſum in Sacro Conſil. de Franch. deciſ. 7.
8 num. 1. † Eſt tamen verum, quòd opinio Af-
flicti videtur procedere indubitanter in ſuc-
ceſſione collaterali: nam ſi, prout ſupra di-
ctum eſt, in ea non diſponit conſtit. in aliqui-
bus, remanet in feudis planis, & de tabula
mera diſpoſitio iuris communis feudorum,
ſecundum quod omnino fœmina repellitur,
tùm in ipſis non diſponat conſtit. vt de ſuc-
ceſſionibus, ſicut etiam in reſtrictione gradus
in ſucceſſione collateralium, prout dixit Af-
flict. in præd. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in
1. not. per tot. Vnde cogitandum parumper
in deciſione Regiæ Cameræ, quam refert Do-
ctiſſimus Reg. Conſiliarius de Georgio in 1.
par. repet. feudal. cap. 9. in fi. per quã in ſuc-
ceſſione feudi plani, & de tabula fuit admiſſa
amita magna; illa ratione, quia per conſtit.
in aliquibus, fuit ſublata excluſio fœmina-
rum inducta per illam prauam cõſuetudinẽ,

cum eatenus fuerit ſublata illa conſuetudo,
quatenus diſpoſuit conſtitutio in aliquibus,
quæ vt diximus, non loquitur de ſucceſſione
tranſuerſalium, & quod in caſibus, in quibus
conſtitutio non loquitur, remaneant fœminæ
penitus excluſæ, dixit Petrus Picolus in apo-
ſtilla infra recitanda num. 11. corrigit enim
illam conſuetudinem conſtitutio prædicta eo
modo, vt refert. ſ. in eo, quod filia defuncti
excludebatur etiam à remotiſſimo agnato,
vnde non ſequitur admiſit in ſucceſſione de-
ſcendentium vtrumque ſexum, & prætulit
maſculinum, vt ibi, ergo admiſit maſculos, &
fœminas in ſucceſſione tranſuerſalium in
feudis, nam hoc non dicit illa conſtitutio, &
ideo Freccia, qui contra Afflictum tenuit in
diſpoſitione tex. conſtit. in aliquibus, iuxta
deciſionem etiam de Franch. prædictam, quæ
etiam cum Freccia loquitur in caſu conſtit. in
aliquibus, tenet in feudis planis, & de taſiula
eſſe attendendum ius commune feudorum, &
per hoc non ſuccedere fratrẽ fratri in feudo
nouo, vt in differentijs inter planũ, & quater-
natum different. 21. & attendi ius commune
feudorum in eo, vt in differentia 22. Itẽ quod
illa conſuetudo remaneat in cæteris, extra
excluſionem filiæ tenet Iſern. in conſtit. vt de
ſucceſſionibus, in verbo ex collaterali, verſ.
ſed quantum ad præcedentes, ibi, ſed remãſit
in alijs, & in verb. fratres, verſ. è contra, quod
non ibi quæ correcta eſt in eo, & paulo poſt
ibi de filia reiecta.

Sed ad veriorem reſolutionem huius du-
bitationis, & pro defenſione deciſionis tanti
Tribunalis, liceat extra adducta per alios, ali-
qua in medium afferre, & dicamus, quod licet
ex diſpoſitione conſtit. in aliquibus non ſit
admiſſa fœmina ex linea collaterali ad ſucceſ-
ſionem feudi plani, vel de tabula, cum verè
diſpoſitio illius tex. ſit in filia admittenda, &
non in collateralibus; tamen admiſſio fœmi-
narum ad dicta feuda proceſſit, ex diſpoſitio-
ne tex. conſtit. ſi quando. §. & ſi contingerit.
de homin baron. poſsiden. terram hominis
demanij, vbi ad ſucceſſionem feudi, quod te-
netur à barone plani, vel de tabula admittun-
tur omnes illi, qui ſuccederent ad bona bur-
genſatica de iure communi, & ſic tam quoad
gradus, quàm quoad ſexum ſunt ad feuda pla-
na admiſsi, omnes aſcendentes, deſcendentes,
& collaterales, qui alias poſſunt ad ſucceſſio-
nem venire, & ita voluit expreſsè inducen-
do illam conſtitutionem gloſa Marini, in con
ſtit. vt de ſucceſſionibus, in verb. in omnibus,
„ ibi, [Accedit etiam ad hoc ſupra de hom. bar.
„ non poſſid. ab homin. l. 1. §. & ſi contigerit,
„ vbi videtur expreſſum, quod in alijs feudis,

quem

„ quam quaternatis obtineat circa ſucceſſionē
„ ius commune,videlicet,vt tunc demum ſuc-
„ cedat dominus feudi, quando aliquis non
„ ſupereſt de linea deſcendenti, aſcendenti, &
„ collaterali, qui alias de iure communi ad ſuc-
„ ceſſionem venirent.] Et ita intellexit præ-
dictam conſtitutionem ſiquando idem Iſern.
in tit. quæ ſint regalia, in verb. bona vacantia,
vbi tenet ex illa lege cognatos ad ſucceſsionē
ab inteſtato venire, & corrigi ius Longobar-
dum,& non poteſt intelligi de iure communi
feudorum cum illo iure cognati non admit-
tantur,ſed agnati, vt in ſumma Ardizz. de
ſucceſſ. verſ. & hoc verum eſt in aſcenden-
tibus, vt in titu. qualiter iurare deb. vaſſ. §.
ad filias,& patet in toto diſcurſu illarum cõ-
ſuetudinum, idem dixit Iſern. in titu. de nat.
ſucceſſ. feud. col. 3. verſ. cõſtitutio tamē Re-
gni approbat dictum iſtius gloſę in prima ad-
ditione,& ſic ipſum Iſer. exponit Loffred. In
d. tit. de nat. ſucceſſ. feud. col. 8. in princip. &
dixit Petrus Piccolus gloſ. & Iſer. intelligere
prædictam conſtitutionem ſi qñ, vt ſcilicet
in omnibus feudis planis, vel de tabula de-
beat ſuccedi vt in alijs burgenſaticis,ita dixit
Petrus prædictus in d. conſtitut. in ver. in
alijs autem feudis planis, ibi, *Licet gloſ. & dominus Andr. intelligant hunc §. etiam in dictis feudis*, nam ipſe Petrus tenet feu-
da plana, de quibus ſoluitur adhoa baroni-
bus non comprehendi in ea conſtitutione,
ſed in ijs eſſe ſeruanda iura communia feu-
dorum.

Conſtat igitur ex opinione gloſ. & Iſer. lo-
cis citatis fœminam, & omnes alios admitti
ad ſucceſsionem feudorum planorum, vel de
tabula, iuxta regulas iuris communis Roma-
ni, & ſecundum opinionem Petri in feudis,
quæ non tenentur a barone, & de ijs ſoluitur
militare ſeruitium comitibus, vel baronibus,
à quibus tenentur, quando per Regiam Maie-
ſtatem in Regno indicitur militare ſeruitiū,
aliàs debeat attendi ius commune feudorum,
& ratio opinionis Iſer. & gloſ, elicitur opti-
mè, ſi non à diſpoſitione dictæ conſtit. in ali-
quibus, ab ipſius tamen intentione, ex quo ſi
per prædictam conſuetudinem excludebatur
filia à quocunque remotiſsimo agnato, & hoc
corrigitur in dicta conſtitutione in aliquibus,
ergo ex illa couſuetudine fœmina admitteba-
tur ad ſucceſsionem feudorum, cum nō poſſet
excludi, non admittitur, ita arguit gloſ. Ma-
rini in admiſsione patris in conſtit. vt de ſuc-
ceſsionibus, in verb. excluſo etiam, quam ſe-
quitur Iſer. de nat. ſucc. feud. col. 3. ver. in Re-
gno Sicilię, vnde mēs illius cõſuetudinis, quę
in filia fuit correcta, & in alijs remanſit, vt di-
ximus, erat vt in omnibus gradibus, in quibus
poterat dari ſucceſsio, admitterentur fęminę;
hæc eſt doctrina Iſer. in d. conſtit. vt de ſucceſ-
ſionibus, in verſ. filij autem fratrum, ibi, [E
„ contra videtur, & melius quod ſuccedant; nã
„ in præcedenti conſtit. dixit conſuetudinem
„ prauam qua repellebatur filia eſſe extirpan-
„ dam, (& paulo poſt) Et ſicut in deſcendenti
„ commune votum eſt æquare mares, & fœmi-
„ nas, vt ſupra l. proxima ita & in gradu quo-
„ cunque modo, vbi ſucceſsio defertur æquan-
„ tur fœminæ maſculis,] Et Iſer. in verb. in om-
nibus, in finalib. verbis, ibi, [quod corrigitur
„ tantum in fœmina quando eſt, quando non
„ eſt, remanet. ſupra conſtit. in aliquibus.

Ex quibus clariſſimè conſtat in feudis pla-
nis, vel de tabula dari ſucceſſionem ad modū
burgenſaticorum, ex opinione gloſ. & Iſer. &
etiam colligi ex conſtit. in aliquibus in tranſ-
uerſalibus fœminas à ſucceſſione feudorum
non fuiſſe excluſas, ſecundum opinionem D.
Cõſiliarij de Georgio, licet prædictā Iſerniæ
doctrinam nõ alleget, & dum inter Doctores
de ętimologia feudi plani ſemper ſit dubita-
tum, vt dixit idem Dominus de Georgio in
d. repetit. cap. 8. num. 14.

Ego nouiter omnib. alijs etimologijs omiſ-
ſis, illam eſſe veriſimilem putarem, quæ col-
ligitur ex conſtit. poſt mortem de morte ba-
ronis nũcianda, vbi terram planam nominat
conſtitutio ad differentiam caſtri, ibi, ſiue
ſit caſtrum, ſiue ſit terra plana, quaſi terra
plana ſit illa, quæ non eſt caſtrum.

Nam primo ceptum fuit dici feudum pla-
num, ad differentiam caſtri, vt dicit illa con-
ſtitutio poſt modum, quia qualitas quaternati
erat ſemper cum ipſo caſtro, cum omnia ca-
ſtra ſint quaternata, vt dicit Iſer. in d. conſtit.
poſt mortem, & in tit. de content. feud. apud
pares terminand. col. 4. in prin. verſ. item ca-
ſtrum, tranſlata fuit contrapoſitio ad feudum
quaternatum, vnde ſicut dictum fuit, omne
caſtrum quaternatum, quia non planum; ſic
è conuerſo fuit dictum planum omne feudū,
non quaternatum; & hæc potuit eſſe origo
iſtius nominis, æquiuocum etiā puto de tabu-
la, cum non detur maior planities, quam in
tabula, vnde dixit Perrottus in ſuo cornuco-
pia. Planci propriè dicuntur, qui pedes imos
habent, plantoſque æqualiter, quaſi tabellas,
quæ plancæ vocantur; ſunt enim plancæ ta-
bulæ planæ à planitie ita dictæ, planum enim
vocamus, cuius figura æqualis eſt, quod Græci
ἐπίπεδον dicunt. Quoniam verò plana nullum
impedimentum habent cum vnde cumque
videri poſſint planum aliquando pro aperto,
& manifeſto ponimus hactenus Perotus, &
hæc

hæc poteſt dici veriſimilior ætimologia feudi plani, vel de tabula, vltra alias ab alijs huc vſque relatas.

9 Sic etiam prædicta conſtitutio (vt ad rem redeã) dum ſolummodo diſponit de ſucceſſione parentum, & aſcendentium, de quorum bonorum ſubſtantia legitima deberetur de iure communi ipſis fœminis, dum onus dotãdi de paragio ipſas ſorores, vel amitas ſimiliter imponit occaſione prælationis, erit ſemper prædicta diſpoſitio intelligenda iuxta limitẽs ipſius prælationis, & exclusionis, vt ſẽper de hæreditete, de qua eſt fœmina excludenda, ipſi excluſæ paragium debeatur, ita Iſern. in prædict. conſtit. in aliquibus, col. 12. verſ. vnde hic apparet gloſellam, qui tenet. paragium deberi tam de paternis, quàm de maternis, ſic etiam ibid. col. 2. in verb. parentum, in fin. ponit opinionem illorum, qui tenent conſtitutionem loqui etiam de matre, & propterea dari paragium, non vti dotem, ſed vti legitimam. Et ſuper verb. maritare, in fi. idem repetit referendo prædictam opinionem: & clarius idem Iſern. in prædict. conſtit. col. 14. verſ. ſecundum ſententiam iſtorum, in fi. ibi, *Quod eſt loco legitimæ portionis de bonis eiuſdem, de cuius ſucceſſione petitur repelli*, & paulò poſt in verſ. dotes dantur, ibi, *Nam vt prædictum eſt, quòd vt repellatur dotata, debet inſpici, vtrum ſit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur*. Et paulò poſt verſ. poteſt tamen ſaluari, in principio, vbi paragium eſſe dandum vel à matre, vel à fratre de bonis matris, ipſa matre ratum habente: itaque abſoluta eſt iſta propoſitio, quòd prædicta conſtitutio impoſuerit iuxta limites excluſionis, & prælationis in ijſdem bonis onus dotationis, in qua diſpoſitione non poſuit Iſern. varietatem diſpoſitionis inter conſtitu. in aliquibus, & conſtit. vt de ſucceſſionibus, prout in d. conſtit. in aliquibus, in verb. maritare, dixit Iſern. in principio, ibi, *Et in conſtitut. ſeq. vt de ſucceſſionibus, intelligunt omnes, etiam ſorores excludi à ſucceſſione ſi ſit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, & alia quæ ſeq.* Ex quibus omnino prædicta conſtitutio intelligitur, quòd dotata excludatur à ſucceſſione dotantis, vel ab ea, à qua petitur excludi, & dixit Afflict. in deciſ. 158. qui num. 5. refert prædictam Iſern. autoritatem, & patet demonſtratio, quia ſi tex. dicit præferendos maſculos cum onere dotandi de paragio pro modo facultatum ſuarum, & filiorum neceſſariò de ipſis facultatibus erit intelligendum, à quibus ſit excluſio; cum nulla ratio diuerſitatis poſsit aſſignari: ſi enim non tractatur, niſi de ſolis aſcendentibus, vt diximus, & in omninm aſcendentium bonis ipſis deſcendentibus legitima debetur de iure communi, quare dos de paragio in vno potius, quàm in altero ex aſcendentibus ſit debenda non video.

10 An verò iſta conſtitutio procedat, quando tractatur de ſucceſsione matris, & iſta quęſtio fuit antiquiſsima, nam in matre fuit dubitatum an detur ſucceſsio filiorum, ex quo ſecũdum vſum Regni propriè beneficium vocabatur paternum non maternum in tit. an maritus ſuccedat vxori, & de æquitate fuit ſucceſsio filiorum admiſſa ad maternum feudum, vt ibi dixit Iſer. & in titu. de nat. ſucceſſ. feud. num. 10. in fin. & Iſern. per longam diſputationem tractat hanc quæſtionem in d. conſtit. in aliquibus. col. 12. verſ. vnde hic apparet gloſellam, verſ. ſed nunquid filius, & concludit procedere etiam in ſucceſſione matris, vt ibid. in col. ſeq. verſ. *alij ſunt, qui generalem conſuetudinem*, quam innuit ibid. Iſer. ibi, *Et hoc, vt ipſi dicit, videtur probari per generalem cõſuetudinẽ, & hoc verius, ſi hic vſus, & cõſuetudo probatur, quia moribus ciuitatum*, in prædicta conſtitutione, prout etiam ijſdem quaſi verbis dicit, & tenet in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. ſed quia vidimus, circa fin. ibi, *alij dicunt, contra quod mihi videtur verius*: & in col. prædictę cõſtit. ibid. ſeq. in fi. verſ. dotes dantur. ibi, *Ex quo concluditur, quòd gloſella prædicta non eſt vera*, locutus enim eſt Iſern. in præd. conſtitutione, tam in feudalibus, quam in burgenſaticis, vt in principio ipſius verſ. ſed nunquid filius præferatur, ibi, ſcilicet, *In ſucceſsione bonorum matris communis decedentis in bonis burgenſaticis, & in feudalibus, ſi viuitur in eis iure Longobardo*, Vnde videtur abſoluta concluſio, quod cõſtitutio in aliquibus habet locum, etiam quando ſucceditur matri, & aduertendum eſt circa autoritatem proxime allegatã Iſer. dum ponit clauſulam iuris Francorum in ſucceſſione matris in feudalibus, & ſororem excludi à fratre, ſi viuatur iure Longobardo, Non intelligendam illam clauſulam (ſi viuitur in eis iure Longobardo) eſſe poſitã propter bona burgenſatica: nam & in burgenſaticis in ſucceſſione ſecundùm ius Longobardum, quando mater moritur, frater excludit ſororem à ſucceſſione matris, vt notat Carol. in Longobar. de ſucceſſ. l. ſi quicunque Lõgobardus; nã voluit Iſer. ponere quæſtionẽ in feudalibus, in caſu, quo in eis viueretur iure Longobardo, aliàs ridiculum fuiſſet in feudo de iure Franchorum potuiſſe dubitari, an fœmina admitteretur cum fratre, ſi certum erat, vnum tãtum debere, & poſſe ſuccedere,

ex

ex quo erat feudum indiuiduum illo iure: ponit igitur Iſern. Ius Longobardum in feudalibus, vnde non benè aſſignat rationem Iacobutius de Franch. in cap, 1. de his, qui feudū dar.poſſ.nu.39.dum dicit Iſern.tenere pro filia admittenda ad ſucceſſionem matris cum fratre, quia in Regno viuitur iure Longobardo, nam de iure Longobardo filia excluditur á maſculo etiam in ſucceſſione matris, pace tanti viri ſit dictum. Sed redeundo ad prædictam qoæſtionem de matris ſucceſſione, non omittam dicere, quod in eamet quæſtione, reperij integram apoſtillam Petri de Montefor.in præd.conſtit.in aliquibus, in meo antiquiſſimo manuſcripto contra prædicta ſentientis, quam diminutam in vulgata editione habemus in fin.prædictæ cōſtitutionis poſt apparatum Iſer.inſertam ſub illis verbis Iſer. in d.verſ.Vnde hic apparet poſt verſiculum,
,, ſed nunquid filius præferatur, ibi, [De matre
,, nihil dicit: vnde relinquitur veteri iuri. Sub-
,, dit Petr. de Montefor. Sed verè hæc conſti-
,, tutio facta fuit non in odium, ſed in fauorem
,, filiarū, cum aliàs ante hanc conſtitutionem
,, excluderentur ab alijs conſanguineis non ſo-
,, lùm à fratribus, & talis conſtitutio in feudis
,, concordabat cum iure communi feudorum,
,, vt in decima collatione de his, qui feud.dar.
,, poſſ.§. hoc autem, de ſucceſſ. feud. §. filia
,, verò, & de grad. ſucceſſ.in feud. §.ad filiam,
,, cum concordan.quam conſuetudinem tollit,
,, & corrigit hæc conſtitutio, vbi filij, ſeu libe-
,, ri maſculi non ſuperſunt: ſi ergo hæc conſti-
,, tutio non loquitur in matre, & in ſucceſſione
,, matris non corrigit dictam conſuetudinem,
,, remanet conſuetudo ipſa, ita quòd matri filia
,, non ſuccedat, etiam non exiſtentibus filijs
,, maſculis, & maximè in feudis Petr. de
,, Montfort.]

Cui opinioni obſtare videtur eiuſdē Autoris apoſtilla, quæ eſt poſita in fin.conſtit. vt de ſucceſſionibus, verſ.quæro nunquid filia ſororis, in fin.vbi omnimodam ſimilitudinem dat inter excluſionem in bonis maternis, ac in bonis paternis, ſed ipſum ibi intelligas loqui in burgenſaticis, hic in feudis, quicquid tamen ſit ex generali conſuetudine, vt Iſer.dicit, confirmatur prædicta opinio, quod ſcilicet procedat etiam in matre conſtitutio eo maxime hic Neapoli: in hac enim Ciuitate conſuetudo hæc noſtra eſt, quæ loquitur tam de matre, quam de patre, dum dicit ſi moriatur aliquis, vel aliqua inteſtatus, vel inteſtata, quę verè interpretatur ipsá cōſtit. Regni, ſic Affl. deciſ.178.nu.1.& 2.in terminis inducit Neapolitanam conſuetudinem ad interpretationem conſtitutionis Regni prædictam in aliquibus etiam inter exteros extra Ciuitatem contrahentes, & facientes introductum ſecūdum conſuetudinem Neapolitanam, hoc modo interpretando diſpoſitionem ipſius conſtitutionis extra etiam diſtrictum, in quo conſuetudo, vt diximus in præambulis, non extenderetur? quicquid aliter velit prædictam Affiicti deciſionem intelligere Marant.quęſt. 10.num.28.nam ſi alias caſus, in prędicta deciſione diſpoſitus, comprehenſus fuiſſet de conſuetudine, ſuffeciſſet Afflicto allegare conſuetudinem ſic diſponentem, ſed quia conſuetudo declarabat conſtitutionem, & conſtitutio deinde diſponebat; quòad diſpoſitionem, conſtitutionem allegauit, ſic à conſuetudine declaratam, ac interpretatam: vnde in eo caſu vti legis interpres eſt conſuet.relata. l.ſi de interpretatione.ff.de legib. & ſic videmus ſēper de conſuetudine interprætatam prædictam conſtitutionem tam in ſucceſſione matris, quam patris, & quotidie videmus ita, vt hodie in hoc, alia non adſit difficultas, vt ſiue ſit feudum matris, ſeu patris, ſi iure Longobardo ſuccedatur, maſculus, fęminá ſororē excludat, quomodo autē in feudis verè pcedat, dicetur infra dū agetur cōſtit. vt de ſucceſſionibus, & in tract. de paragio.in 2. par. & idem Iſer.in lect.feud.in 1.rubr.in §.ſed quia vidimus, loquendo per verbum præſentis temporis, in verſ. *At in Regno Siciliæ dicit* per prędictam conſtit.in aliquibus, fœminam non ſuccedere in Regno, exiſtente maſculo, loquendo de feudo matris: ſubdit deinde in verſ.de hoc eſt opinio, *& ſic videtur generalis conſuetudo Regni tenere*; ergo hodie nullo modo iſta quæſtio habet difficultatem,
12 licet Iſern. latè diſcuſſerit tempore ſuo, † ex quibus non planè intelligo, quid ſibi voluerit de Pōt.in lect.feud. in tit.de ſucceſſ. feud.lect. 10. nu. 26.& 27.vbi poſtquàm dixerat Iſerniç opinionem fuiſſe, quòd in Regno in ſucceſſione matris filius non excludebat ſororē: eandemque filiam, & dictam opinionem eſſe reprobatam per peritos Regni, ac de generali conſuetudine Regni eſſe peritorum opinionem pro maſculo approbatam, vt præferatur, vt dicit Iſern.in 1.rubr.§. ſed quia vidimus, num.15.infra citandus; *Subdit ipſe de*
,, *Ponte hoc eſſe intelligendū in burgenſaticis,*
,, *nam inquit ipſe, reſpectu feudalium iam*
,, *Doctores etiam in feudo materno dant præ-*
,, *lationem maſculis, cap.1.de feud.fœm.& cap.*
,, *filia, de ſucceſſ.feud.* & alia ibi relata, referendo diſpoſitionem Iuris communis, quaſi excluſio diſpoſitionis conſtitutionis prædictæ in feudo matris, ſupponere poſſet prælationem in maſculo, & non ipſius fœminæ omnimo-

nimo-

nimodam excluſionem, & non aduertit Iſerniam loqui ſecundum ius Longobardum, in quo poſſunt plures ſuccedere, & dum dicit Iſern. in prędicta conſtit. in aliquibus, ceſſante ipſius diſpoſitione, relinqui diſpoſitionem veteris Iuris in burgenſaticis, ſcilicet, intelligendum eſſe ius vetus, vt non detur prælatio, ſed omnes ſimul admittantur, in feudalibus verò iuxta prædictam apoſtillam Petri vetus ius eſſe, vt fœmina omninò a quocunque etiã remotiſſimo maſculo repellatur, vt Iſern. dicit in princ. conſtit. vt de ſucceſſionibus, ibi, ſuccedunt conſanguinei, quantumcunque remoti, & ſic opinio Iſerniæ non fuit, vt ex eo, quòd conſtit. in aliquibus de matre non loquebatur, quòd proinde maſculus non pręferebatur fœminæ, quia hoc erat iam abſolutũ, vt dicit de Pont. etiam de iure communi inter omnes Doctores etiam in feudo materno, ſed vt per illam generalem conſuetudinem, à dicta conſtitutione ſublatam, fœmina omninò excluderetur etiam à quocunque remo-
13 tiſſimo maſculo, & agnato. Nec obſtat prædicta doctrina Iſern. in 1. rub. §. ſed quia vidimus, num. 15. verſ. at in Regno Siciliæ, vbi Iſern. ſimul, & ſemel videtur tractare quæſtionem in feudalibus, & burgenſaticis matris, ibi, *Nunc ergo procedit quæſtio vtrum in feudo, & burgenſaticis matris maſculus præferatur*. Et ſic ex reg. quod vnica determinatio, reſpiciens plura determinabilia debeat æqualiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. videatur per hoc ſupponere pro ſubiecto quæſtionis ſimilitudinem inter burgenſatica, & feudalia; vt, ſcilicet, quemadmodum in burgenſaticis, ſi excluderetur prelatio, maſculi, & fœminæ ſimul ſuccederent, ſic etiam in feudalibus de iure Longobardo, ſcilicet, in feudo diuiduo, ſed ibi Iſern. intelligitur iuxta proximè dicta: nam dum retulerat diſpoſitionem iuris communis, quærens, fœminam eſſe omnino, vti inhabilem, excluſam, ſubdit Iſer. per conſtit. Regn. regulariter ſuccedit, niſi quãdo concurrit cum maſculo: in hoc ſtat vniformitas quæſtionis, ſcilicet, an in feudo, & burgenſaticis matris maſculus fęminę præferatur, & ſecundum hanc poſitionem veriorem dicit ipſe opinionem, quòd in feudo matris conſtitutio non procedat, ibi, alij dicunt, contra quod mihi videtur verius, ſed ex conſuetudine contrariam opinionem ſeruari: ſi ergo excluditur in feudo matris, diſpoſitio conſtitutionis inſimul neceſſe eſt, quòd excludatur, quòd ibi proximè dixerat, ſcilicet, fœminam non excludi, ex quo non erat habilis, ſed ex quo maſculus pręferebatur, & ſic remanet ſublata diſpoſitione conſtitutionis, excluſa prælatio tam in feudalibus, quàm in burgenſaticis; ſed vario modo, ſiquidem in burgenſaticis excludebatur prælatio, & admittebatur per conſequens ſucceſsio maſculi, & fœminæ abſque diſcretione ſexus, ex l. maximum vitium, in feudalibus excludebatur etiam prælatio; ſed fœmina omnino excludebatur, vt inhabilis, & hoc voluit dicere Iſern. in prędicta doctrina, dum ſuppoſita diſpoſitione conſtitutionis Regni in burgenſaticis, & feudalibus matris, quęrit, an pręferatur maſculus, ſcilicet, an ſeruetur pręlatio inducta per conſtitutionem in feudalibus matris, relinquens cętera, quando conſtitutio locum non haberet ſub diſpoſitione iuris communis, vt dixi. Hoc tamẽ intelligas, in feudis quaternatis in caſibus non comprehenſis in conſt. Regni, vt de ſucceſſionibus, & in conſtit. in aliqui bus, nam in feudis planis, & de tabula etiã ſecundum Iſern. ſucceditur ſecundum ius cõmune Romanum, vt dixi ſupra latè num. 7.
14 † & redeundo ad principalem quæſtionem, dicas quod ſecundum veram Iſer. opinionem in cap. 1. de benefic. fęmin. Nec in feudo dato fœminę, de iure communi feudorum, & ſic nec in feudo matris filia ſuccedat, etiam non exiſtentibus maſculis, & Iſern. opinio perpetua ſemper fuit, quòd etiam in feudo fœmineo fœmina niſi ex pacto expreſſo non ſuccederet; ſic enim defendit Minad. poſt gl. quàm optimè fundat latè diſputando, & concludendo pro prædicta opinione Iſer. in repet. pręd. conſtit. in princ. tex. conſtit. pręd. nu. 19. verſ. contrariam, cum plurib. ſeqq. relatis argumentis pro contraria opinione à num. 9. Vnde miror, quomodo de Pont. ſic oſcitanter dixerit, iam omnes Doctores prælationem prędictam aſſerere, quando erat contra opinionẽ Iſern. iuxta quam data pro vera opinione Iſernienſis, quòd conſtit. in aliquibus, de matre non diſponeret, fœmina, vt diximus, fuiſſet omnino excluſa, alio pacto non exiſtente, ſic etiam dixit Iſern. in d. 1. rubr. §. ſed quia vidimus, col. 2. verſ. iure iſto, ibi, *Iure iſto verius videtur, quòd repellatur à feudis matris, ſicut & patris*. Et ibidem in ſeq. verſ. at in Regno Siciliæ, vbi illam excluſiuam de iure communi feudorum in feudo fœminæ proximè ibi dictam limitat in Regno ex diſpoſitione prędictæ conſtit. in aliquibus, dicendo, *at in Regno Siciliæ fœmina ſuccedit in feudo, non exiſtente maſculo in conſtit. Regn. lib. tertio conſtit. in aliquibus*. Ex quibus ſatis ſit, ſuperque dictum pro eo quoad diſpoſitionem prædictæ conſtitutionis in aliquibus attinet.

Repe-

Repetitio, par. 1. §. 3.

1 *Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus diſpoſi-tio ſummatim enunciatur, & loqui in feudis quaternatis.*

2 *Conſtitutio prædicta quas perſonas admiſerit ad feudi quaternati ſucceſſionem, & melius, nu.31.*

3 *Conſtitutio vt de ſucceſſionibus, in quo ſit uniformis cum conſtitutione in aliquibus declaratur.*

4 *Conſtitutio vt de ſucceſſionibus quid noui à conſtitutione in aliquibus ſtatuerit dicitur.*

5 *Pragmatica Filingeriæ diſpoſitio enunciatur.*

6 *Capituli emergentiam Regis Caroli quæ ſit diſpoſitio.*

7 *Pragmatica Filingeriæ diſpoſitionem fuiſſe potius æquam quam iuſtam.*

8 *Pragmatica Filingeriæ rationem, quam ibi periti Regni exprimunt non eſſe veram probatur.*

9 *Pragmatica prædicta fuit facta ad gratiſicandum Seruoānem Carācciolū, non quia ita iure procederet.*

10 Cannetius notatur.

11 *Pragmatica Filingeriæ diſpoſitio, & conſtitutio vt de ſucceſſionibus in §.coniugata, an procedant quando ſoror fuit dotata à patre, vel matre, vel auo, vel proauo, vt ab ipſorum ſucceſſionibus excludatur, dubitatur.*

12 *Opinio negatiua concluditur, & ſoluuntur contraria.*

13 Capitulum emergentium declaratur.

14 *Soror in capillo vt præferatur nuptæ, an requiratur, quod nupta ſit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur latiſſimè diſputatur aduerſus Federicum Viualdum, & contra eum pro communi, & affirmatiua concluditur.*

15 *Viualdus notatur, ex quo intellectus per eū datus non eſt ipſius inuentum.*

16 *Soror in capillo quomodo per conſtitutionē; & quo loco vocetur ad ſucceſſionem ſecundum Viuoldum.*

17 Capituli *Papæ Honorij verba referuntur.*

18 Conſtitutionis *vt de ſucceſſionibus in §.cōiugata autem nouus, & germanus intellectus.*

19 *Fratris appellatione in ea conſtitutione ſorores continētur etiam in principio §.ex collaterali, & num.28. latius comprobatur.*

20 Conſtitutio *prædicta quare in collateralī ſucceſſione non expreſſerit prærogatiuas, & num.26.latius*

21 *Conſtitutio prædicta quando erat neceſſaria prærogatiuarum expreſſio illam fecit.*

22 *Luca de Penna theorica in l.ſi.col.fin. Cod. quand.& quib.4.pars. verſ.præmiſſorum declaratur.*

23 *Afflict.in conſtit.vt de ſucceſſ.num. 30.in* 10.*notab.declaratur.*

24 *Gulielm.de Perno in conſ.13.col.1.verſ.quinimo declaratur, & ponderatur.*

25 *Capitulum Papæ Honorij ponderatur pro ſorore non dotata, & declaratur.*

27 *Soror non dotata licet nupta quoad excludendum patrem æquiparatur ſorori in capillo.*

29 *Gloſ.Marini in conſtit.vt de ſucceſſionibus in verb.coniugata autem, in verſ.ſed quid ſi ſoror, declaratur, & intelligitur contra intellectum Viualdi.*

30 *Reſeruatio ſucceſſionis in ipſa dotatione ſororis, vel filiæ, quād officiat in præiudicium ſucceſſorum, & quando in præiudicium fiſci.*

32 *Soror, vel filia, vt per dotationem excludatur debeat eſſe ſciens, & conſentiens ipſius dotationis.*

33 Dotatio *vt cauſet excluſionem ſororis à ſucceſſione fratris, an debeat eſſe de proprijs bonis fratris, vel ſufficiat, vt ſit de paragio paternorum, vel maternorum per fratrem dotata, defenditur opinio pro fiſco contra communem, & concluditur num.40.*

34 *Lucas de Penna in d.l.ſi.circa fin.C.quando & quibus lib.10.declaratur.*

35 Capitulum *emergentium ponderatur pro prædicta quæſt.pro fiſco.*

36 *Pragmatica Filingaria pōderatur pro fiſco in prædicta quæſtione.*

37 *Iſerniæ opinionem ſemper fuiſſe pro fiſco, in prædicta quæſtione per plures autoritates probatur.*

38 *Soror quæ fuit admiſſa ad partem ſucceſſionis per fratrem, & non dotata ſuccedit, ac ſi non eſſet dotata.*

39 *Miradous notatur de malo intellectu Iſer. in locis ibidem latis.*

41 Dotem *de paragio à dote legata à patre differre, licet vtraque à fratre ſoluatur.*

42 Concluſio *pro fiſco à ſufficienti partium enumeratione confirmatur.*

43 Dotatio *voluntaria an cauſet excluſionem, vel eſſe debeat neceſſaria.*

44 Dotata *debet intelligi à communiter accidentibus de dotata de paragio.*

§.3. *De natura diſpoſitionis conſtit. Regni, ut de ſucceſſionibus quoad ſexus prælationem.*

SEcunda fuit in Regno con-
ſtitutio, vt de ſucceſſioni-
1 bus, † quæ loquitur ſolùm,
& ſpecialiter in ſucceſſione
feudi quaternati, vt ibi per
gloſ. Iſern. & Afflict. & li-
cet in gloſ. in princ. de hac
quæſtione dubitetur, tamen in fin. concludi-
tur loqui in feudis quaternatis ex autoritate
Marini, vt in principio lecturæ ipſius conſti-
tut. tenet Iſern. Vnde aduertas primam glo-
ſam huius conſtitutionis nõ eſſe Marini, nec
ipſam habeo in meo manuſcripto, ſed incipe-
re Marini gloſam à ſecunda gloſ. quæ incip.
Hæc conſtitutio. Et propterea Iſern. dum in
tit. de natur. ſucceſſ. feud. poſt primam addit.
col. 3. verſ. cõſtitutio tamen Regni dicit, quod
quantum ad ſucceſſionem in feudis planis,
non innouat conſtit. vt de ſucceſſionibus, &
refert gloſam in præd. conſtitut. circa fin. in
verb. in omnibus, & non gloſam primam, in
princ. vt hic ſtat, quam ſi adſuiſſet retuliſſet
Iſern. & dicit Petrus de Monteforte in con-
ſtit. Regni ſi quando, in addit. quæ incipit, in
alijs etiam feudis.
2 Admiſit dicta conſtitutio ad feudi ſuc-
ceſſionem omnem ſexum, maſculos ſcilicet,
& fœminas deſcendentes vſq; in infinitũ, li-
berè, & abſolutè, & in hoc nihil noui ſtatuit
ab eo, quod ſimiliter in linea deſcendenti con
ſtit. in aliquibus diſpoſuerat. Quemadmodũ
etiam in prælatione ſexus maſculini, vt ſcili-
cet, concurrente maſculo, excludatur fœmi-
na: nam introducendo ſimpliciter ſexus
maſculini prælationem, nihil etiam circa
modum excluſionis faciendæ noui ſtatuit, &
per hoc omnia, quæ circa prælationem ma-
ſculorum in ſucceſſione deſcendentium ſunt
ſpecialiter ſtatuta per prædictam conſtit. in
aliquibus remanent etiam firma in hac parte
in ſucceſſione feudorum quaternatorum ex
dilucidatione facta per conſtit. vt de ſucceſ-
ſionibus, vt ſcilicet, teneantur maſculi mari-
tare ſorores, vel amitas ſecundùm paragium,
& facultates in ijſmet bonis, in quorum ſuc-
3 ceſſione præferũtur ipſis fœminis, † & verius
eſt, vt quòad hanc partem ſpectat, non dicatur
diſpoſitio cõſtitutionis, vt de ſucceſſionibus.
ſed potius conſtit. in aliquibus. Sic enim col-
ligitur ex Iſern. in 1. rubr. §. ſed quia vidimus,
verſ. at in Regno Siciliæ, & ibid. paulo poſt,
verſ. per conſtitutionem Regni, ibi, tamen
tenetur, filiam ſororem ſuam ſecundum pa-
ragium maritate: & obſeruandus eſt Iſern.
qui in hac parte, ac materia nihil dicit in cõ-
ſtit. vt de ſucceſſionibus, ex quo iam materiã
in cõſtit. in aliquibus, pertractauerat. Sic etiã
in præd. tit. de natur. ſucceſſ. feud. in 2. addit.
„ col. 2. verſ. item ſi minus, ibi, [Licet videatur
„ eſſe in poteſtate patris, vel fratris dare dotẽ,
„ cùm teneantur ſecundùm paragium, vt in
„ conſtit. in aliquibus, & ibid. col. 4. ante verſ.
„ ſed qũo iuuatur dotata minor ibi, ſcilicet, vt
„ haberet poſt dotãtis obitũ, quod ei defertur
„ à lege, & maioribus, nec in caſu nati filij per-
„ didiſſent dotem, quia eam petijſſet etiam à
„ nepote filio fratris, vel fratre ſuo, vt in cõſtit.
„ in aliquibus.] Et ſic ibi Iſer. dum tractat quę-
ſtionem de excluſione, quæ oritur omnimo-
da ipſius dotatæ vigore conſtit. vt de ſucceſ-
ſionibus, inducendo obligationem ſolutionis
paragij, fundat obligationem ſoluendi para-
gium in eodem caſu, per conſtit. in aliquibus.
Et tamen quo ad excluſionem ex cauſa
dotationis fundauerat ex conſtit. vt de ſucceſ-
ſionibus, vt in eod. tit. de nat. ſucceſſ. feud. di-
cit in 1. addit. col. 3. verſ. item in burgenſati-
„ cis, ibi, [Per quam conſtitutionem excluditur
„ ſoror coniugata, & dotata à ſucceſſione fra-
„ tris, quæ eſt contra ius commune. C. de leg.
„ hæred. l. 1. Ad ſucceſſionem patris dotata
„ venit cum diſtinctione, quæ fit eadem conſti-
„ tutione. §. filiæ, & in princip. & præced. con-
ſtit. in aliquibus.] Concludit igitur Iſer. quòd
principium conſtit. vt de ſucceſſionibus, cum
§. filiæ autem, cum conſtit. in aliquibus; lo-
quantur de admiſſione filiæ dotatæ ad ſuc-
ceſſionem patris.
4 Ex prædicta igitur conſtitutione, vt de
ſucceſſionibus illud noui eſt introductum,
quòd dotata, & maritata excludatur omnino
„ a ſucceſſione fratris morientis, in §. coniuga-
„ tæ autem, & dotatæ à fratrum ſucceſſioni-
„ bus repelluntur.] quæ excluſio adeo eſt ve-
hemens, vt, nedum quilibet remotior admit-
5 tatur, ſed etiam fiſcus. † Fuit tamèn per Re-
giam pragmaticam, detta la Filingera, decla-
ratum, hanc excluſionem non oriri, niſi, quan
do ſoror reperitur dotata à fratre de bonis
fraternis: quod verò fiſcus in eo caſu admit-
tatur ad ſucceſſionem, clarius eſt hoc decla-
6 ratum, quàm alia probatione indigeat. † extat
enim capitulum Caroli incip. emergentium,
vbi longa diſpoſitione, ac diſcuſſione præha-
bita declaratur dotata, ad finem, vt fiſcus ad-
mittatur etiam illa, quæ alio titulo quàm
dotis, veluti prout tunc temporis ſeruari ſo-
lebat, pro honorabili vita ducenda, pecuniam
receperat in contractu matrimonij, vt ibi vi-
dere

dere licet; Fuit enim in prædicta pragmatica,
per Reginam Ioannam declarata pro lege in
Regno opinio Ier. in p̃d. tit. de nat. ſucceſſ.
feud. in fin. primæ addit. col. 3. in fin. ſub verſ.
alij, quia conſtitutio eſt odioſa, licet ibidem
Iſern. ante prædictum verſ. alij tenuerit gloſę
intellectum fuiſſe communem ibi, *hic eſt cō-
munis intellectus*, quòd, ſcilicet, dotata ab
eo, cuius fuit tale feudum ſiue ab auo, ſiue à
patre, ſiue à proauo ſemper à ſucceſſione fra-
tris excludatur: tamen Iſern. in præd. conſtit.
vt de ſucceſsionibus, in verbo coniugatæ au-
tem, & dotatæ in princ. dicit de bonis eiuſdē,
de cuius ſucceſſione agitur, quæ eſt vltima
opinio, & Lucas de Penn. in l. fin. C. quand. &
quib. quart. pars col. fin. verſ. præmiſſorum
dixit veriorem, & communiorem opinionem
7 Iſern. prædictam, † & verè fuit ſecundum æ-
quitatem potius, quàm veritatem prædicta
opinio approbata, vt ex Luca colligitur loc.
cit. licet plura dicat Minad. in præd. repet. in
tex. num. 63. & ante eum Loffred. in cap. 1. de
nat. ſucceſſ. feud. & de Franch. deciſ. 328. qui
hunc intellectum ex ſentētia prædictæ prag-
maticæ defendit contra Cannet. in cap. ſi ali-
quem, verſ. ſed diſcutiendū eſt, referens Cum.
in eodem cap. in verb. maritata, quæſt. 19. qui
omnes, præter Siculos, potius in fin. reſident
in ea opinione neceſſitate ducti ipſius legis,
quæ in Regno non poteſt controuerti, potius
quàm veritate argumentorum, & maximè
apud me in hac conſtitutione intelligenda
valet illud argumentum, quòd conſtitutio,
quæ fuit facta ad dilucidandas ſucceſſiones
feudorum, quando voluit ſimpliciter eſſe in-
telligendum ſimpliciter dixit maritatam, &
dotatam abſque declaratione, de cuius bonis,
prout in §. filiæ, quando verò tractauit de
ſucceſſione patris, expreſſit dotatas de bonis
8 patris: & facit etiam, † nam, dum illi DD.
pragmaticam facientes, nituntur intelligere
opinionem gloſæ, quando viueretur iure
Longobardo, vt in verſ. dictæ pragmaticæ
*non obſibt gloſa, vt tunc dotata de bonis pa-
ternis excludatur à ſucceſſione fratris*; hanc
diſpoſitionem non video, quia in conſtitutio-
ne expreſsè etiam de iure Longobardo, filia,
dotata de bonis paternis admittitur ad ſuc-
ceſſionem cum filia in capillo confuſis doti-
bus, quæ diſpoſitio reperitur in iure Longo-
bardo etiam in ſucceſſione fratris, vt dotatæ,
& non dotatæ ſuccedunt, confuſis dotibus;
tex. eſt in Longobard. ſi quis Longobardus
ſorores, vbi Carol. in verb. filiabus, tit. de ſuc-
ceſſionib. & ſic declarat Luc. de Penn. in fin.
l. final. C. quand. & quib. quart. pars, vbi dicit
vidiſſe conſilium acutiſſimum Ioan. de Lau-
do, per quem de iure Longobardo non fuit
excluſa dotata à patre a ſucceſſione fratris,
9 † & ſic fuit prædicta diſtinctio inuenta ad di-
latandum arbitrium contra fiſcum in fauorē
Ser Ioannis Caraccioli plurimum tunc tem-
poris de Regina benemeriti, eo maxime quia
apud eos in conflictu opinionum inter gloſā,
& Iſerniam potuit quæſtio iudicari dubia,
& propterea non deliquerunt in re dubia
contra fiſcum reſpondendo. l. non puto, ff. de
iur. fiſc. & probatur iſta opinio ex euentu, nā
Regina Ioanna hoc quaſi declarauit in indul-
gentia conceſſa occiſoribus ipſius Ser Ioānis,
cum inter cætera beneficia collata in prædi-
ctum Ser Ioannem exprobret ſe ipſi Comita-
tum Auellini conceſſiſſe, vt legitur in regiſtro
in Archiuio, anni 1423. fol. 360. ibi, [Nos
„ ipſum ex ſimplici milite, Comitatus Auelli-
„ ni, & Ducatus Venuſij magnificis, & excelſis
„ titulis illuſtrauimus,] & conſtat in prædicta
pragmatica, quæ de ſucceſſione Comitatus
Auellini fuit facta in fauorē Filingeriæ vxo-
ris Ser Ioannis Caraccioli, vt ibi enunciatur,
indicās ex verbis in indulgētia poſitis ex gra-
tia pro eo prædictam declarationem fuiſſe
factam contra communem intellectum: &
licet prædictus intellectus per Cumiam in
præd. repet. cap. ſi aliquem, in verb. maritata,
ſub num. 386. vt plurimum fundetur in illis
verbis conſtitutionis in §. filia autem non be-
ne dicitur, ſic ſimpliciter, quia tex. loquitur
de ſucceſſione patris, non autem de fratris
ſucceſsione, vt inferius dicetur, & Iſern. ex-
preſsè dixit in præcit. doctrina in tit. de na-
tur. ſucceſſ. feud. in 1. addit. col. 3. verſ. item
in burgenſaticis: cuius doctrinæ verba ſupra
„ proximè retuli. ibi, [ad ſucceſsionem patris
„ dotata venit cum diſtinctione, §. filiæ.] ergo
ſi primo Iſern. dixit dotatam, & coniugatam
excludi ſimpliciter à ſucceſsione fratris, &
deinde dicit ad ſucceſsionem patris filiam
admitti cum diſtinctione §. filiæ autem in fi-
liabus erit tex. d. §. filiæ, intelligendus ex mē-
te, & verbis Iſern. cætera, ac plura dicuntur
10 per Cannet. qui dicit, neminem ex Siculis cō-
tradicere, & tamen Gulielm. de Pern. in hoc
expreſsè contradixit conſ. 13 pag. 1. verſ. rur-
ſus non obſtat. §. coniugatæ autem ibi, & quia
loquitur, quando fuiſſet, &c. & dicetur infe-
rius, tamen, vt dixi, penes me maximè vrget
prædictum argumentum, quòd, ſi voluiſſet,
declaraſſet Imperator, prout fecit in deſcen
dentibus modum dotationis, & iſta notabis
pro ipſis, maximè quæ circa deciſionem præ-
dictam Domini de Franch. 328. diſcutienda
ſunt, cum quo ad diſpoſitionem prædictæ
pragmaticæ Filingeriæ fatuum eſſet in Re-

 gno,

gno,& ſactilegium de re iam facta diſcutere,
maximè præcedente tali, ac tanta Iuriſpeti-
torũ Regni diſcuſſione: loquitur igitur in ex-
cluſione, quę per dotationẽ fit ſororis cõiuga-
tę a fratris ſucceſsione, vt talis dotatio debeat
11 pręcedere. † An verò pdicta oĩmoda exclu-
ſio ex bonis, & ſucceſſione dotantis non ſo-
lùm procedat, quando ſoror a fratre, ſed etiã
quando alia quęlibet etiam deſcendens à pa-
tre, vel auo, vel proauo reperitur dotata, ita
vt fiſcus ad morientis ſucceſſionem admitta-
tur, ſeruata diſpoſitione tex. ipſius conſtitu-
tionis, in verb. cõiugatã, iuxta pręductã prag-
maticam Reginę Ioannę pro fiſco videtur te-
nere Iſern. in prędict. conſtit. vt de ſucceſsio-
nibus, in verb. coniugatę autem, & dotatę,
dum in principio ita generaliter dicit *de bo-
nis eiuſdem, de cuius ſucceſſione agitur*: ſi
enim de ſolo fratre textum voluiſſet gloſſare,
debuiſſet dicere de bonis eiuſdem fratris, nec
obſtant illa ſequentia verba ibi, dum voluit
ſororem ad ſucceſsionem admittere, quia de-
inde in eadem gloſ. in verſ. ſed quid, ſi non
fuit dos ſoluta, ponit caſum ad declarationẽ
prædictæ dotationis tam in patre dotante, fi-
liam, quàm in fratre dotante ſororem, & in
verſ. cùm dos promittitur, expreſsè dicit,
,, [alioquin nunquàm ſoror, vel filia ſuccede-
,, ret in feudo patri, vel fratri, & in fin. ipſius
,, gloſæ in verſ. item ſi dos promittatur pro ſo-
,, rore, vel filia nolente, & inuita, vel ignoran-
,, te, & non conſentiente dotari non præiudi-
,, cat, quia non per hoc repelletur à ſucceſſione
,, feudi fratris, vel dotantis, vt eſt dictum plenè
,, in d. tit. de nat. ſucceſſ. feud. in princ.] Itaque
ſi ſecundùm ordinis obſeruantiam vellemus
Iſern. opinionem intelligere, ipſius opinio vl-
tima fuit, vt dotata, & maritata non ſolùm
poſtponatur ſorori in capillo, ſed omnibus
alijs, qui ſuccedere poſſent, quando fuit do-
tata de bonis illius, de cuius ſucceſſione agi-
tur, imò ipſi fiſco; prout quando eſſemus in
ſucceſſione fratris, vt prædictum eſt, & ſic vi-
detur ſupponere Afflict. in præd. conſtit. ex
mente Iſer. num. 30. in fin. decimi not. vbi di-
cit dotatam a patre excludi à ſucceſſione bo-
norum dotantis, non fratris, & num. 32.
verſ. ſed iuxta hoc quærit, vbi de fratre, &
patre dotante ad finem prædictum quæ-
rit, ergo pariformiter erit in vtroque deter-
minatio facienda: & ſecundùm hanc opinio-
nem proceſſit præcitatum capitulum Regis
,, Caroli, incip. emergentium, ibi, [Quæ aliàs
,, dotatæ, & maritatæ de iure, & Regni conſti-
,, tutionibus a ſucceſſione bonorum feudalium
,, auitorum, paternorum, & fraternorum, ſeu
,, alterius cuiuſcunque adminiculum afferat
,, præſidium, vel iuuamen, ſed pro maritatis, &
,, dotatis habeantur, cenſeantur, & reputentur,
,, & tanquam maritatæ, & dotatæ a ſucceſsio-
,, ne bonorum feudalium in caſu, prout iura,
,, conſtitutiones, & capitula Regni dictant pe-
,, nitus, & infallibiliter repellantur, & curia,
,, ſeu fiſcus noſter in bonis ipſis ſingulis vicibus
,, ſuccedat, & ſuccedere valeat, debeat, &
,, poſſit.]
12 Sed tamen, licet prædicta maximè vrgeant,
veritas, quæ ex tex. conſtit. vt de ſucceſſioni-
bus colligitur, non patitur prædictam inter-
pretationem: poſtquam non niſi in fratrum,
& collateralium ſucceſſione fuerit dicta
excluſiua admiſſa in §. coniugatæ autem, &
dotatæ, imò filia dotata, dum de patris ſucceſ-
ſione tractat in §. filiæ autem in capillo, quan-
do non adſunt filiæ in capillo, ſed exiſtunt
plures dotatæ de bonis patris maiores mino-
ribus præferuntur inter viuentes iure Fran-
chorum: inter viuentes autem iure Longo-
bardorum collatis dotibus, ita ex gloſ. Mari-
ni in verb filiæ autem, expreſſit Iſer. in tit de
nat. ſucceſſ. feud. in 1. addit. col. 3. verſ. ite in
burgenſaticis, vbi dicit, conſtitutionem præ-
dictam à ſucceſſione fratris excludere coniu-
gatã, & dotatam ad ſucceſsionẽ patris venire
cũ diſtinctione, quæ fit eadẽ cõſtit. § filiæ, ſci-
licet, vt diximus; inter viuentes iure Frãcho-
rum, vel Longobardorum, & melius idem
Andr. in fine prædicti tituli de natur. ſucceſſ.
feud. verſ. hoc non bene dicitur, ibi, [In patre
,, non poſſet poni, a cuius ſucceſſione non re-
,, pellitur propter dotem in fratre mortuo ſine
,, hærede legitimo, ſcilicet, maſculo, in feudo
,, ſimiliter poni non poteſt, quia tunc aperire-
,, tur feudum agnatis de iure illo, in Regno Si-
,, ciliæ fiſco, qui excludet dotatam à fratris ſuc-
13 ceſſione, † nec prædictum capitulum obſtat,
nam eſt relatiuum ad diſpoſitionem conſtitu-
tionum, & capitulorum Regni, & per hoc
omnino erit intelligendum, prout loquuntur
conſtitutiones, & ſic ipſum intelligit de Põt.
præd. conſ. 10. vol. 1. nu. 31. & 32. cum ſeq. &
fundat prędictam opinionem, Et omnia dicta
ex opinione Iſer. tã ſupra relata in contrariũ,
quam etiàm in præcedenti diſcurſu in tit. de
natur. ſucceſſ. feud. intelligentur, rèſpectiuè,
ſcilicet, ſecundum habilitatem terminorum,
vt cùm loquitur de patre dotãte, intelligatur
quatenus dotata, deinde eſſet excludenda à
ſorore in capillo, ſeruata forma prædicti §. fi-
liæ autem, qñ verò tractat de fratre, intelliga-
tur iuxta terminos totalis excluſionis, ſecũdũ
terminos §. coniugatæ autem, & dotatæ, &
ita Iſern. intelligit Ann. conſi. 8. num. 9. qui
dum vult intelligere Iſer. lòqui tam in patre,
quam

quàm in fratre, quando eſt ſola dotata, & ſoror excludatur à Fiſco, intelligitur in quæſtionis dubitatione, non autem in reſolutione, prout ibi ſequitur in concurſu ſororis in capillo, nam optimè ſupponit Iſer. in patris dotatione diſcurrere, non ad viam totalis excluſionis, vt eſt ipſius ſororis, ſed ad inducendam prælationem ſororis in capillo: concludamus igitur prædictam conſtitutionem requirere dotationem de bonis, de cuius ſucceſſione tractatur tam in prima parte, in qua tractat de ſucceſſione deſcendentium vſque ad verſ. ex collaterali, quam in §. filiæ autem, ac ex diſpoſitione primæ conſtit. in aliquibus quoad prælationem, quam etiã in inducenda totali excluſione ſororis à ſucceſſione fratris, ita vt etiam fiſcus poſſit admitti, ſtante interpretatione, in Regno facta per pragmaticam prædictam la Filingeria, quæ eſt prima inter pragmaticas in tit. de de feudis.

14 Reliquum eſt, vt diſcutiamus, an iſta dotatio de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur in diſpoſitionibus prædict. conſtitut. vt de ſucceſſionibus requiſita, vt diximus: requiratur etiam neceſſario in inducenda prærogatiua in capillo in ſucceſſione fratris, vt, ſcilicet, poſſit ſoli dotatæ, & nuptæ, vt dixi, ſoror in capillo præferri, & per hoc an ſoror in capillo in ſucceſſione fratris debeat, vel poſſit præferri tantum maritatæ ſorori, licet non dotatæ de bonis ipſius fratris, de cuius ſucceſſione agitur: & hanc quæſtionem latè tractat Federic. Viuald. in ſuo vero, vt ait, intellectu conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verſ. ex collaterali, & pragmaticæ prædictę la Filingera, quem auctorem in fin. huius voluminis imprimendum curaui: ne quis putet imaginarium aduerſarium mihimet paraſſe: tenet enim prædictus autor pro ſorore in capillo contra maritatam, & non dotatam de bonis fratris, eſſe, ſcilicet, ipſam in capillo pręferendam ipſi maritatę; & quia per D. de Franch. fuit facta deciſio in cauſa ſororum de Suriano in deciſ. 328. vnitis tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Camerę contra ſororem in capillo, & ipſam etiam ſequitur de Pont. conſi. 10. vol. 1. per tot. & pręd ictus Viuald. facit magnum Feſtum de pręd icto intellectu, decreui hic, pro defenſione tantæ deciſionis, ac pro tollendis difficultatibus, nouiter per eum poſt prædictam deciſionem excitatis nuncupatim, ac ſigillatim omnibus argumentis propoſitis, ac reſolutis, opinionem contra ſoro-

15 rem in capillo veram demonſtrare. † Et ne elatus permaneat, etiam ante diſcuſſionem, laudem inuentionis ei aufert Cumia, qui longè ante ipſum pręd ictum intellectum, tanquã à ſe inuentum, & nouum dixit in repet. cap. ſi aliquem, in verb. maritata, ſub num. 19. verſ. imò nouiter intelligendo, vbi videri poteſt nam ex tex. conſtit. pręd ictę eodem modo firmat pręd ictum intellectum.

16 Pręſupponit enim pręd ictus veridicus intelligens, quòd dicta conſtitutio in verſ. ex collaterali, dum ad ſucceſſionem fratris vocat fratres ex vtroque latere, vel ex altero, ac ſororem in capillo. excluſo etiam communi parente; quod ex hoc per argumẽtum à contrario ſenſu admittat ſorores maritatas poſt ipſam ſororem in capillo, vt, ſcilicet, attento ordine literę fratres primò, deinde ſorores in capillo; tertiò communem patrem; quartò ſororem maritatam, ſcilicet, non in capillo admittat; additque hoc probari per dictionẽ illam, etiam, quę implicat excluſionem non ſolum communis patris, ſed etiam ipſius coniugatę, ponderat etiam in pręd. conſtit. verbũ illud omnino, vbi pręciſa admiſſio demõſtratur, per glo. in cap. ex parte, extra de offic. deleg. vbi DD. & dat in fin. conuenientiam, quòd, ſi dotatio, & coniugatio de bonis fratris cauſatur omnimodam excluſionem ſororis a bonis, & ſucceſſione fratris, iuſtum videatur ſolam coniugationem aliquid operari, vt ad minus ipſi ſoror in capillo præferatur, compenſando per hoc commodum maritagij cum prælatione in ſucceſſione fratris, vt num. 1.

Secundò arguit. quòd incluſio ſororum in capillo eſt excluſio ſororum nuptarum ex reg. l. cùm Prætor. ff. de iudic. vt in ſimil. arguit Piſanell. in reſponſo edito poſt Cannet. num. 11. & licet, inquit, in §. coniugatæ autẽ, & dotatæ a contrario non repellantur, coniugatæ ſolùm, & non dotatę, inquit ipſe, intelligendum ſuo loco, ſcilicet, poſt fratres, & ſorores in capillo: nam argumentum eſt delumendum iuxta limites ipſius diſpoſitionis: ſi enim tex. dicit coniugatę autem, & dotatę a fratrum ſucceſſionibus repelluntur: ergo coniugatę tantum non repelluntur; ergo non poterit concludi; quòd omnino admittantur, ſcilicet ante ſorores in capillo, corrigendo, vt ipſe dicit, expreſſam diſpoſitionem, per quam ſoror in capillo omnino ſuccedit, in §. pręcedenti ex collaterali poſitam, vt in ſupra dicto autore. & nu. 2.

Tertiò ſoror in capillo per conſtitutionẽ eſt admiſſa, & pręlata ipſi etiam communi patri, ſi admitteretur ſoror nupta, & pręferretur ſorori in capillo per regulam, ſi vinco vincentem, pręferretur nupta communi patri, & ſic illud abſurdum permiſſum in fratre, & ſorore in capillo multiplicaretur in

ſorore nupta, abſurdum hoc videtur, ex quo frater debet vocari poſt patrem, cùm propinquior ſit pater, vt dicit Iſer. in cap. 1. col. 1. in fin. verſ. nec poſſet patri, & col. 3. in fi. verſ. conſtitutio Regni, pdicta. Et poſtquā ſic præcepit, & ordinauit prædicta conſtitutio, non eſſe ordinem controuertendum, & ſupponēdo verè, & expreſsè ſic fuiſſe per prædictam conſtitutionem ordinatum, refert rationes diuerſitatis inter in capillo, & nuptam, quaſi plus militet ratio obſeruandæ agnationis in ſorore in capillo, quàm in coniugata, Dec. in l. venia, num. 5. C. de in ius vocan. & Tiraquell. de retract. in præfat. nu. 56. & 65. vt per prædictum nu. 3.

Quartò arguit ex intentione prædictæ cōſtitutionis, quòd, ſcilicet, in linea collaterali omnino ſuccedunt fratres, etiam ex altero parente coniuncti, & ſoror in capillo, excluſo etiam communi patre: ergo poſt prædictos non excluditur communis pater, ſed admittitur, ergo pater excludit coniugatam: ſi ergo pater, excluſus à ſorore in capillo, excludit coniugatam, multò magis illam excludet ipſa ſoror in capillo, per regul. ſi vinco vincentem te, probat hoc ex autoritate Iſern. in colum. 2. poſt med. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. verſ. ſed ſi feudum eſſet à latere (his verbis, (dic vt ſupra, quòd frater, vel ſoror in capillo ſuccedent, quādo pater excluditur) nulla facta mentione ſororis coniugatæ, prout etiam glo. in conſtit. prædicta in verb. excluſo etiam; vbi qñ non ſunt fratres, & ſorores in capillo, & filij fratrū, pater ſuccedit, & dicit hoc etiam fundari per Luc. de Penn. in præd. l. fi. in fi. verſ. amplius, C. quand. & quib. quar. pars lib. 10. verſ. amplius in d. conſtit. ibi (Et alijs vlterioribus, qui per patrem rationabilius repellerentur, excluſis.) Et huic argumēto, inquit prædictus Autor, ſophiſtæ omnes toto vitæ ſuę tempore non reſpondebunt, torqueant ſeſe, & infensè aduerſentur, quantum velint, nu. 5.

Quintò arguit ex pondetatione etiam prędictæ conſtitutionis, ex quo conſtitutio prædicta in ſucceſſione deſcendentium expreſsit, quòd ſorores, licet maritatæ, tamen non dotatæ de bonis patris, de cuius ſucceſſione agitur minoribus ſororibus, in capillo exiſtentibus, præferri debeant idipſum ſi voluiſſet, in collaterali dixiſſet, ergo omittendo ſatis declarauit, quòd in ea linea voluit in feudalibus illam præferri, l. 1. §. ſin autem, C. de caduc. tollen. & prædictum §. filiæ loqui in linea deſcendenti: hoc non indiget probatione, vt probauimus etiam ſupra ex Iſer. autoritate ſupra in tit. de nat. ſucceſſ. feud. in 1. addit. col. 3. verſ. [ad ſucceſſionem patris dotata venit cum diſtinctione, quæ fit eadē conſtitutione, §. filiæ & omnes ſic tenent. & in hoc benè inuehit autor ille contra Cannet. d. cap. ſi aliquem, fol. 300. verſ. ſed diſcutiendum eſt, num. 12. & ibid. etiam benè excludit repetitionem qualitatis expreſſæ in d. §. filiæ poſſe fieri in ſuperiori §. ex collaterali, vt in d. autor. num. 6.

17 Sextò fundat ex verbis capituli Papæ Honorij relati per Liparul. in addit. ad Iſer. in c. 1. col. 5. de nat. ſucceſſ. feud. cuius verba ſunt, [In ſucceſſione verò præmiſſa inter feudatarios, & ſubfeudatarios viuētes in regno eodē iure Frāchorū ſexus, & primogenituræ prærogatiua ſeruetur, vt interdum eodem gradu feudatario coniunctos fœminam maſculus minorem maior natu præcedat, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ concurrentes, niſi forte duabus concurrentibus, eſſet primogenita maritata, & minor remanſerit in capillo: tūc enim minor, quæ in capillo remanſerat, primogenitæ maritatæ in ſucceſſione huiuſmodi præferatur: ſed ſi nulla remāſerit in capillo duo, vel plures fuerint maritatæ maiori natu ius primogenituræ ſeruetur.] Et prorſus ijſdem verbis diſponit cap. ſi aliquem Regis Iacobi Regni Siciliæ, prout ex Gulielmo de Pern. Cumia, & Cannet. colligitur, quæ capitula, ſi quando diſponunt inter maritatas prærogatiuam ætatis, non poſſunt, inquit ipſe, intelligi de illis maritatis, & dotatis de bonis eius, de cuius ſucceſsione agitur, quia illæ per conſtitutionem omnino repelluntur, & ſic loquēdo de pręlatione, oportet, vt ipſæ perſonæ ſint tales, quæ poſſunt ſuccedere cuiuſmodi non ſunt ipſæ dotatæ de bonis illius, in cuius ſucceſſione agitur, vt prædictus auctor nu. 9. ergo neceſſariò loquuntur in maritatis tantum.

Septimò affert autoritatem Gulielmi de Pern. in conſ. 13. in col. 1. verſ. quinimo, ibi, [Nec obſtat, quòd fuerit mater coniunctę in capillo, vt ſic illa ſuccedat, vt d. §. ex collaterali, quia certè non remanſit in capillo, quia præmortua matri, & propterea viuente matre, etiam maritata, & dotata fuit.] Ex quibus verbis colligit prędictus autor, quòd ſi ſecundogenita verè remanſiſſet in capillo, proculdubio in ſucceſſione feudi ſororis, vita functæ, ipſa in capillo ſorori nuptę pręferri debuiſſet, vt prędictus nu. 10.

Octauo adducit autoritatem Afflict. in cōſtit. vt de ſucceſſionibus, nu. 30. in 10 notab. vbi referendo, ſecundùm intellectum d. §. coniugatæ, & dotatę, inquit, [Secundus intellectus eſt ſecundùm Andr. de Iſer. hic vt tunc

ſoror

„ ſoror coniugata, & dotata repellatur à ſuc-
„ ceſsione feudi fratris ſui decedentis ſine libe-
„ ris,& ſine fratre maſculo, vel ſorore in capil-
„ lo,ſuperſtite ſolùm ſorore ſua coniugata, &
„ dotata, quando eſſet dotata à fratre, ſecus ſi
„ aliunde fuiſſet dotata, etiam quòd fuiſſet do-
„ tata de bonis paternis, quia tūc repellitur ſo-
„ lùm à ſucceſſione bonorum dotantis, non
„ autem à ſucceſſione bonorum fratris, de cu-
„ ius bonis non fuit dotata, vt prędictus nu. 11.

Nonò colligit hanc eandem ſententiam ex doctrina, ac theorica Luc. de Penn. in l. ſi. in ſi. C. quand. & quib. quar. pars. Ex qua doctrina autor ille longa argumentorum ſerie prætendit ſentire ipſum Lucam, quòd ſoror, licet dotata à patre, vel de bonis paternis, admittatur poſt ſororem in capillo, ſcilicet, non nuptam ad ſucceſſionem fratris, vt ſic probetur iſta tertia ſpecies inter penitus admiſſam, quę eſt ſoror in capillo, penitus excluſam, quę eſt ſoror coniugata, dotata à fratre de bonis fraternis, quę tertia ſpecies conſiſtat in dotata à patre, vel aliás maritata ſimpliciter, quę non excludatur penitus, nec penitus admittatur, ſed poſtponatur ipſi ſorori in capillo, vt prędictus auctor nu. 12.

18 Sed tamen prędictis tot ponderationibus, ac argumētis non obſtantibus, aliter tex. prædictę conſtitutionis intelligendum eſſe credo, ac communem praxim veram, ac veriſsimā comprobari facili negotio ex infraſcriptis oſtendam.

Certum enim, & indubitatum eſt, conſtitutionem prædictam voluiſſe dilucidè diſponere, prout ſemper ponderat Iſern. in ſuo cōmen. & pręcipuè in verb. filij autem fratrum, & optimè in tit. Imperator Lothatius, in verb. & ſi filius fratris, col. 2. verſ. conſtitutio eſt dilucidans, iunctis ijs quæ ibid. colum. 3. verſ. per hoc non obſtat, vbi optimè de iſta dilucidatione loquitur Iſer. Ex qua ratione nunquàm mihi perſuadere potui, vt ipſa conſtitutio modo prędicto voluerit tot, & tantas diſpoſitiones facere non in ſenſu directo, ſed nunc tacitè per nominationem perſonarum, vt primò nominatas voluiſſet pręferri: item vt maritatas, & non dotatas voluerit à contrario ſenſu vocari in §. coniugatę autem, & dotatę, prout ante prędictum voluit Cumi. in repet. pręd. cap. ſi aliquem, in verb. maritata, ſub num. 19, 20. & ſeq. & mirum, quòd, dum vellet ſucceſſionem dilucidare, & conſtituere inſimul pręrogatiuas in ſucceſſione collateralium diuerſas ab ipſa ſucceſſione deſcendentium per tacitum, ac ſubauditum intellectum, & ſic per obſcurum ſenſum voluiſſe prędictum Imperatorem hoc facere tunc temporis à tanto viro in hoc conſultum, prout erat Petrus de Vineis: mirum etiam, quare in collaterali ſucceſſione non curauerit prærogatiuas expreſsè diſponere, in ipſa ſucceſſione deſcendentium iam in eadem conſtitutione ſtabilitas, ſed ſimpliciter omnes perſonas, & gradus admittēdo, nec ſexus pręrogatiuam, nec ętatis, nec capilli expreſsè nominauerit.

Vnde neceſſe eſt, quòd dicamus Imperatorem ſimplici modo diſpoſuiſſe, ac illum eſſe verum intellectum illius conſtitutionis, qui magis ſimplicitatis amicus conſpicietur iuxta latè dicta in principio procem. Caroli hic, & dixit Luc. de Penn. in l. vnic. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. col. 9. verſ. hanc itaque ſententiam, & in ſimili eodem argumento, ad ſimpliciter eandem conſtitutionem intelligendam, prout ſimpliciter loquitur idem Iſer. vſus eſt in quęſt. aſcendentium, ac fratrū, in verb. ex collaterali, col. 2. verſ. non obſtat primum argumentum.

19 Dicamus igitur vocaſſe Imperatorem ſub nomine fratrum omnes ſorores, & ſic dum dixit, *ex collaterali linea venientes, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantum*, credendum eſt vocaſſe ſimpliciter omnes ſorores, tam ex vtroque parente, quā ex altero tātùm, & ſub hoc nomine generali generaliter diſpoſuiſſe, non ſolùm in fratribus maſculis, ſed etiam in ſororibus, in ijs, in quibus inter fratres, & ſorores non erat facienda aliqua ſpecialis nominatio ad diuerſum iuris effectum cōſtituendum in ipſa ſucceſſione, prout in interpretatione cap. ſi aliquem optimè arguit Cannet. in eius repet. fol. 234. verſ. ſed quærendum eſt quicquid ibi nu. 5. ex opinione Doctorum teneat fratres ſolos hoc verbo hic contineri, cùm in hoc ſtet noſtri intellectus nouitas ad euitandas contrariorum difficultates. Probatur etiā ex eadē conſtitutione dum inquit coniugatæ autem, & dotatę a fratrum ſucceſſione repelluntur, nonne ibi verbum fratrum, continet etiam ipſas ſorores, vt ſic ſoror dotata a ſorore primogenita viuente iure Frācorum excludatur a ſucceſsione ſororis, ita dixit Iſer. in tit. de nat. ſucceſs. feud. in princ. ſecundę addit. quæ incipit itē ſi repellitur. Vnde in hoc erit dilucida iſta cōſtitutio nec obſtat quod dixit Iſer. in tit. imperator Lothar. verſ. & ſi filius fratris, col. 2. verſ. conſtitutio etiam dilucidans, vbi in conſtitutione dilucida maſculinum non comprehendit fœmininum, quia in hoc iam probauimus in alijs contrarium tenere Iſer. & ibidē concludit contra illud argumentum in quæſtione principali col. 3. verſ. per hoc non obſtat,

ſtat, vbi concludit comprehendi in dilucida cõſtitutione ea quę inſunt, & nõ indigent expreſſione, vt eſt caſus noſter, quod vero conſtitutio ſit dilucida in hoc cum maſculinum fœmininum comprehendit, voluit expreſsè idem Iſer. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verbo filij autem fratrum, ibi è contra videtur & verius, ibi & per hoc dilucida eſt conſtitutio, vt mox dicemus. probat eadẽ conſtitutio in §. immediatè ſeq. in verſ. filij autem fratrum, nonne, & ibi fratris appellatione ſorores continentur? vt hoc expreſsè voluit Iſer. in §. filij autem fratrum, vbi contendit, nedum filiam fratris ibi intelligi admiſſam, ſed etiam filiam, & filium ſororis, in verſ. ibi, *iddem dicendum eſt de filio, vel filia ſororis non dotata*, & paulo poſt in verſ. continetur quidem in regiſtro Imperatoris huius, vbi refert regiſtrum eiuſdem Imperatoris Federici, quod fecerit aſſecurari nepotem de feudis materteræ, & ſic ſororis matris, quod nõ potuit fieri, niſi deducendo prædictam concluſionẽ ex diſpoſitione dicti §. filij verò fratrum; quia vt ibi inquit Iſer. fuit hoc ibidem ſtatutum, quia mater, ex cuius perſona prætendit ſucceſſionem non fuerat dotata: vbi autem dotata fuiſſet, tunc obſtaret ei, ſicut & matri, & in eo loco colligitur ex Iſer. quòd conſtitutio ſub verbo fratris vocauerit, & diſpoſuerit de ſorore maritata, & non dotata, quia ſimiliter ſub eodem verbo colligit diſpoſitionem in ipſius filijs: ſic etiam dum tex. dicit fratrum filij, iddem ius habent, & per hoc Iſer. inquit filium non dotatæ admittendum ad ſucceſſionem feudi materteræ, & ſimpliciter dicit non dotata, & paulo poſt inquit, vbi fuiſſet dotata, ſequitur neceſſariò ex Iſer. quod dum admittit filium, non loquitur de filia in capillo dum excludit dotatam, & includit non dotatam, voluit admittere maritatam, non dotatam, dicit etiam Iſer. in 2. addit. in prin. de nat. ſucceſſ. feud. num. 24. verſ. idem in filio, his igitur ſuppoſitis, vides, quare conſtit. in ſequenti de ſorore in capillo ſolùm, & dotata, & maritata tractauerit expreſsè per proprium verbum ſororis: ſi enim conſtitutio nõ habuiſſet neceſſitatem ad dilucidationem prædictæ ſucceſſionis nominandi ipſas ſorores. nunquam illas nominaſſet: ſed, quia ſub verbo fratres, omnes etiam ſorores incluſerat, & proximè in deſcendentium ſucceſſione volebat introducere, prout introducebat prærogatiuam capilli inter filias ad euitandũ hoc dubium, inquit, conſtitutio, eſſe in collaterali inter ſororem in capillo, & ſororem maritatam, & dotatam diuerſitatem iuris à ſucceſſione deſcendentium, quaſi dicere velit in collaterali non datur caſus prærogatiuæ iſtius: nam ſoror in capillo omnino, ſcilicet, abſque aliqua difficultate, excluſo etiam communi patre, ſuccedit, & ſic dat tantùm ipſi ſorori in capillo omnimodam ſucceſsionem, nec per hoc bene ſequitur, ergo dat aliquam prælationem; nam non ſequitur, eſt omnino admiſſa, ergo & prælata, quemadmodum in maritata, & dotata è contra dicit, non eſt darl in ea aliqua poſpoſitio, vt ſcilicet, ſoror in capillo præferatur ei: nam iſta omnino excluditur. & Imperator voluit ſic dilucidare ſucceſsionem, excludendo concurſum, & prælationem, ac prærogatiuam ipſius ſororis in capillo cum ſorore maritata, & dotata, quam pręrogatiuam in deſcendenti admiſſura erat inter filias; non autem erat neceſſitas nominandi ſororem in capillo ad ipſam admittendam, ſed potius ad declarandã excluſiuam, ac omnimodam inhabilitatem ipſius ſororis maritatæ, & dotatę, & erat (hoc modo intelligendo textum prædictum) ſimplex, & pura diſpoſitio, & per hoc vocabuntur omnes ſorores ſub verbo fratris, quæ non reperiuntur excluſæ, vt in ſimili dixit Iſer. in d. §. filij autem fratrum, ibi, [Siue dicatur hęc
,, conſtitutio prohibitoria. & dicemus admitti
,, omnes, qui non prohibētur, ſiue permiſſoria,
;, & dicemus adijci omnes, niſi prohibitos, ff. de
teſt. l. 1. in princ.] Si igitur conſtitutio non expreſſiſſet de ſorore in capillo, & maritata, & dotata non eſſet difficultas, quod ſtante admiſſione vtriuſque ſexus appellatione fratris, ſoror contineretur, eò maximè quia iam probauimus. illam expreſſionem potius declarare, quòd præcedens verbum fratres, contineat ſorores, quàm excludat per regulam, quod exceptio ampliat regulam aliquando, vt per Decium in l. 1. num. 32. cum alijs ibi dictis ff. de regu. iur. Et quòd fratris appellatione ſoror contineatur, Affl. in conſtit. fratribus, nu. 2. verſ. Secundò quæro, & in materia conſtit. Regni in feudorum ſucceſſione, quod maſculinum contineat fęmininum, ex quo fœmina eſt habilitata, Minadous in repet. conſtit. in aliquibus, in rub. in verb. filiorum, nu. 27.

20 Notandum eſt etiam, quod prædicta conſtitutio noluit in ſucceſſione collateralium enunciare prærogatiuas inter ipſos ſucceſſores, cùm nec ſexus, nec ætatis prærogatiuas enunciet, quod noluerit pater in cæteris, & ſufficit dare inſtantiam, vt hic Iſer. in ſimili arguit ſub verb. ex collaterali, col. 3. in princ. verſ. non obſtat primum argumentum. Sic etiam credibile eſt, quòd, ſi aliquam aliam prærogatiuam ſpecialem voluiſſet in collate-

rali

ſali ſucceſſione inducere, diuerſam à ſucceſ-
ſione deſcendentium, illam expreſsè diſtin-
xiſſet, prout diſtinguit diuerſitatem in præro-
gatiua in capillo, non diſtinxit, quia in omni-
bus, & per omnia, prout erant ſtabilitæ præ-
rogatiuæ in ſucceſſione deſcendentium, ſic vo
luiſſe credendum eſt, intelligi in ſucceſſione
tranſuerſalium, prout expreſsè arguit Iſer. in
præd. §. filij autem fratrum, ibi, [Et ſicut in
„ deſcendenti commune votum eſt æquare
„ mares, & fœminas, vt ſupra, l. proxima, ita in
„ gradu quocunque modo, vbi ſucceſſio defer-
„ tur, æquantur fœminæ maſculis, ſicut in filio
„ fratris, & filia fratris expreſsè dicitur. C. de
„ legit. hæred. l. in lege, ibi, Et qua ratione fra-
„ tris filius. Si igitur gloſ. in verb. ſuccedunt,
Subintelligit inter fratres, & ſorores præro-
gatiuam ſexus non expreſſam, quare etiã ætâ-
tis prærogatiua nõ erit intelligenda? præro-
gatiua capilli remanet penitus excluſa, cũ aut
oĩnò admittẽda ipſa ſoror, aut excludẽda illa
maritata, & dotata, & ſic etiam prout in pa-
tris, & aliorum aſcendentium ſucceſſione ad
inducendam prælationem capilli erat neceſ-
ſaria dotatio de bonis eius, de cuius ſucceſſio-
ne agebatur, ſic etiam eſt per prædictam prag-
maticam Filingeriam ſtabilitum, quòd debeat
eſſe dotata de bonis ipſius fratris, vt ſequatur
totalis excluſio ad fiſcum admittendum, &
per conſequens remanent omnes aliæ ſorores
non excluſæ, vocatæ à prædicta conſtitutione
expreſsè ſub generali verbo fratrum. Quòd
verò fratrum appellatione ſoror contineatur,
latè dicemus infra in conſuet. ſeq. ſi quis, vel ſi
qua, §. quod autem, verſ. & in præmiſſis, quæ
ſola diſpoſitio conſuetudinis probat, quòd,
niſi adfuiſſet expreſſa declaratio, ſtãte admiſ-
ſione vtriuſque ſexus appellatione fratris ſo-
ror fuiſſet contenta, prout eſt in conſtitutio-
ne prædicta.

21 Nec omittendum aduertere quàm, ſummo
ingenio ipſa conſtitutio, dum vult introduce-
re prærogatiuam capilli, illam declarat, vt fuit
in linea deſcendenti. §. filiæ autem, ſummo eo-
dem ingenio credendum eſt, quòd in §. ex col-
laterali inter ſororem in capillo, & maritatã,
& dotatam voluerit expreſsè declarare non
eſſe prædictam prærogatiuam practicabilem,
quia ſoror in capillo omnino ſuccedit, illa
maritata, & dotata omnino excluditur, & ſic
vbi denegatur potentia ſuccedendi, non da-
tur locus prærogatiuæ, & propterea in præ-
dictis locis tam Iſer. quã cæteri, ſemper vni-
formiter in filia, & ſorore caſum dotationis,
& quæſtiones tractauerunt, vt in fin. tit. de
natur. ſucceſſ. feud. & alijs locis, ſupra relatis,
& per de Pont. latè conſ. 10 lib. 1. & infra di-
cendis ad oſtendẽdum, quòd iſta qualitas do-
tationis in maritata vniformiter in filia ſit
conſideranda, vt conſideratur in ſorore, in fi-
lia ſcilicet, ad introducendam prærogatiuam
pro filia in capillo; in ſorore ad faciendam,
& cauſandam omnimodam ipſius excluſionẽ,
& hoc eſt, quòd non intellexit veridicus ille
intelligens. Et fundatur etiam in dicta
ratione iſta opinio, quia, ſi vera fuiſſet
opinio, quòd Iſern. ſenſiſſet per conſti-
tutionem fuiſſe introductam prædictam ter-
tiam ſpeciem in linea collaterali, quando tot,
tãtiſque verbis in filia, & linea deſcendenti
tractat de dotatione ad finem diſcutiẽdi præ-
rogatiuam filiæ in capillo, dixiſſet verbum
vnum de ſimplici maritata, & non dixiſſet
ſimpliciter per conſtitutionem maritata, &
dotata ſimpliciter excluditur à ſucceſſione
fratris, & in ſucceſſione patris cum diſtin-
ctione, vt in tit. de nat. ſucceſſ. feud. in 1. addit.
col. 3. verſ. item in burgenſaticis, cuius verba
recitauimus ſupra in princ. huius diſcurſus,
22 † & prædicta opinio communis fundatur in
autoritate Luc. de Penn. quæ in contrarium,
in nono argumento per prædictum tutorem
refertur: nam in l. fin. colum. fin. C. quand. &
quib. quar. pars lib. 10. verſ. præmiſſorum pri
mò proponit quæſtionem tam in filia, quàm
in ſorore. Et ſupponit, quòd pater mo-
ritur, alia filia in capillo ſuperſtite, ibi, *&*
„ *moritur alijs, vel maſculis, vel fœminis in*
„ *capillo ſuperſtitibus*, ſubdit in verſ. Am-
plius in dicta conſtitutione, nullam eſſe
rationem, quare ſoror in capillo admittatur
ad ſucceſſionem fratris, excluſo communi pa-
tre, & dotata de bonis patris, & non fratris,
nõ admittatur, dũ deinde in verſ. itẽ ſi frater
nõ dotauit. ſupponit ſororẽ nuptã, & nõ do-
tatã à fratre, & dicit ipsã admitti ad fratris
ſucceſſionẽ, limitat deinde pdicta ibi [Et hæc
„ potiſſimè locum habent, vbi alius nõ eſſet in
„ medio, qui eam à fraterna ſucceſſione repelle-
„ ret, puta frater ſecundum ſententiam aliquo-
„ rum, qui ratione ſexus ſororem excludit, aut
„ filius fratris.] Ergo expreſsè præponit mari-
tatæ ſorori, & nõ dotatæ fratres, & non ſororẽ
in capillo, nec patrẽ dicit poſtea ſic vidiſſe cõ
ſultum in verſ. vidi autem conſilium, & com-
probat conſilium ratione, quia nulla differen-
tia eſt, nupta ſit, an in capillo, quæ ad ſucceſ-
ſionem communis fratris admittitur, ſi de
eius bonis dotata non ſit. d. l. quoniam nouel-
la, ergo non datur per Lucam iſte medius ter-
minus inter in capillo, & maritatam, & do-
tatam de bonis, de cuius ſucceſſione agitur, vt
eſt

eſt ſimpliciter nupta. Nec eſt verum,quod Lucas in d. verſic. & cum ſoror in capillo dicat admitti ſororem nuptam & dotatã de bonis paternis,non fraternis ad ſucceſſionẽ fratris poſt ipſum patrem,quia hoc non dicit,ſed ſolum dicit,*quod ſi ſoror in capillo, ideſt non nupta,vt ſupra.*ſ. nõ nupta, nec dotata de bonis eius,de cuius ſucceſsione agitur, ſi admittitur excluſo communi patre ad ſucceſſionem fratris in feudo, nulla ratio eſt,quare non debeat admitti ad eiuſdem fratris ſucceſſionem, excluſis omnibus alijs, qui per patrẽ rationabilius pellerentur, ergo quod pater excludat nuptam, & non dotatam de bonis fratris:non dicit,imo totum cõtrarium, quia hic Lucas æquiparat maritatam,& non dotatam de bonis ipſius fratris ad excludendos illos, qui per patrem rationabiliter excluduntur,& ſi nõ ſupponeret,quod pater ęqualiter tam à non nupta,quã a nupta, & non dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur excludatur, arg. a maiori non rectè concluderet,& ex his ſit ſolutũ nonum argumentum.

22 Nec obſtat octauum ex autoritate Afflicti, quia Afflict.non loquitur,niſi de intellectu §. coniugatæ autem,& dotatæ circa excluſiuam ipſius ſororis, & admiſſionis fiſci, qui caſus non poterat poni, exiſtente fratre, vel alio, qui ſine controuerſia poſſet ſuccedere, non autem tractat pręrogatiuam inter ſororem in capillo,& maritatam, de qua,vt diximus, nec tex. conſtitutionis in pręd. §. coniugatæ autem vnquam tractauit.

24 Minus obſtat ſeptimum ex Gulielm. de Pern. conſi. 13. col. 1. verſ. quinimo ex quo fundatur noſter intellectus,primò dum dicit,
,, ibi,[Nec quem moueat,quòd ibi de fratribus,
,, non ſororibus loquatur,quia hodie iddem in
,, ſororibus,& filiabus,deficientibus maſculis,
,, tam per conſtit.Regn.in aliquibus & d.con-
,, ſtit.vt de ſucceſſionib.§.ex collaterali linea.]
Et ſic in §.ex collaterali,expreſsè tenet vocari ſorores,ceſſantibus maſculis, & vides quomodo ponat vocationem ſororum,quæ vocatio non poterat fundari in ſorore in capillo, quia,ſi ipſa,pro qua ſcribit, fuiſſet in capillo, non ſequeretur verſiculus,ibi,[Rurſus non
,,obſtat.§.coniugatæ autem in d.conſtit.vt de
,, ſucceſſionibus, quia etiam eſt correcta per d.
,, §.ſed ſi nulla,& quia loquitur, quando fuiſſet
,, a fratre,vel ſorore, de cuius ſucceſsione tra-
,, ctatur,maritata,& dotata.] & ſic Guliel. dat binam ſolutionem. primam, quòd ille tex. ſit correctus per cap.ſi aliquẽ,in verſ. ſed ſi nulla,relatum ſupra in 6.argum. quod eſt idem prorſus cum capitulo Papæ Honorij, vbi expreſsè maritatæ, & dotatæ, vt ibi dicemus, ſunt admiſſæ, & excluſus fiſcus: ſecundam, quòd ille tex.loquatur, quando fuit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſsione agitur, vt eſt per Filingeriã declaratũ in Regno:ex prędictis ergo cõcluditur,ꝙ ex opinione Guliel. ſoror eſt vocata, quã non eſt dotata de bonis eius,de cuius ſucceſsione agitur per §. ex collaterali:& illa ſoror,q̃ non eſt in capillo cum in §.coniugatę autem, & dotatæ non fundet vocationẽ fœminarũ, ſed ſub verb.fratrum.

25 Nec obſtat ſextum ex diſpoſitione capituli Papę Honorij,& cap.ſi aliquem Regni Siciliæ,quia vt ex Gulielm. de Perno ſupra diximus,dicitur prędictum § coniugatę autem, & dotatę.corrigi per capitulũ,vbi non excluditur dotata,& cõiugata, imò quòd per prædictam diſpoſitionem in eo Regno fiſcus non admittatur, tenet Cumia in eius repet. in verb.præcedat,& fundat Cannet. in eius etiã repet.fol.303.verſ.attamen,ſi eſſet ſoror, vbi licet in principio ſomniet circa intellectum conſtit.vt de ſucceſsionibus, cùm prætendat probare fiſci excluſionem etiam per prędictã legem,bene tamen concludit in fin. per cap.ſi aliquẽ,illa ratione,quia tex. prędicti capituli non loquitur de excluſione,vt dicit pręd.cõſtitutio,ſed per verb.pręlationis; eſt etiam vera concluſio,quòd tex.pręd. cap. per Siculos communiter eſt intellectus, vt ſcilicet, tunc detur ſorori in capillo prælatio, quando datur etiam iuxta diſpoſitionem. §. filię autem in ſucceſsione deſcendentium, idem Cannet. in ead.repet.fol. 300. verſ. ſed diſcutiendum eſt, & fol. 299.t.& ibi neminem ab iſta opinione diſcrepare dixit referens Iſerniam, & colligitur ex Cumia,qui latè deducit in d. repet.in verb,maritata,in princ.vſque ad nu. 5.& dicit prædictum intellectum communẽ, num 82.Et in Regno non eſt controuerſia, ſtante prędicta Filingeria, quando eſt dotata de bonis eiuſdem fratris, prout ibi num. 21. dicit Cannet.Ergo Cannet.& cęteri Siculi tenent eandem eſſe ſpeciem dotationis ipſius maritatę, quę cauſat prælationem in Regno Siciliæ, in ſucceſsione collateralis, ſcilicet, fratris,cum ea,quæ cauſat totalem excluſionẽ in Regno noſtro per Filingeriam, vt ibi dicit,ergo non eſt per dictum cap. introducta pręrogatiua in ſola maritata cum ſorore in capillo,vt prędictus autor ſomniabat:& hanc vniformitatem comprobat idem Guliel, de Pern.in lect.eiuſdem cap, in verb. pręcedat, ſiue præferatur, dum inquit, [Quod ita de-
,, mum accipe verum, ſi eſt maritata de bonis
,, illius,de cuius feudi ſucceſsione tractatur,vel
,, de bonis cõmunis patris,quia ſufficit per con
,, ſtitutionem prędictam in §. filię autem, vbi

ſufficit

,, ſuffieit ad excluſionem primogenitę dotatę, ,, quòd ſit dotata à patre, vt ſuccedat, quę remanſerit in capillo,& hoc expreſsè vult glo. in §.coniugatę autem,& iddem dico, ſi à fratre.] In quo loco expreſsè prędictus autor declarando prędictum cap.ſi aliquem in prærogatiua ſororis in capillo ipſam admittit in eodem caſu,& per eoſdem terminos dotationis de bonis eius, de cuius ſucceſsione tractatur, per quos in Regno cauſaretur totalis excluſio, ergo in eo tex. cum ſororibus in capillo cenſentur vocatæ omnes illę ſorores, quę reperiuntur non dotatæ de bonis illius, de cuius ſucceſsione tractatur, ſtãte in Regno prædicta pragmatica Filingeria, & propterea, vt erat in totali excluſione in Regno noſtro fiſcus admiſſus per prędict.capitulũ, eſt inducta prælatio ſororis in capillo .ſ. nõ dotatæ, vt ſupra diximus, & ex prędictis retorquetur dicta oppoſitio. Et de correctione §.cõiugatę autẽ, idẽ Pern. ibid. in d.c.ſi aliquem, in verb. maritatæ, ibi nõ iure conſtitutionũ maritatę, & dotatæ, etiam fratribus non ſuccedebant, vt in conſtit. 1.§. coniugatæ,& aduertas, quòd licet Pern. in præd. autoritate loquatur de patris dotatione, illam admittit ad excluſionem filiæ in ſucceſsione deſcendentium, non autem fratris, propterea ſubſequitur iddem de fratre: & prędictus intellectus eſt adeo verus, vt in ipſius conformitatem proceſſerit diſpoſitio cuiuſdam conſuetudinis, quam in Regno noſtro habent proceres, & magnates, prout refert Salernus in hoc volum. conſuetud. fol. 134. ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua ſub num. 195. vbi perpetuò intelligitur,& exprimitur nupta pro dotata ab ipſo patre de bonis paternis, & ſic verbum nupta capitur pro nupta, & dotata ab ipſo, qui nuptui tradit, quam conſuetudinem, Deo fauente, cum ſuo commento,& gloſa quandoque promam,& ſic expreſsè dixit Iſern. in final. verb. conſtit. comitibus, vbi in cap. Papæ Honorij maritationem cum dotatione intelligit, quẽ omnino videas,& Petr. de Montefort. in conſtit. præd. vt de ſucceſsionibus in notis poſt apparatum Iſer. in verſ. quęro, an patruus, vbi parificatur ſoror in capillo cum non dotata.

26 Nec quintum argumentum eſt alicuius momenti; nam illud non militat in prærogatiuis inter ſucceſſores; ſi etenim conſtitutio in linea collatetali alias progatiuas expreſsiſſet, poſſet procedere tale argumentum, ſi voluiſſet, dixiſſet, quæro ergo voluitne conſtitutio inter ipſos collaterales ſeruari prerogatiuã ſexus? ꝙ ſic reſpondet gloſ. in verb. ſuccedunt, & iterum quæro voluit inter eoſdẽ ſeruari prærogatiuam ætatis? Equidem; cùm ſit feudum indiuiduum, & pernecefle debeat vnus ſuccedere, vt optimè dixit doctiſsimus Dominus Conſiliarius Georgius alleg. 8. nu. 18. non tamen illas in ſucceſsione collaterali expreſsit, ergo ſic dicẽdum in hac eadem pręrogatiua: dico melius imò dicendum, Imperatorem eo modo, quo poterat, expreſsiſſe id, quod voluit in collaterali, nam cum in cæteris pręrogatiuis erat ſtandum ſpecificatis in ſucceſſione deſcendentium, poterat inſimul dubitari an in prærogatiua in capillo eadem eſſet ſeruanda paritas, præuenit Imperator exprimendo varietatem, dicens non eſſe in hac prærogatiua paritatem ſeruandam, quia ſoror in capillo licet omnino ſuccedat, dotata tamen,& maritata omnino excluditur, & ſic vides quàm mirabili claritate mens ipſius cõſtitutionis conſiſtat. Ergo non dicitur omiſſum, prout autor ipſe dicit, ſed maximè declaratum, & ſpecificatum. Nec poterat hoc alio modo declarare, quàm eo, quo fecit ipſa conſtitutio: retorquetur igitur argumentum, quòd ſi expreſsit excludendo prærogatiuam in capillo in linea collaterali non neceſſariã, quia non dabatur concurſus, nec habilitas ſuccedendi in ea maritata,& dotata, prout in deſcendenti, ſi voluiſſet diuerſam prærogatiuam in maritata ſolum ponere, expreſsiſſet in hac tã dilucida conſtitutione: ergo, ſi non fecit, omiſiſſe eam credendũ,& non diſpoſuiſſe, prout ex contrario arguit autor prædictus.

27 Quartum facili negotio ſoluitur, ſtante intellectu iam dato, cùm non ſit verum, ipſam maritatam, & non dotatam in ſucceſsione eſſe diuerſam reſpectu ipſius patris à ſorore in capillo; aut enim pater poteſt ſuccedere, & tunc excludet ſororem in capillo, & maritatam; aut non poteſt ſuccedere,& excluditur etiam à ſotore maritata,& ſi iam, vt diximus, ſoror venit vocata cum fratris nomine, erit etiam ipſa prælata patri, quando pater non ſuccedit, & quomodo, & quando pater, vel mater admiſsi ſint per conſtitutionem prædictam, ne hic longius aberrem, non tracto agam de hac materia infra in præludijs ſequent. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, vbi agemus de vero intellectu conſtit. vt de ſucceſsionib. ac theoricę Iſern. tam in prędicta conſtitut. quam in tit. de nat. ſucceſſ. feudi circa parentum,& fratrum ſucceſsionem in feudis. Sufficiat igitur dixiſſe ſororem in capillo in linea collaterali non eſſe nominatam ad inducendam in ea prærogatiuam, ſed potius ad excludendam neceſsitatem prærogatiuæ prædictę, vt diximus,& licet per glo. dicatur, quòd pa-

ter

1

Digitized by Google

ter ſuccedat , quando non ſunt ſorores in ca-
pillo, fratres, & filij fratrum, intelligenda erit
ſecundùm terminos conſtitutionis de illa in
capillo, quæ non eſt nupta, & de fratribus, &
ſororibus omnibus præter coniugatam, &
dotatam de bonis eius, de cuius ſucceſsione
agitur, cùm ipſa ſola ſit excluſa, ergo omnes
aliç ſimiles cēſentur incluſæ, vt iam diximus,
& ſic ſit Nodus Gordianus ſolutus.

Tertium ſimiliter argumentum remanet
ſolutum, cùm non ſit multiplicare abſurdum,
ſed ſeruare vnitatem diſpoſitionis, cùm nulla
ratio promittat, vt in caſu quo fratres ſimpli-
citer vocantur, & quo fœminæ non ſunt ex-
cluſæ non contineãtur omnes etiam ſorores,
eò magis, quia ſola nupta, & dotata expreſsè
excluditur, & per hoc omnes aliæ non exclu-
ſæ vnico, ac perpetuo ordine cenſeri debent
vocatæ, ſcilicet, iuxta regulas, & prærogati-
uas poſitas in ſucceſſione deſcendentium: ſic
etiam ſecundum argumentum ſublatum re-
manet, ſtantibus prædictis, cùm non ſit inclu-
ſa ſolùm ſoror in capillo, ſed expreſſa reſpe-
ctu coniugatæ, & dotatæ, vt denotat dictio il-
la, autem, quæ extat in pluribus exemplari-
bus, & ſic, vt dixi, ſoror in capillo non habuiſ-
ſet neceſſitatem ſpecificationis prçdictæ ad
ipſam admittendam ad ſucceſſionem, ſed, vt
dixi, fuit ſpecificata reſpectu coniugatæ, &
dotatæ, vt declararet in eo caſu prærogatiuã
nullius eſſe effectus, quia coniugata & dotata,
cui præferri poterat, omnino excludebatur à
fratris ſucceſſione.

28 Primum tollitur ex prædictis, & quidem
non omittam adeo verum eſſe intellectum
prædictum, vt non ſit ex omnibus partibus
ipſius conſtitutionis aliqua minima pars, quæ
illum non confiteatur, ſi enim in fratribus, &
ſub fratrum nomine ſoror non contineretur,
quonam modo ſoror vterina vocata cenſere-
tur ſub qualitate capilli? Omnes enim, quot
quot eſſe poſſunt meditationes, ac ſubtilitates
oſtendentes prærogatiuam capilli; nũquam
adeo torqueri poterunt, vt in ſorore vterina,
verificari poſſint: ſoror enim vterina ſi eſt in
domo patris, pater non eſt iſtius, de cuius ſuc-
ceſſione agitur genitor, & ſic quanto magis
remanet in domo patris, tanto magis eſt alie-
na ab ipſo fratre, cuius non eſt onus dotandi
ipſam ſororem, extra tamen neceſſitatem ſeu-
dalem, prout dixit Afflict. in conſtit. comiti-
bus, in 2. notab. & dicemus plenius infra in
princ. d. conſuet. ſeq. ſi quis, vel ſi qua. vbi de
cçteris prærogatiuis in ſucceſſionibus age-
mus: ex quibus remanent ſublata contraria,
29 & firmata noſtra poſitio; ‡ nec alicuius mo-
menti eſt replicatio, facta per prædictum au-
torem in verſ. ſequitur autem ex iam dictis in
princ. num. 4. autoritate gloſ. in præd. conſtit.
in verb. coniugatæ autem in verſ. ſed quid ſi
ſoror, vbi, quando frater, vel pater, inquit ip-
ſa gloſa, voluit ſororem admittere ad partem,
& pro parte ipſe dotauit. dicit fuiſſe reſtitu-
tam per talem admiſſionem ad partem ad
priſtinum ſtatum, & ſic in ſua natura, cùm
onera ſuſtineat, tanquam maſculus, & per
hoc, quòd ſuccedat fratri: ergo datur ſoror
maritata, & admiſſa ad ſuam portionem, &
dicitur illa ſuccedere vti maſculus fratri, ergo
maritata, ex quo nõ eſt dotata; admittitur vti
maſculus, ſic etiã erit nõ dotata, ſentiens hãc
contrariam autoritatem autor, voluit ipſam
gloſam intelligere de aptitudine ſuccedendi
poſt ſororem in capillo, & patrem, prout in-
telligit autor ille, ſed vanus eſt prçdictus in-
tellectus, ex quo glo. dicit ad priſtinum ſtatũ,
& ſuam naturam reſtitutam: ergo non datur
per ipſam glo. iſte medius terminus ſororis
maritatæ tantùm inter dotationem de bonis
eius, de cuius ſucceſſione agitur, quæ cauſat
totalem excluſionem, & totalem admiſſionẽ,
ſcilicet, ſororis non nuptæ; cùm, excluſa do-
tatione ratione prædicta, de bonis eiuſdem
patris, vel fratris, ad prinum ſtatum, & natu-
ram ipſam ſororem admittat, & non poſſit
negari, quin iſta non ſit virgo, & in capillo,
licet non dotata, & ſic ipſam gloſam intelli-
git de Pont. prçdict. conſi. 10. lib. 1. num. 28. &
Ann. prçd. conſi. 8. Et ex his fundata ſit praxis
communis huius Regni, quòd ad hoc, vt ſoror
primogenita excludatur a ſecundogenita de-
beat ipſa eſſe maritata, & dotata de bonis eius,
de cuius ſucceſſione agitur, quemadmodum
etiam in deſcendentium ſucceſſione ſupra
concluſum eſt.

30 Aduertendum erit etiam circa prçdicta,
dum diximus vniformem vndique eſſe diſpo-
ſitionem conſtitutionis tam in filia, quàm in
ſorore, & ſic tam quando tractatur de ſucceſ-
ſione in deſcendenti linea, ſuccedente patri,
vel alteri aſcendenti, vt in §. filiæ autem, quã
quando tractatur de ſuccedendo fratri, vel ſo-
rori, vt ſemper requiratur, quòd illa, de cuius
excluſione tractatur, ſit dotata de bonis eiuſ-
dem, de cuius ſucceſſione agitur: Non eſſe
prædictam diſpoſitionem vniformem, tam
cum agitur de fiſco excludendo per ſororem
dotatam, quam cum tractatur de ſorore in
capillo præferenda; quoad reſeruationem
dumtaxat iuris ſuccedendi, non obſtante do-
tatione; nam quando datur caſus in quo in
ipſa dotatione fuit ipſi dotatæ reſeruatum
ius

Digitized by Google

ius ſuccedendi,licet in præiudicium aliorum, quam fiſci in feudo hæreditario valeat dicta reſeruatio fieri cum aſſenſu,vel ſine, iuxta ponderationem præfatæ doctrinæ Iſerniæ in d. titu. de natura ſucceſsionis feud. in fin. factam per de Pont.conſi. 10.& Annã d.conſil.8, in præiudicium tamen fiſci,vel in feudo ex pacto non procedit dicta reſeruatio: tunc enim ex diſpoſitione cap. Reg. Carol.emergentium,ac ex prędicta Iſern.doctrina, non poſſet frater reſeruare ipſius ſorori ſucceſsionem,quando ipſam dotaſſet,niſi expreſsè hoc fieret cum Regio aſſenſu, loquendo in præiudicium ipſius fiſci, prout optimè fundat de Pont.in pręcit.conſ.10.nu.34. verſ. ſed capitulum.

31 Ex his igitur fit abſoluta natura vtriuſque conſtitutionis,vt conſtitutio in aliquibus tantùm in linea deſcendenti admiſerit vtrumq; ſexum cum prælatione ſexus maſculini, cum onere dotandi ſorores,vel amitas excluſas de paragio: hanc eandem naturam comprehenſa eſt conſtitutio vt de ſucceſsionibus in eadem linea,hoc addito, quod in feudi ſucceſſione de iure Francorum,ac Longobardo inter eundem ſexum capilli prærogatiuam introduxerit,ac tertiò dotationis, & omnimodam excluſiuam à ſucceſsione fratris, vt latè

32 dictum eſt. † Quæ excluſiua, cùm oriatur ex ipſa dotatione,requirit,vt ipſa,de cuius dotatione agitur,ſit ſciens,ac conſentiens ipſi dotationi,vt colligitur ex diſcurſu, & diſputatis per plures quæſtiones per Iſern. in tit.de natur.ſucceſſ. feud.& optimè fundat de Pont. d.conſi. 10.& Ann.præd.conſi,8. Et dum dotatam eſſe requirit tex. prædictus, neceſſariũ conſequens eſt,vt tempore mortis reperiatur dotata ad hoc, vt a ſucceſſione excludatur, Bal d. in l.maximum vitium.C.de liber. præt. Alexan.conſi.83.volum.3. verſ.non obſtat, & Anna in rubr.de vaſſall.decrep.ætat.nu. 193. & ita dicit Iſern.in præd. conſtitut. in verb. coniugatæ autem,& dotatæ,ibi,ſic enim dicit litera coniugatæ, & dotatæ, non dicit, quòd debeant dotari: quam diſtinctionem in ſimili ſtatuto facit Grat.diſcept.foren.cap.15. num. 25.& Fab.Turrett.conſi.2.num.19.volum.1. in quibus eſt circa varietatem diſpoſitionum prædictarum aduertendum; nam aut agitur de excludenda fœmina per exiſtentiam maſculorum,& tunc non conſideratur dotatio, vt dotatio,ſed vt onus ipſius ſucceſſoris, ipſã fœminam excludentis, quando verò agitur de prærogatiua in capillo, vel de excluſiua omnimoda ipſius fœminæ, conſtitutio dotationem, vti dotationem conſiderat in ipſa coniugata.

33 Sed non erit omittenda ad intelligentiam conſtitutionis prædictæ,& pragmaticæ Filingerię,quæſtio,an ſcilicet; in prędicta Regia pragmatica,requiratur,vt dotatio proceſſerit de bonis proprijs fratris, ad hoc, vt prędicti effectus cauſentur,ſcilicet, excluſionis, ex §. coniugatę autem,& dotatæ, vel ſufficiat, vt frater ipſam ſororem dotauerit de paragio bonorum paternorum,& Luc. de Penn. licet multo tempore ante prędictam pragmtticam in l.fin.col.fin. circa fin. C. quand. & quibus quar.pars lib. 10.ſic intellexit pręd. §. coniugatæ autem,vt de bonis proprijs dos debeat procedere, & Lucæ opinionem ſequitur ita intelligendo prædictam pragmaticam Loffred.in tit. de natur.ſucceſſ. feud. & Minad.in repet.conſtit.in aliquibus, in tex. nu. 61.cum plurib.ſeqq. & de Pont. de poteſtate Proreg.in tit.de ſucceſſ.mulier. num. 4. & 5. vbi expreſsè tenet dotationem de paragio nõ cauſare excluſionem ſororis à ſucceſſione fratris,ſed quia prædicti nituntur fundare eorũ opinionem in autoritate Doctorum communium,omiſsis doctrinis Iſernię, in cuius opinione fuit fundata prędicta pragmatica, volui latius iſtam difficultatem explicare pro veritate tuenda,ac pro ipſo fiſco, cuius iura in hoc video ſatis neglecta, põderando ſolùm autoritates Iſerniæ, & cæteros omittendo:

34 † ad cuius Iſernię autoritates antequàm accedamus, erit paulùlum inſiſtendum ad ipſius Luc. de Penn. mentem, & opinionem elicienda? nam poſt aliqua argumenta pro-
„ poſita ſubdit. [His autem non obſtantibus,
„ videtur ſoror, quamuis de paragio maritata,
„ excludere fiſcum,argumento iurium præmiſ-
„ ſorum,ſubdit deinde,contrarium tamen de
„ facto ſeruatur in curia Regis, vbi excluditur
„ ſoror à ſucceſſione fratris,dotata per eum ex
„ feudo, quod peruenit ad ipſum frarrẽ ex ſuc-
„ ceſſione paterna,& hoc ſenſit Andr. de Iſer.
„ d.cap.de ſucceſſ.feud.prope fin.] Vult dicere
35 de nat.ſucceſſ. feud. prope fin. † Quod verò ſic eo tempore ſeruabatur in Curia Domini Regis,patet in cap.emergentium, alias ſupra relato,vbi expreſsè ſupponitur, quòd dotata de paragio debeat excludi à ſucceſſione fratris,quando à fratre maritata, & dotata fuit
„ in illis verbis [Et res tantæ ſunt,quę paragiũ
„ mulieris maritatæ concernant, & cęteri poſ-
„ ſunt dotes rationabiliter competentes in ca-
„ ſu,quo nulli debeat eſſe dubium,quod mulier
„ maritata,de ſororibus,& alijs hic loquendo,
„ quę maritatę, & dotatę per Regni conſtitu-
„ tiones a ſucceſsione fraterna,& alijs repellũ-
„ tur,licet videatur non dotata,venit à ſucceſ-

L ſione

Digitized by Google

ſione prędicta rationabiliter repellenda, & curia noſtra tam de iure, quam de Regni conſtitutione, conſuetudine, & obſeruantia ſucceſſioni bonorum feudalium ſano iudicio præferenda.] Ex quibus verbis vides prædictum Regem Carolum declarare obſeruantiã eſſe fundatam in conſuetudine, & cõſtitutione Regni, & expreſsè loqui de dote de paragio: ſi enim in tempore dicti capituli vellemus præſupponere dotem de paragio non excludere ſororem, ad quid tot cautelæ de honorabili vita ducenda, ac de detinendis bonis, datis, & reſtituendis, ſoluto matrimonio? vt prædictum capitulum loquitur in illis verbis, ibi, [In quo etiam aliud pro fortificatione cautæ ipſius fiſci, & noſtræ Curiæ attendendum, quòd per ſtipulationes de conſeruandis ipſis rebus, & reſtituendis in caſu ſoluti matrimonij, & per conſtitutiones dotatiorum, ſeu tertiariarum pro qualitate, & quantitate rerum ipſarum datarum pro honorabili vita ducenda, videatur eſſe vna, eademq; natura, ſicut & dos,] prout dos declaratur per capitulum prædictum, & dos de paragio, vt concludit in fin. ibi. De quadam tamen humanitate volumus, quòd in eo caſu Curia noſtra de bonis ſucceſſionis adeptæ teneatur, & debeat ipſis mulieribus tantùm, quòd computatis alijs bonis, quæ reperiatur, vt prædicitur, aſſignata, & cenſeri dos de
36 paragio, & rationabiliter dici poſſit.] † Nec ab iſta opinione diſcedit pragmatica prædicta Filingeria: quæ voluit ſolum declarare, quòd vnica dotatio, facta à patre, non excludat ſororem à ſucceſſione fratris in feudo, ad ipſum à patre peruento, & non intrauit prædictam diſcuſſionem, quia oportuiſſet tollere obſeruantiam prædictam iuribus, & Regni capitulis fundatam, & de hoc ibi verbum nullum: ſed quid erunt nobis aucupanda argumenta, ſi certò ſcimus prædictam pragmaticam Filingeriam, prout ibi oculariter inſpicitur, proceſſiſſe ſecundùm opinionem Iſerniæ? perquirenda igitur erit ſolùm nobis ad ipſius intelligentiam mens ipſius Iſerniæ, quem ipſemet Luc. de Penn. in præcit. doctr. allegat
37 tenere in hoc pro fiſco. † Quòd verò ita teneat Iſer. vbique incipiam à doctrina relata à prædicta pragmatica, ſcilicet, in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verb. coniugatæ autem, & dotatæ, vbi licet in principio dicat *de bonis eiuſdem, de cuius ſucceſſione agitur*, non excludit dotationem de paragio, ibi, *& in totum habuit dotis paragium*, ergo non loquitur Iſern. de dotatione facta à fratre extra paragium de proprijs bonis, non habendo reſpectum ad debitum paragium, quia in illis non eſt dare paragium: ſic etiam fatetur Iſer. in eadem conſtit. in verſ. filij autem fratrum, in quæſt. patrui, verſ. quid ſi patruus in fin. vbi diſcutiendo quæſtionem, an diſpoſita de fratre dotante ſororem, vt, ſcilicet, ſoror ab ipſius ſucceſſione excludatur, procedant in patruo, & arguit à ſufficienti partium enumeratione, quòd non procedat nec in iure Francorum, nec in iure Lougobardo ſuccedentibus, ſubdit, [Vltimò conſtitutio hęc repellit ſororem tantum debentem habere paragium de bonis fratris, & quia habet portionem ſuam, ſcilicet, paragium dotis fratris, ideo repellitur.] Si igitur loquitur de paragio, ſi dicit habere portionẽ, ſi loquit de feudo antiquo, vt ibid. in pręcedentibus, alias in feudo nouo quo potuiſſet admitti ad ſucceſſionẽ patrui? vt in §. filij autem fratrum, in eadem conſtit. Ergo non poteſt controuerti in hoc mens ipſius Iſerniæ, intelligi, ſcilicet, in vera dote de paragio: nam etſi ſorori inopi de iure frater teneatur dare dotem, iſta non eſt dos de paragio, nec eſt neceſſaria ex obligatione feudali, vt dicit Frecc. lib. 2. aut. 2. num. 19. & ſic de dotatione neceſſaria hoc loco intelligit Afflict. conſtitut. iſtam num. 38. cum ſeq. in 3. quæſt. quæ neceſſitas in fratre eſt ſolutio paragij, vt expreſsè declarat ibi Afflic. & melius dicemus in tract. de parag. Sic etiam expreſsè dixit Iſern. in tit. de natur. ſucceſſ. feud. col. 5. verſ. oportet ergo, qui non poteſt clarius loqui pro fiſco: Inquit enim. [Oportet ergo ſororem, vt excludatur, fuiſſe dotatam, & habuiſſe totum, quod pro dote debet habere quaſi dos, & dotis paragium ſit pars ſua.] Ergo non negat Iſern. quòd dos de paragio, ſoluta, & conſtituta ſorori, quæ à fratre nuptui traditur, prędictam excluſionẽ operetur: nã ſtatim intrat difficultatem, quam Filingeria
38 declarauit ſecundùm ipſius mentẽ. † Limitat deinde Iſern. prædictam opinionem non procedere, quando ſoror non habet dotem de paragio, ſed fuit admiſſa ad partem ſucceſſionis feudi, dum ſubdit. [Secus ſi pro parte volens frater eam potius ad ſucceſſionem admittere, quàm dotare, vt ipſa conſtitutio gloſatur.] Iſta gloſa extat in d. conſtitu. in verb. coniugata, verſ. ſed quid ſi ſoror, vbi glo. dicit, quòd ſoror non dotata de paragio, ſed admiſſa ad partem ſucceſſionis, & de ipſa parte dotata, admittitur ad ſuccedendum fratri, ſic tenuit idem Iſern. in fin. tit. de natur. ſucceſſ. feud. col. fin. ibi, ſecus ſi frater in parte dotaſſet, volens eam ſibi ſuccedere non totaliter dotare, vt dicit gloſator conſtitutionum: non enim inquit Iſern. quòd dedit partem paragij, ſed quod noluit dare dotem; ſed partem

ſucceſ-

ſucceſſionis, ſic dixit Lucas loco citato. Vult
enim in prædictis locis nomen dotis de pa-
ragio excludere, Iſern. ad hoc, vt ſoror non
excludatur à ſucceſſione, prout dixit in præd.
conſtit. vt de ſucceſſion. in verb. coniugatæ
,, autem, in final. verb. [Item ſi dos promitta-
,, tur pro ſorore, vel filia nolente, & inuita,
,, vel ignorante, & non conſentiente dotari, nõ
,, præiudicat, quià non per hoc repelletur à
,, ſucceſsione feudi fratris, vel dotantis dictum
,, eſt plenè in tit. de nat. ſucceſſ. feud. in princ.]
Tota enim vis quæſtionis ſtat ſemper, in Iſer.
vt iſta non dicatur dotata ab eo, de cuius ſuc-
ceſſione agitur, prout innuit diſpoſitio præd.
39 cap. emergentium. † & prædictam Iſern. do-
ctrinam malè intellexit Minad. loc. cit. num.
62. dum putat Iſern. locutum de dotatione
pro rata paragij, a fratre facta, ſequitur Iſern.
in præd. autor. in tit. de nat. ſucceſſ. feud. num.
13. verſ. oportet, intrãdo prædictam deciſio-
,, nem Filingeriæ [Et oportet, quod ſit dotata
,, de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ar-
,, gum. C. de inoffic. teſtam. l. quoniam nouella,
in fin.] Et vt pro opinione gloſę argueret,
,, ſubdit. [Item ſi de bonis communis patris
,, mortui ante hunc fratrem, quaſi debeat eſſe
,, contenta de eo, quod in die votorum habue-
,, rit per Longobard. de ſucceſſ. ſi pater, quam
,, reſpexit d. conſtit. vt dicit gl. d. conſtit. ſuper
,, illo verbo, & dotatæ.] Fundat Iſern. predi-
ctam gloſæ opinionem, allegando verſ. conſti-
tutionis, in verb. filij autem fratrum, ibi, quæ
,, communis patris. [Quaſi ſufficiat (inquit
,, Iſernia) habuiſſe dotem ab eo, cuius fuit feu-
,, dum, in quo petitur ſuccedi, quia & hæres, &
,, frater cum patre dotante videntur vna per-
,, ſona. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. fin. in-
,, ſtit. de inutil. ſtipul. §. ei qui, & iddem ſi ab
,, auo, vel proauo, cuius fuit feudum hoc, quia
,, hęres hæredis, C. de hęred. inſtit. l. fin. ff. de
,, verb. ſignific. l. ſciendum, hic eſt communis
,, intellectus.]

Vides igitur hucuſque Iſern. explicaſſe
communem intellectum gloſæ, vt dotatio
facta ab auo, proauo, vel patre in feudo anti-
quo operetur excluſionem ſororis à ſucceſſio-
ne fratris. Audias modò aliorum opinionem,
quæ eſt per prædictam pragmaticam appro-
bata, quòd dotatio facta a fratre de paragio in
feudis paternis excludat ſororem, dum ſequi-
,, tur. [Alij, quia conſtitutio eſt odioſa, non ex-
,, tendunt eam, niſi ad caſum, de quo loquitur,
,, vt ſit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſio-
ne agitur.] Sed quomodo iſta verba, de bonis
eius, ſint intelligẽda an de bonis proprijs fra-
tris, vel de paragio, quaſi ſint bona filij, eò ip-
ſo, quod, mortuo patre, feudũ ad filiũ venit? Au-
dias Iſer. [Sed agitur nunc de ſucceſſione fra-
,, tris, à quo nõ fuit dotata, ſed fuit dotata à pa-
,, tre cõmuni, de cuius ſucceſſione non agitur,
,, quia ei ſucceſſit frater, & ſic definit eſſe feu-
,, dum Titij patris, ſed dicitur nunc feudum
,, Sempronij filij, arg. ff. de acquir. hæred. l. Pau
,, lus, C. de inoff. teſt. l. fin. in fin. iuncta fuit hæ-
,, reditas patris, & filij, vt patris non dicatur à
,, modo, ſed filij, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ſed
,, ſi plures §. 1. Odioſa intelliguntur in ſuo di-
,, cto tantùm non producuntur, nec extendũn-
tur.] Vides enim quantis laboribus Iſern. de-
claret, quòd dotatio, facta à fratre, excludat
ſororem ab ipſius ſucceſſione, ex quo feudum
ſtatim quod ad ipſum peruenit, non dicitur
amplius feudum patris, ſed fratris, arguendo
à prędictis à contrario sẽſu, & ſic vides, quòd
opinio Iſern. approbata per d. pragmaticam,
eſt pro fiſco, prout ipſum teſtatur Luc. de
Penn. loco cit. & eiuſdem Iſerniæ verba ada-
muſſim retulit Luc. de Penn. loco cit. verſ. ſi
autem moriatur, & deinde frater, ad proban-
dum, quòd dotata à patre, non excludatur à
ſucceſſione fratris, mortuo deinde fratre, &
ſic in prædictis verbis ſupponit Iſer. dum di-
cit patrẽ dotaſſe, & de ſucceſſione dotãtis, &
expreſsè voluit Iſer. in præd. cõſtit. vt de ſuc-
ceſsionib. in verb. cõiugatę aũt, & dotatę, vbi
ponit caſum, & quæſtionem in verſ, ſed pone,
quod do tibi, vbi quando frater dat ſororem
alicui, & ille dat ſororem ipſi, cõſtitutis hinc
inde dotibus, dicit per ipſam compenſationẽ,
& promiſſionem altrinſecus dotium, factam,
& liberationem, cenſeri ſorores excluſas, illa
,, ratione expreſſa, [quia ego à te, & tû a me
,, potes petere dotem conſtitui ex dignitate, &
,, facultate, quòd dicitur paragium,] & ſic de
paragio dotata excluditur per hanc conſtitu-
tionem. Sic voluit, & declarauit Iſern. in eod.
tit. in addit. fin. col. 2. verſ. multo fortius, ibi;
,, [Multò fortius, ſi cùm pater, vel filius vellet
,, dotare filiam, vel ſoror nollet, & diceret, no-
,, lo dotari, quia vult magis expectare ſucceſ-
,, ſionem, ſi caſus eueniat.] Notanda ſunt ver-
ba ſequentia, quæ declarant veram dotem de
,, peragio, dum dicit, [Licet videatur eſſe in
,, poteſtate patris, vel fratris dare dotem, cùm
,, teneantur ſecundùm paragium, vt in conſtit.
,, in aliquibus, nam & compellitur pro facul-
,, tatibus, & numero liberorum.] Quæ verba
clariora poſſunt eſſe iſtis, cùm formalitatem
ipſius paragij per ipſa explicet Iſern. allegan-
do facultates, & liberorum numerum, & con
ſtitut. in aliquibus. controuertant contrarij,
ſi poſſunt iſta in proprijs bonis fratris, appli-

care, reſpondet Iſern. prædicto argumento,
dando rationem, quare poſſit, non obſtante,
quòd conſtitutio hanc dotationem imperet,
ipſa ſoror illam nolle, dum ſequitur. [Hoc
„ eſt introductum in fauorem mulieris, non de-
„ bet in ſuam læſionem verti, C. de leg. quod
„ fauore vt ius ſuum, quòd eſt in ſpe, & quod
„ lex dat, priuatus contra ſuam voluntatem
auferat.] Negat igitur Iſern. poſſe cogi ſororem ad recipiendam dotem de paragio, quia
illud eſt introductum fauore ipſius ſororis, &
negat eſſe dotem illam. quæ nolenti datur, &
nihil vnquam dixit de dote de bonis patris,
vel fratris, ſed ſimpliciter de fratre dotante,
& non dotante, vt vſque ad finem prædictæ
addit. conſpicitur: & eandem ſententiā con-
firmat idem Iſern. loc. cit. col. pen. ante verſic.
ſed quomodo iuuatur, dum dicit ibi, [Quia
„ melius fuiſſet expectare tantiſper, & ibi, ſcili-
„ cet, vt haberet poſt dotantis obitum, quod ei
„ defertur à lege, & maioribus, nec in caſu na-
„ ti filij perdidiſſet dotem, quia eam petijſſet
„ etiam à nepote, filio fratris, vel fratre ſuo, vt
„ in conſtit. in aliquibus.] Vult enim dicere
Iſern. quòd poterat ſoror expectare caſum
non nati filij, & fratris mortui: nam tunc pa-
ragium potuiſſet petere à filio fratris, nec il-
lud amittebat: ſi enim non cauſabatur excluſio per dotationem de paragio, ad quid iſta
40 omnia dixiſſet Iſernia? † Ex quibus omnibus
quicquid ſe torqueant Loffred. & Minad. loc.
cit. quos ſequitur de Pont. in tract. de poteſt.
Proreg. in tit. de ſucceſſ. mulier. nu. 5. quē ſe-
quitur Molfeſ. ad conſuet. Neap. par. 4. q. 21.
in fin. dictæ quæſtionis: pura eſt veritas pro
fiſco, vt Filingeria intelligatur de dote, data
à patre, vel à fratre ex legato paterno, non
autem de bonis fratris ſoluentis paragium,
cùm ſatisfuerit conſtitutionem gentraliter
loquentem reſtrinxiſſe, vt diximus: quæ re-
ſtrictio ſi eo modo, quo ibi intelligunt, intelli-
geretur, nunquam, aut raro eueniret, quòd ſo-
roris coniugatio, & dotatio prædictam exclu-
ſionē cauſaretur in caſu, quo conſtitutio, ſic
ſimpliciter erat locuta, & ſic ſemper pro fiſco
tenerem, cùm non ſit per prædictam, quęſtio
dubia, & miror, quādo hucuſque fiſcus talem
41 prætenſionem prætermiſerit, † & pro tuen-
do intellectu Filingeriæ, quæ loquitur in do-
te relicta à patre: quo caſu frater non dicitur
ipſe dotare ex neceſſitate legis, ſed ex præce-
pto teſtatoris, & per hoc, quod prædicta do-
tatio non debeat parificari dotationi, quæ fit
ex præcepto conſtitutionis, vide Iſern. in con
ſtit. comitibus, in fin. vbi concludit, quòd in
prædicta dotatione frater non poſſit petere

adiutorium, quia tex. loquitur de dotatione,
quæ fit ex præcepto legis, & quòd in hoc nō
ſint ſimilia prædicta præcepta, ibi, [Sed cum
„ dat dotes legatas in paterno teſtamento eſt
„ neceſſitas mandati teſtatoris, ſine qua non te-
„ netur ad dotes: debet enim eſſe neceſſitas le-
„ gis, quæ præcipiat debere dotare, & tunc ha-
„ bet ſubuentionem, vt in conſtit. quampluri-
mum. [Hactenus Iſernia. Et licet ex prædi-
ctis Iſern. verbis eſſet dubitandum, quòd ideo
Andr. concludat, quia non teneretur. niſi te-
ſtator pręcepiſſet: ergo ſi abſque præcepto
obligaretur, aliud eſſet ſeruandum in filio, qui
omnino teneretur; tamen in puncto ſic de-
claraſſe Regem Robertum etiam in filio, ſol-
uente dotes, legatas ſorori per patrem, refert
Afflict. in præd, conſtit. quamplurimum, nu.
33. verſ. tertiadecima dubitatio, referens etiā
prædictam Iſern. autoritatem, inde vides di-
ſparitatem inter ſolutionem parsgij, & ſolu-
tiouem legati dotis: quicquid in contrarium
dicat Marinus Frecc. contra Iſern. & Afflict.
in lib. 2. de ſubfeud. num. 17. in 2. autorit. &
ratio eſt, quia, vt dixit Iſern. *legans non ma-
ritauit, & ſic non potuit habere ſubuentio-
nem*, quia nec pro ſponſanda filia, vt Frecc.
loc. cit. num. 18. *ipſi maritanti, non*, ſubaudi
competit ſubuentio, *quia ex voluntate dici-
tur maritare*: nā præſuppoſito legaro dotis,
non eſt neceſſaria alia dotatio, ſed voluntaria,
cū habeat legatū aui, & p hoc dos dicitur vo-
luntaria, ſuppoſito legato, aliàs diceretur ne-
ceſſaria, vt patet, nam legatum dotis imputa-
tur in dote de paragio, vt dicemus in tractatu
de paragio, in nuno §. latè, ſed contra
iſtum intellectum ſtant illa verba, ſine qua nō
tenetur ad dotes, vel intelligas, non tenetur
ad dotes legatas, ſcilicet, & ſic dicit ſolutionē
dotium legatarum non mereri ſubuentionē,
ſed aliter eſt intelligenda prædicta Iſern. do-
ctrina, vt dicemus in tract. de paragio in fin.
quinti §. Item conſiderandum circa præ-
dicta, quia dicitur ibi ipſa dotatio debitum ex
42 officio, ei per conſtitutionem impoſito. Et ſic
dicit conſtitutio comitibus, ibi, occaſione eo-
rum, quæ à communi patre frater maior ha-
bere dignoſcitur, ex debito teneatur, vnde te-
netur ex debito occaſione ſucceſſionis, & de
proprio tenetur, quia lex dat ei ſubuentionē
ad ſolutionem faciendam, ergo clariſimè col-
ligitur, ꝙ pręd icta dotatio ipſam excludat, di-
cit Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. autor. 2.
num. 19. vbi ſubuentio non debetur, niſi quā-
do frater maritat ex obligatione naſcente
occaſione feudi, & ſic ſi rationem voluntariæ
dotationis, & ſubuentionis neceſſitatem, cum
exclu-

excluſione ſororis iungeremus, nunquam ſoror à ſucceſſione feudi noui excluderetur. Si igitur ex prædictis conſtitutio loquitur de dotatione,& de dotatione neceſſaria, & non voluntaria,vt fatetur Minad.loc. cit. nu. 74. non video quonam in caſu eſſet verificanda conſtitutio prædicta: & hanc dificultatem in fin.ſentit Minad.loc.cit. dum inquit, quòd hæc eſt magna reſtrictio ad conſtit. vt de ſucceſſionibus: aut enim voluntaria eſt dotatio, & non cauſaret excluſionem, quia cenſeretur donatio,vt per Iſern.in conſtit. in aliquibus, & in locis ibi relatis,aut eſt neceſſaria, & eſſet debiti ſolutio, & non excluderet ſecundũ
43 Minad. † Sed an ſit vera prædicta concluſio, quòd dotatio voluntaria, non operetur excluſionem,& alia plura circa hanc materiam hic non concludo, quia latius dicemus in tract.de parag.in fin.quarti articuli ne nimis aberrare videar: & quòd de voluntaria maritatione non ſit conſtitutio intelligenda,patet in conſtit.quamplurimum, vbi in fin.Iſern.in verſic.itemnon habet ſubuentionem, & in conſtitut.comitibus,in fin.vltimæ gloſæ,vbi,qui dotant,& maritant ex neceſſitate petere poſſunt ſubuentionem, ergo illis ſubuenitur, qui dotant, & non ſubueniũt conſtitutiones illis,qui debitum ſoluunt, vnde conſtit.dum de dotatione, & coniugatione loquitur,intelligenda eſt de neceſſaria, & non de voluntaria,& ſic concludit Afflic.hic num. 38. verſ. tertiò quæritur cum ſeq. & vtramque conſtitutionem parificat Afflict.in dotatione in præd.conſtit.quamplurimum,
44 num.22.in 5.dubitat. † Illud etiam pro confirmatione prædictæ opinionis non omitto, quòd cùm lex debeat intelligi à communiter accidentibus, ſi dicit coniugata, & dotata à fratre,debet intelligi de ea dotatione, & cõiugatione,quæ à fratre ſit, vt plurimum,& à communiter accidentibus, ſcilicet, quando frater dotat ſororem de paragio ſecundum terminos, & iuxta onus conſtitutionis præcedentis impoſitum, ita dixit in ſimili Iſern. in conſtit.quamplurimùm, verſ. quid ſi militet patruus ibi expreſſit filiam,vel ſororem, quia plerumque hæ perſonæ maritantur ex debito,& ibi,& ſic iura exemplificantur illa, quæ frequentius accidunt, & alia plura ibi videas, & in terminis paragij gloſa Marini in conſtit.vt de ſucceſſionibus, in verb.communis patris,ibi.Nam mulieres,vt plurimum nubent dotatæ de paragio; nam quando ageremus de dotatione facienda à fratre de bonis proprijs,non poſſet verificari, niſi quando frater nihil haberet ex ſucceſſione paterna,& ageretur de ſucceſſione feudi noui in perſona ipſius fratris,ad finem, vt excluſa remaneret ſoror ab ipſius ſucceſſione prædicti feudi noui,& vid. Afflict.in conſtit.quamplurimum,nu.22.vbi in feudo nouo frater non tenetur dotare ſororem, loquitur tamen de ſorore ſed ſi vis autoritatem in fratre, de fratre loquitur Frecc.in tit.de ſubfeud. lib. 2. in 2.autor.nom.19.omnino videndus,vbi diſtinguit obligationem iuris communis ab obligatione iuducta per Regni conſtitutionem. Si verò eſſet feudum antiquum, in quo competeret ſorori paragium, nunquam cauſaretur excluſio prædicta; quia ſemper fratrem dotaret de paragio, & ſi nunquam poſſet prædicta diſpoſitio §.coniugatæ autem, & dotatæ practicari,& tamen videmus per Reges Regni toties ſuper huiuſmodi controuerſijs fuiſſe diſpoſitum in cap.emergentium;& d.pragmatica Filingeria, & Iſern. & alios Doctores tot quæſtiones poſuiſſe, Et quod conſtitutio loquatur principaliter in antiquo ponderari poteſt, quia conſtitut. prædictam, in §. filij autem fratrum, fuit diſpoſitio limitata in ſucceſſione feudi antiqui, & parentis communis, in ſucceſſione in tertio gradu, & probibita in ſucceſſione feudi noui, vnde communius,& facilius accidere poteſt ſucceſſio in antiquo, quàm in nouo feudo dãda erit igitur in ſucceſſione feudi antiqui excluſio ſororis per dotationem, quæ in ea ſucceſſione ſeruatur, ſcilicet de paragio, & ex his ſit finis huic §.

Repetitio, Par. 1. §.4.

1 *Conſuetudo quid ex conſtitutionibus Regni, quidue ex iure Longobardo deſumpſerit,diſtinguitur,& declaratur.*

2 *Paragium,ſeu dotationem in bonis aſcendentium requiri de conſuetudine, non autem in ſucceſſione tranſuerſalium pluribus probatur deciſionibus S.C. quæ etiam nu. 18.enunciantur.*

3 *Fœmina à ſucceſſione ita per dotationem iam factam vti per faciendam æquè excluditur maſculo exiſtente.*

4 *Antonij Oriſicij apoſtilla referens plures deciſiones S.C.in quæſt.nu.2.*

5 *Dotationẽ vnicam requiri de conſuetudinis ac de conſtitutione tot dotationes, & ſucceſſiones, quomodo ſit intelligendum ad verſus Ann.alleg.85.in finalibus verbis.*

§. 4. *In quo breuiter enunciatur diſpoſitio iſtius conſuetudinis, & qualiter à prædictis iuribus differat.*

REdeundo modò ad rem no-
ſtram poſt longam, & non
1 inutile digreſſionem, † Con
ſuetudo ipſa quaſi ex prædi-
ctis iuribus compoſita vide-
tur, nam prærogatiuam ſe-
xus cum onere dotandi amitas, & ſorores per
ipſos ſucceſſores integram in linea deſcendē-
ti aſſumpſit; quia in omnibus deſcendentibus,
quando ad parentum ſucceſſionem admittun
tur, prætulit maſculos fœminis, cum onere
dotandi, vt dicemus in ſequenti, deſumpſit in
eadem linea modum dotationis, ſcilicet, vt
excludenda, ſemper debeat dotari de bonis
eius, de cuius hæreditatis excluſione agitur: &
ſic paragium de bonis omnium aſcendētium,
vt dicetur locis ſuis. Napod. in conſuet. noſtra
ſi moriatur, num. 96. verſ. maternis tex. eſt in
conſuet. ſi qua mulier, Capyc. deciſ. 159. in
princ. & in cauſa D. Iſabellæ de Aragonia
deciſum teſtatur Ann. alleg. 70. & alleg. 81. &
117. lib. 2. de Franch. deciſ. 87. & per prędi-
ctos Ann. filius conſ. 45. nu. 70. & infr. n. 4. di-
cam, vbi referam deciſiones in hac materia. A
iure Longobardo, item a conſtitutione partim
deſumpſit cōſuet. id, quòd de coniugatis, &
dotatis diſponit ſecūdum intellectum datum
à pragmatica Filingeria; in ſucceſſione autem
ſecundum ius Longobardum aliud accepit,
quia licet fratri dederit etiam in linea tranſ-
uerſali ius excludendi ipſas fœminas; tamen
ipſos fratres non grauauit alio paragio, vel
dotatione, ſed ſorores dotatas penitus exclu-
ſit; prout latè dicemus de hac prærogatiua ſe-
xus in linea tranſuerſali in ſequenti conſuet.
ſi quis, vel ſi qua, in §. ſed ſi morienti, verſ. &
in prę miſſis, & fundabimus etiā in 2. par. hu-
2 ius repet. † Probatur etenim prædicta cōclu-
ſio per tex. pręd. conſuet. ſed ſi morienti, verſ.
& in præmiſſis, vbi appellatione fratris ſoror
dotata non continetur; Capyc. deciſ. 159. in
princip. & addit. ad hanc conſuet. quæ incip.
Ad hanc conſuetudinem, fol. 69. & latè de
Franch. deciſ. 87. in princ. Et licet in prędicta
cauſa, & in cauſa Marchionis Vallis Siculæ
fuerit dubitatum an deberetur pingius para-
gium in bonis, per fratrem quæſitis, tamen
etiam fuerunt excluſæ à tali paragio, quia ſuf-
ficit paragium, illis debitum in bonis aſcen-
dentiū, & ſimiliter in anno 1563. fuerit reſer-
uata melior deliberatio, vt dicit Ann. al-
leg. 81. num. 6. in cauſa delli Venati, fuit
excluſa ſoror à tali prætenſione, ſic iterum
deciſum in anno 1576. per Dominum de
Franch deciſ. 87. & hodie ſine dubio eſt de-
claratum, quòd de iure hoc conſuetudinum
ſufficiat vnica dotatio de bonis aſcēdentium,
vt ab omnium aliorum collateralium fœmi-
na, exiſtente fratre, excludatur, quemadmo-
dum vnica maſculiatio, vt dicetur §. ſexto
3 de maſculiatione. † quæ dos ſiue ſit iam data
ipſi ſorori, ſiue dari debeat, iddem eſt, dum-
modo non ſit introducta maſculiatio, dico
iddem quòad hoc, vt ſemper, exiſtente maſcu
lo, ſit cum illo onere dotis in bonis aſcenden-
tium excluſa. Ratio eſt, quia conſuetudo non
loquitur de nupta, & dotata ad hoc, vt exclu-
datur, ſed de ea, quæ debet dotari, cùm ſim-
pliciter omnes ſorores in linea tranſuer-
ſali excludat ab appellatione fratris, prçter
maſculiatas: ergo omnes ſunt per exiſtentem
maſculum excluſæ, vt dicemus in dicta con-
ſuetudine: ſic fundatur in præd. §. ſed ſi mo-
rienti, vbi fœminæ a fratribus conſanguineis
excluduntur, quia fratres eas tenentur dotare
de bonis paternis, & maternis, vt ſupra di-
ctum eſt, inquit conſuetudo, ſcilicet, in hac
noſtra conſuetudine. Probatur optimè in ea
deciſione, facta in cauſa D. Iſabellæ de Arago-
nia, de qua per Ann. allegat. prædictis, quia
prædicta D. Iſabella erat innupta, & fuit ex-
cluſa, vt colligitur ex Ann. alleg. 117. nu. 11.
Volui tamen inſerere in hoc propoſito apo-
ſtillam, quam in antiquo exemplari reperi
ad gloſ. conſuet. de ſucceſſ. ex teſtam. ſub nu.
4 301. tenoris ſequentis, † per hanc gloſam, ſic
correctam, prout corrigi oportet, quia ſic in
antiquis. fuit deciſum in cauſa D. Aluari de
Mendozza cum Illuſtri Marchione Vallis
Siculæ, eius nepote, & ceſſionario Illuſtris D.
Catherinæ: & D. Annæ ſororum eiuſdem D.
Aluari, & quondam D. Rodorici, quòd in
bonis obuentis dicto Domino Roderico ab
Illuſtri D. Ferdinando de Alarcon, eorum
auo, de cuius bonis fuerunt dotatæ dictæ Do-
minæ illæ; non ſuccedant cum fratribus dicto
D. Roderico, etiam quoad paragium, me Cō-
Commiſſario, Actuario Balſamo, licet adfue-
rit diuerſitas votorum, quibuſdam dicētibus
deberi aliquale paragium, videlicet, ſecundū
legitimam, traſuerſalibus debitam, quando
eſt inſtituta turpis perſona, quæ eſt quarta
tantum, & in cauſa Illuſtris D. Iſabellæ de
Aragonia cum Illuſtri Duce Montiſalti ſu-
per hæreditate D. Petri, communis fratris
fuit habitum pro abſoluto, quòd ſoror in
bonis fratris, obuentis ex ſucceſſione paterna,

materna,

materna, vel auita, in quibus habuit, vel habere debet paragium; moriente fratre, non debet habere paragium, ſed omnino excluditur per fratrem, nedum à ſucceſſione, ſed etiam à paragio in dictis bonis, in ijs etiam, quæ aliunde obuenerunt fratri, licet Napod. videatur affirmare, quòd debeat habere paragiũ, quod clarius dicit Afflict. in conſtit. Regn. in aliquibus 7. col. Attamen in cauſa prędicta fuit ſummoperè dubitatum per tex. in conſuet. ſed ſi morienti, quæ ſimpliciter excludit, & ſimpliciter debet intelligi vulg. iur. ſcripſerunt multi DD. pro veritate demonſtranda, quorum cauſa fuit dilatata expeditio, & eo tempore non deciſa, ſed reſeruatum prouidendũ liquidatis paragijs maternis, paternis, & auitis: ſed in cauſa Annibalis Macedonij cum hæredibus Ioannis Baptiſtæ Venati fuit pronuntiatum, ſorores excludi per fratres à ſucceſſione tranſuerſalium, & non ſolùm à ſucceſſione, ſed etiam à paragio, & pinguiori paragio, ſed ſufficere illis paragium debitum in bonis aſcendentium, de quo fuit intellectus tex. conſuet. in verſ. præcedenti, ſed ſi morienti, in fin. Capyc. deciſ. 159. & ſecundum hanc opinionem nouiſſimè fuit iudicatum in Sacr. Conſ. in cauſa Lucretiæ de Ven. cum Magnificis Villanis, vbi deciſum, quòd tex. in d. §. ſed ſi morienti, in vltimo verſ. intelligitur indefinitè, quod ſoror excluditur à fratre, nedũ quòad ſucceſſionem, ſed etiam quòad paragium, & pinguius paragium, etiam in bonis obuentis a patre fratri, de cuius ſucceſſione agitur. & clarius, & amplius in dicto decreto Commiſſarius Maſtrillus, Actuarius Capua, ſeu Milonus, vide omninò dictum decretum, quia comprehendit omnia, credo, quòd fuerit Apoſtilla prædicta D. Antonij Orificij, ex quo Anna in fin. præd. allegat. 81. in cauſa Marchionis Vallis ipſum Commiſſarium teſtatur.

5 Aduertendum tamen, & cauendum à dictis per Ann. in fin. præd. alleg. 81. dũ ſic ſimpliciter dicit de conſuetudine ſufficere vnicam dotationem: & de conſtitutione Regni requiri tot dotationes, quot ſũt ſucceſſiones: nam ſi loquimur de ea dotatione, quæ eſt poſita in onere ipſius maſculi excludentis fœminas, ſcilicet, ſorores, vel amitas à ſucceſſione aſcendentium, & tunc ita de iure conſuetudinis, vt de iure conſtitutionis in burgenſaticis tot paragia requiruntur, quot ſunt ſucceſsiones, & ſic de omnium aſcendentium ſucceſſionibus, in quibus legitima prędictæ fęminę excluſæ de iure communi tangeret, ſpectat etiam de iure conſtitutionis in aliquibus, & vt de ſucceſsionibus paragium; intelligendo, quando fœmina excluditur per maſculum, qui pręfertur, ſic etiam quando excluditur a primogenita ſecundogenita. Aut verò agimus in linea tranſuerſali, & de iure conſtitutionis non eſt ſoror excluſa per fratrem, vt diximus in burgenſaticis, & ſic de iure conſtitutionis non competit dotatio, ſed ſucceſsio de iure communi. Aut ſumus in feudalibus, & dotata, videlicet, illa, quę reperitur dotata de bonis patris excluditur, licet primogenita à ſecundogenita in ſucceſſione feudi, cùm agitur de ſucceſsione patris, aut agimus de dotatione facta a fratre de bonis ipſiuſmet fratris, & excluditur totaliter à ſucceſsione ipſius fratris, ita vt etiam fiſcus admittatur ex prædictis: de conſuetudine verò nunquam reperies, quòd fęmina dotatione excludatur, ſed ſemper excluditur per exiſtentiam maſculi, cum onere tantum dotationis de paragio, de bonis aſcendentium tantum, prout in ſimili, hanc diuerſitatem notat Iſern. in fin. tit. de nat. ſucceſſ. feud. verſ. hoc non benè dicitur; & de Pont. præd. conſi. 10, vol. 1. nu. 32. & ſeq. & Ann. conſi. 8. num. 9. dum dicit, filiam non excludi à ſucceſsione feudi patris per dotationem, ſed per exiſtentiam maſculi, & ſic dum Anna in alleg. præd. dicit per vnicam dotationem fœminam excludi intelligitur de genere, & linea, ſcilicet: vnicum genus dotationis de paragio in linea deſcendenti, & in bonis aſcendentium, dum de dotatione in materia conſtitutionis intelligitur de excluſiua ſucceſsionis per dotationem, & non per exiſtentiam maſculorum, & ſic ponit regulam Anna loc. præd. in terminis ſatis diuerſis, non ſimilibus inter conſtitutionem, & conſuetudinem cętera dicemus in tract. de paragio, & in repet. ſequen. cõſuet. quæ, Deo dante, quamcitius in lucem mittetur.

Repetitionis par. 1. §. 5.

1 *Tex. conſuet. ſi moriatur diuiditur, & ſummatur.*

2 *Caſus poſitio in tex. prædicta conſuet. ſi moriatur.*

3 *Conſuetudinis con tex. expungitur ibi, ſeu nepotibus ſolum ex præmortuis filijs, vt dicat ex neptibus ſolum.*

4 *Prælatio ſexus maſculini, & excluſio fœminarum quomodo ex conſuetudine colligatur.*

5 *Prærogatiua gradus in deſcendentibus tollitur propter ſubingreſsionem, declaratur num. 7.*

6 *Subingreſsio de iure conſtit. regni, quomodo ſeruanda.*

8 *Sorores vterinæ, & amitæ an ſint excluſæ per maſculos fratres vterinos de conſuetudine, & ibid. quid de iure communi pro vterinis ſororibus latè concluditur.*

9 *Conſtitutio in aliquibus non procedit inter filios vnius matris ex diuerſis patribus circa ſexus fœminini excluſionem.*

10 *Molſeſius notatur in par. 3. de ſucceſſ. ex teſt. q. 25. nu. 15.*

11 *De Franch. dictum in deciſ. 36. verſ. Nec obſtat, latè deſtruitur.*

12 *Vinculi duplicitas, & vtrinque coniunctio de conſuetudine non eſt conſiderabilis, ita in patre, vt in matre, nu. 13.*

14 *Frater vterinus in ſucceſſione feudorum excludit ſororem vterinam ſecundum conſt. vt de ſucceſſ. diſpoſitionem.*

15 *Afflict. opinio in conſt. comitibus, in 2. no. tab. reÿcitur.*

§. 5. *In quo diuiditur, & explicatur context. conſuet. præd. ſi moriatur, uſque ad uerſ. & tenentur ipſi ſucceſſores.*

1 His igitur in modum præuiæ cognitionis expoſitis, deuenio ad ipſius conſuetudinis explicationem, & diuiditur, ſecundum gloſ. iſta conſuetudo in ſex partes, quas in declaratione ipſarum ponam. Secunda ibi, filij vna. Tertia ibi, & tenentur. Quarta ibi, eas autem. Quinta ibi, Iddem iuris eſt. Sexta ibi, Et omnia. Hoc dicit breuiter, ſecundum gloſ. ſucceſsio ab inteſtato fit in ſtirpem, & maſculi præferuntur ſuccedendo, tenentur tamen ſorores, & amitas maritare: addas tu duo verba, ſucceſsio ab inteſtato in linea deſcendenti, vel dic, filij, & deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus in ſtirpem, & maſculi præferuntur in ſucceſſione, tenen-turque. &c.

Tota difficultas iſtius conſuetudinis non verſatur, circa ipſius literam intelligendam; ſed in diſcuſſione materiarum, quæ in ipſius interpretatione veniunt tractandæ, habet tamen aliqualem difficultatem caſus poſitio ſecundum ipſam literam.

2 Ponit Napodan. caſum huius conſuetudinis, primo, vt quis moriatur, vel aliqua, relictis filijs, filiabus, ac nepotibus, & neptibus ex aliquo filio præmortuo. Et ſic ſimul & ſemel ſopponit præexiſtere filios, & filias, & inſimul nepotes, & neptes ex aliquo filio prẽmortuo, id quod dicit in hoc caſu de nepotibus. & neptibus iddem intelligas in pronepotibus, & proneptibus, per illud verbum, & deinceps. Hic caſus nullam patitur difficultatem, quia ſemper verum eſt filios filias excludere; vnde & caſus iſte ſimplex etiam deciditur, vt, ſi ſoli filij, & filiæ exiſtant, filiæ excludantur: item nepotes ex præmortuo filio, & neptes ex eodem filio excludere. Nec difficultati poteſt, iſtas neptes, & nepotes intelligi ex mortuo filio, vt inferius dicit tex. ibi ex prẽmortuis filijs, quod verbum filijs explicit numeralem quæſtionem, vt ita dicam, vt iddem in pluribus ſit intelligendum, quod in vno dicitur. Subdit Napod. vel deceſſit, relictis ſolum nepotibus, vel neptibus ex filijs maſculis prẽmortuis, vbi vult ponere caſum in verſ. ſeu nepotibus ſolum, & præſuppoſuit Napod. in hoc verſ. diuerſam queſtionem poni à prima, prout dicit in verb. relictis, vbi dicit prima quæſtio, & in verb. nepotibus, vbi

3 dicit ſecũda quæſtio: † in eo verò, quod præſupponere videtur Napod. in ſecundo dicto, quòd quis deceſſerit relictis ſolùm nepotibus ex præmortuis filijs, non intelligas ſimpliciter, ſed ſupponendo caſum præcedentem, corrigendo literam ſecundum eam, quam habẽt omnes correctiores Codices, prout etiam in meo manuſcripto, & habuit quoq; Napod. vt illud verbum, ſeu nepotibus, dicat, *ſeu neptibus ſolum ex præmortuis filijs*, ſic enim Napod. habet nu. 15, in verb. ſolùm, dum dicit, *cum inſpiciatur perſona patris, & eius ſexus, in cuius locum ingreſſa eſt*: itaque in hoc non facio difficultatem, & ex hac lectura ſoluuntur plures controuerſiæ, de quibus locis ſuis: voluit enim in hoc verſ. tex. decidere difficiliorem controuerſiam, ponẽdo ſolùm neptes ex prẽmortuis filijs, quia quaudo adeſſent, cum ipſis maſculi quoque, quia erãt fratres, excludebantur, & quando ſolum nepotes exiſterent, res non haberet difficultatem, decidit duplicem etiam controuerſiam per dictum verſiculum tex. conſuetudinis circa ſucceſſionem in ſtirpem, & circa prẽlationẽ, & prærogatiuam ſexus: vna enim oritur ex altera: prima eſt ſucceſſio in ſtirpem, ſecunda

4 eſt prẽlatio, † quę prẽlatio expreſsè in tex. non deciditur, quia dicit filij, &c. Simili argumento vſus eſt Carol. in Longobar. ſi quis Longobardus. in tit. de ſucceſſ. in princ. vbi dicit per intellectum fœminas excludi, ex quo tex. dixit ſine filijs maſculis: ſic etiam quia tex. noſter dicit, tenentur ſorores & amitas maritare ipſi ſucceſſores, prælatio inde colligitur ipſius ſexus: quòd verò ille verſ. ſeu neptibus ſolum, ſit intelligendus ſuppoſitis terminis primæ quæſtionis, patet, quia

vnica

vnica deciſione vtraque quæſtio terminatur, vt ſcilicet filij vnà cum nepotibus, & neptibus, & deinceps ſuccedant parentibus in ſtirpem, dum dixit filij reſoluit quęſtionem excluſionis filiarum, vt illas excludant, dum dixit vnà cum nepotibus determinat integram quęſtionem primam, vt, exiſtentibus filijs, & filiabus, item nepotibus, & nepribus ex præmortuis filijs, ſcilicet, vt ex vnoquoque filio pręmortuo pręexiſtant nepotes, & neptes, qui inter ſe ſint ſorores, & fratres adminus conſanguinei, vt dicemus locis ſuis, tūc dicit tex. vnà cum nepotibus ipſos filios ſuccedere, & vocantur ex neptibus, & nepotibus ſolum nepotes ſucceſſores, prout facit in filijs, & filiabus, inter quos vocantur filij ſucceſſores. Dū dicit, & neptibus, tunc ſoluit ſuppoſita quęſtione prima de filijs, & filiabus cum nepotibus, & neptibus ex pręmortuo filio, item cum neptibus ſolùm ex pręmortuis filijs, quia ad ipſam ſucceſſionem, prout filios vocauit, & nepotes; vocat neptes illas, quæ ſolę exiſtūt ex pręmortuis filijs, aliàs male vocatæ eſſent in hoc contextu verborum; in quo per ſimplicem poſitionem ſucceſſorū intelligi voluit inductum eſſe ius prælationis, & ſexus pręrogatiuæ, quod probatur; nam ſequitur deinde, & tenentur ipſi ſucceſſores, ergo omnes illi, qui ſuperius dicti ſunt ſucceſſores, erunt illi, qui habebunt prælationem, & veram ſucceſſionem; quia aliàs ſi inter nepotes, neptes ſucceſſores etiam cum maſculis vocaſſet, dixiſſet, & tenentur maſculi: tamen quia tam maſculos, quam fœminas admiſit ſub nomine ſucceſſorum illos appellauit, implicat iſtud verbum ſolùm, aliam quæſtionem, vt ſi quis reliquerit filias, & neptes ſolùm ex pręmortuis filijs, vt tunc neptis illa ſola excludat amitā, ſic enim colligitur a tex. nam ſi dixit neptes ex præmortuis filijs ſuccedere, & deinde ipſos ſucceſſores teneri ad dotandas, & maritandas ſorores, vel amitas, concluditur alia quæſtio, quòd tā neptis, quam nepotes, quam filij teneantur maritare amitas, vel ſorores, & per hoc pręferentur, & hęc quęſtio licèt decidatur, vt etiam inferius dicetur, non tamen expreſsè colligitur, quia in fin. tex. ſemper filios adeſſe ſupponit, dum dicit, filij vna cum nepotibus, & neptibus, & deinceps, ſed dicas interuentum filiorum præſupponi per ipſam conſuetudinem tanquam in caſu difficiliori: ſi enim neptis ex præmortuo filio tenetur vti ſucceſſor maritare amitam, exiſtente etiam filio maſculo, & in primo gradu, tanto fortius illo non exiſtente; cùm ex parte ipſius neptis, & ex iure reſidente in ipſius perſona propter ſubingreſsionem in ſexum, & in locum diuerſificari non poteſt per interuentum, vel defectum alterius conſucceſſoris, vt eſt filius: ſupponit ergo Napod. adeſſe vel filias ſolùm, vel filios, & filias cum iſtis neptibus, ex præmortuis filijs, put hic expreſsè dixit Napod. nu. 2. ibi, reſpondeo, ꝙ & nu. 102. in prin. ibi, vel fęminas deſcendētes ex maſculis: nā ſi nec filius, nec filia adeſſet, quæſtio nō eſſet dubitabilis circa ſubingreſsionem, & ſucceſsionem in ſtirpes, & circa prælationem, quam expreſsè in prędicto verb. ſolùm. nu. 15. ſupponit Napodan. & ratio etiam manifeſta eſt, quòd in iſto primo verſ. neceſſariò erit ſupponendum, adeſſe liberos primi gradus cum ipſis nepotibus, & neptibus: nam quando tractatur de auis, proauis, auijs, & proauijs decedentibus, tunc ſeparatim agit conſuetudo de ipſis nepotibus, & neptibus, pronepotibus, & proneptibus, vt infra in verſ. iddem iuris eſt. Si enim ſupra ſucceſſores nominauit nepotes, neptes: & deinceps, & in §. iddem iuris eſt, eoſdem nominat, dicendo, iddem iuris, quaſi loquatur in diuerſis caſibus, quæ differentia erit inter vtrumque tex. niſi quòd in princ. agitur de ſucceſſione, quæ ſit per filios patri, vel matri, quæ eſt principalis, & ſimul cum ijs, nepotes, & neptes ex filijs pręmortuis. In ſecundo, quando nepotes, vel neptes ſuccedunt auis, & proauis, auijs, & proauijs, vt ſuccedāt, ſcilicet, in ſtirpem, & ſorores, & amitæ per ſucceſſores debeant maritari, & in hoc ſtat identitas iuris in nepotibus, & neptibus, & deinceps auis, proauis, & auijs, & proauijs ſuccedentibus, non extantibus parentibus ipſorum nepotum, neptum, & pronepotum, & proneptum, dixit contex. manuſcriptum meū etiam auijs, & proauijs propter fœminas aſcendentes morientes, quia in principio dixerat, ſi moriatur aliquis, vel aliqua: nunc dicit iddem in auis, & proauis, auijs, & proauijs.

5 Nota primò, quòd conſuetudo clariſſimis verbis conſtituit inter ipſos deſcendentes nō eſſe locum prærogatiuæ gradus, ſed omnes deſcendentes in infinitum admittendos eſſe ex perſonis, ſexus, & numero eorum anteceſſorum, vt hic dicit Napodanus numer. 109. & per hoc ſtatuit ſubingreſſionem per ſucceſsionem in ſtirpem in infinitum: quod erat etiam de iure communi Authenticorum, vt dixit ſupra Napod. in verb. in ſtirpem, num. 16. & num. 1. in fin. & num. 107. in fin. & per tex. in l. cùm fundus, in fin. ff. de condit. & demonſtr. l. emptor hęreditatis. C. de hęred. vel act. vendit. concludit Napodan. ex prędicta ſubingreſsione oriri ſucceſsionē quòad numerum, & quòad ius eius, in cuius

locum

locum ſubingreditur.

6 Aduertendum tamen eſt, quòd in prædictis conſtitutionibus, præcipuè in conſtit. in aliquibus, quæ propriè loquitur de iſta ſucceſſione, nihil de ſubingreſſione fuit expreſsè dictum, nec de ſucceſſione in ſtirpem, & per hoc in ea ſeruabitur ad vnguem ius commune, & ipſius diſpoſitio, quæ, vt diximus, eadē eſt cum prædictæ conſuetudinis diſpoſitione, illa ratione, quia nihil ſuper hoc reperitur immutatum, arg. l. præcipimus, C. de appellat.

7 In eo verò, quòd prærogatiuam gradus † in linea deſcendenti excluſimus ex ratione ſubingreſſionis ſemper intelligas inter eos deſcēdentes à pluribus inter ſe: nam ſi quis habet deſcendentes plures, ſcilicet, tres filios, & nō viuunt omnes, & ex altero filio, etiam nepotem ex altero pronepotem, non habet inter eos locum prærogatiua gradus: at inter eoſdem ab eodem deſcendentes per lineam rectā procedet gradus prærogatiua, quia donec viuit filius, excluduntur omnes alij ab eo deſcendentes: & ratio eſt, quia tunc non poteſt ſubingreſſio habere locum cùm non deficiat præcedens in gradu; qua ceſſante, ceſſant prædicta, prout dicit tex. ex præmortuis filijs, & diximus in explicatione ipſius.

8 Nota ſecundò dum dicit ſorores, vel amitas, quòd dum indifinitè conſuetudo loquitur, videtur incluſæ omnes ſorores & omnes amitæ in prædicta diſpoſitione, & ſic etiam vterinæ ſorores, item amitæ, ſcilicet, vterinæ patris ſorores, cum etiā ſoror patris vterina dicatur amita l. iuriſconſultus. §. tertio. ff. de grad. eo magis quia loquitur tam de maſculis, quàm de fœminis morientibus. ſed reſpōdeas ipſam conſuetudinem, dum loquitur de imponendo onere dotandi, recipere interpretationem a iure communi, ſecundùm quòd frater vterinus non tenetur dotare ſororem vterinam. l. cum plures, §. penult. ff. de adminiſtr. tutor. Et licet inter Doctores de iure communi ſit aliqua controuerſia, vt tradit Barboſ. in l. 1. par. 4. nu. 162. verſ. prima eſt, tamen conſtat receptam eſſe opinionem, quod non teneatur, etſi non habeat vnde ſe dotet, idem loc. cit. qui refert Gregor. in l. 18. tit. 16. par. 6. in verb. De las hermanas, Bolognett. in d. l. 1. num. 131. & plures, quos refert Lara in §. idem reſcripſit: num. 94. in l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſcen. quæ obligatio reſidet in fratre, etiam ſi non ſit hæres patris, d. verſ. prima ibi, quæ intelligas: Simile priuilegium de iure communi erat conceſſum fratribus conſanguineis, quia turpi perſona inſtituta iſti, & non vterini habent querelam inoffic. teſtam. l. fratres, C. de inoffic. teſtam. & ibi glo. in verb. arceantur, dicit illam legem per Authenticam, tollentem differentiam agnationis, & cognationis non eſſe ſublatam, ex quò illa Authen. loquitur de ſola ſucceſſione ab inteſtato, vnde non ſequerer libenter opinionem Gratian. diſceptat. foren. cap. 65. num. 4. qui ex Campeg. Tiraquell. & Surd. ibi relatis, tenet etiam de iure communi fratrem vterinum teneri dotem dare ſorori vterinæ, reſpondendo text. prædictæ l. cùm plures procedere tempore ff. cùm per Authēticam, ſit ſublata differentia agnationis, & cognationis, quia ſecundum gloſ. prædictam, in ſola ſucceſſione ab inteſtato eſt ſublata, non in cæteris, quæ reſponſio quadrat etiam ad prædict. l. cùm plures, & ita Hiſpani interpretati ſunt legem partit. ſecundum latè relatos per Excobar. de ratiocin. cap. 22. nu. 55. & ſeq. Item probantur prædicta per tex. expreſſum ipſius conſuet. ſi qua mulier, de qua infra dicetur, vbi eſt caſus apertiſſimus, quòd frater vterinus non excludit ſororem vterinam, ſed in ipſius damnum ſorores vterinæ faciunt partem ad beneficium fratrū vtriuſq; coniunctorum, & ſic ratione coniunctionis paternæ, & conſanguinitatis, & ne deſit aliqua dubitatio, quòd prælatio prædicta in ea conſuetudine oriatur ex alio, quàm ex conſanguinitate, veluti ex duplici coniunctione, extat hoc expreſſum in conſuet. ſed ſi morienti,
„ dum dixit, [quòd ſi inter ipſos nepotes, &
„ pronepotes, & deinceps fratrum præmor-
„ tuorum, ſint fœminæ, quæ habeant fratres
„ conſanguineos. ipſæ mulieres à præmiſſa ſuc-
„ ceſſione excludantur: cum fratres ipſas ha-
„ beant maritare, vt ſuperius dictum eſt,] ſcilicet, de bonis paternis, & maternis, & ſic not. Napod. in vlt. glo. d. §. ſed ſi morienti, nu. 184. implicatur enim in illis verbis, vt ſuperius dictum eſt, diſpoſitio huius noſtræ conſuetudinis: vt, ſcilicet, & ipſa intelligatur de fratribus conſanguineis, vel vtrinque coniunctis, & ſic de amitis, & ſororibus, & non de vterinis, optimè dixit de Franch. deciſ. 149. & ratio eſt ſecundum Minad. deciſ. 36. per totam, præcipuè num. 9. quia conſuetudo præferendo maſculos fœminis voluit bona conſeruari in familia, quæ ratio non militat inter vterinos, cùm de vna ad alteram familiam ſic bona trāſirent, ex quo vterini omnes sūt diuerſarum familiarum, ſequitur de Pont. conſ. 39. in fin. & conſ. 40. num. 12. & 13. volum. 1. Afflict. in conſtit. fratribus. num. 1. & nu. 22. Ex quibus etiā data pro vera opinione Gratian, d. cap. 65. num. 4. diſcept. forenſ, ſtante differentia inter ſexum: & ſexum, introducta per ipſam conſuetudinem, ac aliquali differentia

Digitized by Google

rentia inter agnatos & cognatos reuiuixiſſe diſpoſitionem iuris ciuilis prædictam ex ſuppoſita differentia conſecutiuè orientem inter vterinos,& conſanguineos, & de hoc non eſt hodie diſputandum, cum ita in praxi, & optimo iure ſeruetur.

9 Et ſic pariter intelligerem Regni conſtit. in aliquibus,ſtante opinione,de qua ſupra, dum,ſcilicet, diximus loqui etiam de ſucceſſione matris, nam intelligẽda eſt ipſa opinio, quando ex eadem matre, & patre filij ſunt nati,& ſic de fratribus, & ſororibus vtrinque coniunctis,non autem vterinis per prædicta, & licet expreſsè Doctorem, ſic diſtinguẽtem, non vidiſſem,ita ſemper tenui:nam de Frãch. deciſ.171.& de Pont. in lect. 10. de conceſſ. feud. num.27.ſimpliciter, & abſque diſtinctione loquuntur,deinde cum maxima voluptate reperi Lucam de Pẽn.in l.vnica,column. fin.C.de imponend.lucrat. deſcript. lib. 10. qui volens tractare quæſtionem illam, an frater poſſit imponere onus doti,quam ſorori tenetur dare:caſum ponit in fratre, dotan-

10 te ſororem ex eodem patre natam, † & ſic nõ benè vterinus poteſt poni inter eos, qui onus dotandi habent, prout ponit Reuer. Molfeſ. in ſuis commentar.par.3.de ſucceſſ.ex teſtam. q.22.num.15. ſed forſan fuit error impreſſoris,vt patet in num. 17. Ex quibus abſolutum etiam eſt,quòd ratio dotationis, & neceſſitas oriatur ex coniunctione paterna, & conſanguinitate,& licet in præd.conſuetud.ſi qua mulier fuerint nominati ad ius accreſcendi fratres vtrinque coniuncti, non fuit vtrinq; coniunctus nominatus per ſe, quia vtrinque coniunctus, ſed quia conſanguineus ex quo non poterat contendi inter vterinos de ſucceſſione matris ad introducendum fratrem conſanguineum ipſarum ſororum,qui potuiſſet habere inſimul partem ſucceſſionis maternæ: non poterat inquam eſſe alius, quàm vtrinque coniunctus: nam ſi fuiſſet ſimplex conſanguineus in illo caſu conſuetudinis prædictæ nullam participationem potuiſſet habere cum ſorore conſanguinea in bonis maternis ipſius ſororis,& ipſius fratris nouercæ.

11 Quare non poſſum non dubitare tam de ratione dubitandi,quàm de ipſius ſolutione poſita per D.de Franch.in deciſ.26. verſ. nec obſtat tertium,dum abſque neceſſitate intrat differentias inter ſucceſſionem deſcendentium, & collateralium circa duplicem coniunctionem.

12 Primo,quia,dum nititur dare differẽtiam inter ſucceſſionem collateralem,& deſcendẽtium,vt in collaterali conſideretur duplicitas vinculi,hæc duplicitas non conſideratur hodie de conſuetudine etiam in collaterali, vt latè dicemus in repetit.conſuetu.ſi quis,vel ſi qua,in princ.in prærogatiua vinculi, & dicit Napodan. num. 141. in ſequen. conſuet.nec in re,de qua ibi agitur, erat neceſſaria diſtinctio prædicta,cum quòad coniunctionem ita ſit filius patri, ſicut eſt matri coniunctus, nec plus dicatur patri,quam matri coniunctus filius,Napod.in præd.cõſuet.ſi quis.vel ſi qua, ſub nu.132.in fin.

13 Secundo, dum dicit, quòd ſorores in eo caſu excluduntur fauore conſanguineorum, & vtrinque coniunctorum,quia,quandò tractatur de ſuccedendo patri, non datur conſideratio duplicis vinculi, quaſi quando tractatur de ſuccedendo matri,duplex vinculum ſit conſiderabile contra ea,quæ diximus,& plus dubitari poteſt,dũ ꝓ coronide in fi.dixit iterum repetendo diuerſitatẽ inter venientes ad ſucceſſionem fratrum, & ſororum, & ſucceſſores ipſius patris,quæ vltra quòd in eo genere caſus nihil prodeſt,vt diximus, de conſuetudine,non eſt vera, quare poterat ſolùm reſpondere paritatem non eſſe veram inter ſucceſſionem ad patris hæreditatem, ac ad matris, nec in conſuetudine prædicta eſſe vocatum ad ius accreſcendi vtrinque coniunctum, vti vtrinque coniunctum, ſed vti conſanguineum,& per hoc inter fratres, quando voluit conſuetudo onus dotandi enuntiare, vt in d. §.ſed ſi morienti,de conſanguineo ſolùm meminit,vt iam dictum eſt.

14 Aduertendũ tamẽ erit ne decipiaris in ijs, quæ diximus ſupra de fratre conſanguineo ad tex.conſtit. vt de ſucceſſionibus: & etiam conſtit.in aliquibus,de ſucceſſ.feudorum ſcilicet eas cõſtitutiones intelligendo, quia dũ agitur de ſucceſſione feudi, & in eo ratione indiuiduitatis debeat primogenitus ſuccedere,item maſculus ipſi fœminæ præferri,ſi eſſemus in ſucceſſione feudi materni, non poſſet tolli,quin etiam frater vterinus excluderet a ſucceſſione maternorum feudorum ipſas fœminas ex generalitate ipſarum conſtitutionũ, prout videmus quotidie ſeruari,& ſic ceſſante in illo caſu diſpoſitione, quæ introducta eſt in conſuet. ſupra relata, ſi qua mulier, ex quo non ſuccedunt,nec poſſunt ſuccedere ſimul,pro virili vterinus, & vterina, ſcilicet, omnes maſculi,& fœminæ ipſi matri, ſed ſolus maſculus: item ſi eſſent plures fœminæ, primogenita,hoc caſu non poteſt controuerti,quòd ipſa filia excluſa habeat dotem de paragio,& frater vitam, & militiam,& hac ratione decidit Socin.in conſi.57.volum. 4. nu. 5.quòd frater tenetur dotare ſororem; nam, ſi ratio, quare frater non teneatur dotare ſororem

rorem eſt, quia patrimonium commune erat per Caſtrenſ. in l. ſi ſocer, in princ. ff. ſol. matr. ergo inquit Soc. quando ſolus frater ſuccedit, tenetur dotare, & hanc opinionem videtur ſupponere Afflict. in conſtit. quamplurimùm num. 22. dubit. 5. vbi ſimul iungit diſpoſitionem conſtit. vt de ſucceſſionibus, cum diſpoſitione conſtit. comitibus, & conſtit. quamplurimum, dicit enim eſſe onus feudi maritare ſororem, & loquitur de ſorore ſuccedente matri propter non exiſtentiam maſculi: & ſic ſupponit iddem in maſculo, & nõ diſtinguit, ſi inter ſe ſunt conſanguinei etiam, nec poteſt diſtinguere, quia certum eſt, ac indubitatum, ex diſpoſitione conſtit. vt de ſucceſſionibus, quòd maſculus fœminæ, & maior natus minori præferatur, & cum onere excluſas filias
15 dotandi: † quare non poſſum non damnare Afflicti opinionem in conſtit. comitibus, in 2. notab dum voluit, quòd frater vterinus tantum, non teneatur dotare ſororem ex eadem matre, & non ex eodem patre in feudorum ſucceſſione ex argumento illius tex. nam tex. ille dicit de communi patre, ex quo ibi poſitus eſt caſus de feudo paterno, prout etiam Iſern. & alij exponunt tex. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, vbi ſemper dicitur de patre, & de communi patre, & tamen fuit interpretata etiam de matre, vt ſupra diximus, & latè dicitur in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, & in conſtit; in aliquibus, vt diximus ſupra, dum de conſtit. in aliquibus, & ipſius diſpoſitione tractauimus: & quòd prædicta ſint vera, faciunt omnes regulæ datæ per Petr. de Gregor. in tract. de parag. quæſt. 4. & melius idem Petr. de Gregor. in d. tract. quæſt. 20. per tot. qui, licet non diſtinguat inter fratrem vtrinque coniunctum, & ſororem, ex vno latere, tamen ibi rationes generaliter expreſſæ, etiam in vterina ſorore militabunt, vt ibi videre licet: vt melius idem Petr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feud. par. 4. quæſt. 7. & ampliat. 1, & par. 7. quęſt. 8. verſ. tertius caſus: ad quæ ipſemet ſe remittit in tract. de parag. q, 7, & Afflict. in conſtit. fratribus num. 1. & ſecundum prædictam diſtinctionẽ facit diſtinctionem Barboſ. in d. l. 1. par. 4. num. 127. vbi dicit teneri vti heredem matris, tu dicas vti ſucceſſorem, cum hoc onus ex infra dicendis nõ ſit onus hæreditarium infra in par. 2. §. 11. num. 23.

Repetitionis par. 1. §. 6.

1 *Fœmina an recta via excludantur, vel faciant partem cum iure accreſcendi fauore maſculorum latè diſcutitur.*

2 *Fœminarum portio an indifferenter debeat maſculis accreſcere, de iuris cõmunis doctorum diſpoſitione, ſtante ſtatuto fœminas excludente.*

3 *Et quid de conſuetudinis diſpoſitione.*

4 *Fœminarum excluſio, quæ per ſtatutũ cauſatur, in quo differat ab excluſione, quæ per conſuetudinem diſponitur ad affectũ iuris accreſcendi.*

5 *Ius accreſcendi in beneficium maſculorum in ſucceſſione collateralium non oriri ex onere dotationis in diſpoſitione conſuetudinis, quando daretur.*

6 *Conſuetudo ſi qua mulier vocat ad partem, & ius accreſcendi fratres ſororum non dotatarum.*

7 *Conſuetudinem diuerſimodè excludere fœminas in ipſius diſpoſitione enunciatur circa ius accreſcendi introducendum.*

8 *Cõſuetudo ſi moriatur, quare maſculos ſimpliciter admiſerit, & tamen fœminarum portiones ipſis accreſcere dixerit Napodanus.*

9 *Conſuetudo quando ſimpliciter fœminas excludat, vel eas includat cum iure accreſcendi fauore maſculorum caſus varij põderantur, in quibus diuerſitas iuris conſiderari poſſit.*

10 *Conſuetudo ſi moriatur non poteſt in eius diſpoſitione diuerſificari an fœmina recta via excludantur, an verò per ius accreſcendi ad maſculorum beneficium, & num. 14.*

11 *Idem in conſuetudine ſed ſi morienti, & ipſius diſpoſitione.*

12 *Conſuetudo ſi moriatur non loquitur quando mater relinquit filios ex diuerſis matrimonijs, & conſuetud. ſi qua mulier non procedit in maſculo relinquente filios ex diuerſis matrimonijs.*

13 *Conſuet. ſi moriatur, & ſi qua mulier, in quo caſu ſimul practicari poſſint exprimitur.*

16 *Conſuetudo in caſu Auth. defuncto, ad quas partes admittat fœminas per maſculos à ſucceſſione excluſas.*

17 *Deciſionis de Franch. 92. quæ fuerint difficultates, & articuli deciſi.*

17 *Matre exiſtente in medio ſorores à fratribus excluduntur.*

18 *Deciſionis prædictæ difficultas enunciatur circa modum excludendi ipſas fœminas in caſu Auth. defuncto.*

19 *Napodan. declaratur in glo. in uerb. neptes, in conſuet. ſed ſi morienti, & ponitur deciſionis prædictæ explicatio.*

20 *Fœminarum ſcriptarum perſona non faciunt*

ciunt partem fauore maſculorum in prædicta deciſione,& datur ratio.

21 *Renunciationes fœminarum nuptarum nõ conſiderantur ad partem faciendam fauore renunciatariorum.*

22 *Sororum excluſarum portiones, an dicantur obuenire ab ipſis ſororibus, vel à defuncto recta via, & an poſſint plus vni, quam alteri ex maſculis per ſorores tranſmitti.*

23 *Fratres in portionibus ſororum excluſarũ, quomodo in præambulo hæredes declarandi praxis oſtenditur, & notatur praxis in deciſ.de Franch.566.nu.1.in prin.*

24 *Deciſionis 92.ratio declaratur, quare quoad matrem ſorores non faciant portionem ad beneficium maſculorum, & quomodo reſpectu matris ſororum perſona ſint cõſideranda.*

25 *Maſculiatio an retrotrahatur ad beneficium maſculiatæ, etiam in ſucceſſionibus tranſuerſalium retro delatis in præiudicium maſculorum moram committentium.*

26 *Fœminarum in ſucceſſione de conſuetudine triplex ſpecies enunciatur, excluſarum ſcilicet incluſarum maſculiatarum ac tertia in pendenti.*

27 *Napod.in conſuet.ſed ſi morienti, ſub num. 271.& nu.272.declaratur.*

28 *Fœmina quando facit partem fauore maſculorum diuerſificat etiam modum ſuccedendi in ſtirpes, vel in capita, & reſoluitur quæſtio nu.ſeq.29.*

30 *Molfeſius notatur par.4.q.17.*

31 *Conſuetudo ſed ſi morienti,§.& in præmiſſis ponderatur ad deciſionem quæſtionis num.27.tractata, quando fœmina diuerſificet ſucceſſionem in ſtirpes, vel in capita.*

§.6.*In quo agitur de modo, quo fœminæ excluduntur per maſculos, & quomodo earum portio maſculis accreſcat.*

1 NOtatur tertiò, quòd conſuetudo dicit filios ſuccedere,& non dicit omnes tam maſculos, quàm fœminas ſuccedere, ſed fœminas excludi à maſculis cum onere dotandi, nec etiam dicit portionem fœminarum accreſcere ipſis maſculis: quare vt plenius iſta materia intelligatur pro inſtructione illorum, qui deſiderant terminos conſuetudinarios intimè ſcire, altius materiam repetendo, videndum nobis erit, quando fœminæ prædictæ excluſæ faciant partem, & quam faciant partem, & dicta portio, cui ex maſculis accreſcat,& inſimul an ſit in conſuetudine iddem ius ſtatuendum circa fœminarum excluſiones, ſcilicet, an ſemper fœminæ recta via excludantur, vel potius debeant ſuccedere, & facere partem fauore maſculorum; quorum onus eſt illas dotare, prout ſupra dictum eſt in qua re, quia quandoque eſt maxima iuris diuerſitas in diuiſione ſucceſſionis de ea, vt dixi, plenius agẽ-
2 dum: † & quòd portio fœminarum indifferenter debeat accreſcere maſculis: quorum contemplatione ſunt fœminæ excluſæ, voluit Barto.in l.ſeruo legato, per illum tex. §. ſi teſtator, ff. de legat.primo, & ipſum pluribus comprobans Socin.conſi.5.volum. 1. & per ipſos iddem voluit Piſanell.in addit. ad conſuet.ſed ſi morienti, ſub num.272. incip.ego tamen in fin.& poſt eos D. de Franch. deciſ. 149.num.4.expreſſum ius accreſcendi in conſuetudinibus noſtris habemus in conſuet. ſi qua mulier, per quam ad ſucceſſionem matris vocantur filij,& filiæ vtriuſque matrimonij: verùm portiones fœminarum accreſcunt fra-
3 tribus vtrinque coniunctis. † Quare videndum erit, an ſicut in prædicta conſuetudine dicitur in filijs debeat vndequaque ſeruari in omnibus ſucceſſoribus, vt ſemper fœminæ debeant facere partem fauore maſculorum ipſas excludentium fratrum, ſcilicet, ipſorũ, vel vtrinque coniunctorum, vel conſanguineorum,& ad ipſas portiones illi maſculi admittantur, & ex prædictis indubitanter videtur concludere D.de Franch.in deciſ.præd. prout deciſum refert in Sacro Conſil. vbi ſorores conſobrinæ faciunt partem, licet dotatæ in beneficium filiorum ex fratribus eorum conſanguineis, vel vtrinque coniunctis: quorum contemplatione excluduntur: faciunt etiam relata per D.de Franch.præd.deciſ: vt Alex.conſ.60.col.pen.5.vol. & Afflict. deciſ. 240.aliàs 350.in 3.dub. quæ deciſio Afflicti, credo, quòd ſit malè allegata,& ſit error ſcriptoris: qnia non video, quomodo faciat ad rem.

4 Sed prædicta cõcluſio, ſic generaliter eam intelligẽdo, maximam penes me patitur difficultatem: nam in materia excluſionis prædictæ non rectè arguitur à ratione ſtatuti,& ipſius diſpoſitione ad noſtram conſuetudinẽ, nam vt ſupra dictum eſt, ſtatutum requirit ſemper dotationem ipſius, vel ab ipſo factam, de cuius ſucceſſione agitur, qualiſcunque ſit illa ſucceſſio ſiue lineæ deſcendentis, ſiue

aſcendentis,ſiue collateralis,vt ſemper,adhoc
vt fœmina poſſit excludi, debeat eſſe dotata
ab eo, vel de boniseius, de cuius ſucceſſione
tractatur,& hoc modocum Bart.& alijs pro-
ximè dictis benè concludi poteſt,vt,quia in
qualibet ſucceſſione fęmina excluditur á ma-
ſculo , & dotari debet de eadem ſucceſſione,
debet fauore ipſorummet maſculorum facere
partem,& ius accreſcendi concedi ad ipſorū
beneficium ex regula iuris naturalis , vt, qui
habet incommodum , & commodum ſentiat.
At, quando ſumus in ſucceſſione de conſue-
tudinis diſpoſitione , in qua, vt ſupra dictum
eſt,dotandi onus eſt tantùm de bonis aſcen-
dentium maternis,& paternis , & vnica do-
tatio de bonis paternis , & maternis ,
excludit ſorores à ſucceſſione etiam tranſ-
uerſalium,non video , quare debeat ſic in-
differenter obſeruari , vt ſemper ipſæ fœ-
minæ faciant partem fauore ipſorum ma-
5 ſculorum, † & probatur argumento, quòd
prædictum ius accreſcendi non vadat atten-
to onere ad ipſos fratres : nam ſi tempore,
quo fuit actum de ſucceſſione matris,vel alte-
rius,in qua de conſuetudine fœminæ habue-
runt paragium,adfuerint quatuor fratres,vel
quinque,& ſic ſoror, dum delata fuit ſucceſ-
ſio patris , & matris , fuit excluſa à quatuor
fratribus ; & deinde tempore , quo tractatur
iſta alia ſucceſsio , in qua de fœmina agitur,
an debeat facere partem fauore maſculorum
ipſam excludentium,non adſit, niſi vnus fra-
ter nonne vniuerſum ius accreſcēdi iſte vnus
habebit, & tamen onus dotationis non ſuſti-
nuit,niſi pro vna portione ex quatuor fratri-
bus,ſcilicet,pro quarta,ceſſat ergo ratio iuris
naturalis,quia iſte frater in hac ſucceſſione
incommodum non ſuſtinuit dotationis , vel
ad minus, non ſuſtiuuit tantum incommodū,
& eadem debet eſſe ratio de parte quòad par-
tem,quæ de toto quòad totum.
7 Secundo induci poteſt ad iddem , quod dixi,
dubitandum , conſuetudo ſi qua mulier , vbi
clariſſimis verbis , inquit tex. quòd , ſi ex ali-
quo ex ipſis maritis habeat filios , & filias non
dotatas.dari tunc ſucceſſionem filiarum cum
iure accreſcendi fauore maſculorum, vtrinq;
coniunctorum, non dotatas, inquit tex.ergo
clariſſimè videtur non loqui idſa conſuetudo
de excluſis per dotationem, ſed de non dota-
tis,vt ipſis fratribus, quibux onus eſt dotandi
impoſitum per beneficium iuris accreſcendi,
proſint per dictam naturalem rationem . Sed
hoc ſecundum argumentum loquitur in ſuc-
ceſſione matris,in qua ex prædictis non dubi-
tatur,quòd in eadem ſucceſſione onus eſt ip-
ſorum fratrum ipſas dotare de paragio ipſo-
rum bonorum , à quibus excluduntur fœ-
minæ,& per hoc militaret argumentum à ſta-
tutis deſumptum,propterea de hoc inferius
latius dicetur inſimul cum intellectu ipſius
conſuet.ſi qua mulier,dum non dotatas dicit:
ſufficit igitur ſolutio , quòd hoc non conclu-
dit in excludendo ius accreſcendi à ſucceſ-
ſione tranſuerſalium , ſed in excludendo
fœminas dotatas a fratre, etiam in ſucceſ-
ſiooe matris : quod an verum ſit, inferius
dicemus .
7 Tertiò arguitur ex modo loquendi ipſarū
conſuetudinum : ſi enim quandoque dixit
conſuetudo, quòd filij maſculi ſuccedunt cū
onere dotandi ſorores , vel amitas de bonis
maternis,& paternis , vt in hac conſuetud. ſi
moriatur,& ſi non dotentur infra decimum-
ſextum annum, ſuccedant,vti maſculi, vt hic
§.eas autem. Secundò, & quandoque ſimpli-
citer dixit illas non ſuccedere , quia eorum
fratres tenentur ipſas dotare , vt ſuperius di-
ctum eſt in §.ſed ſi morienti , vbi ſimpliciter,
& abſque conditione excluduntur à ſucceſ-
ſione tranſuerſalium : quæ verba , vt ſuperius
dictum eſt , intelliguntur de hac prima con-
ſuetudine de paragio de bonis paternis , &
maternis. De Franch.deciſ.87.num.3. & nu.
9.autoritate Capycij,ex quo in ſucceſſione
bonorum paternorum,& maternorum debēt
etiam dotari a fratribus conſanguineis . Ter-
tiò ſimpliciter dicitur in §.quod autem, verſ.
& in præmiſſis, quòd fratris appellatione
ſoror non continetur, & ſic ſimpliciter ex-
cluditur à ſucceſſione, & à concurſu in ipſa
ſucceſſione,ergo in eo caſu,in quo appellatio-
ne fratris ſoror non continetur,non admitti-
tur ſoror ad partem: quia , cùm non concur-
rit,non poteſt facere partem.l.re coniuncti.ff.
de leg.tertio,vt hic inferius proximè dicitur.
Quartò,filiæ,& filij omnes ſuccedere dicun-
tur abſque diſcretione ſexus pro æqualibus
portionibus in conſuet. ſi qua mulier . Ve-
rùm portio fœminarum debet accreſcere
fratribus vtrinque coniunctis, qui teneantur
illas dotare,& maritare de pasagio de bonis
paternis , & maternis: Si ergo verba oſten-
dunt voluntatem proferentis , & aliquando
conſuetudo illas penitus excluſit , aliquando
illas; incluſit ad ſucceſſiouem : ex hac varia-
tione verborum neceſſariò diuerſa erit eliciē-
da iuris diſpoſitio,arg.§.cum autem.l.vnica
C.de caduc.tollen. vt ſic intelligamus, quòd
conſuetudo nunquam voluerit dare ius ac-
creſcendi,niſi quando per verba expreſſa il-
lud induxerit.Quare ex prædictis poſſet con-
cludi,quòd aliquando conſuetudo voluit ip-
ſas fœminas recta vià excludi à ſucceſſione,
quan-

quandoque voluit illas admitti ad faciẽdum partes fauore maſculorum ex modo loquen-
8 di ipſarummet conſuetudinum. † Sed tamen huic argumento obſtat inſtantia conſuetudinis noſtræ,in qua licet dicantur filij ſolum ſuccedere cum prædicto onere dotandi ſorores de paragio,tamen Napodan, Ibid. nu. 15. in gloſula ſuccedunt, etiam dicit portionem fœminarum accreſcere fratribus, ergo paria videntur,quod fratres dicanrur recta via ſuccedere,vel etiam ſuccedere fœminæ,& illarũ
9 portiones accreſcere fratribus: † quare antequam ad iſtius quæſtionis explicationem accedamus,prius diſcutiamus, qui ſint caſus,in quibus aliqua iuris,vel effectus diuerſitas inter vnum,& alterum modum ſuccedendi aſſignari poſſit,& inſimul quando diuerſus modus ſuccedendi operetur diuerſitatem partiũ.
10 † Et primò in hac conſuetudine, quæ loquitur vel in ſucceſſione deſcendentium, faciendo inter vtrinque coniunctos ſimul ad patris ſucceſſionem,vel conſanguineorum inter ſe filiorum,ſcilicet,vnius patris ex diuerſis matrimonijs.vel ad ſucceſſionem matris, quando ſunt filij vnius matrimonij, non poteſt in his terminis aſſignari ratio, ex qua reſultare poſsit diſparitas in ſuccedendo, an ſcilicet, vno modo ſuccedatur,vel alio, ſcilicet, ſi recta via ſuccedere fratres dicantur, vel ſuccedere fratres,& ſorores ſimul;& ipſarum portiones accreſcere, deinde ad beneficium fratrum conſanguineorũ; vel vtrinque coniunctorũ,cùm ſemper tantum de ipſis bonis paternis,vel maternis accipient ipſi fratres, ſiue vno modo, ſiue alio ſucceſsionis progreſſus ſtatuatur,& ideo non curauit noſtra conſuetudo in his terminis ponere ius accreſcendi, vbi directa ſucceſsio tantundem operabatur, & fruſtra ex regul. philoſophi, per plura fit, quod fieri poteſt per pauciora: ideo bene dicere potuit Napodan. in contrarium allegatus,explanando potius iuris effectum,quam conſtituendo ius accreſcendi in præd.gloſ.hic nu.15.quòd in caſu huius conſuetudinis portiones ſororum accreſcant fratribus, & ſic admittere ius accreſcendi fauore maſculorũ, in caſu quo ipſa conſuetudo recta via maſcu-
11 los ſucceſſores expreſsè fecerat, † quæ ratio; ſeu paritas militat etiam in tex.conſuet.ſed ſi morienti,vbi dicuntur excludi neptes a fratribus ipſarum conſanguineis, ſcilicet, vel vtrinque coniunctis, à ſucceſsione patrui, quia fratres ipſas tenentur ſecundùm hanc conſuetudinem dotare de bonis paternis, & maternis: vbi etiam aduertendum eſt, filios fratrum,item filias,nepotes, & neptes indifferenter ſuccedere ex diſpoſitione cõſuetudinis ipſius in ſtirpem, quia. vt ſuo loco dicetur ibi ſucceditur per ſubingreſsionem, vt per Napodan.num.272.cum ſeq.quia in hac ſucceſſione etiam non oritur diſparitas inter ſucceſſores, ſiue vno modo ſuccedant, ſiue alio, ſi enim factæ ſunt tres, aut quatuor portiones inter vnum patruum,& filios.& filias duorum aliorum fratrum præmortuorum in vna ex illis portionibus iam diuiſa,quid operatur diuerſitatis,ſi fœmina, quia poteſt, vel debet dotari de bonis paternis,vel maternis à conſanguineo,ſimpliciter dicatur non ſuccedere,vel ſuccedere cum iure accreſcendi ad conſanguineorum beneficium? & certè nulla diuerſitas in ipſa portione hæreditatis, quia ſemper certum eſt vtro modo fiat tantundem de prædictis bonis ipſos ſucceſſores percepturos, ideo bene text. in prædict. conſuetud. ſed ſi morienti non poſuit ius accreſcendi.
12 Et ex proximè dictis confirmatur etiam id,quod dictum eſt, quòd conſuetud.ſi moriatur,non loquitur, quando mater reliquit filios ex diuerſis matrimonijs, ſed de hoc caſu diſponere tex.in præd.conſuet.ſi qua mulier,& per conſequens oritur alia concluſio, quòd præd.conſuet.ſi qua mulier, non habet locum in maſculo,relinquente filias ex diuerſis matrimonijs.Primum,ſcilicet, quòd dicta conſuet.ſi qua mulier in hoc reſtringat, & limitet diſpoſitionem conſuet. noſtræ ſi moriatur vltra ſupra aliàs dicta, tenet Martial. in addit.ad conſuet.ſi moriatur, in princ. in addit.quæ incip.Quòd ſi pater decedat, verſ. ſed pone: licet de hac re; pluſquam conueniebat, dubitauerit. Secundùm verò, ſcilicet, quòd conſuetud. ſi qua mulier non procedat in maſculo decedente cum filijs ex diuerſis matrimonijs, probatur clariſsimè per D.de Franch.deciſ.26.vbi ius accreſcendi dat etiam ad beneficium fratrum conſanguineorum, quem refert Iacob. Anell.de Bott.in Apoſtill.poſt Apoſtillam D. Martialis hac eadem conſuet.quæ incip. hanc quæſtionem,qui in ſpecie reprobat illos tenentes, conſuet.ſi qua mulier loqui in maſculo, & Thor.in compend.fol.231.col.2.verſ.filij nati ex diuerſis matrimonijs.
13 Sic etiam poteſt dari caſus,in quo ſimul,& ſemel practicari poſſet tam conſuetudo noſtra,ſi moriatur, quàm conſuet. ſi qua mulier, veluti reliqui ex altera filia mea Seia Titium, & Seium,& ex altera Iuſtina reliqui Mæuiũ, & Antoniam ex vno matrimonio,& ex altero matrimooio reliqui Iulium,ad portionem Iuſtinæ alterius filiæ,admittentur pro æquali portione Mæuius, & Antonia, & Iulius, ſed

portio ipſius Antoniæ accreſcet Mæuio cũ onere dotandi eam de bonis paternis,& maternis, ſeruata forma dictæ conſuetu. ſi qua mulier. Iddem erit,ſi prout Iulius eſt maſculus fuiſſet fœmina,quia tantundẽ eſſet,ex quo eandem haberet portionem: iddem,ſi Iulius tantum Antoniam ſororem vterinam haberet, quia vterque abſque diſcretione ſexus ſuccederent, & Antoniæ portio nulli accreſceret,quia fratrem, vel vtrinque coniunctũ non haberet, & ſi haberet fratrem conſanguineum,quia quòad bona materna eſt latus illud patris impertinẽs, vt infra de prærogatiuis agemus in principio conſuet.ſi quis, vel ſi qua. Nec ipſa Antonia excludetur.

14 Igitur quando agimus de ſucceſſione in terminis conſuet.noſtræ ſi moriatur. Ex quo ſemper fit ſucceſſio, præuia ſubingreſſione in ſtirpes per deſcendentes, vt melius patebit infra in combinationibus non poteſt aſſignari aliqua diuerſitas inter modum ſuccedendi faciendum per maſculos, recta via excluſis à principio fœminis,& modum ſuccedendi cũ fœminis cum iure tamẽ accreſcendi ad beneſicium maſculorum,prout etiam diximus ſupra per tex.in §.ſed ſi morienti, & generaliter pro nunc ſic teneo, & ideo conſuetudines talem diuerſitatem non poſuerunt, quia nullam iuris diuerſitatem operatur.

15 Et hac ratione D.de Franch. in fin. præd. deciſ.149.remouet obſtaculum opinionis ipſius,factum per vnum ex Dominis, quo dicebatur in caſu deciſionis prædictæ, portionem auiæ eſſe augendam ex iure accreſcendi portionis neptis à nepote fratre vtrinque coniuncto,excluſæ à ſucceſſione patrui, ex quo Napodan.in conſuet. ſed ſi morienti, verſic. neptes admiſerat nepotem ex fratre cum matre mortui ad ipſius ſucceſſionem, excluſa prædicta nepte ſorore vtrinque coniuncta ipſius nepotis,quia per ſubingreſſionem, ſecundum quam ſuccedunt filij fratris cum aſcendenti efficiuntur ambo vna quaſi perſona,& per hoc vnicam habent portionem eorum patris,quæ,ſubmota fœmina, ſpectat integra ad maſculum, & ideo ex quo ſoli maſculo accreſcit,non erat aliquo modo dubitandum,ſi per excluſionem fœminæ portio matris augebatur, vt benè aduertit in fi.præd. deciſ.D.de Franch.& ſic interuentio fœminæ in eo caſu nihil diuerſitatis operatur.

16 Remanet igitur difficultas,& vtilitas prædictæ quęſtionis, quando ex Authen. defuncto concurreret ſoror cum fratribus ad ſucceſſionem alterius fratris, quia ex Authen. præd.omnes ſunt admiſſæ,& maſculi, & fœminæ,& in capita eſt hæreditas diuidenda inter fratres, & ſorores, & ipſos parentes in gradu proximos, quomodo erit partienda ipſa hæreditas, an vt prius omnes ſuccedant, & deinde portiones fœminarum accreſcant fratribus conſanguineis, vel vtrinque coniunctis,vel vt fœminæ penitus non ſuccedant, & hoc modo maior eſſet portio aſcendentis in gradu proximi, ſi fœmina excludatur recta via, quàm ſi admittatur cum iure accreſcendi:& hanc quæſtionem tangit D. de Franch. in deciſ.92.num. 6. verſ. pro parte primogeniti: quo loci ex proximè relata doctrina Napod.in d. conſuet. ſed ſi morienti, decidit etiam patre vel matre exiſtente in medio fratrem excludere ſororem, & inter eos habere locum conſuetudinem, non autem quòad excludendum patrem, vel matrem, vt dicit ipſe
„ nu.9.in fi.ibi [Fuit facta deciſio contra ſoro-
„ res,vel fratres ſecundogenitos, qui ex ipſarũ
„ perſonis prætendebant ſuccedere,] & ſic
etiam concludit de Pont. conſi. 61. num. 36.
17 quiiſcripſit in hac eadem cauſa,† in qua quęſtione duplex vertitur inſpectio, altera, an ſorores excludantur, etiam concurrentibus parentibus in gradu proximis, & in hac non facio difficultatem ex prædicta deciſione, quæ clariſſimè loquitur, & ſic dicit Capyc. deciſ.21. referens Roman. conſi. 399. incip. pręſens conſultatio in d.deciſ.num.4. Altera eſt,an faciat partem,& deinde fratres habeãt ius accreſcendi,& in hac re Dom.de Franch. in præd.deciſ.92.duplici modo loquitur. Primo in verſ.pro parte primogeniti, dum rationes ipſius primogeniti inducit, inquit,
18 [In tantum quod dicebatur dici poſſe D.
„ Mariam eſſe admiſſam cum filijs, eiuſque fra-
„ tribus vtrinque coniunctis ad ſucceſſionem
„ Elionoræ: Verùm inter fratres, & ſorores
„ habere locum conſuetudinem: ex qua decla-
„ ratione maius commodum mater conſequi-
„ tur, cùm ex excluſione ſororum maiorem
„ partem habebit mater, quia cum ſororibus
„ admiſſis habebit vndecimam, & eis excluſis,
„ habebit ſextam.

Altero modo loquitur de Franch. in eadẽ deciſio. 92.num. 9.in fin. dum refert deciſio-
„ nem prædictam,inquit, [Sacrum Conſilium
„ iudicauit in hac cauſa contra ſorores vtrin-
„ que coniunctas,& ſic contra fratres ſecundo-
„ genitos, earum perſonas repreſentantes ex
„ renunciatione, quæ non proderat contra
„ alium fratrem,cùm mulieres dotatæ de bonis
„ maternis,& paternis,cum fratribus concur-
„ rentes,non ſuccedant,ſed renunciatione cir-
„ cumſcripta earum portiones fratribus accre-
„ ſcent,iuxta dictam deciſionem 87. poſtquàm
„ expreſsè hoc videtur dicere Napodan.in glo.

Digitized by Google

„ in d.verb.neptes, qui ponit caſum in termi-
„ nis,vt dicit Apoſtill.relata in deciſio.46. Et
„ durum eſt in Ciuitate Neapolis recedere ab
19 eius opinione.] † Quæ doctrina Napod. videtur in ſe ex dictis per eundem Dominum de Franch. in præd. deciſ. 149. in fin. non concludere ius accreſcendi fauore maſculorum in caſu,quo ſucceſſio eſt in capita diuidenda, prout hic;ſed in caſu , quo erat in ſtirpes diuidenda hæreditas: vnde volui videre proceſſus tam primæ inſtantiæ prædictæ deciſionis 92.quam in cauſa reclamationis , in qua fuit confirmata ſententia, Iudice, & Commiſſario reclamationis, exiſtente eodem Præſide de Franch.& ibi fuit partita hæreditas in capita inter ſolos maſculos , qui erant quinque, & cum eis annumerata mater,& ſic Domino Iacobo Caracciolo fuit declaratum competiſſe,& competere ſextam partem bonorum, quæ remanſerunt in hæreditate. quondam Magnificæ Elionoræ Caracciolæ,eius ſororis vnà cum introitibus, ſeu fructibus bonorum prædictorum,iuxta liquidationem dictæ ſextæ partis introituum, & fructuum faciendam tempore executionis prædictæ ſententiæ, die 8.Februarij 1576.confirmata die 10. Martij 1584 & etiam perpetuum ſilentium impoſitum, Actuario tunc Borrello, lit. I. fol. 27.

20 † & ſic in ea deciſione , ex quo erant omnes fœminæ nuptæ non fuit eis aliqua portio aſſignata , prout optimè ſcribit de Ponte dicto conſi. 61. num. 36. ſed tantum pro perſonis maſculorum fuit hæreditas diuiſa in ſex par-
21 tes,quia ſex erant fratres cum matre, † & nõ fuit habita ratio renunciationum factarum in beneficium ſecundogenitorum,quia illæ non proſunt , vbi non datur ſucceſſio in beneficium renunciantium, & hoc modo fiat caſus ſucceſſionis,cùm nemo poſſit ius, quod non habet,ad alium transferre, vt dicetur infra de renunciatione, & dicit de Ponte dict. conſi.num.42.

22 Ex qua deciſione Domini de Franch. in verbis proximè relatis in verſ.altero, ex nu.9. præd.deciſ. 92. vbi circunſcripta renunciatione,ius accreſcendi fuit admiſſum ad beneficium omnium maſculorum : oritur deciſio quæſtionis , de qua fui interrogatus, an iſtæ fœminæ poſſent renunciare in beneficium nonnullorum ex maſculis,& an attendenda ſit renunciatio: nam cum iſta portio, quæ debet accreſcere fratribus ex diſpoſitione conſuetudinis ſit potius portio debita ipſis fratribus,quàm ſororibus, prout dicit Napodan.in conſuet.ſi qua mulier.num.4.ibi,ſed earum portio non reſidet penes eas cum effectu,& num.7. ibi , ergo vno momento cum effectu non exiſtit penes ſorores earum portio,& per hoc cum accreſcendi ius ſit fundatum ſuper reali , & effectuali excluſione ipſarum fœminarum,non poteſt aliquo modo dici quòd excluſæ ſuccedant, cum quo ad eas ſucceſſio non procedat, prout optimè dicit idem Napodan. in præd. conſuet. ſi qua mulier,in princip.num. 3. vbi ſpecificè dicit per conſuetudinem tripliciter diſponi circa ipſas fœminas. Primò omnes tam fœminas, quàm maſculos admittendo abſque diſcretione ſexus. Secundò excludendo ipſas fœminas, ſi maſculi ſunt parati illas ſecundùm paragiũ, & facultates maritare , vt hic: vnde etiam ex eadem conſuet.ſi qua mulier, ex qua introducitur ius accreſcendi , introducitur etiam excluſio conditionalis ipſarum fœminarum, dum Napodan.dicit,vt hic,& melius hoc expreſſit Napodan. in eadem conſuet. ſi qua mulier,num. 11.in verb. vtrinque coniunctis, ibi,& ſic ſoror iſta habebit portionem ſuam, quantum ad hoc , ſcilicet ius accreſcendi . Tertio includit eas, (inquit Napodanus) ſi differant eas maritare : vnde ſecundùm Napodan. licet admiſſio ipſarum fœminarum ſit facta , non eſt ita facta , vt reſpectu ipſorum maſculorum non dicatur excluſio, & per hoc ſtante excluſione , non poterit dari caſus, vt id, quod quis nunquam poteſt acquirere , poſſit ad alium transferre , dum de renunciationis materia agemus . Aut igitur omnes maſculi conſanguinei admittendi, aut non erit locus prædicto iuri accreſcendi , & de hac di-
23 greſſione hactenus: † & non omittam ita , & taliter eſſe prædicta vera, vt quando expeditur præambulum hæreditatis, rectà via erit maſculus pro portione tangente ſorori vtrinque coniunctæ,ſiue vna,ſiue plures exiſtãt declarandus hæres;& non ex perſonis ipſarũ ſororum,prout innuit idem Napod. in præd. conſuet.ſi qua mulier,in verb. vtrinque coniũctis: vnde non bene præceſſiſſe præambulum crederem in ſucceſſione , de qua in deciſ. D.de Franch.566.num. 1.in princ.vbi omnes fuerunt declaratæ hęredes per dicta per eundem ibid. verſ.cùm ſorores eodem iure: nam præambulum eſſet expediendum,quando fœmina verè vellet,vel deberet adire , quia maſculiata , & tunc nõ eſſet dubium,omnes tam vterinum,quàm vtrinque coniunctum debere ſuccedere ad bona materna præſuppoſita aditione bonorum . & hæreditatis maternæ facta per ipſas ſorores pro earum portionibus: quia tunc verè bona remanſiſſent penes ipſam ſororem , ſecundum allegata in prædicta deciſ. 566. in fin. & hoc modo opinionem

24 Naucleriĳ ſequendam eſſe cenſerem. † Fuit in præd. deciſ. 92. illud etiam conſiderandũ, vt eatenus operetur excluſio ipſarum ſororum ad beneficium maſculorum ſucceſſorũ, quatenus per conſuetud nem non inducatur correctio Authen. defuncto, C. ad Tertullian. qua cauetur, matrem cum fratribus in capita ſuccedere, ita vt, matre exiſtente, vel alio, cuiusonus non eſſet filias dotare, & illas ex conſuetudinis diſpoſitione, vt ſupra, excludere; non debeat per hoc tale ius accreſcendi, inuertere diuiſionẽ hæreditatis de iure communi ordinatã, aliàs in ſpecie dictę deciſionis mater debuiſſet habere vndecimam partem; non ergo erit iſto caſu verum per reale ius accreſcendi procedi ad prædictam ſucceſſionẽ, ſed per ſimplicem ſororum excluſionem, ratio etiam poſſet eſſe, quia reſpectu matris ius commune non erit corrigendum; & licet excluſio inter maſculos & fœminas habeat locum, ipſa exiſtente, non poteſt negari, quòd, ſi recta via fratres declarantur hæredes, vt proximè dixi pro virilibus, mater ſit quoque pro virili hæres declaranda: quomodo prælatio procedat, matre exiſtente, alias dixiſſe memini, & in hoc caſu melior conditio matris fieri poteſt, non autem deterior, cùm omnia, quę de matre, & patre in medio, dicta ſunt, ipſorum fauore dicta intelligentur vulg. iur. Addas etiam rationem ius accreſcendi in ipſis ſucceſſionibus per conſuetudinem non operari partitionem hæreditatis diuerſam, niſi eatenus quatenus regulatur à iure excludendi, & onere dotandi ipſas fœminas, de quarum portionibus accreſcendis agitur, vt eſſet inter diſpares ſucceſſores, quæ diſparitas non conſideratur in caſu prædictæ deciſionis circumſcriptis renunciationibus, de quibus rationem non eſſe habendam diximus: nam mater, vel alius parens in gradu proximus reſpectiuè ad ipſas fœminas excluſas ſemper pariformiter ſe habent, tam ad fœminas, quàm ad ipſos maſculos omnes, quod non eſt inter vtrinque coniunctum, & vterinum in caſu conſuet. ſi qua mulier, nam poſſet dicere vtrinque coniunctus vterino, quid tibi cum mea vtrinque coniuncta, quæ, ſi ego non ſuccederem, ipſa haberet ſuam portionem, vt tu habes, & meum eſt onus ipſam dotandi, & tu illam non habes dotare, & inter te, & ipſam non eſt de iure conſuetudinis inducta prælatio, quæ ratio ceſſat reſpectu ipſius aſcendentis, quia mater non ſuccedit, ea ratione, quia excludit fœminam, ſed ſtat ſemper parata ad æqualiter ſuccedendum, dum fratres, & ſorores ſuccedunt, ſi fratres ſorores excludunt, ipſa cum fratribus, ſi cum ſororibus, cum omnibus in capita ſuccedat, quia quoad ipſam aſcendentem non poteſt conſiderari conſuet. diſpoſitio, ſed iuris communis, & ſic cum ipſa ex Authen. defuncto debeat ſuccedere in capita cum fratribus; nã prius interuentio maſculorum excludit fœminas de conſuetudine, illis poſtmodum excluſis, hæreditas in capita erit partienda de

25 iure communi. † Vnde ſi iuxta dicta infra in q. 16. de maſculiatione, eſſet poſt hanc ſucceſſionẽ diuiſam maſculiata fœmina, in bonis maternis, & ſucceſſio, interueniẽte aliquo ex parẽtibus, vt ſupra, eſſet partita: p maſculiationẽ deinde ſequutã, nõ poſſet ſoror auocare integrã ſuã portionẽ pro rata, ad aſcendentẽ, peruentã; ſed pro illa portione, quæ ad fratres peruenit, quia mora, & delictum fratrũ poſt ius, quęſitum ipſi parenti, non debet ipſi aſcendenti nocere, vltra quod erit aliquantiſper cogitandum, an reſpectu illarum ſucceſſionum tranſuerſalium præteritarum, cadat maſculiatio, & retrotractio ita, & taliter, vt detur ipſis fœminis maſculiatis ius auocandi ab ipſis fratribus ratam ſucceſſionum prædictarum, prout ſi maſculiatæ tempore hæreditatis delatæ extitiſſent, de qua re dicemus locis ſuis infra in verſ. eas autem, §. 10. cùm de maſculiatione agemus: & quòd retrotractio nunquam operetur in tertiĳ præiudicium, ita ex pluribus in ſimili elicitur ex Theſaur. quæſt. foren. 50. lib. 2. & proximitas, quæ attenditur tempore quo actus perficitur ipſius ſucceſſionis, non debet ex poſtea ſequutis controuerti; benè tamen in præiudicium ipſorum fratrum, moram committentium omnino crederem, ipſam vere, & realiter pro maſculo à principio habendam, ne mora ipſis moroſis patrocinetur: & ita ſemper teneo cõtra ipſos moroſos, & non contra alios, & cõtra ipſos retrotractio poterit fieri ex pluribus iuris principiĳs notis.

26 Ex omnibus prædictis concludendo, ſic conſtitutam ſcias naturam ſucceſſionis ipſius conſuetudinis pro eo, quod attinet ad incluſionem, vel excluſionem fœminarum; nam primò in bonis aſcendentium, ſcilicet, patris, vel matris, vel alterius ex aſcendentibus paternis, vel maternis, iux. tex. noſtræ cõſuet. ſi moriatur, vocauit omnes ſucceſſores, prout ſupra diximus, excludẽdo fœminas, vel eas includendo per dotationem, & maſculiationẽ, de qua inferius dicetur, & optimè concludit de Pont. qui allegat alias deciſiones ſimiles in conſ. 61. num. 42. Ex hac ſucceſſione regulantur aliæ ſucceſſiones, omneſque ſiue excluſiones, ſiue incluſiones fœminarum: ex quo ortum eſt, quòd poſt diſpoſitam primam ſucceſſionem

Digitized by Google

ſionem deſcendentium,iuxta terminos noſtrę conſuetudinis ſummo ingenio excogitatæ; conſuetudines in aliorum ſucceſſionibus,nunquam amplius fecerunt mentionem de ſororibus à fratribus excludendis,niſi in declarãdo illas vel excluſas,vel incluſas ad ſucceſſiones aliorum tranſuerſalium: ideo enim in ſucceſſione illa collateralium poſuit caſum in fratribus in conſuet. ſed ſi morienti, & in conſuet. quòd autem in reliquis vlterioris gradus agnatis,vel cognatis,nihil dicendo de ſororibus,niſi in fin.quia enim vnica dotatio de bonis aſcendentium ſufficit, & cauſatur excluſionem in aliorum ſucceſſionibus, vt ſupra dictum eſt latius,& per conſequens vnica maſculiatio,vt inferius dicetur,ſufficit ad includendas fœminas,etiam ad aliorum ſucceſſiones;ſimpliciter conſuetudo dixit, fratris appellatione fœminas,ſororesque non contineri,niſi illas,quæ habuerunt partem vti maſculi in bonis parentum,& hoc modo in trãſuerſalium ſucceſsione duplex genus erat fœminarum vel excluſarum,vel incluſarum, ex quo in ijs non poterat practicari actualis incluſio, vel excluſio.

Tertium fuit genus fœminarũ non excluſarum,nec incluſarũ,ſed quæ poterant eſſe vel excluſæ,vel incluſę,quia minores,& ideo nõdum potuit agi de ipſarum incluſione,vel excluſione in bonis maternis, vel paternis, iux. tex.in §.ſed ſi morienti,& conſuet. ſi qua mulier: hanc trimembrem diſtinctionem innuit Napod.in hac noſtra cõsuet.nu.112.vbi quędam inclusæ,quædã excluſę,quædã minores. Admiſit ipsas minores consuetudo ad succesſionem indifferenter, quia non poterat illas dicere,nec inclusas,nec exclusas, & poſtea fecit illas excludi a suis consanguineis,seruatis conditionibus,& modis poſitis in descendentium succesſionibus hic in noſtra consuetudine; quod verò in fœminis in pendenti ſit paritas inter tex.consuet. ſi qua mulier, & tex.in præd.§.sed ſi morienti, quòad ius accrescendi, dixit Napod.in præd.consuet. ſi qua mulier,in fin.in glo.abſque diſcretione num.4.dum pro concordanti allegat in iure accreſcendi tex.in conſuet.ſi quis, vel ſi qua, in fin.qui eſt tex.in d.§.ſed ſi morienti. Non enim illæ,quæ ſunt excluſæ debent, vel poſſunt iterũ excludi, cũ ipſis nõ ſit amplius ſpes ſucceſſionis,incluſæ ſimiliter omnino admittendæ, tertiæ propter ipſarum ſpem debent quoque admitti ad ſucceſſionem, vel ad partem faciendam fauore illorum, quorum onus eſt illas dotandi de bonis paternis,vel vtriuſque,patris ſcilicet,& matris. prædicta deducuntur ex tex.in l.Papinianus.§.quoniam autem,vt ibi Bald.in 2.not.ff.de inoffic. teſtam. & ibi notatur vbi illæ ſolæ faciunt partem, quæ ſperantur admitti ad partem; qualiter autem iſta propoſitio ſit intelligenda,dicetur infra.

27 Nec obſtat prædictis id, quod Napod. in præd.conſuet.ſed ſi morienti, ſub num. 271. & ſub num.272.dicit, dum intelligit; ſi ſunt ſolæ; quaſi cum maſculis non intelligantur ſuccedere, quia ibi Napodan. tractat. de effectiua,& præſenti ſucceſſione, non tamen negat ipſas maſculiatas deinde admittendas ad eandem ſucceſſionem, item dicit ſolas ipſas facere portionem, & abſque conditione vti maſculos ſuccedere, ibi, ita quod explicando verba ipſius conſuetudinis; vocantur igitur, ſed excluduntur a maſculis. omnis igitur actualis excluſio præſupponere poteſt actualem incluſionem, & inſimul potentiam illius,qui concurrit,ad excluſionem, vel incluſionem æquè recipiendam,hæc potentia non reſidet, niſi quando agitur de ſucceſſione ad parentum bona ipſorum filiorum; in aliorum verò ſucceſſione, ex quo præſupponitur potentia prędicta ad actum deducta, & ſic vel quod iam fuerit incluſa, vel quod excluſa, non poterit concurſus generari, qui procedit inter eos,qui poſſunt ſuccedere,arg. l.reconiuncti. ff.de leg.3. vt ſupra diximus,& faciunt infra dicenda.

28 Ex quibus inferri facilè poſſet,quòd,quando ſumus in caſibus, & terminis, in quibus fœmina facit partem fauore illorum, qui habent onus illam dotandi,facere debeat diuerſitatẽ in modo ſuccedendi, veluti pręſupponamus amitã: vel ſororẽ eſſe à nepote ex fratre præmortuo, vel nepotib.ex fratrib. pluribùs præmortuis excludendam, fingamus etiã ſimiliter ipſam ſucceſſionem paternorum,vel maternorum eſſe delatam mortuis parentibus,& minorem eſſe annis ſexdecim, amitam ipſam,& ſororem,ita vt ſit infra tempus maſculiationis,& ſic in pendenti, ſi ſuccedat caſus, quo vnus frater moriatur, & ei ſuperſint tantum filij ex pluribus fratribus; cum illa amita ſit nec excluſa, nec incluſa, ſi prædicta attendamus,erit ſecundùm opinionem Azonis, & Accurſij in hoc caſu diuidenda hæreditas in ſtirpes, & non in capita, propter ſpem ſucceſſionis ipſius amitæ, quæ poteſt maſculiari,aliàs ſi illa ſpes nõ exiſteret, eſſet ſecũdũ opinionẽ Azonis in capita diuidenda:quæ opinio verior eſt hodie, & magis approbatur in Sacro Conſil.vt fuit deciſum in cauſa illorum de Naſtato,& refert deciſ.de

Tho-

Thoro in compendio in verbo ſuccedi, fol. 530.col.2. ſed nec hoc caſu in effectu videtur diuerſitas realis in partibus exiſtere, cùm ſemper, vel vno, vel altero modo partiatur illa portio, caſu quo facit partem, per ius accreſcendi reddit ad eoſdem, nec operatur diuerſitatem realem: nam ſi benè fiant computa, iddem eſt dare tertiam partem omnibus filijs vnius ex duobus fratribus, ac tertiam alijs ex altero cum iure accreſcēdi, vel à principio dare ſingulis ſucceſſionem in capita, ſed eſt fallax proximum argumentum, ſi fingamus ex vno fratre vnum exiſtere filium, & ex altero plures, ita vt ſecundùm vnam computationem veniet ius accreſcendi adæquatū ad ipſam ſucceſſionem, vt quemadmodum ipſa ſucceſſio regulatur in ſtirpem, ſic debeat ius accreſcendi, ſed reſoluendo prædictam
29 quæſtionem dic melius, quòd aut fœmina maſculiatur, & ex quo maſculiatio eſt inducta fauore fœminarum in odium ipſorum, quòd tunc reſpectiuè ad ipſam fœminam, ſit facienda computatio, prout latius dicetur infra, dum de maſculiatione agemus: aut non ſuccedit caſus maſculiationis, & tunc nullam differentiam puto eſſe conſtituendam inter ſucceſſores, ex quo non debet diuerſificari ſucceſſio in ſtirpem, vel in capita, vel alio modo partiri ſucceſſio ex interuentu ipſius fœminæ, niſi realiter in concurſu ſucceſſionis amita, vel alia fœmina admittatur ad ſui beneficium, & ſemper eſt verum ipſos nepotes ſolos ſuccedere abſque patruo, & amita, nec dicitur interuenire, quæ eſt poſita in conditione dotationis, & ſic firmiter teneo hāc diuerſitatem non eſſe conſtituendam, & videtur decidere tex. conſuet. ſed ſi morienti, ibi. [Quòd, ſi inter ipſos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum præmortuorum ſint fœminæ, quæ habeāt fratres conſanguineos, ipſæ mulieres à præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cùm fratres ipſas habeant maritare, vt ſuperius dictum eſt.] Si ergo maſculi ſuccedunt, & fœminæ non admittuntur ad ſucceſſionem; ergo qui non admittitur non poteſt diuerſificare modum ſuccedendi, & hoc ſimpliciter teneo, & abſolutè etiam in ſucceſſione collateralium, inter quos qnando fœminæ ſorores exiſtunt, ſimpliciter debent, vel excluſæ declarari, & nullo modo ad partes fauore maſculorum faciendas admitti, ex quo reperiuntur dotatæ de bonis paternis, & maternis per §. ſed ſi morienti, vers. quòd autem, ibi, & in præmiſſis, vel penitus incluſæ, quia maſculiatæ, vt hic proximè ſubſequitur, put concludit de Pont. d. conſ. 61. num. 36. & ibi num. 43. refert duas alias deciſiones vltra ca-
30 ſum conſilij, qui fuit bis deciſus; † & hanc quæſtionam, licet inuolutè, ſub alia tractat Reuer. P. Molfeſ. in par. 4. q. 17. nā diuerſa eſt quæſtio, quæ ibi tractatur, an. ſ. fœmina, quæ non admittitur ad partem, fāciat partem circa partitionē legitimæ, & portionis, de qua dicemus in tract. de parag. in art. liquidationis, alia eſt, an portio ſororum fratribus accreſcat, vt benè aduertit prædictus Reuer.
31 Pater ibi num. 29. & 32. † Et prædicta probantur per prædictum conſil. in §. & in præmiſſis hoc modo. Nam per tex. in d. conſuet. ſed ſi morienti ſucceſſio in ſtirpes eſt introducta cum interuentu alicuins ex fratribus, in fin, §. quod autem, verſ. & in præmiſſis fuit ſtabilitum, appellatione fratris in præmiſsis, ſcilicet, in ijs, quæ ſupra dixerat, ſororem nō contineri, præter ſororem maſculiatam, ergo in caſu tranſuerſalium ſucceſſorum ad effectū ſuccedendi in ſtirpes, vel in capita non eſt in conſideratione ipſa ſoror, niſi fuerit maſculiata, quia ſola maſculiata eſt illa, quæ excluditur a regula, quòd appellatione fratris ſoror nō cōtinetur, aliàs tex. expreſsiſſet, ſi voluiſſet ipsā includere, & hæc eſt veritas. Nec ad præſens aufero obſtaculū deciſionis Domini de Franch. 149. in 2. dubio, in qua in ſucceſſione tranſuerſalium ſorores conſobrinæ fuerunt admiſſę ad ſucceſſionem fratris conſobrini ad beneficiumm filiorum Ludouici Quadræ fratris ipſarum vtrinque coniuncti, & non fuerunt ſimpliciter excluſæ, prout diximus, quia de illa deciſione latiſſimè dicemus in repetitioue §. ſed ſi morienti, verſic. . quod autem vbi tractabitur intellectu dicti verſiculi, quod autem.

Repetitio. Par. 1. §. 7.

1 *Verba conſuet. ſi qua mulier, de quorum intellectu agitur enunciantur.*

2 *Conſuetudinis ſi qua mulier primus intellectus.*

3 *Conſuet. ſi qua mulier alius intellectus, isq; verus oſtenditur, & per conſuetu. probatur, & per res iudicatas.*

4 *Molfeſius notatur in part. 4. q. 17. nu. 33.*

5 *Molfeſius iterum notatur par. 5. quæſt. 22. num. 15.*

6 *Conſuet. ſi qua mulier intellectus ratio datur noua ex autoris inuentione.*

7 *Mater ſimpliciter dotando filiam, cenſetur dotare ad ipſam excludendam ad beneficium omnium ſuorum hæredum.*

8 Con-

7 *Conſuet.ſi qua mulier non paocedit in dotata de bonis paternis tantum, ſed requiritur dotatio de maternis, & quid ſi ex dotatione patris dicetur dotata etiam de maternis. nu.9.*

8 *L.fin. C. de dot.promiſſione. An procedat, quando viuente matre pater dotat de bonis paternis, & maternis, an in caſu conſuet.si qua mulier.*

10 *L. fin.Cod.de dot.promiſſ.procedit etiam si adijciatur renunciatio.*

11 *Cautela qua ſoror dotari poteſt, vt in ſucceſſione matris faciat deinde partem fauore vtrinque coniunctorum.*

§.7.*Vbi tractatur de intellectu conſuet.ſi qua mulier, in illis uerbis non dotatas, in tit.de mul.hab.fil.qual. diſpon.& confirmantur prędicta de iube accreſcendi.*

POſtquàm incidimus
in conſuet. ſi qua
mulier, non extra
propoſitum putaui
intellectum ipſius
tractare in verb. nõ
dotatas, quæ verba
vehementer me vexarũt;
inquit enim
tex. [Ita tamen,
1 quod ſi ex aliquo ex ipſis habeat filios,& filias
„ non dotatas, portio filiarum accreſcit fratribus
„ ipſarum filiarum vtrinque coniunctis,
„ dummodo fratres ipſi teneantur de bonis pa
„ ternis,& maternis ſecundum paragium,&
„ facultâtes maritare.]
2 Ex quibus verbis nonnulli eliciunt, quòd,
ſi ſoror aliqua reperiarur dotata de bonis
maternis, quod eo caſu admittenda ſit ſoror
ad ſucceſſionem abſque iure atcreſcendi:
nam ſi duæ concluſiones per ſe ſeparatæ, eliciuntur
ex verbis prædictæ conſuetudinis,
ſcilicet, prima, fœminas,& maſculos admitti
ad ſucceſſionem. Secunda, quòd portiones nõ
dotatarum accreſcant frattibus vtrinque con
iunctis, pernecesſe remanet ſtabilis regula
in dotatis abſq; iure accreſcendi, quaſi in prima
concluſione ſit admiſſa ſimpliciter fœmina
dotata, vel non dotata, & illud de dotata
ſit poſitum ad ius accreſcendi denegandum,
vel permitendum, ſi etenim in non dotatis
permiſit, è contra in dotatis negaſſe, cenſetur
conſuetudo ius prædictum, vulgatis iuribus,
quæ opinio ex illo naturali principio adiuuatur,
de quo ſæpius dixiſſe memini, dum nullum
incommodum ſentiunt ipſi fratres dotationis
iſtius ſororis non debent commodum
reportare iuris accreſcendi, & ſic vt de iure
communi deberent iſtæ ſorores, collatis dotibus
ſuccedere.
3 Alij ex illo verbo non dotatas, negant omnino
ſucceſſionem in ipſis fœminis dotatis
quaſi dotatione excluſæ non debeant admitti
ad ſucceſſionem, cûm, ſtantibus maſculis
fœminæ non poſſint ſuccedere, & quia in
ſucceſſione matris poterat reſultare aliqua
imparitas oneris, ſi vtrinque cõiuncti habuiſſent
onus dotandi, & non portionem illius
fœminæ fuit benè introducta diſpoſitio iſtius
legis, quæ diſpoſitio, cùm ad fauorem maſculorum
ſit introducta, dicebant illi non poſſe
partem diſpoſitionis accipi, ſcilicet, ſucceſſionem
fœminarum, niſi ad finem iuris accreſcendi,
introducendi; dum ergo negatur ius
accreſcendi, ex quo onus fratres non habent,
debet etiam negari diſpoſitio ſucceſſionis,
alias daretur caſus, in quo fœminæ,& maſculi
ſuccederent matri contra diſpoſitionem
tex.conſuet.noſtræ ſi moriatur, quòd admitti
non debet,& ſecundum iſtam opinionem fęminę
dotatæ deberent omnino excludi à ſucceſſione,
& faciunt dicta proxime per nos,
quia iſtæ fœminæ, dotatæ a conſuetudine non
cognoſcuntur; & ſi conſuetudo nihil aliud
conſiderabit in fœmina excludenda, niſi exiſtentiam
filiorum maſculorum,& dotationẽ;
& in ipſa dotata adſit, & concurrat vtrunq;
non video, qua ratione poſſit, vel debeat admitti
ad ſucceſſionem fauore maſculorum
cum iure accreſcendi, vel ſine, & ſic videtur
intelligere prędictam conſuetudinem Dominus
de Franch.in ſinalib.verb.licet alia fundamenta
non referat, præter verba ipſius cõſuetudinis
in deciſ.639. in fin. prout fuiſſe
deciſum teſtatur addit.Iac.Anell. de Bott.ad
conſuet.prædict.ſi qua mulier, fol.205. in
addit, quæ incip. adde quòd die 26. Septembris,
in qua addit. ſi benè aduertitur ſorores
dotatæ, vel monachatæ non fecerunt ius accreſcendi
ad beneficium fratrum vtrinque
coniunctorum, vt libet cuique legenti illam
4 additionem, videre: † vnde neſciebam quo
principio ductus Reueren. Pater Molfeſ. illas
deciſiones omnes in contrariam partem retulerit
in par.4.quęſt.17.num.33.ſuorum commentar.
ad has noſtras conſuetudines: erant
enim in deciſione prædicta relata in d. addit.
Ioan.Ant.de Reſpinis, & Prudentia ex ſecũdo
matrimonio Angelæ de Biſagno,& Iulia
Aurica ex primo, & fuit hæreditas prædictæ
Angelæ diuiſa in duas partes, ſtante dotatione,

Digitized by Google

ne, & renunciatione ipſius Prudentiæ, & ſic
dicitur ibid. in deciſ. Io. Bapt. Gagliardi ibi, ex
quo ſorores ſecūdi matrimonij fuerāt mona-
chatæ, ſed deinde vidi principiū, in quo fun-
dauit ſe dictus Reuerendus Pater, ex quo aliā
verè exagerandam deduxit Pater ille conclu-
ſionem, credens enim omnes ſorores partes
facere fauore maſculorum etiam dotatas, dū
poſtea vidit prædictā portionē hæreditatis
in duas partes diuiſā, limitauit cōſuetudinē
ſi qua mulier, expreſsè in dote diſponentem
non loqui in dote, in qua medietas debeat eſſe
filiorum primi matrimonij, & medietas filio-
rum ſecundi, & ita bis iudicatum dicit in
Sacro Conſilio, referens prædictam autorita-
tem Iacobi Anelli de Bott. malè intellectam
5 (pace dictum ſit dicti Patris Reuerēn.) † ita
dixit in par. 3. quæſt. 22. de ſucceſſ. ex teſtam.
num. 16. & faciunt ad prędictam deciſionem
ea, quæ dicit Petr. de Greg in quęſt. 13. in fin.
de parag. num. 9. vbi in ſpecie tractat de iure
accreſcendi in portione ſororis, quę reperi-
tur monachata tempore mortis patris, in
feudo: vidi tandem in ſecunda part. commen
rar. in addit. eundemmet Patrem Reuerend.
ſe benè retractantem, & melius omnia prędi-
cta perpendentem, & gauiſus ſum, licet in
eadem quæſtio. 17. num. 4. dicat prædictus
Autor non vidiſſe deciſiones, loquentes de
6 excluſione dotatarum. † Ratio euidens præ-
dictę concluſionis poteſt dari; nam quando
fœmina reperitur dotata de bonis ipſius ma-
tris; ſic enim præſupponimus, quando mater
dotat de patrimonio ipſius; quod tantò mi-
nus efficiatur perneceſſe patrimonium, & ſic
illud onus realiter fuit cognitum ab omnibus
filijs, qui hodie poſſunt ſuccedere, cum ſucce-
dendo tantò minus reperiant ipſi ſucceſſores
in patrimonio, quod ipſis a matre relinqui-
tur, & per conſequens iſtud onus, quando ma-
ter in vita ſua dotat, recognoſci videatur ęqua
liter ab omnibus filijs ſucceſſoribus, & pretiū
dotationis videtur abeſſe ab ipſo patrimo-
nio, & ſic omnes regulæ prædictæ non tan-
gunt ipſos vtrinque coniunctos tantum, ſed
etiam vterinos per ea, quæ dixit In ſimili Na-
podan. in conſuet. quartam autem, num. 58.
Dicunt enim vterini, ſi tu fœmina non fuiſſes
à communi matre dotata, pinguius patrimo-
nium inueniſſemus, ex quo dos abeſt ab ipſo
patrimonio, cum fœmina præſertim nō præ-
ſumatur velle ſuum iactare, & ſit auariſſimū
genus fœminarum: vnde ſi eatenus debet ad-
mitti ad partem, quatenus eſt ius accreſcendi
admittendum, & iniuſtum eſſet per prædicta
admittere ius tale fauore maſculorum vtrin-
que coniunctorum, cùm ipſi onus nec ſubſti-
nuerint, nec debeant ſubſtinere, & iam onus
à communi patrimonio materno ſit ſublatū
per conſequens neceſſarium hoc caſu prædi-
ctæ fœminæ omnino erit deneganda ſucceſ-
ſio: nec ipſa mater dotando cenſetur habere
inter ipſos filios prædilectionem ſexus, ſed
æquè omnes diligere, & per hoc dum dota-
uit, voluit ſatisfacere oneri ipſius patrimonij,
& æqualiter omnibus filijs prodeſſe, non di-
ligendo plus vnum, quam alium. Anchar. cōſ.
336. Socin. in l. cùm auus, num. 83. de condit.
& demonſtr. Menoch. de præſump. præſum.
85. num. 4, Tiraquell. de primogenit. quæſt.
10. in fin. Molin. de maior. lib. 3. cap. 5. nu. 73.
Rolan. a Vall. conſ. 76. vol. 3. vbi latè.
8 Nec obſtat id, quod dicitur, quòd mater
videtur præoccupare onus ipſorum fratrum
per dicta in ſimili a Napod. hic num. 58 de
fratre maritante ſororem, nulla dote data:
nam ibi agnoſcitur, onus tempore, quo verè
onus eſt ipſius fratris dotare ſororem, & per
hoc poteſt dici vendidiſſe inopem ſororem:
at in caſu noſtro onus non eſt ipſius fratris,
nondum delata materna ſucceſſione, & ob
id quando iſta filia dotata à matre faceret
renunciationem fauore ipſius matris, & hæ-
redum, & ſucceſſorum, omnes includerentur
in hac renunciatione, quia omnes ſunt hære-
des matris, ēt fœminæ nondum dotatæ, ſer-
uata forma diſpoſitionis iſtius conſuet. ſi qua
mulier. Vnde, remota prædilectione prędi-
cta, omnium fauore cenſetur ipſa dotata à
matre, quia excluditur fauore omnium dota-
ta ſoror per conſuetudinem, & ſic vtiliter
agendo negotium omnium aliorum ſucceſ-
ſorum, ex dictis per Socin. ſen. conſ. 161. col.
2. vol. 2, Paul. Caſtr. conſ. 96. vol. 2. Alex. conſ.
179. col. 1. vol. 5. & alia alleg. per Peregr, de
fideicomm. art. 39. num. 110. eadem enim ra-
tio conſuet. ſi qua mulier, quæ eſt, quòd penes
ipſam matrem non datur prædilectio filio-
rum inter maſculos, & fęminas, ſed omnis ſe-
xus ęqualiter diligitur, & per hoc eſſe omnes
hæredes matris pro æqualibus partibus, ſic
etiam in actibus dotationis à matre factis,
debent cenſeri contemplatæ perſonæ om-
nium hæredum. l. ſi pactum. ff. de probat. con-
templari enim omnes perſonæ hæredum
non poſſent, niſi per dotationem ſimpliciter
ſoror fuiſſet excluſa.
8 Et prædicta opinio procedet in caſu, quo
ſoror iſta, dotata reperiatur de bonis mater-
nis, ſic enim debet intelligi, cum tractetur de
ipſa excludenda à ſucceſſione materna, ita
vt, ſi reperiatur dotata de bonis paternis tan-
tum, non per hoc ceſſabit diſpoſitio ipſius
conſuet. ſi qua mulier. Nec obſtat, quòd in
tex.

Digitized by Google

tex.dictæ conſuetudinis dicatur cum onere dotandi de bonis paternis,& marernis; quia onus dotandi de bonis paternis, nullo modo tangit ipſos vterinos,& nihil ad eos, ſiue ante mortem matris, ſiue poſt mortem matris recognoſcatur, cum ſemper per prædicta ſit onus ipſorum vtrinque coniunctorum, vel etiam conſanguineorum,ſi adeſſent ipſas dotandi de paragio de bonis paternis,conſuetudo enim cum tractet de ſucceſſione matris non dixit aliquid de conſanguineis,qui nullo modo poterant habere coucurſum cum vterinis in ſucceſſione matris; ſed tantum de vtrinque coniunctis: coniunxit onus paternorum,& maternòrum non ratione diſpoſitionis conſuetudinis quaſi videatur onus paternorum,& maternorum iunctim enunciatum pro admittendis,vel non admittendis ad partem filiabus:ſed quia conſuetudo ad beneficiom iuris accreſcendi, vocabat vtrinque coniunctos,neceſſarium fuit enunciare onus ipſorum vtrinque coniunctorum, quod eſt illas dotandi de bonis paternis,& maternis,& ſi dixiſſet, dummodo illas teneantur dotare de bonis maternis, malè dixiſſet conſuetudo.

9 Quæro iuxta prædicta ſolent plerumque patres,vel fratres,maritare filias, vel ſorores, & dum illas dotant,dicunt ſe dotare eas de bonis paternis, & maternis, an iſta dotatio debeat iudicari de bonis paternis tantum,vel etiam de maternis ad effectum dictæ conſuetudinis,vel ſit practicanda diſpoſitio, l.fin.C. de dot.promiſſ.de qua re vidèas quæ latè dicit Menoch.in lib.3.præſump.16. vbi agit de dotatioue facta à fratre, & præſump. 15. vbi de dotatione facta a patre, ad cuius materiam latè videas Barboſ.ſolut.matr.l.1. par.4. nu. 155.& pluribus ſequentibus, Maſtrill. deciſ. 186.num.16.ex quibus poteris deſumere concluſiones,quando filia,vel ſoror poſſit dici dotata,vel non,de bonis maternis; ſed vlterius ponderando ipſius conſuetudinis diſpoſitionem facilè dicerem,quod cum dotatio iſta de bonis paternis,& maternis veſtiatur coherentia conſuetudinis excludentis fœminas à ſucceſſione, cum onere dotationis de bonis paternis,& maternis equaliter,ſcilicet quia cũ conſuetudo æquè onus dotationis imponat ipſis ſucceſſoribus fœminis excluſis, de bonis paternis,& maternis, nõ ſit hoc caſu practicanda diſpoſitio prædictæ l.finalis,quę loquitur de iure communi,& in caſu,quo tam maſculi,quàm fœminæ ſuccedũt, & patris onus eſt longe diuerſum ab onere matris quoad dotationem,quo vſu poteſt interpretatio ſumi dictæ l.finalis.cum paternum ſit officium. & non maternum filias dotare.d.l.fin.ita concludit optimè Afflict.in conſtit. in aliquibus in fin.nu.50 ita vt quando habuit filia tantũ quantum ſufficit de paternis bonis, & vltra legitimam in bonis maternis diſpoſitio dictę l.finalis non procedat,ad prædicta faciunt ea, quæ dicemus infra de paragio in quæſtione illa an mater dotans filiam poſſit habere ſubuentionem par.2.§.4.nu. 15. & ſeq. vbi concluditur,quod etiam matri competit ſubuentio. Eſt autem verum,quòd in caſu, quo iſta dici debeat dotata de bonis maternis, pernecesse pro ea quantitate,pro qua dicitur dotata de bonis maternis,pro eadem parte debeat decreſcere patrimonium ipſius matris, in partienda ſuccéſſione inter ipſos ſucceſſores matris,qui ſunt tam vtrinque coniuncti, quã vterini,ita vt tanto minus dicantur in dicta hęreditate materna reperijſſe, prout fundatur ex verbis dictæ l.fin.C.de dot,promiſſ.ibi, *vt ſeſe ab huiuſmodi nexu liberaret*; nam dotàtio de bonis maternis pro quantitate dotis habetur de bonis patrimonij materni. Aut enim non eſt dotata,& debet dotari, & tunc procedet diſpoſitio dictæ cõſuetudinis, aut eſt dotata,& pro rata dotationis tollitur ſucceſſionis commodum, ita vt parum intereſſe videatur niſi in caſu quo eſſet maior patrimonium matris, habito reſpectu ad portionem dotis,quo caſu excluſio iſtius ſororis dotatæ eſſet proficua ipſis vterinis, cum pinguius commune patrimonium matris per excluſionem efficiatur,

10 Sed quæro an ſi iſta filia fecerit in àmpla forma renunciationem maternorum, & paternorum,& non fuerit expreſsè dotata de maternis, vt requirit dicta lex finalis, an etiã ſeruabitur eadem diſpoſitio l.finalis, & ipſius conſuetudinis, & Afflict. in deciſ. 188. in 9. dubio, tenet,qnod diſpoſitio dictæ l.finalis nõ diuerſificatur per renunciationem ſubſequentem,contra quem tenet Vrſill.in addit. ad dictam deciſ.& ad deciſ.178.nu.13.& ſequitur in deciſ.179.num.3.ex conſ,Aimonis conſil. 84.& dicit in hoc Afflictum malè dicere, ſed idem Vrſill.intelligit Afflict.in caſu,quo non habuerat filia legitimam in bonis maternis facta computatione paternorum, & maternorum,prout dixit Afflict.in d.conſtit.in aliquibus,d.num.50.per totum, & optimè in deciſ. 188.nu.3. vel ſi expreſsè legitimæ iuri non renunciaſſet, quo caſu ex regulis renunciationis excluderetur non vti dotata ex deciſione Napod.in conſuet.final.num. 132. de iure quartæ,vt dicetur infra in 3.parte,& ita prædictam Afflicti deciſionem intellexit de Pont.conſ.74 num. 9. vbi tenet prædictam renunciationem non obſtare,quando dos fuit con-

congrua tantum reſpectu paternorum, ex dictis igitur concludas, quod quando attentò patrimonio, tam patris, quàm matris, potuit dici dotata ipſa ſoror de bonis paternis, & maternis erit omninò excluſa; vti dotata alias, competet contra omnes petitio ſupplementi, dico contra omnes hæredes ipſius matris, ſi ſupplementi locus eſt, alias habebit locum diſpoſitio conſuetudinis,

11 Cautius erit, vt in actu dotationis, quæ fit per patrem ad finem, vt beneficium agatur filiorum eiuſdem matrimonij, & ſic fratrum vtrinque coniunctorum, ſi bona non adſunt extra diſtrictum, vt iſta filia dicatur dotata tantum de bonis paternis, & non maternis ad effugiendas difficultates prædictas, ex quo ex diſpoſitione conſuetudinis vtrinque coniuncti habent commodum ſucceſſionis, at quando diceretur dotata de bonis maternis, eſſet excluſa per eandem conſuetudinem, itaque infra diſtrictum non videtur neceſſaria diſcuſſio illa ardua Doctorum, an renunciatio facta patri bonorum maternorũ, quando pater habet filios primi matrimonij fratres ipſius renunciantis vtrinque cõiunctos, & filios ſecundi matrimonij, conſanguineos ipſius renunciantis, vadat ad beneficium ipſius patris, & omnium hæredum ipſius, & ſic etiam filiorum alterius matrimonij, vel ſolũ filiorum eiuſdem matrimonij, de qua quæſtione plenè per Boer. deciſ. 184. poſt Aretin. conſ. 91. vt refert Maxill. in conſuet. Barenſi dos à patre profecta, nn. 32. vbi pro magis æqua fuit approbata opinio Aretin. conformis diſpoſitioni conſuetudinis, vt cenſeatur facta ad beneficium filiorum eiuſdem matrimonij, & ſic vtrinque coniunctorum, prout ego teneo, tam ex rationibus prædictorum Doctorum, quàm attenta diſpoſitione dictæ conſuetudinis ſi qua mulier; iuxta quam debet ex pluries dictis interpretari renunciatio ad extendendam ipſius conſuetudinis diſpoſitionem, etiam extra diſtrictum, ex quo vnicus actus ex vnica voluntate dependens, non debet diuerſo iure cenſeri, vulg. iur. & ex his ſit finis præſentis digreſſionis de intellectu prædictæ conſuetudinis ſi qua mulier.

Repetitionis par. 1. §.8.

1 *Conſuetudinis ſi moriatur tertia pars enunciatur, in quo conſiſtat, & in quo differat à conſti. Regni in aliquibus.*

2 *Paragij materia remittitur.*

3 *Maſculiationis materia ſimiliter remittitur, & declaratur breuiter, in quo conſiſtat maſculiatio.*

4 *Conſuet. ſi moriatur explicatur in verſ. idẽ iuris eſt.*

5 *Conſuetudo quare inter perſonas aſcendentium & deſcendentium fecerit plures gradus, ſcilicet patris, aui, & proaui, & filij nepotis, & pronepotis, & nõ ita in enunciando fœminas dotandas, ſorores ſcilicet amitas, & amitas magnas.*

6 *Diſpoſitio de amita includit amitam magnã in conſuet. & quid, de iur. conſtitu. regni, & capit: ſi aliquem Regni Siciliæ remiſſiuè.*

7 *Praxis virilis ſucceſſionis per maſculiationem enunciatur in ſucceſſione deſcendentium in caſu §. idẽ iuris dicta conſuet. ſi moriatur.*

8 *Conſuet. ſi moriatur, declaratur in ver. & omnia quæ dicta ſunt.*

9 *Filia maſculiata an comprehandatur cum ipſius deſcendentibus in diſpoſitione §. & omnia quæ dicta ſunt dict. conſuet. ſi moriatur, & declaratur Nap. in d. conſ. nu. 112. verſ. vnde dico.*

10 *Maſculiationem in bonis patris non operari ſucceſſionem in bonis aliorum aſcendentium latius probatur.*

11 *Napodanus oppugnatur d. nu. 112. conſ. ſi moriatur, dum à maſculiatione in paternis inducit ſucceſſionem in auitis, ſed ſoluatur. nu. 12.*

§.8. *In quo explicantur reliqua contextus ipſius à verſ. & tenentur, uſque ad finem.*

SEquendo modo expoſitionem tex. noſtræ conſuetudinis, inquit ipſa conſuet. Et tenẽtur ipſi ſuc-
1 ceſſores. Hæc eſt tertia pars huius conſuetudinis in qua incipit introducere, quonam modo ſe habeat eius diſpoſitio in concurſu maſculorum, & fœminarum, à quo omnes difficultates oriuntur in ſucceſſione diſponenda, & dicit ipſos ſucceſſores debere maritare amitas, vel ſorores, qđ melius expreſſit conſtit. in aliquibus. Vnde hęc conſuetudo tamquam à matre ortum habuiſſe credenda eſt in §. ſi autem filij, & ea, quæ ſequuntur. Explicatur enim ibi expreſſis verbis concurſus iſte, & in alio clarior eſt illa conſtitutio, dum reddendo ſingula ſingulis

lis, non dicit ſucceſſores in genere, ſed ſorores, aut amitas, fratres, aut nepotes debere maritare: Sed, ſi rectè inſpiciantur verba noſtræ conſuetudinis, ampliora ſunt; nam in eo, quòd conſtitutio dixit fratres, aut nepotes, debebat etiā neptes ex filijs pręmortuis includere per ea, quę inferius dicētur ex verbis ipſius cōſuetudinis, & Napodani, niſi appellatione nepotū, & neptes dicamus contineri.

2 Hic eſſet expediendum notabile, & vniuerſa materia paragij, de qua quia ſegregatū tractatum perfeci in ſecunda par. repetit. huius conſuetud. propterea hic aliud non dicā, niſi ea, quæ præſertim pertinēt ad tex. dilucidationē extra ea, q̄ in pręd. tract. dicenda ſūt.

3 † Sequitur conſuetudo in verſ. *eas autem ipſi ſucceſſoribus*, quæ eſt quarta pars, in qua tractanda ſimiliter eſſet materia maſculiationis; quæ, cum aliquatenus aberrare videtur à materia prælationis ſexus, tractabimus eam, finita, & perfecta materia ipſius prælationis ſexus, ne per eam interrumpatur tractatus dictæ prælationis. Dicit tamen, quòd, [Si ipſi ſucceſſores differunt maritare ſorores, vel amitas vſque ad annos ſexdecim completos, ſecundùm paragium, & facultates, prout proximò erat dictum ſupra ſuccedunt, & poſſunt petere portionem de bonis paternis, & maternis, virilem, vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur eis dare paragium:] Quæ omnia vnum axioma in ſumma vidētur conſtituere, ſcilicet, fœminam talem maſculiari, & ex ſorore fratrē quòad ipſam ſucceſſionem effici, quia in virilem vti frater ſuccedit, illud verbum, *& alij ſucceſſores prædicti*, intelligas ſemper de illis ſucceſſoribus, qui ſiue vnus, ſiue plures ſint vnum ſtipitem in ſe conſtituant: Si enim ex vno filio præmortuo extant plures filij, & ſic vti iſti plures omnes habent vnā virilē: habebit virilē iſta fœmina maſculiata, & ſic ſēper vt frater, qđ declaratur ex illis verbis, qui tenentur eis dare paragiū; nam ſi eſt vnus tenetur pro virili dare paragiū, ſi ſunt plures filij, vel vnus; plures, vel vnus tenebitur pro vna virili dare paragium.

4 Sequitur conſuetudo in verſ. *Iddem iuris eſt in nepotibus, & neptibus, & alijs liberis deſcendentibus, auis, & proauis, ab inteſtato decedentibus, non extantibus parentibus eorum nepotum, & neptum, pronepotum, & proneptum*: Introducit enim conſuetudo obligationem paragij ſoluendi omnibus illis perſonis, quæ de iure ciuili legitimam eſſent habituræ, & excluduntur per ſexum maſculinum: in qua re notandum eſt, conſuetudinē ipſam nunquam legitima fœminas priuaſſe, cùm, vt inferius de paragio dicetur, non poſſit paragium eſſe minus legitima regulariter, vt dicetur in prædicto tractatu, & hæc eſt quinta pars, in qua tractatur de ſuccedendo auo, aut proauo auiæ, & proauiæ, nō exiſtentibus patribus, vel matribus ipſorum nepotum, pronepotum, neptum, & proneptum: iddem iuris eſſe, inquit, quia, quemadmodum ſupradicti ſucceſſores tenebantur prædicto modo maritare ſorores, vel amitas, ſic iſti alij tenentur ſorores & amitas maritare iddem iuris etiam, quia, ſi non maritentur eo modo, & forma, qua dictum eſt ſupra, maſculiantur ipſæ fœminæ, ſcilicet, ſorores, vel ami-
5 tæ, † & notandum eſt, quòd non proceſſit cō-
ſuetudo, ſicuti in enumerandis ſucceſſoribus, & etiam perſonis, quibus ſuccedebatur, ita etiam in fœminis dotandis, proceſſerat enim enumerando plures gradus, & perſonas, ſcilicet, patrem, auum, auiam, proauiam, proauū, & nepotem, pronepotem, & huiuſmodi, non tñ dixit cum onere dotādi ſororem, amitam, & amitam magnam, ratio eſt, quia impoſſibile eſſet, vt aptari poſſet quæſtio, & diſpoſitio conſuetudinis circa maritādas illas fœminas, quæ eius eſſēt ætatis, vt ex fratre pręmortuo pronepotes haberent, cùm tunc omnem ſpē matrimonij, prætereunte ætate omiſiſſe, & amiſiſſe credendę eſſent, porrexit ſe conſuetudo vſque ad amitas, quæ ſunt ſorores patris, vltra eas eſſet caſus à iure non conſiderandus. l. nam ad ea. ff. de leg. Et ideo ratione corre-
6 latiuorum, † cùm hic dicitur iddem in nepo-
tibus, neptibus, pronepotibus, ac proneptibus, pernecеſſe erit diſpoſitio prędicta paſſiua, ſcilicet, vt poſſit excludi cum onere recipiendi paragium à pronepotibus, & proneptibus, extendenda ad ipſas proamitas, licet, in terminis conſtitut. vt de ſucceſſionibus adfuiſſet aliqua difficultas, & in terminis cap. ſi aliquem Regni Sicilię, dixit Cumi. ibidem in verb. maritata, num. 460. verſ. inſuper. Sed
7 † quomodo practicatur iddem ius circa viri-
lis ſucceſſionem, ſi nŭptui infra prędictum tempus ſoror, vel amita non tradatur, dicas, ſemper, prout proximè dictum eſt, habebit virilem, ſcilicet, prout vnus ex illis maſculis, qui tenentur dare paragium, ideſt, in ſtirpem, ſemper hæreditatem, vel melius ſucceſſionem diuidendo, & iddem iuris eſt etiam, vt omnes deſcendentes ſimul præmortuis parentibus in ſtirpem inter ſe diuidant ſucceſſionem, & vnuſquiſque pro quantitate ſucceſſionis, & rata debet concurrere in dotationis, & paragij obligatione, veluti extant ex vno filio præmortuo, tres: ſcilicet, vnus maſculus, & duæ fœminæ, ex alio filio quinq; ſcilicet, duo maſculi, & tres fœminæ. Ex tertio filio vnus nepos, tunc nihil ad filios ex al-

terọ fratre,ſi neptis ex altero non tradatur
nuptui,& ratio eſt , quia nō poteſt eſſe aliqua
pœna:ſemper enim tantam fert portionem
in ſtirpem, in tres ſcilicet partes ſucceſſionē
diuidendo inter filios trium filiorum , vt ſiue
maſculietur,ſiue non maſculietur ipſa neptis,
ſemper verum erit tertiam habituros omnes
ſimul: eſt verum,quòd ipſæ fœminæ nō ſuc-
cedent,ſed tantum habebunt paragium , in
illa tertia portione,ſi verò maſculiaretur,ha-
bebit virilem , vt vnus ex illis ſucceſſoribus,
qui tenentur dare paragiū,& ſic hoc caſu in-
ter plures nepotes , & pronepotes, neptes,&
proneptes,præmortuis parentibus virilis, &
identitas viris intelligēda eſt, alias vltra ꝑdi-
cta ſequeretur aliud abſurdum , vt frater ter-
tius,vel conſobrinus , vel amitinus teneretur
dotem præſtare ſorori amitinæ,vel conſobri-
næ, quod in conſuetudinis noſtræ terminis
eſſet deliràre, vt optimè ponderat Dominus
de Franch.in prædicta deciſ.149.nu.12. verſ.
& ex ſupradictis:cætera,quæ attinent ad ex-
plicationem prærogatiuæ ſexus,dicentur in-
ferius in combinationibus; & hanc diſpoſi-
tionem nō intellexit Socin.in ſtatuto ibi re-
lato in conſ.127.num.9.lib.4. dum noluit in
bonis aſcendentium dotem eſſe reiterandam,
ſed primam dotationem ſufficere,& ſic intel-
lexit illud ſtatutum ſtrictius,quàm nos intel-
ligimus noſtram conſuetudinem;& ratio eſt,
quia hic non excluditur ſimpliciter, ſed cum
onere ſoluendi paragium de bonis maternis,
paternis,& aliorum aſcendentium , vt impli-
cant iſta verba hic iddem iuris: & ſic nos ha-
bemus verba ſtatuti expreſſa, quæ non habuit
Socin.in dicto ſuo ſtatuto.

8 Sequitur vltima pars conſuetudinis noſtrę
in ver.& omnia,quę dicta ſunt , & dicit om-
nia dicta de nepotibus, neptibus , pronepoti-
bus,& proneptibus , & deinceps eſſe intelli-
genda in deſcendentibus ex maſculis. Deſcen-
dentes ex maſculis vocantur in hac parte con-
ſuetudinis,in caſu,quo loquitur ſupra. quādo
eſſet practicanda diſpoſitio ipſius conſuetu-
dinis,ſcilicet,concurrentibus maſculis,& fœ-
minis,at ſi non concurrent maſculi, & tracta-
retur de ſucceſſione auiæ,vel proauiæ, ex qua
oritur filia,& ipſa faciat aliam fœminam , &
ſic deinceps de iure communi non poſſet tolli
ſubingreſſio; ſed tamen non eſſet hic caſus à
conſuetudine diſpoſitus;inquit.n.cōſuetudo,
quòd id, quod de nepotibus, & proneptibus,
& deinceps dictum eſt, quòd excludant ami-
tas,& proamitas; vt dixi , intelligendum de
deſcendentibus ex maſculis , vt ſic procedat
conſuetudinis diſpoſitio, quando verò ſunt
deſcendentes ex fœminis, non deſcendit in
eis ius paſſiuum excluſionis; vt, ſcilicet, ipſa
filia ipſius ſororis,vel alij deſcendentes ſoro-
ris poſſint dicere iddem ius in ipſis. quia ſunt
pronepotes,& deſcendentes ex fœminis;con-
ſuetudo.n.duplicē ius conſtituit , actiuum re-
ſpectu ipſorum maſculorum,vt excludant ſo-
rores,vel amitas,cum conditione dotandi eas
infra decimumſextum annum , alias maſcu-
liandi, vt diximus:paſſiuum ex parte fęmina-
rum, vt poſſint maſculiari,niſi dotentur,dum
dixerat iddem in nepotibus , pronepotibus,
&c. Hic declarat proximè dicta, vt intelligan
tur in deſcendentibus ex maſculis , ſcilicet,
iddem ius eſſe in ipſius maſculi deſcendenti-
bus,non autem in deſcendentibus ipſarum
fœminarum,cum illud ius non ita tranſeat in
perſonam ipſorum filiorum ex fœminis , vti
in perſonam filiorum ex maſculis: ipſi enim
ex maſculis,ex perſona eorum patrum tenen-
tur,& excludunt. At deſcendentes ex fœmi-
nis non poſſunt prætendere dotari ex eorum
propria perſona , ſed dotem eorum matri de-
bitam,& ſic intelligas Napodanum in princ.
glo.hic num.102.prout dixi in fin. glọ. ſucce-
dunt, vbi videas.

9 Sed quæramus quomodo text. omiſit de-
ſcendentes ex filia maſculiata , prout infe-
riùs in linea tranſuerſali dixit in verſ. & in
,, pręmiſſis, vbi [appellatione fratris ſoror non
,, continetur , pręterquàm ſi fœmina habuiſſet
,, portionem, vti vnus ex maſculis.] Napodan.
hic num.112.verſ. vnde dico. Videtur cum
effectu mancam hanc literam declarare, dum
tractando aui ſucceſſionem, tenet diſtinguen-
,, do, [quòd aut filia fuit excluſa à ſucceſſione,
,, vt quia fuit dotata de bonis patris , & tunc,
,, inquit , eadem ratione excludi deſcendentes
,, ex ea,quia ſubingrediuntur perſonam , & lo-
,, cum filiæ excluſæ: ſi verò filia non fuit exclu-
,, ſa,ſed incluſa ad ſucceſſionem patris, vt,quia
,, non fuit dotata,& eſt maior ſexdecim annis,
,, & ſic reducta ad ius maſculorum , & tunc ne-
,, potes ex ea ſuccedunt , ſicut ipſa ſuccedere
,, poterat,quia in deſcendentibus habet locum
,, ſubingreſſio, vt in Authen. de hęred. ab in-
,, teſt.§.1. coll.9. Hactenus Napodanus.] Ex
quibus verbis concludi videtur eſſe etiam
in tex.conſuetudinis intelligendum id , quod
dicit in deſcendentibus ex maſculis : iddem,
ſcilicet,dicendum de deſcendentibus ex fœ-
mina maſculiata,dum agitur de aui ſucceſſio-
ne,cæterorumque aſcendentium, dum nepo-
tes, pronepotes , neptes, & proneptes ſucce-
10 dunt. † Sed ſi rectè res perpendatur ad argu-
mentum manifeſta fallacia laborare conſpici-
tur : nam non poteſt dari caſus , in quo auo
viuo,vel proauo, vel auia, vel proauia poſſit

iſta

iſta maſculiatio practicari ob mortem ipſius patris, auo viuo, vt dixi: nam quando viuit auus, non datur caſus, in quo cōtumacia poſſit effectum maſculiationis producere, quemadmodum de patre dixit idem Napoda. auus enim paternus, & pater iidem ſunt quòad patriam poteſtatem, prout in conſuetud. filiusfamil. ibi, auo paterno, vel patri, & ibidem Napodan. dicit, auum paternum habere vſufructum omnium aduentitiorum ipſius nepotis. l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. & dicit Napod. hic num. 5. in prima gloſ. ibi, vſufructu apud auum remanente. Quòd verò maſculiatio non inducatur ex mora ipſius patris, dixit Napod. in hac conſuet. num. 43. & dicemus infra, dum de maſculiatione tractabimus, ideo non poſuit compilator in hoc §. aliquid de nepotibus ex filia maſculiata, nec etiam caſu, quo poſſet dari maſculiatio in ſucceſſione patris, erit inde per conſequentiā inferenda maſculiatio ad efficiendam aliorū aſcendentium ſucceſſionem, cùm in omnium aſcendentium ſucceſſione; in qua datur concurſus fœminarum, & realis excluſio per maſculos dotantes de paragio, & ſic in omnibus illis fœminis; quæ excluduntur per maſculos, & eis de iure communi legitima competeret, practicari debeat realis excluſio, cum omnibus ſui partibus introducta ex diſpoſitione conſuetudinis, & propterea in omnibus erit per conſequens practicanda maſculiatio ſeparata; ex quo indifferenter conſuetudo excludit in iſtorum parentum ſucceſſione fœminas dummodo dotentur per fratres, vel nepotes, neptes, & pronepotes; & pronepotes de paragio in bonis paternis, & maternis: ideo ſi ageretur de practicanda maſculiatione per tranſmiſſionem, ſcilicet, vt filij ſororis ſuccederent, quia ſunt filij ſororis maſculiatæ, non poteſt tractari de ſucceſſione acquirenda per ipſos filios, ſed de ſucceſſione iam delata, & acquiſita, prout in ſimili dicit Alberi. in tract. ſtatutorum in ſecunda par. quęſt. 102. hoc non poteſt reperiri in ſucceſſione deſcendentium, quia iidem iuris, inquit text. noſter in nepotibus, neptibus, pronepotibus, &c. non exiſtentibus parentibus iidem, ſcilicet, quòad modum excludēdi fœminas, & quòad ipſorum ſucceſſionem: quando verò daretur caſus maſculiationis in ſucceſſione patris, vt quia filius fuit cum nepotibus liberatus à patria poteſtate, ita & taliter, vt ſub ipſo patre filij ipſius, & nepotes exiſtere dicerentur; & deinde moreretur pater; nec hoc caſu benè diceret Napod. quia talis maſculiatio nō operaretur effectū ſucceſſionis in ſucceſſione aui, cū in ſucceſſione aui requiratur effectiua excluſio per dotationē de paragio in bonis aui, cum omnibus ipſius qualitatibus, quæ requiruntur in cæteris aſcendentium bonis, prout colligitur ex text. noſtræ conſuetudinis ibi iidem iuris eſt. Nec reperitur, quod maſculiatio ſuum operetur effectum, niſi vel in ipſa ſucceſſione, in qua præcipuè introducitur, veluti in bonis maternis, vel paternis, auitis, vel aliorū aſcendētiū, in quibus vt primū pōt & cōcurrunt habiles termini ad introducendā maſculiationē ipſa introducitur; vel inde in tranſuerſaliū ſucceſſionibus, in quibus penitus nō poteſt tractari de actuali excluſione, & agitur de excluſione, vel incluſione iam fa-
11 cta, vt ſæpè diximus; † ergo malè infert, (& parcat mihi tantus vir) dum ex paternorum maſculiatione arguit ad auita bona capeſcenda; & quòd ſit realis noſtra concluſio videas, nam ſi filia eſt dotata de bonis paternis, hoc paragium erit nē ſufficiens ad illam excludendam, & per conſequens ipſius filios à ſucceſſione aliorum aſcendentium, veluti aui? & nemo ſani capitis hoc diceret, & diximus etiā ſupra §. 1. verſ. cōſuetudo noſtra: ſi ergo ſoror, quæ habuit paragium de bonis patris, & non fuit nuptui tradita, quia bona non erant ſufficientia ad nuptias contrahendas, & dotem ſupplendam, & reperiatur iſta ſoror habuiſſe paragium, & nondum nuptui tradita, nonne erit excluſa à ſucceſſione, ſi deinde moriatur auus, & conſtituantur ſucceſſores aui in mora, ita vt concurrant omnes termini habiles ad introducendam maſculiationem, cùm etiā ſint debitores veri paragij non poterit vnquā dici iſta fœmina excluſa, & per conſequens nec ipſius filij, vt Napodan. dicit, *filij excluſæ filiæ?* nec videtur poſſe controuerti prædictam theoricam loqui in aui ſucceſſione, dum idem Napodan. hoc explicat in ſequen. num. 113. ibi, *à ſucceſſione patris eorum fratrum, auique neptis*, nec de alia ſucceſſione ad tex. propoſitum loqui poſſet, & ad hęc faciunt, quæ dicemus etiam infra, dum de maſculiatione tractabimus in ea quæſtione an maſculiatio in bonis paternis, & maternis militet in omnibus alijs ſucceſſionibus etiam aſcendentium, vbi de intellectu glo. Napoda. in fin. §. quod autem, in glo. ad prędicta, quæ eſt final. ſub num. 394. quæ etiam in princip. videtur aſſerere maſculiationē, factam in bonis patris, v.el matris ad aliorū parētū ſucceſ-
12 ſionē operari. Sed ſi rectè perpendantur verba Napodani in prædicto nu. 112. ver. vnde dico, non dicunt maſculiationem in bonis patris, aut matris operari, vt maſculiata ſuccedat vti maſculus in bonis aliorum aſcendentium, quod eſſet contra veros terminos con-

N 2 ſue-

ſuetudinum;ſed voluit vt filia maſculiata in bonis patris,ſi moriatur relictis filijs,ipſi filij debeāt ſuccedere ad illā portionē eorū matris in bonis ipſius aui, qui reſpectu matris dicitur pater,reſpectu filiorum ipſius dicitur auus,& ſic non tractantur iſti vti maſculiati. prout eſſet,quando poſt filiam maſculiatam in patris bonis, ſuccederet caſus ſucceſſionis aliorum aſcendentium ipſa filia maſculiata viuente,quia tunc militarēt omnia prędicta, vnde tex.noſter non loquitur,quando agitur de admittendis deſcendentibus ad portionē, vel iura ipſorum matris,vel aliorum aſcendētium, quia per ſubingreſſionem acquiritur omne ius ſpectans perſonæ illæ, in cuius locum ſubingreditur,vt ſupra diximus,nec poteſt iſtis denegari ius competens ipſorum matri, quæ cum fuiſſet maſculiata, habebat ius ſuccedendi vti vnus ex maſculis,& hoc fatetur Napodanus in dicta theorica, quod verò filia maſculiata in bonis patris, ſuccedat vti maſculus ipſamet in bonis aui hoc non dixit Napodanus,&ad prædicta,quod filij maſculiatæ habeant idem ius ipſorū matris in ſucceſſione,quando agitur de ſubingreſſione expreſsè dixit Napodan.in fin.conſuetud. ſed ſi morienti,num.303,ibi eius ſorores, nec ipſarum filij,vbi filij ſororis maſculiatę ſuccedūt vti ipſorum mater ſuccederet, cum tractatur de ſubingreſſione,vt in ea conſuet. & ibi dicemus,& erit impropria iſta ſucceſſio, cum potius poſſit dici tranſmiſſio ſucceſſionis iam delatæ ipſi matri ad eius filios, alias quonam modo poterat filia maſculiari niſi poſt mortem patris, & qnod hoc ſenſerit Napodanus declarant illa verba in fin. num. 112. ibi, *non.n.potuit eorum mater plus in eos trāſferre quam habuit*, & nu. 117.ibi,*hæreditas tranſmittitur cum ſua cauſa*.

Repetitionis par. 1. §.9.

1 *Succeſſorum omnium in ſucceſſione deſcendentium quatuor genera explicantur,quo ad praxim conſuet.ſi moriatur.*

2 *Deſcendentium linea in ipſius concurſu non recipit ex iuris diſpoſitione concurſū perſonarum aliarum linearum, prout in linea tranſuerſali.*

3 *Fœmina deſcendentes ſola abſque māſculis ſuccedunt de iure vbi per ſubingreſſionē in ſtirpem, & in ijs non ſeruatur conſuetudo, vt nu.4.vſque ad nu.7.*

4 *Conſuet.ſi moriatur.verſ.& omnia,declaratur ad prædictam quæſtionem.*

5 *Capicius notatur in addit. ad cōſuet. hanc, ſub n.101. qua incipit nota iſta verba de mala intelligentia Napodani verborum.*

7 *Maſculi filij,& ipſorum deſcendentes vtriuſque ſexus excludunt amitas,& ſorores,& quomodo vocentur.*

8 *Soror vterina per fratrem vterinum non excluditur de conſuet.& ibid.quid de iur. Longobardo.*

9 *Napod.in conſuet.ſed ſi morienti, ſub num. 298.in glo.ſoror declaratur.*

10 *Nepos vel fratris filius in ſucceſſione deſcendentium amitam excludit.*

11 *Neptis vel fratris filia in prædicta ſucceſſione amitam excludit, & quid in tranſuerſali ſucceſſione.nu,14.remiſſiuè.*

12 *Maranta notatur diſput. 10. num. 17. & num.27.*

13 *Contex.conſuet.diſpuugitur ſecundum veriorem litteram in illis verbis, ſeu nepotibus ſolum ex præmortuis filijs.*

15 *Deſcendentes ex maſculis quomodo vocentur de conſuetudine in deſcendētium ſucceſſione declaratur.*

16 *Sorores & amitæ excluduntur à ſucceſſione prædicta, & quomodo declaratur, & num.18.in ſororibus, & amitis aliorum deſcendentium.*

17 *Napodani ratio notatur de inſufficientia, & datur alia per autorem.*

18 *Amita magna à pronepote, vel pronepte excluditur ſecundum hanc conſuet.*

19 *Fœminarum deſcendentes quomodo vocentur ad hanc ſucceſſionem deſcendentium de conſuet.diſpoſitione.*

20 *Napodan.doctrina declaratur in conſuet. ſi moriatur,nu.111. & nu ſupra proximo.*

21 *Succeſſionem tranſmitti in quo differat à ſubingreſſione ad ipſam accipiendam declaratur.*

22 *Filiarum deſcendentes quomodo ſuccedant quando inter eas ſunt ſucceſſores, qui habeant ſorores,vel amitas vtrinque coniunctas, vel conſanguineas.*

§.9. *In quo ponuntur omnes combinationes concurſus,& prælationis inter maſculum, & fœminam per conſuetudinem in linea deſcendentium introducta.*

HIs igitur circa explicationem tex. noſtri notatis, propiùs accedendo ad praxim;cōbinationes conſtituam, in quibus fęmina excluditur, vel non excluditur à maſculo.

ſculo,vel quocunque modo , cum ea concur-
rat maſculus in deſcendentis lineæ ſucceſſio-
ne, nam de alijs dicetur in ſeq. conſuetud.
1 † Et omnium ſucceſſorum quatuor eſſe gene-
ra comperio.

Primum genus eſt ſucceſſorum.qui ſunt vo-
cati,ex eo ſolum,quia de filijs ſunt,vel de alijs
deſcendentibus,quorum eſt prima cauſa in
Authen.de hæred.ab inteſt.prout ſupra dixi-
mus, exemplo etiam conſtitutionis Regni,
nulla facta differentia ſexus maſculini, vel
fœminini, & ex hac indifferenti vocatione
generatur concurſus ſucceſſorum , quia niſi
omnes vocarentur , concurſus non gignere-
tur.arg.tex.l.reconiuncti.ff.de leg.3.

Secundum eſt genus illorum deſcenden-
tium,qui ſunt vocati ad ſucceſſionem , cum
poteſtate excludendi alios concurrentes, &
illos dotandi eo modo, quo proximè di-
ctum eſt.

Tertium eſt genus eorum, qui à prædictis,
in ſecundo genere comprehenſis,excludũtur,
& dotantur,vt diximus.

Quartum eſt genus illorum,qui nec exclu-
ſi,nec vocati ſunt,ſed vel excluſi,vel incluſi in
aliquo ex prædictis generibus; ſecundũ quod
vniuſcuiuſque prædeceſſor extitiſſe comper-
2 tum eſt. Extra prædictos ſucceſſores inuenias
neminem,qui in hac conſuetudinaria ſucceſ-
ſione inter liberos ſtabilienda, interuenire
quoquo modo poſſet, dixi inter liberos , cum
nec linea aſcendentium , nec tranſuerſalium
inter hos liberos aliquo iure diſponente , in-
teruenire poſſit,prout in tranſuerſalium ſuc-
ceſſione ex concurſu aſcendentium accidit,
quæ eſt inter ipſos tantarum difficultatum
origo,vt locis ſuis dicetur.

Ad primam veniendo; continet dictum
primum genus omnes liberos, ſiue maſculos,
3 ſiue fœminas: † Eſt verum , quòd ſi ſunt ſolæ
fœminæ abſque concurſu maſculorum ſucce-
dunt omnes filiæ,& deſcendentes in infinitũ
ex alijs præmortuis filiabus in ſtirpem de iure
cõmuni,ac etiam de iure conſuetudinis, cùm
in modo ſuccedendi non ſit differentia inter
ius commune, ac ius conſtitutionum Regni,
& ipſam conſuetudinem : ſucceſſio enim in
ſtirpem oritur ex ſubingreſſione, quæ in infi-
nitum conceditur inter ipſos deſcendentes,vt
probat optimè Napodan. hic in glo. in ſtir-
pem,num.16.
4 Nec obſtat §.final.huius conſuet.qui incip.
Et omnia;vbi videtur innuere, quòd omnia
prædicta de nepotibus, & deinceps debeant
intelligi de deſcendentibus ex maſculis,quaſi
quando adſunt ſolæ fœminæ deſcendentes
ex eis non debeant ſuccedere in ſtirpem , quia
non refertur ad dicta in primo aphoriſmo:nã
ibi non loquitur de nepotibns,vti nepotibus;
ſed de nepotibus , vti ſubingredientibus in
locum filiorum,& ſic de nepotibus,vti filijs,
ille autẽ verſiculus refert ſe ad dicta de nepo-
tibus proximè non exiſtentibus patribus ; ſed
imò dicas melius intelligi etiam de nepoti-
bus, comprehenſis in primo aphoriſmo, vt
intelligantur de nepotibus ex maſculis,loquẽ-
do circa excluſionem fœminarum, in caſu,
quo exiſtant fœminæ , & maſculi : quo caſu
loquitur diſponendo conſuetudo; quando ve-
rò ſolæ adſunt fœminæ, non loquitur de hoc
caſu expreſſe conſuetudo , & hæc eſt veritas,
aliàs daretur correctio,quæ nullo modo per-
mitti debet ipſius iuris communis. Et propte-
rea Napodan.hic ſub num.101.in prin. tenet
appellatione liberorum contineri in materia
ſuccedendi etiam natos ex fœminis,vt in Au-
then.de ſucceſſ.ab inteſt.§.1.coll.9. & ſubdit
Napodan.in d.glo.& ita hic : ex quibus ver-
bis colligit Anton.Capyc.ſub d.num.101.in
„ addit. quæ incip. [Nota iſta verba, ita hic,ꝙ
„ in hac conſuetudine comprehenduntur ma-
„ ſculi deſcendentes ex fœminis, quando ipſi
5 tantùm ſuperſunt;] † tamen non omittam,nõ
bene Napodanum intelligi per Capyc.de de-
ſcendentibus maſculis ex fœminis,quod nun-
quam Napodan.cogitauit,ſed ſimpliciter na-
tos ex fœminis, quod verbum continere tam
maſculos,quàm fœminas non eſt dubium,&
ex lege,quam allegat,rectius colligi poteſt,&
ex præcedentibus. Nec expreſſius poterat di-
cere Napodan.dum poſt enunciatam diſpoſi-
tionem de iure communi dicit,& ita hic , ibi
enim ex quo agitur de ſuccedẽdo matri auiæ,
& proauiæ,& alijs fœminis,benè dicit fœmi-
nis primogenitos includi liberorum appella-
tione,licet inter maſculos,& fœminas ſit ſe-
xus prærogatiua introducta: id verò, quod ſe-
quitur in §.ſeq.& omnia, quæ dicta ſunt , non
tollit,quin ſit prima propoſitio vera in ſe,
quòd omnes ſiue deſcendentes ex maſculis,ſi-
ue ex fœminis deſcendentium appellatione
contineantur, quando agimus de filijs , & li-
beris,at quatenus agitur de ſubingreſſione,
non exiſtentibus parentibus, intelligitur cir-
ca prædicta in nepotibus,& deinceps non de
filijs,quia primò omnes filij , ſiue de matris,
ſiue de auiæ ſucceſſione tractatur , vocantur
ad ſucceſſionem tamen quando agitur de
ſubingreſſione ad ſuccedendum,eſt intelligẽ-
6 dum de deſcendentibus ex maſculis:† & ideo
ex prædictis nulla alia remanet circa prędictũ
genus difficultas,ex quo ſine concurſu, & per
conſequens ſine quæſtione vterque ſexus ſe-
paratim vocatur, ſexum hic appello maſcu-

los,ſcilicet,filios morientis, vel ex maſculis
deſcendentes in infinitum, vel fœminas, vel
eius deſcendentes in infinitum eo modo,quo
iam dictum eſt, & iddem dicit Scipio Bucci-
nus hic ſub principio in addit. quæ incip.per
iſtam conſuetudinem, verſ. quod autem. fol.
70.Cûm igitur deſcendentes ex fœminis ſoli
concurrunt, ſiue reperiatur maſculus ex fœ-
mina cum fœmina,ſiue vterque maſculus,ſiue
vtraque fœmina,ſemper iddem ius erit con-
ſtituendum, vt in ſtirpem fiat diuiſio ſucceſ-
ſionis,ex quo hæc conſuetudo nihil de fœmi-
narum incluſione,vel excluſione dicit pro eo
quod attinet ad ſucceſſionem,quando maſcu-
li non concurrunt:eſt verum,quòd,ſi inter il-
los nepotes,& pnepotes adſint fœminæ,quæ
ſint ipſis ſorores vtrinque coniunctę,vel con-
ſanguineæ, illæ erunt excluſæ à ſucceſſione
per maſculos: verùm ipſarum portiones ac-
creſcunt fratribus.vt ſupra dictum eſt in 2.no-
tab.per tex.in conſuet.ſi qua mulier,ſic etiam
inter ipſos ſucceſſores,qui ex maſculis deſcen
dunt,vt,ſcilicet,iterum inter ipſos conſerue-
tur diſpoſitio iſtius conſuetudinis in primo
aphoriſmo contenta.

7 Secundum genus habet aliquam difficul-
tatem,& continet omnes filios maſculos mo-
rientis,& ex eis omnes deſcendentes ſiue ma
ſculi ſint,ſiue fœminæ.

Liberi igitur primi gradus excludunt fœ-
minas primi gradus,& ſic fratres ſorores ex-
cludunt,illas dotando de paragio;vt dicetur,
dũ de paragio,& maſculiatione agetur, ſem-
per intelligas de fratribus, & ſororibus con-
8 ſanguineis,vel vtrinque coniunctis. † In vte-
rina, non eſt aliqua lege compertum, vt onus
ſit fratris ſororem dotare: quo genere argu-
menti vtitur in eadem materia Napodan.hic
num. 117. vbi loquitur in nepte ex fratre,
quòd patruus debeat dotare neptem nulla
lege didicimus: reſpicientes tam ad ciuilia,
quam ad conſuetudinaria iura, quam ad Re-
gni conſtitutiones, necnon ad ius Longobar-
dum: nam dicit Carolus in Longobard.ſi quia
Longobardus ſorores in fin.vltimæ glo.quòd
frater vterinus non habet mundium ſororis,
vt eam nuptui tradere poſſit, vt diximus ſu-
pra.Et quòd hic loquatur de ſororibus, &
fratribus conſanguineis, allegatur idem con-
text.conſuetudinis infra in conſuetud. ſed ſi
,, morienti,ibi, [Fœminæ,quæ habent fratres
,, conſanguineos à ſucceſſione excluduntur, cũ
,, fratres ipſas habeant maritare,vt ſuperius di-
ctum eſt,] referendo ſe ad hanc conſuetudi-
nem,ſic etiam dixit Napod.in d. §. ſed ſi mo-
rienti. num. 284. ſequitur hanc opinionem
9 Iaſ.in l.1.col.7.ff.ſolut.matrim. † Nec obſtat
id,quod ex Napodan.deduci poſſet in contra-
rium in d. §. ſed ſi morienti,ſub num.298.in
glo.ſoror quia,ibi agitur de excludenda a fra-
tre filia alterius ſororis conſobrinæ: & ibi
conſobrina accipitur reſpectu illius, qui mo-
ritur,reſpectu verò illius,qui eam excludit,&
ſuccedit,dicitur carnalis,vel conſanguinea,
vt ibi dicetur.

10 Secundò nepos ex filio amitam excludet
abſque difficultate, tum quia ſuccedendo in
locum ipſius patris nihil ei obſtat, cùm ma-
ſculus ſit, & de vocatis a conſuetudine, tum
quia expreſsè ad excludendas amitas, nepo-
tes, ſunt a conſuetudine vocati; quod adeo
certum,verumque eſt, vt aliqua probatione
indigere eam rem non dubitarem, & ex om-
nibus infra in tertio caſu recitandis á fortio-
ri iſta queſtio remanet etiam deciſa, probatur
ex Ioan. Andr.in addit. ad Specul. in tit. de
ſucceſſ.ab inteſt.refert Anchar.in cap. 1. de
conſtit. Afflict. in conſtit. in aliquibus. num.
44. & 64 Grammat.deciſ. 63. Capyc. hic
ſub num.2.in addit.quæ incip.ad dictam glo-
ſam,refert omnes prædictos,& alios poſt Na-
podan.ibi,vbi nepotes amitas excludere di-
cit,probatur ex conſuetud.in §. iddem iuris
eſt,iunctis finalibus, & cõſequentibus verbis
ibi,& omnia, vbi de nepotibus iddem iuris
eſſe, quod de alijs dixerat, dicit conſuetudo
eſſe ſeruandum ex tex.elicit Napod.hic num.
,, 114.ibi, [Filius autem defuncti,ac nepos eius
,, ex filio,vel ex fratre excludit amitam, dotan-
,, do eam de paragio, vt hic in tex.] Et paulò
poſt ſub verſic. ratio autem, dat rationem,
,, [Quia defunctus dotando ſororem de pa-
,, ragio,excludebat ipſam, & eodem iure eius
,, filij, vel nepotes ſibi ſuccedentes, cenſentur
,, enim, &c.

11 Tertiò neptis ex filio amitam quoque
excludit,& hoc probatur vltra prędicta pro-
ximè ex Doctoribus ciuilibus Alberic. in 2.
par.ſtat,quæſt.102. vbi plenè tangit, ſed non
decidit quæſtionem ſecundum iura Longo-
barda,Salycet.in l.publica.C. de adult. & ibi
Cyn. Angel. Ioan. Andr.in titu.de ſucceſſ. ab
inteſt:ſub rubr.in addit. ad Specul. Franciſc.
Aretin.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium. ff.de
liber. & poſthum.Franc. conſ. 142. & Socin.
pleniſſimè conſi.296 2.par.conſ.67.4.par. &
de noſtris Scip.Buccin.in addit.hic ſub prin-
12 cip.quæ incip.per iſtã, ſub lit. G. † Quicquid
dixerit in contrarium Marant. diſput.10.nu.
17. qui in hoc non benè intellexit noſtræ con
ſuetudinis diſpoſitionem,& ipſam ex regulis
Doctorum ciuilium voluit intelligere, &
fortius excluditur concluſio per eũdem ibid.
13 poſita nu. 27. de transmiſſione: † quod con-
firma-

Digitized by Google

firmatur ex expreſſis verbis ipſius cõſuetudi-
nis;cũ in principio ipſius dicatur, ſeu nepti-
bus ſolùm ex præmortuis filijs, ſic enim in
antiquo manuſcripto, & alio,typis tradito
ſub anno 1518. ſcriptum inueni quicquid in
alijs Codicibus corruptè legatur, ſeu nepoti-
bus ſolum;& quòd Napodan. iſtam literam
habuerit,patet in verb.ſolùm. num. 15. Vbi
,, dicit Napodan. [Determinat ſequens ver-
,, bum,ſcilicet,ex premortuis filijs,quaſi dicat,
ꝙ filij,& (Nepotes,vt aliqui legunt,ſed verè
neptes debet ſtare per ea, quæ ibidem ſequun
,, tur) neptes ſolùm ex præmortuis filijs ma-
,, ſculis æqualiter ſuccedunt, cùm inſpiciatur
,, perſona patris,& eius ſexus,in cuius locum
,, ingreſſa eſt,& non ipſius filiæ.] Ex quibus
dum de ſexu,dum de filia,dum per verbum
ingreſſa loquitur,ſatis bene dici poteſt non
nepotibus,ſed neptibus in ſuo contextu ha-
buiſſe Napodanum, quæ verba ſic intellexit
Capyc.ibid.ſub præd.num. 15. & Apoſtill.
quæ incip.vide gloſam ſequentem,& notã:
dixit etiam Napodan.hic nu.2.verſ. ſed quid
ſi fiat,& hic ſub num.115.vbi nepos, neptis
ex filio,licet alibi legatur malè,nepos eius, &
num.41.hic in verb.& amitas omnino viden
dus,& etiam præd.num.115.dum idem dicit
neptem ex perſona,& ſexu patris auo ſucce-
dere;mutat ergo ſexum,& excludit amitam.
Notat Piſanell.in apoſtill.ad d.num.41.& in
hoc clarior fuit conſuetudo noſtra quàm
conſtitutio Regni in aliquibus,quæ dum ad-
mittit ſucceſſores dando eis onus dotandi fœ-
minas excludendas,ſcilicet ſorores, vel ami-
tas nominauit fratres,aut nepotes, & non di-
xit neptes, ita ex ea cõſtitutione colligit Mi-
nad.in 2.not.num.41. de qua controuerſia
latiſſimè de Pont.in tract.de poteſta.proreg.
in tit.29.de ſucceſſ.mulier.præcipue num.41.
& faciunt dicta per nos infr.par.3.§.3.in glo.
pro nepotibus.
14 † Quomodo autem prædicta concluſio pro-
cedat in tranſuerſali ſucceſſ. quo in caſu lo-
quitur Capycius deciſ.21. dicetur dum de
ſexus prærogatiua in tranſuerſalibus agemus
infra in repet.ſeq.conſuetudinis,vbi eſt locus
ſuus,& prædictam quæſtionem licet non ex
terminis conſuetudinis, nec prædictis pon-
deraris,ſed iuris communis autoribus plenè
tractat modernus Molfeſ.in par.4, q. 31. qui
nec etiam diſtinguit lineam deſcendentem à
collaterali, dum in fine reſpondet prædictę
deciſ.Capyc.ſed omnia more ſolito inuoluit
abſque terminorum diſtinctione. Sufficiat
nobis quæſtionem cum Napodano, & con-
ſuetudinis textu pertractaſſe quatenus fert
neceſſitas præſentis quæſtionis ſatis longe
diuerſæ à prædicta deciſione Capycij.
15 Et prædicta ſint quoad ſecundum genus
ſucceſſorum iddem iuris eſſe, intelligendo in
omnibus alijs ſucceſſoribus ex maſculis pro-
nepotibus,proneptibus, & huiuſmodi, per
tex.in §.iddem iuris hac eadem conſuetudi-
ne,nec pono combinationes in alijs, quia
eſſet abire in infinitum, illud ſemper aduer-
tendo, quòd, quando inter ipſos ſucceſſores
deſcendentes ex maſculis aliquæ ſint fœminę;
quæ ſorores ſint ipſorum, vel eorum ſucceſ-
ſorum ſunt conſanguineæ, vel vtrinque con-
iunctæ, vel ſorores ſimiliter conſanguineæ
patris eorum ſucceſſorum, vel vtrinque con-
iunctæ, erunt ſemper, ab ipſis ſucceſſoribus
excludendæ,habito paragio in portione illa,
quæ ipſorum communi patri tangebat,prout
melius infra,dum de tranſuerſalium ſucceſ-
ſione agemus,dicetur. Excludentur ergo filiæ
morientis ab earum fratribus, filijſque mo-
rientis,vel à nepotibus,pronepotibus, nepti-
bus,& proneptibus ipſorum filiorum, inter
quos pronepotes,& deinceps quando aliquæ
ipſorum ſorores,& amitæ,vt diximus, repe-
rientur, erunt quoque excludendæ.
16 Tertium genus continet ſorores vtrinque
coniunctas,vel ad minus conſanguineas illo-
rum,qui ſucceſſores ſunt,vel patris ipſorum,
quæ & amitæ appellantur, quæ ſorores vel
erunt filiæ illius, de cuius ſucceſſione agitur,
vel neptes, vel proneptes, hoc tantum ſuffi-
ciat,vt ipſæ excludantur,vt ſcilicet ſint ſoro-
res,vel amitæ illorum,qui ſuccedere debent,
quia ex hoc excluduntur, & ratio eſt, quia
fraternum eſt officium dotare ſorores, ſicut
fuit paternum,ita explicat hoc Napod. num.
117. hic, quod onus ſtatim, ac fraternum eſt
effectum,fratre moriente, ex quo filij ſubin-
grediuntur locum,ſexum,perſonam, & obli-
gationem ipſorum patrum, qui erant fratres
ipſis amitis:proſequitur etiam ipſos nepotes
prædicta obligatio,quia aliàs non eſſet officiũ
17 neptis dotare amitam, † & licet hic Napod.
dando rationem huius obligationis dixerit,
quia eãdẽ eſt perſona hæredis, & defuncti.
in glo.fin.num.115. & quia hæreditas tranſ-
mittitur cum ſua cauſa,non eſt hæc ratio ſuf-
ficiens,quoniam quando moritur filius,viuẽ-
te adhuc communi patre, & nondum delata
ſucceſſione,non poteſt tractari de tranſmiſ-
ſione,nec de hæreditate, prout in quæſtione
de nepte amitã excludente antiquitus diſtin-
guebat Alberic.in 2.par.ſtat.quæſt. 102. Sed
ratio eſt, quia priuilegium excludendi ipſas
ſorores, voluit conſuetudo, quod tranſiret
etiam cum ſubingreſſione,vt quemadmodum
in vniuerſa ſucceſſione repreſentatur ſexus

& locus

& locus ipſius patris, ſic etiam ipſius onus, vt qui habet commodum ex naturali ratione, incommodum ſentiat ejuſdem ſucceſſionis, & non eſt alia ratio.

18 Et quòd quãdo inter ipſos nepotes, & pronepotes ſit aliqua neptis, & proneptis debeat ab ipſius fratribus conſanguineis, vel vtrinq; coniunctis excludi vltra tenorem noſtræ cõſuetudinis, quæ dicit ſorores, vel amitas, dum poſtea dicit iddem iuris eſſe in nepotibus, neptibus, & alijs liberis deſcendentibus, conſequitur identitas iuris, non ſolùm vt ipſi nepotes, & pronepotes, & proneptes ex maſculis, ipſas excludant amitas, vel etiam amitas magnas, vt ſupra diximus, & probatur ex ratione correlatiuorum, quia, cùm datur pronepos ex maſculo, pernecetſe debet dari onus dotandi amitam magnam, quicquid in terminis illius capituli dixerit in contrarium Cumi. in cap. ſi aliquem, in verb. maritata. num. 460. verſ. inſuper. Sed etiam inter ſe, ſi aliquæ fratres habeant, videlicet, ſi aliquibus ſorores reperiantur; & manifeſtius probatur in conſuet. ſi qua mulier, de mulier. haben. fil. & in conſuet. ſed ſi morienti, quæ, licet loquatur de ſucceſsione tranſuerſali, implicat eandem obligationem in ſucceſsione deſcendentium, vbi clarioribus verbis explicatur id, quòd nõ ſic explicitè in hac noſtra conſuetudine conſpicitur, ſed ſolùm per ſimplicem relationem, iddem, ſcilicet, iuris eſſe tam quoad excluſionem, quàm quoad incluſionem, videlicet excluſiuam fœminarum ſororum, vel amitarum, incluſiuam ſucceſſorum ex maſculis: & fuit hoc deciſum in cauſa D. Iſabellæ de Aragonia cum Duce Montiſalti, prout refert additio Felicis de Rubeis ſub conſuet. ſi moriatur, in qua fuit neptis à nepote dotata de paragio, & excluſa à ſucceſsione auiæ maternæ.

19 Quartum eſt genus illorum, qui non ſunt vocati, nec excluſi, ſcilicet, deſcendentes ex fœminis: quod genus explicàt Napodan. hic num. 111. ibi, quid ergo de nepotibus ex filia. Quò loci concludit Napodan. quòd aut filia fuit excluſa, & ex eadem ratione excluduntur deſcendentes ex ea, quia ſubingreditur perſonam, & locum filiæ excluſæ: ſi verò filia non fuit excluſa, ſed incluſa ad ſucceſsionem patris, vt quia non fuit dotata, vt eſt maior ſexdecim annis, & ſic reducta ad ius maſculorum, & tunc nepotes ex ea ſuccedunt, ſicut ipſa ſuccedere poterat ratione ſubingreſsionis: ſi verò fuiſſet minor ſexdecim annis, & indotata, nupta, & tunc eius filij non ſuccedũt niſi in paragio, quod eorum mater petere potuiſſet, quæ non habuit ius ſuccedendi, ſed paragij ratam tantum, ex quo annos ſexdecim nõ exceſſit: & ſic in hoc tantùm ſuccedant eius filij: non enim potuit plus iuris transferre in ipſius hæredes vulg. iurib. hactenus quaſi iiſdem verbis Napodan. ſicut fundat etiam Gaſpar de Leo in addit. ſub num. 106. hic in addit. quæ incip. adde quòd excluſa fol. 107.

20 † Circa verò prædictam doctrinam Napod. aduertas, quòd aut agimus de iſtis includendis, vel excludendis ab eadem ſucceſſione patris, quia, mortua matre indotata ante patrẽ non maſculiata, & de hoc caſu non loquitur hic Napodan. quia non poteſt tractari de maſculiatione, viuente patre, vt etiam dicit Napodan. hic num. 43. in §. eas autem, aut poſt mortem patris ante annos ſexdecim indotata nupta, & hic eſt caſus, in quo non habet locũ tranſmiſſio, quia illa tractatur, quando eſt hæreditas delata, & non adita, ſed quando eſt adita, tranſmittit paragium ad ipſius filios, vt dicetur in tract. de parag. locis ſuis.

Item non tracto hic de portione, ſpectante ad aliam ſucceſſionem, quàm paternam, quia, prò eo, quod attinet ad ſucceſſionem aliorum aſcendentium, quatenus ſit huic theoricæ deferendum, dixi ſupra in expoſitione vltimi §. huius conſuetudinis incip. præcedenti.

21 † Hic igitur loquor de ſucceſſione per viam ſubingreſſionis, non per viam tranſmiſſionis; quæ non procedit, niſi quando moritur mater antequam hæreditas deferatur, alias, ea delata, de tranſmiſsione agendum, de qua Surd. deciſ. 138. nu. 15. & ſeq. & Alberic. in prædict. quæſt. 102. in 2. par. ſtat. à me pluries relata. Quicquid de tranſmiſſione dixerit in contrarium Mar. q. 10. nu. 27. in 6. concluſ. ad prædicta de ſubingreſſione, & tranſmiſsione videas quæ ex Herniæ mente dixi infra part. 2. §. 3. num. 6. verſ. ſed vlterius, per totum, vbi optimè prædicta probauimus.

22 Ex quibus omnes combinationes pro eò, quòd ad primi morientis hæreditatem attinet, ſint abſolutæ, non per hoc inter ipſarum filiarum filios eo modo, quo dixi, (ſi extarent ipſarum fratres, & ſic ipſæ alio reſpectu amitæ, vel ſorores dici poſſent) non eſſet iterum redeundum ad principium conſuetudinis noſtræ, itaque ſi rectè inſpiciatur, quaſi circulo huius conſuetudinis ſucceſsiones incluſæ videntur, cùm ſemper poſt aliquot ſucceſsiones principium iddem repetatur ipſius diſpoſitionis in principio huius conſuetudinis introductæ: principium dico, dum filiæ primi gradus agunt de parentum ſucceſsione cum eorum fratribus. Hic ẽt eſſet tractanda materia prærogatiuæ ſexus in ſucceſsione tranſuerſalium, ſed quia eſt dos peculiaris conſuet. ſed ſi mo-

morienti,& §.quod autem,in verſ.& in præmiſſis,ibi agetur.

Repetitio. Par.1.§.10.

1 *Pater ſi filiam vſque ad 25. annum diſtulit maritare, & peccat in corpus ſuum patris culpa adſeribitur de iure communi,& ibid.aliqua de ipſius diſpoſitione.*

2 *Diſpoſitio iuris communis de nubēdis filiabus infra 25.annum, an de conſuetudine ſit reſtricta ad 16.annum diſputatur contra Napod.& Dominum de Franchis, & fundatur etiam nu.4.*

3 *Diſpoſitio Auth.vt cum de appell.§.ſi alicui, de iur.conſtit.Regni minorum inra eſt redacta ad annos decem,& octo.*

5 *Diſpoſitio prædicta non procedit de iure Longobardo.*

6 *Maſculiatio de conſtitutionū Regni diſpoſitione an introduci poſſit.*

7 *Fœmina an eodem modo per conſuetudinem quo per conſtitutionem Regni ſint excluſa à ſucceſſione,& num.9.declaratur circa hoc dictum Nap.in hac conſuet.nu.94. verſ.ius vero Longobardum,& nu.10.*

9 *Maſculiatio de iure Longobardo non datur.*

11 *Maſculiationis introducenda praxis ſecundum conſtitutionem,ac conſuetudinem.*

12 *Maſculiatio fœmina an poſſit dari in feudorum ſucceſſione.*

13 *Maſculiatio introducta de conſuetudine, quæ ſit.*

14 *Maſculiationis introducenda rationes aſſignantur.*

15 *Maſculiatio an rectè prærogatiua ætatis à Nap.dicatur hic nu.26.*

16 *Maſculiatio à quibus conſuetudinibus introducatur.*

17 *Maſculiatio regulatur iuxta portiones illorum,qui moram committunt ipſa quæ diuiditur pro portionibus hæreditarijs inter ipſos ſucceſſores, & quomodo ſit praxis oſtenditur,ſic etiam non excedit perſonas cum quibus ſit.nu. 26. per totam quæſtionem.*

18 *Maſculiatio an poſſit cum extraneo ſucceſſore,ad quem hæreditas tranſmittitur practicari.*

19 *Hæres extraneus ſola oblatione partis paragij,quæ ipſum tangit,redditur tutus à pœna maſculiationis.*

20 *Maſculiatio introduci poteſt, quādo extraneus expreſsè deturbat nuptias.*

21 *Interpellatio requiritur in maſculiatione, & ibid.an iudicialis, vel extraiudicialis declaratur.*

22 *Interpellatio ad finem maſculiandi, à quo tempore fieri poſſit.*

23 *Tempus 16.annorum datur ad pœnam differentium,non ad beneficium dilationis.*

24 *Reſtitutio an & quomodo concedenda aduerſus maſculiationem introductam.*

25 *Reſtitutio conceſſa vni ex ſucceſſoribus aduerſus maſculiationem,an proſit alijs conſucceſſoribus.*

27 *Scipio Buccinus notatur circa intellectum Aſflict.deciſ.37.*

28 *Maſculiationis moram an impotētia iuris, vel facti,vel aliud impedimentū excuſet.*

29 *Maſculiari an poſſit illa, quæ ſemel nupta fuit,ac deinde matrimonio ſoluto vidua reperiatur tempore ſucceſſionis delatæ.*

30 *Maſculiatio an inducatur per inſtitutionē factam à patre ipſius filia vti maſculi, latiſſimè diſcutitur contra Antonium de Alex.vtilitas,& conſequentia huius quæſtionis.nu.35.*

31 *Soror ſi renunciauerit ſucceſſioni paterna cum conſenſu patris ad beneficium fratrū an poſſit illa renunciatio infringi per ſolum patrem.*

32 *Statuto ſtante,quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant contra voluntatem patris poteſt pater conſeruare filia ſucceſſionem, ſecus ſi fœmina ſimpliciter excluderetur.*

33 *Pater in teſtamento non poteſt in portione non libera in ſui poteſtate, tractare filiā vti maſculum.*

34 *Maſculiata dicitur, quæ habuit partem vti maſculus,& habere debuit,ex quo actionem habuit.*

36 *Fœmina per ſtatutum excluſa,an per inſtitutionem reaſſumant naturam ſuorum hæredum latè de iure communi concluditur opinio autoris,& diſtinctio,nu.37.*

38 *Maſculiatio eſt introducta in odium fratrum morā committentium in nuptijs fœminarum.*

39 *Filiam iam excluſam per docationem, ſi deinde inſtituatur, inſtituitur vti extranea.*

40 *Soror inſtituta quod reſpectu ſucceſſionis fratrum non intelligatur maſculiata, refertur deciſio S.C.*

41 *Maſculiatio ſororis per expreſſam fratrū voluntatem poteſt fieri,limitatur nu.42. Quando excluſio non eſſet inducta fauore maſculorum.*

43 *Petrus de Gregorio par.4.q.7.nu.25.de conceſſ. feudi notatur in eo, an ſit in poteſtate ſororis acceptare portionem,vel ſucceſſionem,vel habere paragium.*

44 *Na-*

Digitized by Google

44 Napodanus notatur in couſuet. ſi qua mulier. nu. 16.
45 Maſeuliatio vera ab admiſsione, facta per fratres ad ſucceſsionem ipſius fœminæ, in quo differant, latè diſcutitur, & reſoluitur quæſtio.
46 Maſculiatio an practicari poſsit in dote prælegata filiæ per patrem, vel matrem.
47 Maſculiatio an practicari valeat cum ea, quæ ſe vult monacare, & ibidem argumẽtum à matrimonio carnali ad matrimonium celeſte.
48 Soror maſculiata an excludat aliam ſororẽ non maſculiatam, & quando late diſcutitur ad deciſ. 412. de Franch. in fin. & nu. 51. referuntur contraria deciſiones S. C. & num. 53.
49 Napod. doctrina declaratur in §. quod autẽ, ſub nu. 303. verbo parentum.
50 Fœmina excluſa per dotationem à maſculo fratre factam de bonis aſcendentium non excluditur à tranſuerſalium ſucceſsione, niſi per exiſtentem quoque maſculum fratrem.
52 Maſculiata in ſucceſsione parentum quomodo ſuccedat in ſucceſsione tranſuerſalium, & nu. 54. late.
55 Soror maſculiata quomodo ſit admiſſa per conſuetudinem ad ſucceſsionem aliorum tranſuerſalium, quam fratrum, & dotata econtrario excluſa, declaratur, & datur nouus intellectus ad §. quod autem cõſuet. ſed ſi morienti.
56 Napod. in conſuet. quod autem, in verbo ad prædicta. num. 304. declaratur.
57 Maſculiatio an poſsit introduci in ſucceſsione tranſuerſalium,
58 Maſculiata ſi per præſcriptionem à patris ſucceſsione excludatur, an priuetur maſculiatione: defenditur negatiua contra Ant. de Alex. nu. 60. Autoris opinio.
59 Solutio, & præſcriptio æquiparantur, & quomodo.
61 Maſculiatio quomodo ſeparari poſsit à ſucceſsione pro virili declaratur, & quomodo etiam introducatur ipſa maſculiatio, & ei præſcribatur.
62 Maſculiatio an retrotrahatur ad ſucceſſiones delatas ante maſculiationem inductam, & quomodo.
63 Minado. in conſtit. in aliquibus, in 2. not. nu. 60. notatur.
64 Retrotractio non poteſt fieri in tertij præiudicium late declaratur.
65 Mora commiſſa ante 16. annum poſt nubilem ætatẽ, an noceat ſi in 16. anno fratres moroſi habeãt excuſationem iuſtam quo ad maſculiationem inducendam.
66 Maſculiatio quare ſola introduci poteſt in fœminis quæ ſint ſorores, vel amitæ, & non inter nepotem, & auunculum, licet auunculus ipſam excludat, & quare in ſolis ſororibus, & amitis eſt conſuetudo loquuta.
67 Maſculiationem an impediat promiſsio, vel obligatio ſolemnis de ſoluendo paragio, & quomodo, & quando depoſitio requiratur vel obſignatio.
68 Cap. emergentium, & ipſius caſus non poteſt practicari in terminis conſuetudinis.
69 Notatur Cannetius in cap. ſi aliquem, fol. 320. dum Bal. putat contrarium, Iſern. in quæſt. ibi propoſita.
70 Maſculiatio qualiter inducenda cum fœmina, quæ tempore mortis patris reperitur maior 16. annorum.

§. 10. *De Maſculiatione.*

ANtequam ad expoſitionem gloſarum perueniam, Redeo ad explicationem maſculiationis, & inſimul tex. in §. eas autem, quẽ per quæſtiones, vt poſſibile erit, explanabo, quibuſdam de iure cõmuni conſtitutionum Regni, ac iure Longobardo, quæ ad materiam propiùs accadere videntur, loco præludiorum præmiſſis.

1 De iure ciuili circa obligationẽ de nubẽdis filiabus non reperitur alia diſpoſitio, niſi qđ ſi pater differat filiã maritare vſq; ad annos vigintiquinque, & ipſa peccauerit in corpus ſuum, potius parentum, quàm ipſius culpæ ſit aſcribendum in nouell. 115. §. ſi alicui ex prædictis, in Authen. vt cùm de appellat. cognoſc. ita vt non poſſit ex hac cauſa filia exhæredari: quàm diſpoſitionem Leo, & Baſilius in ſuis nouellis moderauit circa nuptias, propria voluntate contrahendas, voluitque, vt non ad ſui libitum, ſed Iudicis autoritate præcedente, id facere poſſet; de quare plura dixit nouiſſimus Theſaur. in lib. 1. q. 70. & num. 8. vbi dixit illam ætatem per Doctores ex communi calculo vſque ad viginti annos eſſe reductam ex Cælſ. Vgon. conſil. 38.
2 num. 10. † Vnde quæri poſſet, an prædicta diſpoſitio de iure communi, quæ tollit cauſã exhæredationis, ſi filia peccauerit poſt ætatẽ vigintiquinque annorum, ſit per conſuetudinem redacta ad ætatem ſexdecim annorum,

& Na-

&c Napod.ſic videtur tenere expreſsè in con
ſuet.in omnibus,num.71. iunctis ijs, quæ di-
cit ibidem num.76.de alimen.præſtan.nam
„ ſupra dixerat, [Item ſi luxurioſè vixerit filia,
„ patre nolente ipſam maritare, & dotare de
„ paragio, præterquàm ſi filia compleuerit vi-
„ geſimumquintum annum, qno caſu non ad
„ ingratitudinem filiæ,ſed ad culpam parentũ
„ imputandum, dum deinde ſequitur num.66.
„ Quòd autem de filia eſt dictum vſque ad vi-
„ geſimumquintum annum, intellige hodie ſe-
„ cundùm has conſuetudines vſque ad decimũ-
„ ſextum annum,vt ſupra in conſuet. ſi moria-
„ tur aliquis.] Ergò expreſsè, vt dixi,concludit
prædictam diſpoſitionem eſſe ad ætatem ſex-
decim annorum, de conſuetudine reductam:
tamen parcat mihi tantus vir,non mihi benè
inſerre videtur, cùm conſuetudo non lo-
quatur de patre, ſed de ipſis ſucceſſoribus.
differentibus maritare, quia de ſucceſſoribus
eſt locuta conſuetudo,vt hic num.43. in t gl.
huius §.tantò fortius, quia correctio ſemper
eſt euitanda ipſius iuris communis, præſer-
tim,vulg iur.conſuetudo noſtra tempus indu
xit ad pęnam maſculiationis contra ſucceſſo-
res inducendam non debet extendi ad pœnã
contra parentes, & hoc modo non paucæ eſ-
ſent ab hac inſami, vt ita dicam; licentia ex-
cuſatæ, & dum D.de Franch.dicit sub d. nu.
76.in addit.quæ incip. ad num. 76. habuiſſe
de facto,& obtinuiſſe in cauſa ibi relata, for-
ſan vti Iudex non iudicaſſet, ſic prout obti-
nuit,vti aduocatus,cũ ęque exactè vtroq;mu-
nere functus fuerit ſtrenui aduocati, & iuſti
iudicis,nunquam enim credere poſſum ipſam
limitatam diſpoſitionem conſuetudinis, ad
ſpecialem effectum inductam, aliam poſſe di-
ſpoſitionem inducere,& maximè iuris com-
munis correctoriam, cum conſuetudo ſit lo-
quuta reſpectu ipſarum perſonarum, ſcilicet,
ſucceſſorum,qui iam detinent bona iſtarum
filiarum.& non de patre eſt locuta, quia in
patre confidit,& de ſucceſſoribus noluit con-
fidere,& licet D.de Franch.referat argumen-
tum ex Decio in l.iuris ignoranria.nu. 23. C.
qui admitt.illa diſpoſitio procedit,quãdo ſta-
tutum ſimpliciter,& indefinitè diſpoſuit ma-
iorem ætatem annorum ſexdecim in fœmi-
na,prout diſponit conſtit.Regn. minorum iu
ra,quæ voluit tam maſculos, quàm fœminas,
completo anno decimooctauo in omnibus
perfectæ ætatis eſſe reputandós: conſuetudo
verò in hoc ſpecialiter,non generaliter diſpo
ſuit, & ſic generaliter ipſas pro maioribus
habendas in conſtitutione Regni conten-
dit,& rectè idem D.de Franch. in deciſ. 632.
3 num.2.cum ſeq.† Ex qua conſtitutione infer-
rem prædictam diſpoſitionem forſan ad eam
ætatem eſſe redactam per conſtitutionis gene
ralitatem non adhęrendo in hoc ipſi conſue-
tudini,quæ nihil de hoc ſtatuit, vt dixi, prout
in ſimili habemus relatum ſtatutum ab Alex.
de Imol.in conſi.7.num.2.lib.2. vbi imponi-
tur pœna duplicandæ dotis ei,qui in dotan-
da muliere negligens fuerit eam non dotãdo
intra annum decimumoctauum ætatis, & in
ſpecie in terminis huius quæſtionis ſic tenuit
Petr.de Gregor.in tract. de parag. q. 16. licet
in fin,melius relinquat cogitandum,& q.31.
num.4. Et facit id quod dixit Iſern.in finalib.
verb.conſtit.in aliquibus, verſ.circa materiã,
„ vbi inquit dubitando ibi, [Sed videtur, quod
„ debeat filia expectare vſque vigeſimumquin-
tum annum:] & deinde dicit hoc non eſſe
verum,quia fragilitati mulierum eſt ſuccur-
rendum,& propterea de conſtitutione Regni
ætas quindecim annorum, ſecundùm vnam
lecturam erat ſtabilita, vt frater teneretur ma
ritare ſororem,ita Iſern. in verſiculo primo,
4 incip.ſuper verbo quintumdecimum. † Et in
prædictis terminis, quòd per conſtitutionem
regionis arctantem terminum dotandi, &
maritandi filias in minori tempore viginti-
quinque annòrum non ſit correcta prædicta
diſpoſitio iuris communis Baeza in tract. de
non meliorand.filiab.cap. 18. num. 21. quem
refert,& ſequitur Barboſ.per prædictam ra-
tionem in l.1.par.4.num. 32.ff. ſolu.matrim.
reprobantes in hoc contrariam opinionem
Guliel.in cap.Raynutius,in verb.dotem, nu.
34.qui tenuit ſufficere patrem expectari à fi-
lia vſque ad tempus a conſuetudine præſtitu-
5 tum. † Et illud non omittas, quòd de iure
Longobardo prædicta diſtinctio ætatis non
procedit; nam illo iure non inuenitur præ-
dicta diſtinctio; ſed indiſtinctè filia poterit
exhæredari,ita dicit Andr.de Barul. in diffe-
rent.inter ius ciuile,& Longobard. in tit. de
ſucceſſion.col.5.in fin.verſ. illud autem nota,
& dixit Carol.in Longobar.ſi filiæ,aut ſoro-
res,in princ.in tit.de ſucceſſion.

6 Poterit quoque maſculiatio introduci fa-
cili modo de iure conſtitutionũ Regni, cùm
ipſæ non ita ſimpliciter, & præcisè fuerint
loquutæ circa fœminarum excluſionem, vt
ſæpius ſupra dixi,vt illas inhabiles reddide-
rint ad ſuccedendum, prout ius commune
feudorum, etenim illas excludendas cenſuit
ab ipſis maſculis conſtit.in aliquibus, vtroq;
tamen ſexu ad ſucceſſionem admiſſo,dum ta-
men ſorores aut amitas,fratres, aut nepotes,
&c. Quæ dictio dumtamen,ſiue modũ faciat,
ſiue conditionem, prout controuertitur in
præd.conſtit.poſt glo.& Andr.per DD. ſem-
per

per verum eſt poſſe introduci ex non dotatione fœminarum, vt & ipſæ in virilem ſuccedāt vti maſculi, vnde dixit Andr. quòd ſiue pro modo, ſiue pro conditione, illa dictio accipiatur, certum eſt conſtitutionem nolle priuare ſœminam, ſi frater deficiat paragium dare, nec tale onus eſt onus legitimæ ipſius filij, ſed accedit portio filiæ debita cum onere dotis, maſculiatio ergo introducitur de iure conſtitutionis ſi frater expreſsè declarauerit ſuam voluntatem nolle maritare ſororem, ſiue verbis expreſsè declarauerit, ſiue poſt aditionem facto per Iudicem præcepto, vt infra aliquod tempus illam dotet, aliàs ꝙ ſuccedat, illam dotare diſtulerit, ſemper dicetur talis filia poſſe vti vnus ex maſculis ad ſucceſſionē admitti, prout ex Andr. colligitur in præd. conſuet. in aliquibus, verſ. totum hoc eſt vſque ad verſiculum, & haberet, & in eadem conſuet. in verb. quintumdecimum, verſ. ſed quid ſi fratres maſculi nolunt, & in d. verb. verſ. quid ſi frater nolit ſuccedere.

7 . Itaque licet Napod. hic nu. 97. in fin. huius conſuet. & num. 48. in fin. dicat vario modo eſſe fœminas excluſas a conſtitutione, & alio à conſuetudine, non tamen intelligas in modo excluſionis, & in illius eſſentia, cum quo ad illam vniformis ſit vtriuſque excluſio, in hoc tamen differunt, vt cōſuetudo appoſuerit tēpus ad dotādas ſorores, quo elapſo, illæ debeant admitti ad ſucceſſionē, conſtitutio illud nō appoſuit, vt in d. n. 48. dixit Napod. vtrobique tamen, ſi non dotatur, admittitur ad ſucceſſionem, vti maſculus, ergo idem vtriuſque modus excludendi. Item differunt, quia mora, quæ contrahitur in conſtitutionis debito, ſemper purgari poteſt, prout fundat de Ponte conſil. 50. num. 4. Quod non eſt in conſuetudine, vt infra dicetur. Hinc dixit Minad. in repet. conſtit. in aliquibus, in principio ſecundi notab. qualitatem maſculiationis, inductam à conſuetudine non induci per conſtitutionem, quod verò, quando frater prædicto modo declarauerit ſe nolle illam maritare ſoror ſuccedat vti maſculus ex relatione Scipionis Sanctini, refert Camill. Salern. in addit. hic ſub nu. 96. in addit. quæ incip. quòd hic dicitur fuiſſe deciſum in cauſa Viſagiæ Longhæ contra Thom. Rub. die 6. Octobris 1554. referente D. Hectore Geſualdo: mora enim ipſius fratris non inſpicitur de conſtitutione Regni, prout ibid. in addit. ſeq. refert Colut. Coppul. Et de prædicta maſculiatione iure conſtitutionis loquitur etiā de Pont. conſ. 74. nu. 7. Hinc fit, quòd ceſſante prædicto tempore, quādo onus imponitur ipſi fratri, quòd maritet, vel dotem det ſorori non completo modo, non reſoluitur ipſa excluſio, ſed potius compellendus eſt ſucceſſor ad modum implendum: quia admiſſio non eſt conditionalis, ita fundat Gratian. diſcep. for: cap. 44. num. 11. & ſeq. Et ſic nunquam per conſtitutionem erit excluſio reſoluta, niſi præcedente expreſſa ipſius fratris declaratione, vel per expreſſam contumaciam, vt prædiximus, quæ declaratio poterit effectum maſculiationis cauſari non ſolùm in prædictis, ſed in omnibus alijs caſibus, in quibus cōſuetudinis noſtrę requiſita non concurrerēt, quæ maſculiatio inducta ex voluntate fratris, aliorumq; ſucceſſorum non differt in eſſentia ab ea, quæ de conſuetudine introducitur, prout colligitur ex Napod. in conſuet. ſi qua mulier. num. 15. verſic. aut frater non vult ipſam ibi, hoc eſt etiam ſecundum conſtitutionem Regni: quo loci ex vera opin. Andr. deducitur eandē eſſe maſculiationem de iure conſtit. Regn. illa potiſſimum ratione, quia cum fauore maſculorum ſit introducta iſta prærogatiua ſexus, non debet odium operari: vnde indifferenter concedit maſculiationem induci, ex quo frater nolit ſororem, vel amitam maritare, ſecundum ibi dicta ex conſuetudinis, & conſtitutionis intentione.

8 Et prædictis de maſculiatione ſecundùm
cōſtitutionē Regni obſtat autoritas Napod.
in conſuet. noſtra num. 94. verſ. ius verò Lon-
gobardum, vbi quoad ſimplicem excluſionē
fœminarum, pariſiat conſtitutionem Regni,
9 & ius Longòbardum, † quòd verò de iure
Longobardo non detur iſta maſculiatio, pro-
batur ex Carolo in Longobard. ſi filiæ, & ſo-
rores ibi, nos autem de ſucceſſ. vbi frater ex-
cludit ſororem à ſucceſſione patris, & cogi-
tur eam dotare, ſicut pater cogebatur, & hæ-
reditas tranſit cum onere prædictæ dotis, &
nullum participium babēt ſorores ad res hæ-
reditarias: ſi ergo excluditur omne participiū
in bonis hæreditarijs, non poteſt eſſe aliqua
ſpes maſculiationis, & probant etiam illa
verba, ſicut pater, in quo iam ſcimus non
dari maſculiationem per contumaciam, vel
10 moram, vt diximus, † intelligas tamen ſecun
dum prædicta Napod. loco cit. ſcilicet, ſimili-
tudinem eſſe inter conſtitution. Regn. & ius
Longobardum, ex quo vtrunque non præ-
finit tempus, & ſic tantûm circa temporis
pręfinitionem, prout clarius dixit Napodan.
hic nu. 48. in fin. vbi expreſsè in deneganda
temporis præfinitione ius Longobard. & Re
gni conſtitutionem pariſicat ibi, ſed de iure
Longobardo; Et ſecundum prædicta eſt intel-
ligenda deciſ. Afflic. 159. vbi dicit, quod quā-
tumcumque diſtulerit frater maritare ſoro-

rem,

rem, non per hoc ipſa poterit petere aliud,
quam paragium,quia Afflict.dicit de mora
ſimplicirer introducta, nos loquimur vel in
expreſſa reluctãtia, vel in tacita per contuma
ciam,quia intimatus non adimpleat,de qua
non loquitnr Afflict. nec Napodan. ſed benè
Iſern.locis præcitatis: alias cùm conſtitutio
illas ſub modo excludat, competit actio ipſi
ſorori,& proximè dixi admodum implendũ,
vltra prædicta Menoch.conſ.262. nu. 2. quo
non impleto per fratrem, frater priuabitur
commodo, Menoch.conſil. 381.num.43.&
11 conſil. 1153. num. 22. † Erit ergo in iudicis
præcepto praxis diuerſa, quia in præcepto
conſtitutionis arbitrarium erit Iudici tem-
pus apponere, in quo modus impleatur; in
conſuetudinis vero præcepto,ex quo iam tem
pus eſt ſexdecim annorum ſtabilitum,ſufficiet
ſimplex præceptum de nubendo, ad hoc, vt,
elapſo tempore conſuetudinis; ſuum opera-
tur effectum:ſi verò tempus eſſet elapſum ſex-
decim annorum, eſſet faciendum pręceptum
cum aliquali moderatione,quæ datur, quan-
do iudicatis eſt parendum.l.quod dicimus. ff.
de ſolut.l.2.& ibi glo.ff.de re iudic.
12 Sed & circa prædicta de Regni conſtitu-
tione dum Dom.de Pont. in præd.conſ. 74.
num.7. loquitur de maſculiatione in feudali
ſucceſſione, aduertendum eſt adeo verum
eſſe, quòd in feudo indiuiduo ſoror non po-
teſt aliud, quàm paragium habere, vt fuerit,
qui ſimpliciter hoc in feudalibus admiſerit,
etiam dato,quòd in eo ſuccederetur iure Lõ-
gobardo,& eſſemus in feudo diuiduo:nam in
conſtit.in aliquibus, Iſern.in verb. quintum-
decimum, col.2. verſ. in veteri apparatu, re-
fert glo. Andr. de Barul. qui tenebat eſſe ad-
mittendam ſororem ad ſucceſſionem, fratre
non maritante,in qua glo.adeſt apoſtill.Petri
Piccoli,tenentis in feudalibus ipſam gloſam
non eſſe veram,nec poſſe fratrem ſororem ad
feudi ſucceſſionem admittere ſine aſſenſu ip-
ſius Domini,ex quo conſtitutio non loquitur,
nec modaliter, nec conditionaliter, ſed impo
nit pręcisè neceſſitatem maritandi, & licet
Iſern. valde laboret circa veritatem pręd.glo.
tandem reſidere videtur contra gloſam col. 8.
verſ. ſecundùm aliam expoſitionem, & in
verſ.verius,vide etiam glo. in conſtit. vt de
ſucceſſionibus,in verb.cõiugatæ autem, verſ.
ſed quid ſi ſoror fuit maritata, quæ tenet fra-
trem poſſe admittere ſororem ad partem ſeu-
di,vt eſſet maſculus,& prędictam gloſam vi-
detur ſequi Iſern.in tit.de natur.ſucceſſ.feud.
in fin.ſecundæ addit.& Luc.de Penn. in l.fin.
circa finem, verſ.item ſi frater. C. quand. &
quib.quart.pars.lib.10.Sed illa glo.non dicit,
quod frater hoc facere poteſt ſine aſſenſu, ſed
referr tantum fuiſſe admiſſum ad partem pro
dote per ipſum fratrem,& patrem,non tamẽ
dicit licitè fieri poſſe in feudo, ſine aſſenſu:
& huic opinioni accedit id, quod idem de
Pont.dixit conſ.56.num.15. vbi omnino de-
negat in feudalibus dari aliud,quàm paragiũ,
vol.1. Ex quibus dicendum erit aliam eſſe
ſucceſſionem,quæ peruenit ad filiam ex iure
maſculiationis à conſuetudine introducta vt
ſic recto iure filia ſuccedere dicatur, ita vt per
prædicta, quando eſſemus in paritate termi-
norum,non opus eſſet aſſenſu in feudalibus,
quando ſic expreſsè diſpoſuiſſet conſtitutio,
vt ipſa conſuetudo:at quando ſorori non
datur expreſſa ſucceſſio de iure conſtitutionis
viderur potius portio alienata à fratribus
ipſi ſorori per contumaciam non implendi
modi a conſtitutione ſtatuti,vt dicit Iſern. in
d.verb. quintumdecimum, col. 8. verſ. ſed ſi
medietatem ſeudi,vbi tenet non poſſe id fieri
ſine aſſenſu Domini, ſed contra prædicta vi-
detur doctr. Iſern.in conſtit.in aliquibus, in
verb.quintũdecimum, col.4. verſ. item verſ.
debet,vbi diſtinguir inter feudum, in quo vi-
uitur iure Longobardo, vt, ſi frater nolit vti
prælatione, ex quo fuit inducta ad ipſius be-
neficium, poſſit ſororem admittere ad partẽ:
in feudo verò,in quo viuitur iure Francorum
præcisè teneatur ad dotem, niſi nollet omni-
nò ſuccedere; & ſic in totum ſoror admitte-
retur tunc ad ſucceſſionem, & ibi nihil de
aſſenſu Domini: imò eo ipſo, quod dicit,
quia frater renunciat fauori ſuo, non poteſt
admittere aſſenſus neceſſitatem, & hanc pu-
to veram opinionem, vt ſcilicet frater non
poſſit in feudo indiuiduo admittere ſororem
ad partem,ſtante etiam in Regno Reg.prag-
matica nouem capitum Prorex non poteſt
aſſentire, ſed præcisè cogatur ad ſolutionem
paragij, vel dimittendo, ac renunciando ſuc-
ceſſioni in totum poſſet ſororem admittere
ad ſucceſſionem vniuerſam totius feudi, quan
do ipſa eſſet proxima ſucceſſura, ſemper in-
telligas,alias non,de quibus dicemus infra in
2.par.in tract.de paragio, & videas quæ dicã
infr.hic num.42.circa hanc materiam.Venie-
mus igitur ad conſuetudinem, cuius verba
ſunt iſta,videlicet.
13 Eas autem amitas,vel ſorores,&c.† Exclu-
duntur ergo fœminæ per conſuetudinem ab
ipſis maſculis, ſeu potius ipſis maſculis poſt-
ponuntur: ita dixit Napod. in conſuet. ſed ſi
morienti,nu.272. in fin.ſub conditione,ſi in-
fra certum tempus maritentur, ſcilicet, infra
ſexdecim annos ſecundùm paragium, & fa-
cultates in ſucceſſione deſcendentium, in li-

nea tranſuerſali ſine limitatione temporis. Napodan.hic num.26. & ibi addit. Ant. de Alexan.incip.Nota quia,& alia addit. incip. vult dicere, per quas idem in effectu concluditur.

14 Duplicem rationem aſſignat Napoda. huius maſculiationis in conſuet. ſi qua mulier, num.4.primam ratione honeſtatis,ne ſcilicet peccent in corpus ſuum,quod euenire poteſt, per tex. in præd. Authen. vt cum de appell. cogno.§.ſi Prætor,verſ.ſi aliquis ex prędictis. C.de inoff.teſtam. Authen.ſed ſi poſt . Secundam ratione publicæ vtilitatis, vt, ſcilicet, Reſpub.liberis abundet hominibus.l. 1.ff.ſol. matrim.quas proſequitur Dom.de Franch.in deciſ.412.num.4.verſ.rationes, & refert remiſſiuè Gaſpar de Leo in addit.hic, quæ incip.quænam ſit ratio,ſub num.42. Aliam dat Iſern.rationem in conſtitut.in aliquibus, in verb.quintumdecimum,col. 3. verſ. & exponetur ſic litera,ibi.[Sed ſatis videtur eſſe ęqui
„ tati conſonum , vt mulier grauata in hoc, quod
„ præferatur ei maſculus releuetur in hoc, quod,
„ ſi non dotetur, non præferatur arg. ff. de iur.
15 iuran.l.eum,qui.]† Hanc prætogatiuam maſculiationis,ætatis prærogatiuam appellauit idem Napodan.hic ſub num.26.ibi,prærogatiua autem ætatis in maſculis non ſeruatur, ſed in fœminis,& non in ſucceſſione, ſed in maritagio, vt,ſcilicet,primò maior ſexdecim annis maritetur : impropriè tamen loquitur, cùm prærogatiua ſit in prioritate maſculiationis, vt primò maior, primò maſculietur, cæteris concurrentibus, nec prærogatiua dicitur, vbi non eſt concurſus ; ante enim decimumſextum annum fœmina non poteſt petere ſe maſculiari poſt decimum ſextum annum omnes debent nuptui tradi ſub pœna maſculiationis, ergo non eſt verè prærogatiua.

16 Primò quæro,quæ ſint conſuetudines, quę de maſculiatione loquātur ? Reſpōdetur,quod Prima eſt iſta noſtra,quæ loquitur de maſculiatione introducenda in linea deſcendentiū. Secunda eſt conſuet. ſed ſi morienti , in verſ. & in præmiſſis,quæ loquitur de maſculiatione,iàm introducta in linea deſcendenti,extēdenda etiam in linea tranſuerſali, iuxta terminos præd.coſuet.ſed ſi morienti,& §.quod autem,vt ibi dicetur.

17 Secundò quæro quonam modo intelligendi ſint iſti ſucceſſores,ad hoc, vt introducatur maſculiatio,an ſimul omnes ſucceſſores differre debeant? diuidas igitur onus,& obligationem ratione ſucceſſionis pro hæreditarijs portionibus,& pro hoc dicas ab vnoquoque deberi pro rata paragium, quia delictum debet ſuos tenere autores.l.ſancimus. C.de pœn. Napod.hic nu. 91. Et è conuerſo in caſu maſculiationis ab vnoquoque , qui maſculiationem patitur,decreſcet rata virilis portionis, veluti,ſi duo maſculi,& vna fœmina diuiſerint hæreditatem,ita vt ex hæredrtate valente duodecim cæperint vnuſquiſque ex maſculis ſex pro virili , erat portio virilis ſororis quatuor.Fingamus vnum eſſe paragium, quæ eſt quarta quartæ,ſi vnus admittat ſororem ad virilem,vel ſpontè , vel ex contumacia, pro eo,quod ad ipſam attinet,erunt ipſius filiæ tria,decreſcendo à ſex duo, & accreſcendo ipſi ſorori : pro parte verò alterius,qui illam admittit,erit, ac ſi maſculiata non eſſet, argum.eorum,quæ ex tex.& DD.dicuntur in l.ſtipulationum.§.& harum.ff.de verb. oblig. cum concord. Partium enim præſtationes pœnæ recipiunt in caſu noſtro, nec vnius delictum alteri obeſſe debet,hæreditaria enim, vel melius ſucceſſoria eſt actio,& per hoc pro hæreditarijs portionibus diuidenda.l.2.C.de hęreditar.act. & faciunt infra dicenda in q.6.
18 an reſtitutio proſit alijs cohæredibus. † Aduertas tamen,quòd,licet,vt prędixi,onus dotationis dicatur onus hæreditarium, non per hoc adeò erit hęreditarium, vt poſſit (quòad onus maritandi loquor) tranſire in exterum: de nepotibus enim,ac deſcendentibus in infinitum locuta eſt conſuetudo , vt ad eos cum ſua cauſa tranſeat ſucceſſio, prout dixit Napodan.hic num.117. Conſuetudo enim,quæ loquitur ab inteſtato , non ſeparat ius excluſionis à iure ſucceſſionis cum onere dotationis,& maritandi : propterea ipſis ſucceſſoribus tale onus impoſuit, quia ſunt perſonæ, quibus ex coniunctione ſanguinis , tale onus ſpectare poteſt;itaque dubitari poſſet,ſi, dum ſumus in linea deſcendenti, & tranſmittitur hæreditas etiam ad hæredes extraneos, prout de tranſmiſſione locis ſuis dicetur infrà in repet.conſuet.ſi quis,vel ſi qua, an etiam cum iſtis ſucceſſoribus poſſit tractari de maſculiatione,& licet tranſmittatur excluſio ipſius ſororis.& amitæ,vel verius tanquam iam adita hæreditas,vt dicit latiſſimè Surd. deciſ. 138. num.18.& quòd tranſmittatur cum ſuis qualitatibus,vt latè per totam illam deciſionem, & veram ipſius opinionem , onus tamen dotandi poterit tranſire,quatenus tangit ſolutionem pecuniæ, quatenus verò agitur de ipſa cura,& protectione maritandi mihi nunquam perſuadere poſſum,vt iſte ſucceſſor extraneus poſſit , & debeat ſe intromittere in nuptijs,& maritagio mulieris extraneæ : in eo enim : quòd amitas , & ſorores dixit conſuetudo,extraneas excluſit per dicta per Napod.

podan ſimil hic nu.43 per tot. Præterea validum eſt argumentum: nam ſi ex maſculiatione iſta ad alias ſucceſſiones in tranſuerſali linea eſt facienda illatio, vt infra dicetur, quomodo poſſet ex iſta practicari ſi quidem iſte extraneus, qui fuit hæres iſtius, non poterit concurrere in alijs ſucceſſionibus: ſed non poterit negari cum iſto ſucceſſore poſſe, quatenus poſſibile eſt, practicari aliqualem maſculiationem: ſi enim tranſit hæreditas affecta onere maſculiationis, nec ius ipſius ſororis debet fieri deterius ratione variationis perſonæ.l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig. & dicit Surd.loc.cit.num. 14. poterit igitur. ſi non ſoluit ratam paragij ipſe hæres, licet extraneus admittere iſtam ad virilem in ſucceſſione, vel ſpontè, vel per contumaciam, & ſic licet non debeat onus maritandi agnoſcere, quia extraneus, debet onus ſolutionis, & promiſſionis dotis habere, ita Iſern.in conſtit.vt de ſucceſſionibus, in verb.coniugatæ, & dotatæ, ibi, intelligendum eſt, quando dos data fuit, vel promiſſa, vt ſic ſufficit promiſſio, vel ſolutio dotium, vt infra dicetur, ad euitandã
19 pœnam iſtius conſuetudinis.† Vnde etiam euitari crederem in omni ſucceſſore poſſe talem pœnam; dum paratum ſe dicat ad ſolutionem ratæ ipſius paragij, per ea, quæ concludit Dec.in conſ.261.& Iſern.in tit.de nat.ſucceſſ.feud.in vlt.addit. num. 15. col.2. verſ.ſed nonne qui paratus eſt. Et quod ſucceſſor teneatur dotare, & maritare, colligitur ex Afflict.in deciſ.370.num.10. vbi interpellatio ſit, vt maritet, & dotet, vt dicetur in ſeq.quæſt. Et licet tex.conſuetudinis dicat de onere maritandi, hoc eſt, de conuenientia, nõ autem de neceſſitate, cũ principale factũ conſiſtat in dotium promiſſione, & ſolutione, & probatur ex autoritate Napod.hic num.46.in glo.differentibus, vbi tractatum matrimonij excuſare fratres refert, & ſubdit deinde ſecus, ſi ſe abſentauit, ne dotes daret, & paulo poſt ibi, *ad dotandam*.

20 Non per hoc negabo, quòd, ſi probabitur, quòd ſucceſſor diligentiam adhibuerit in deturbandis matrimonijs ipſius ſororis, vel amitæ, prout ego vidi multoties, quod ex hoc ſolo pluſquam mora dicatur committi per iſtum ad effectum maſculiationis per prædictam Napod.autoritatem, quia nedùm non facit, quod debet, ſed facit quod non debet, ad nuptias deturbandas.

21 Tertiò quæro in eo verbo, differentibus quonam modo iſta delatio requiratur, & glo. num.42.ſoluit duplici requiſito; primò interpellatione facta congruo loco, & tempore ex regul.l.moræ.ff.de vſur.in princ. Secundò dum habeant huius rei potentiam, aliàs non videtur ſtare per ipſos ſucceſſores: itaque interpellatio abſque dubio requiritur, prout refert Gaſpar de Leo iudicatum in cauſa Vincentiæ de Meſſina cum Ambroſio de Meſſina, ſed non aperit an iudicialis, vel extraiudicialis, in qua cauſa facit deciſionem Afflict. 370.ita vt licet mortua ſit ſoror, & non dotata, ſi tamen non conſtet de mora, & de interpellatione; non dicatur per hoc maſculiata, ita de Franch. deciſ. 112. num.3. in fin. vbi alios allegat, & de Ponte conſil.50. num. 4.volum. 1. Et ratio eſt, quia cum iſto verbo, differentibus, concurrunt alia, ex quibus poſſet probabiliter ignorantia haberi, ſolus lapſus temporis eos non conſtituit in mora, prout dixit idem Napodan. in conſuet. viro mortuo. num. 77. de iur. dot. & melius in eadem conſuet.num.92.vbi, quando onus nõ oritur ſimpliciter ex mora, tunc etiam abſq; interpellatione deberetur. Vide Vrſillum ad præd.deciſ.370.num.2.per tot.& Piſanell. in apoſtill. hic quæ incip. pone, quòd ſoror, ſub num.286.qui etiam tenet interpellationem eſſe probandam, & ex deciſ. Affl.159.vbi etiã colligitur, ꝙ interpellatio ſit neceſſaria: item ibidẽ colligitur interpellationẽ extraiudicialem requiri, poſtquã ibidem interpellationem ſimpliciter enunciat, factam à ſorore fratri, & deinde petitionem ſucceſsionis fieri in iudicio. Sed redeundo ad interpellationem, an iudicialis, vel extraiudicialis ſit neceſſaria, & cùm hic nihil de interpellatione, & petitione dicatur, ſed tantum de dilatione: nõ crederem extra iuris terminos eſſe, ſi dicamus interpellationem extraiudicialem ſufficere, tum quia tractatur inter fratres; & ſorores, & de re domeſtica, & inter coniunctos non debeat eſſe multum ingenium, & vnuſquiſque debet alterum iuuare Iſern. in cap.quoniam, in princ.de prohib. feud. alien. per Lothar.tum quia, quando ſimpliciter cõſuetudo interpellationem requireret, etiam extraiudicialis ſufficeret, ita Napod.in ſimil. in conſuet.ſi quis emit.num.50.de iur.congr. ff.de verb.oblig.l.ſi decem petiero. Tum etiã, quia dilatio requiritur, præcedente mora, vt hic per Napodan.num.42.dum allegat l. moram in princ.ff.de vſur.quæ loquitur de mora extraiudiciali: nam ſi eſſet contracta in iudicio ad quid iudicis examen eſſet requirendum, vt ibi dicitur, & quod in ea l. moram de extraiudiciali interpellatione tractetur, dicit idem Napod. in conſuet. ſi inſtrumentum venditionis, num.63.dum in principio dicit, prout petere ſumitur extra iudicium allegat præd.l.ſi decem cùm petiero.ff.de verb.oblig. & l.Titia.ff.de condit.& demonſtr. & l.ſi autem.§.ſi homo petitus, in glo.magna. ff. de rei

vendic.ſubdit deinde ibid.Napod.[&ſubaudi
congruo loco,& tempore,vt conſtituatur vē-
ditor in mora tradendi.ff.de vſur.l.mora,in
princ.& ſic per eadem quaſi verba allegat in
denunciatione,& mora extraiudiciali prędi-
ctam l.mora , vnde teneas ex mente Napod.
veriorē hāc eſſe ſentētiā, & eādē opinionem
tenet etiam Gaſpar de Leo in addit. hic, quæ
incip.an ſit neceſſaria,ſub num.47. dum alle-
gat Bart.in l.ſi ex legati.ff.de verb. oblig. vbi
tenet,quòd ſufficiat extraiudicialis interpel-
latio in hoc caſu,& ibi latè per addentes nu.
8. litt. B. vbi etiam deciditur de interpella-
tione facienda ipſis minoribus,& Menoch.de
arbitr.iudic.caſ.220. num. 25. Et licet Deci.
validiſſimis rationibus in conſi. 261. conclu-
dat in ſimili ſtatuto non eſſe neceſſariam in-
terpellationem eſſe factam per ſororem; quia
eſt qualitas à ſtatuto requiſita, illæ rationes
procedunt,quia dotationes ſunt ibi appoſitæ
cònditionaliter,non diſpoſitiuè, quod non
eſt in conſuetudine noſtra , vbi diſponitur, ꝙ
ſucceſſores teneātur dotare , & per hoc ex ibi
dictis etiā requiritur interpellatio , & innuit
Afflict.in præd.deciſ.370.nu.8.

22 Quartò quæro,quonam tempore ſit facien
da iſta interpellatio, dicas à tempore nubilis
ætatis vſque ad annos ſexdecim validam eſſe
interpellationem : nam dicit conſuetudo dif-
ferentibus maritare vſq; ad annos ſexdecim
cōpletos,ergo dilatis porrigitur , & extendi-
tur,vt pœna ſubſequi poſſit vſq; ad annos 16.
completos : ſi igitur interpellatus fuerit hæ-
res,& ſucceſſor poſt nubilem ætatem , & cō-
pleuerit deinde ipſa ſoror annum decimum-
ſextum,erit tunc maſculiata per ea , quæ in
ſimili dicit Maran.in repet.l.is .poteſt . num.
235.vbi ſi mater fuit interpellata infra annū
ad petendum tutorem filio ſuo,& facere ne-
glexerit, etiam ſi infra annum moriatur, pœ-
nam patitur ipſa mater , hic autem habemus
expreſſè illud verbum completos: vnde in-
terim poterit agere contra fratrem , vt ipſam
dotet,& deinde expectare,vt ipſis elapſis poſ-
23 ſit ſuccedere, † quia hoc tempus non datur
ad beneficium dilationis,ſed ad pœnam dif-
ferentium,quòd ſonat verbum illud; differen
„ tibus,& Napod.hic num.48.ibi. [Item quia
„ poteſt interpellare congruo loco, & tempo-
„ re,& expectare ſexdecim annos , vt eis ela-
pſis, ſuccedat.] Et quòd poſt nubilem ætatem
competat actio ipſi mulieri ad dotes peten-
das dicit Napod. num. 47. &.dat rationem
ibid.quia obligatio incipit à præcedenti ſim-
plici pactione,& Afflict.dicit in præd.deciſio.
num.7.ad hoc,nihil allegare Napodanum, &
tamen primam ipſius rationem in Napodano
inuenimus,& corrigas literam in glo. ibi, dū
dicit , *& ſic lapſus temporis cum cauſa nocet
fratri*,dicas non nocet,negationem addendo,
prout in manuſcripto;quicquid aliter forſan
videātur ſentire moderni in par.4. de ſucceſſ.
ab inteſt.q.3.

24 Quintò quæro,an detur reſtitutio aduer-
ſus lapſum ipſius temporis ſucceſſori maiori,
& Afflict.in præd.deciſ.in primo dub.conclu
dit eſſe locum reſtitutioni, & currere etiam
aduerſus minorem,nu. 2. in qua re aduerten-
dum ex prædictis ex doctrina Napod. proxi-
mè relata num.48 quòd quia iſta delatio non
eſt ad beneficium dilationis conceſſa , ſed in
pœnam differentium. Item quia eſt poſita ad
ſupponendum certam habilem ætatem ipſius
ſororis,non poteſt verè tractari de reſtitutio-
ne aduerſus tempus, & ſic de reſtitutione tem
poris,prout in præſcriptionibus obſeruatur;
ſed tantum ſupponendo ipſam iam eſſe æta-
tis per conſuetudinem requiſitę,de admitten
do iſtum minorem ad purgandam moram ,
vel aduerſus admiſſionem factam ipſius ſoro-
ris ad virilem portionem , quia patitur dam-
num in patrimonio,prout in ſimili dicit Cal-
das de reſtit.in verb.læſis.nu.33.quem refert
etiam de Franch.deciſ.421.nu.10. circa med.
& ſic erit potius reſtitutio aduerſus maſcu-
liationem,quàm aduerſus lapſum ipſius tem-
poris,prout eſſet,ſi ipſa ſoror maior ſexdecim
annis fuiſſet à patre relicta, & maior vellet
reſtitui aduerſus maſculiationem , & inter-
pellationem factam,iuxta ea,quæ dicit Napo
dan.hic in verb.completos,num.49. quia &
tunc eſſet etiam eadem læſio ipſius minoris,
ex quo requiſitus non maritauit abſque alia
temporis conſideratione , & dum Vrſill. in
præd.deciſ.370.in primo dub. contra prædi-
ctam concluſionem allegat Napod.in cōſuet.
hæres,in verb.elapſis,ſub num.77.& in verb.
diſtulerint,ſub nu.92.de iure dotium , & non
ſoluit,tu dicas non obſtare : ibi enim Napod.
fundat ſe in caſu,de quo ibi , ex quo non con-
currunt aliæ circunſtantiæ,ex quibus ignorā-
tia probabilis poſſit induci,ideo nec moram,
nec interpellationem requiri ad illud debitū
conſtituendum : oritur enim ex fructuum
perceptione:nam quia ipſi hæredes accipiunt
fructus dotis debent ſoluere interim alimenta
etiam abſque interpellatione,& propterea
dixit illo caſu etiam pupillum , & furioſum
obligari,& denegari per conſequens reſtitu-
tionem,at cùm iam ex eodem Napod.in caſu
noſtro mora ſit,& interpellatio neceſſaria ,
& ceſſat etiam illa ratio,quia non ex ſimplici
perceptione fructuum oritur,non obſtat,imò
ex intentione Napoda.in hoc caſu pupillus,
& furioſus non erit obligatus,& reſtituendus
aduerſus moram contractam ex interpella-
tione

tionis facta cum ipſius tutore,& curatore.

25 Sexto quæro,an reſtitutio proſit omnibus, & ex dictis ſupra in 2. quæſt. faciliter poteſt ſolui non prodeſſe: ſi enim ex prædictis clarum eſt pro hæreditarijs portionibus eſſe obligationem ſtabilitã in ipſis ſucceſſoribus, ſic etiam maſculiationẽ afficere cõtumacem, & moroſum, & non afficere implentem ex parte ſua per conſequens reſtitutionem vnius alteri non prodeſſe,ex quo ſumus in mere diuiduis: nec obſtat tex. in l. ſi communem. ff. quemadmod.ſeruit. amitt. per quam Scipio Buccin.hic in addit.quæ incip.ad banc conſuetudinem,in final.verbis videtur in contrarium dubitare,quia ille tex.loquitur in verè, & ſimpliciter indiuiduis,vt ſunt ſeruitus itineris,& huiuſmodi, at vt ſupra diximus,maſculiatio eſt diuidua, quia poterit eſſe ſoror maſculiata reſpectu vnius ſucceſſoris,& non eſſe reſpectu alterius conſucceſſoris implentis ex parte ſua,limitata cauſa limitatum producit effectũ.l.in agris limitatis, ff.de acquir. rer.domin.per dicta per Iſern. in cap. omnes filij,ſi de feud.defunct milit.contr. ſuer. materiam plenè tractat Iacob.de Ardiz. in ſumma fol. 173. verſ.item dubitari conſueuit, vbi quando eſt factum, quod poteſt explicari per plures,& eſt diuiduum pro hæreditarijs portionibus erit faciendum, prout eſt ſine difficultate,quando cõſiſtit in dando, vel promittendo ratam dotis,& paragij, vt eſt caſus noſter.l.qui pecuniam.ff.de ſtatutib.

26 Et prædicta de indiuiduitate,& diuiduitate maſculiationis,intelligas ſic in ipſius productione in eſſe,vt in ipſius defectione:ſi enim ſoror fuit maſculiata cum vno fratre contumace,& non cum alijs, deinde ſuccedat caſus delationis ſucceſſionis alterius tranſuerſalis, & tempore, quo iſta ſecunda ſucceſſio defertur,non concurrit ille frater, contra quem iſta mulier fuit maſculiata, non operabitur maſculiatio effectum cõtra iſtos, cum vniuerſalis ſucceſſio ad iſtos hodie ſpectare debeat, & ſic è contrario, quando vniuerſa ſucceſſio deferetur iſti fratri,contra quem eſt producta maſculiatio,& in ipſius odium.

27 In eo verò,quod Buccin.ad hanc quæſtionem refert Afflictum in præd. deciſ. 370.pro parte negatiua,vt ſupra diximus, non reperio ibi Afflictum hanc tractaſſe quæſtionem, ſi rectè intelligatur: quærit enim Afflict. ibi, an præſuppoſita maſculiatione cum fratre maiore,ſi moriatur frater pupillus, an pupillo ſuccedat mulier maſculiata cum fratre maiore vti maſculus, & decidit quæſtionem nulla ratione habita de pupillari ætate,vt ibi à nu.10.verſ.ſed hic incidit quæſtio, & quæſtio,licet ibi non decidatur: tamen ratio, quæ vertitur in prædicta quæſtione nulla alia eſt, niſi an maſculiatio,contracta in ſucceſſione aſcendentium porrigatur ad collateralium: de qua quæſtione infra dicetur; difficultas tamen ex illa quæſtione colligi poſſet; an,ſcilicet,dato,quòd contra vnum fratrem ſit contracta maſculiatio, & contra alios nõ, quia pupillus,vel ex alia ratione effugerit prædictam maſculiationem, an, ſi moriatur ille, contra quam maſculiationem fuit contracta, ſuccedat iſta fœmina vti maſculus: diſtinguẽs; ꝙ aut concurrit ſolus ille frater,contra quem fuit maſculiata, & in ipſius odium erit iſta fœmina,vti maſculus admittenda, aut cõcurrunt alij, & reſpectiuè iddem erit reſpectu iſtius pro rata, quia recipit diuiſionem, præſuppoſito pro nunc, prout verum eſt, maſculiatam eſſe etiam in trãſuerſalium ſucceſſione,vti maſculum,admittendum: iſte enim pupillus,vel alius, contra quem non eſt maſculiata,nihil facit,quo minus in ſucceſsione ab inteſtato reguletur ſucceſsio inter maſculiatam,& ipſum,contra quem ipſa maſculiatio eſt inducta,nulla ratione habita minoris ætatis,vel alterius qualitatis illius, qui moritur, cùm bona non ſint in ſucceſſione ab inteſtato regulanda ex perſona iſtius, qui moritur, ſed illius,qui ſuccedere debet,prout in præludijs diximus,& per boc de eo nihil curat Afflict,an,ſcilicet, fuerint pupilli, vel maiores; poſuit forſan caſum in pupillis,ex quo caſus difficilis eſſet In maioribus, vt, ſcilicet, cũ verò contraheretũr mora, & non cum alijs, vt refert accidentiam, ipſius caſus qui ponitur in illa deciſione.

Nec obſtat,quæ nouiſſimè conatur fundare Molfeſius in par.5.q.8.commentar.ad has conſuetudines,quia ex prædictis legenti patet reſponſio;in eo verò,quod dicit quaſi indiuiduam dotis cauſam eſſe,ex quo inſolidum ab vno ex hæredibus poteſt exigi autoritate Afflict.deciſ. 332.per tex. in l. cum ab vno.ff. de legat.ſecundo, ſi illas autoritates & tex. vidiſſet & Afflictum ſecundum autoritates,& legem allegata intellexiſſet,talem opinionem ſic ſimpliciter non poſuiſſet,ibi enim non dicitur in d.l.dotem poſſe exigi ab vno ex hæredibus in ſolidum,ſed ſtante legato facto per teſtatorem ab vno ex hæredibus animo compenſandi cum debito dotis,inquit tex.pro cõcurrenti quantitate legati, primo illum à quo erat factum legatum eſſe conueniendum, in cæteris actiones eſſe hęreditarias, & ſic loquuntur Cyn. & alij ab Afflict. allegati, quæ omnia non militãt in caſu noſtro; vltra quod debitum paragij non tranſmittitur à defun-

ctio ad hæredes, ſed naſcitur ex ipſa aditione pro rata hæreditatis, & ſucceſſionis, vt dicemus infra in 2. par. huius Repetitionis, §. 11. num. 23. nec video quomodo indiuiduam actionem ad paragium faciat prædictus author, ſi oritur ex ſucceſſione ſemper diuidua actio, vt idem dixit d. par. 4. q. 9. num. 10. ex quo principio quæſtio prædicta circa reſtitutionem remanet ſoluta,

28 Septimò quæro, an impotentia vel bonorum, vel iuris, vel facti excuſet maſculiationē, & Napod. hic expreſsè decidit in 1. gl. ſub n. 42. ex illo verb. facultatē, tamē facultas aliter accipitur hic, prout benè ipſe dicit num. 69. Quicquid ſit nulli dubium eſt, quod impotētia iuris, vel facti, vel bonorum excuſabit, & omnia reſoluenda circa iſtam impotentiā reponere videtur Piſanellus in arbitrio Iudicis in apoſtill. quæ incip. Nota, quod ſi tempore mortis patris, ſub num. 50. impotentia etiam eſſet, quia nondum eſſet facta liquidatio paragij, & nondum facta liquidatione, non poſſet procedi ad ſolutionem, vel promiſſionem ipſius, vt dicit Vrſill. ad deciſionem prædictam 370. ſub num. 2. verſ. circa quod etiam facit, prout etiam arbitrarium eſt, an ſit mora contracta ex dicta l. mora, ff. de vſur. latè Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 220. in princ. & num. 25. de mora inducta ex interpellat. extraiudiciali, quòd interpellationes requirantur ibidem, & de cauſis, quæ à mora excuſant idem Menoch. ibid. num. 47. vſque in fin. quod abſque liquidatione mora non contrahatur, Afflict. deciſ. 205. & ibi relati l. 2. C. de vſur. Illud tñ aduertas, quòd liquidatio quamuis excuſet, ſolutionem non excludet, quin teneatur ad oblationem ipſius, cùm certū ſit aliquam eſſe quantitatem plus, & minus veluti, quia ſcit, & ſcire debet vires ipſius patrimonij hæres, arg. l. 1. C. de vſur. & fruct. legat. & praxim liquidationis in ſimili ponit Rip. in l. in quartam, num. 215. & ſeq. & Iſern. in tit. de natur. ſucceſſ. feud. in vlt. addit. verſ. primum videtur valìdum, dicit etiam promiſſiones dotis incertæ tollere à ſpe ſucceſſionis ipſam ſororem. Iddem crederem de impotentia facti, quia eſſet ſexagēaria ipſa mulier, & maritum non reperiret, ſed hoc fuit millies viſum hic Neapoli, cùm non defuerint homines, qui vxorem ſexagenariam duxerint, & pœnas luerint, ipſas vxores etiam ſuperſtites ſibi licet antiquiſſimas relinquentes, vel quia de facto non poſſet contrahere ob aliquod impedimentum, vel quia non haberent dotes explicitas ipſi hæredes, puta propter ſequeſtrum bouorum, vel ſimile impedimentum: quę omnia, vt dixi, erunt in arbitrio Iudicis repoſita. Sacrum Conſilium in cauſa ſororum de Sadeolis ad effugiendam maſculiationem contra minorem, & eius tutores dedit terminum in cauſa liquidationis, & citra præiudicium minoris, vel maioris quantitatis paragij ordinauit pro tunc dari ducatos bis mille, & ſic fuit executum, & deinde facta liquidatione, fuit liquidatum paragium in ducatis bis mille quingentum triginta; in Banca Actuarij Figliolæ.

29 Octauo quæro, an in ea quæ ſemel fuit nuptui tradita, ſi matrimonium ſoluatur ob mortem viri poſſit tractari de maſculiatione? Et dicas, quòd non, per notata per Tiraquell. in §. hoc ſermone, nam id, quod conſuetudo dicit, erit intelligēdum de primis nuptijs, quapropter ſiue maritata, ſiue vidua non poterit amplius maſculiari, ex quo vnica dotatio de bonis maternis, & paternis efficit eā inhabilē ad ſucceſſionē ſtātib. maſculis, ita vt ēt ſi poſtea admittatur ad virilē, non cenſeatur maſculiata, ita de Franch. deciſ. 412. nu. 4. col. 1. verſ. ſed ad prædicta, ita vt eo ipſo, quod reperitur dotata, non poſſit amplius fieri ſucceſſibilis more maſculorum, quia verè tunc ei nō competit de iure, niſi legitima, poſtquàm eſt nupta, vt dicemus infra in tract. de parag. & dicit addit. final. ad conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, ſub num. 303. quæ incip. circa illam gloſam, poſita poſt conſuetud. ſed ſi morienti, vbi in cā cuiuſdā Surrentinę quo loci viuitur ſecundum ius conſuetudinarium Neapolitanum fuit iudicatum, quòd ſi mulier reperiatur nupta, licet non dotata de paternis, tamē non admittatur, niſi ad paragium in paternis: vnde ſi eſt maritata, licet non habuerit paragium, non erit maſculiata: quicquid dicat Frecc. hic ſub num. 58. in additio. quæ incip. iddem dicendum, cùm prædicta opinio non poſſit ad praxim reduci: ſi enim ipſam maritat, ſtatim ſit creditrix paragij: ſi habuit dotem minorem paragio; non poterit ad ſummum aliud quærere, niſi, vti læſa, ſupplementum ipſius.

30 Nonò quæro, an ex inſtitutione ipſius filiæ facta, vti de maſculo, oriatur maſculiatio? & quod ſic Anton. de Alex. in conſuet. ſed ſi morienti, ſub nu. 301. in apoſtill. quæ incip. hic loquitur, quem ſequitur Afflict. in addit. quæ incip. iſta glo. ſub num. 302. ad conſuet. quod autem, & ibid. Marin. Frecc. in apoſt. quæ incip. nota ex iſta gloſ. qui ampliat in particulari inſtitutione, & Antonium videtur ſequi ēt Piſanell. in addit. quæ incip. tu aduerte, ſub d. nu. 301. Videtur enim tenere Antonius loc. cit. à fortiori arguendo, quòd ſi per moram fratrum filia, eaque ſoror poteſt maſculiari, tanto

tanto magis per patris expreſſam inſtitutio-
nem,quando eſt indotata, quæ ſimilitudo,ſeu
genus argumenti mihi probandum non vi-
detur; nam ſi pater contrahendo moram,nō
cenſetur,nec poteſt admittere filiam ad inte-
gram portionem: ſed quicquid moretur pa-
ter;filia aliam actionem non habet,niſi peti-
tionem paragij, inquit Napod. in conſuet. ſi
quis habet,de aliment.præſtand. num. 6. &
expreſſè dicit Napod.hic num.43. illa ratio-
ne,quia de ſucceſſoribus eſt conſuetudo locu-
ta non de patre,de Franch. deciſ. 46. num.4.
& melius deciſum expreſſè refert per S.C.
in deciſ.616.Nec per conſequens poterit per
expreſſam inſtitutionem per eandem ſimili-
tudinem,& argumentum,ab eo propoſitum.

31 Item arguendo a pacto ad conſuetudinem:
noſtra opinio optimè fundatur; nam quando
filia cum conſenſu ipſius patris fecit renun-
ciationem,& pactum de non ſuccedendo cū
iuramento in beneficium ipſorum fratrum;
tunc pater non poteſt reuocare talem conſen
ſum,& admittere iure ſuo filiam renuncian-
tem ad bona renunciata,ac ſi renunciatio eſ-
ſet reſoluta, ita optimè, & viuis rationibus
fundat Gaſpar Ant.Theſau. in quæſt.for.lib.
1.cap.95.nu.6 autoritate Gomez. & Couar.
ibi relat. Quicquid in contrarium dixerit
Guttier.in repet. cap. quamuis pactum, de
pact. in 6. num.5. in princ. contra quem ex-
preſſè,& nuncupatim tenet Theſaur.loc.cit.
Si igitur in prędicto pacto dubitatur inter Do
ctores,an pater,qui illud fecit,poſſit reuoca-
re,& verior eſt opinio contra filiam renun-
ciantem,quod non poſſit pater illam admit-
tere, quonam modo poteſt dubitari in hac
conſuetudine, in qua de communi conſenſu
ciuium fuit receſſum a iure ſuccedendi, & il-
lud transfuſum in paragium,vt dicit Napod.
hic num,87.in glo.ſuccedunt. Iſte enim con-
ſenſus per Principem approbatus,non poteſt
à patre reuocari in præiudicium maſculorū,
quibus iam eſt ius quæſitum, & iſta eſt veri-
tas,& ibidem Theſaur.num.19. in 2. dub. te-
net,quòd in ipſa legitima nō poteſt reuocatio
conſenſus præiudicare ipſis fratribus, prout
hic in medietate antiquorum dictum eſt, &
dicetur,dum de renunciatione tractabimus.

32 Nec noſtra conſuetudo excludit fœminas,
ſtantibus maſculis,vt ſcilicet,nō poſſint ſuc-
cedere contra voluntatem patris: quo caſu
certum eſt poſſe patrem per pactum conſer-
uare ſucceſſionem ipſi fœminæ, ita Gomez.
in l.22.Thaur.nu.18.verſ.ſecundò infero, vbi
expreſſè infert,quòd pater poteſt conſeruare
ſucceſſionem filiæ, quando ſtatutum dictat,
quòd contra voluntatem patris filia fœmina
non ſuccedat,ſtantibus maſculis: ergo in con
trarium eſt, quando ſimpliciter fœmina ex-
cluditur,prout eſt caſus noſter; ſic etiam col-
ligitur ex autoritate Iſern. in fin.tit.de natur.
ſucceſſ.feud.in col.fin.verſ.hoc non benè di-
citur, vbi exiſtente conſtit. vt de ſucceſſionib.
per quam ſoror dotata à fratre de bonis fra-
ternis, ipſo ſine filijs moriente,excluditur ab
eius ſucceſſione, & præfertur ſecundogenita
in capillo,& etiam fiſcus,quòd frater vel pa-
ter dotando ipſam cum proteſtatione, quòd
non intelligatur per dotem excluſa a ſucceſ-
ſione,nihil facit, quia non poſſunt facere, vt
conſtitutio locum non habeat: & fundat per
plura argumenta Cumi. in repet. cap. ſi ali-
quem,in verb.maritata,num.222.q. 8. Vnde
plura argumenta deſumi poſſent ad prædi-
ctam noſtram opinionem comprobandam;
quæ hic omitto: & prędicta opinio fuit in
Regno canonizata per Capitulum Regis Ca-
rol.incip.emergentium,vbi prædictæ pactio-
nes de conſeruanda ſucceſſione in fiſci præiu-
dicium damnantur.

33 Præterea, vt conuincatur Anton. de
Alexandro, dicemus, quòd ſi in poteſtate
patris eſſet maſculiare ipſam filiam, poſ-
ſet ipſam inſimul cum maſculis inſtituere in
illa portione bonorum antiquorum,in qua
tenetur filios inſtituere ex conſuetudine ſi
aliquis moriens,vt ibi dicetur, & tamen hoc
aſſerere eſt contra omnes iuris terminos, vt
ipſemet Anton. de Alex. fundatum reliquit
in præd.conſuet.ſi aliquis moriens, in 1.apo-
ſtill.verſ.an ergo poterit filiam, vbi conclu-
dit,quòd,relictis debitis portionibus maſcu-
lis,poterit de rebus, de quibus ad extraneos
valet diſpoſitio,in ipſius filiæ beneficium di-
ſponere.

34 Vnde illa ſoror dicetur maſculiata, quæ
habuit partem,vt maſculus in bonis parentū,
vt in conſuetud.ſed ſi morienti,de ſucceſſ. ab
inteſt.in § quod autem, verſ. fin. vbi glo.in
verb.habuiſſet, ſubdit, habere debuiſſet de
iure,quod eſt,ſi habuit actionem;iſta ſoror nō
habuit actionem ad portionem virilem, vti
maſculus,ſed vti extraneus, cùm, nulla obli-
gatione præcedente,dederit illi pater virilē,
& ſi non potuit præiudicare ipſis maſculis in
quātitate patrimonij, nec præiudicare pote-
35 rit in qualitate, † Aduertas tñ, qđ ſi iſta q̄ſtio
eſſet tractanda quòad illa bona tm̄ in indiui-
duo,quæ iure inſtitutionis iam peruenerunt
ad ſororem,eſſet quęſtio de lana caprina, eſſet
tamen alicuius momenti propter cōſequen-
tias, quæ deducuntur ex natura ipſius maſcu-
liationis, vel reſpectu iuris accreſcendi alia-
rum fœminarum, ſi quæ ſunt aliæ non inſti-
tutæ

tutæ. Item propter ſucceſſionem tranſuerſa-
lium,iuxta diſpoſitionem text.d.§. ſed ſi mo-
rienti,& §.quod autem, ibi, & in præmiſſis,
in quibus nunquam mihi perſuadere potero
patrix inſtitutionem aliquem iuris effectum
36 operari.† Quòd verò in ea portione,in qua
ſunt inſtitutæ, reaſſumant fœminæ naturam
filiorum quoad ipſam portionẽ,reperio Do-
ctores iuris communis inter ſe diſceptare nõ-
nullis aſſerentibus ipſas reaſſumere aliquali-
ter effectus ſuitatis,& iura ita vt tunc nec pro
extranea penitus,nec pro ſua habeatur. Alex.
conſ.131.tranſmiſſum vol.1.Socin.conſ.575
vol.3.Caſtrenſ.conſ.52.2. dub. & conſ. 286.
col.vlt.& penul.vol.1.Bald.in l.pater filium,
col.pen.verſ. vlterius quæro. ff. de inoff. teſt.
qui verè loquitur in exhęredato à patre, in
quo eſt alia ratio. Paulum Corneus ſequitur
in conſil. 197.col.2.& 3. vol. 1. Ruin.conſi.
118.num. 24. vol. 3 vbi hoc indubitanter te-
net,ſi pater dixiſſet pro ſua legitima, contra-
riam opinionem tenuit Brun. art. 13. nu. 36.
& 39.de ſtatut.ſtantibus maſculis, qui ſequi-
tur Salycetum,Socin. & Caccialup. per eum
relatos,& ita in omnibus particularibus reli-
ctis,ſiue iure legati,ſiue iure inſtitutionis vo-
luit conſ.54.nu. 14.vol.2.Secus tamen conclu
dit,ſi filia pro quota hæreditaais eſset inſtitu-
ta hæres vniuerſalis cum maſculo,Soci.conſ.
150.col.17.verſ.poſtremò,& Par.ſ.relatus,&
ita diſtinxit Borgognin.in tract. de vſufruct.
num.59.cum ſeq. Sed quod indiſtinctè non
computentur vti maſculi,Bertaz. conſi. 108.
num.10.Panci rol.conſ.124.ante num. 28. &
ſub num.30. nulla facta diſtinctione particu-
37 laris, vel vniuerſalis inſtitutionis. † Mihi
verò placet,vt in omnibus, quæ ſiue per ſta-
tutum, ſiue per legem ſunt fauore ipſius pa-
tris introductæ,tunc in illis ſit ſtandum opi-
nioni illorum,qui tenent reaſſumi iura ſuita-
tis,dummodo vti maſculus ſit tractata, prout
etiam in continuatione poſſeſſionis in bonis
hæreditarijs,de qua per Tiraquell.in tract.le
mort ſaiſit le vif.par. 2. declar.8.poteſt enim
ſrater præiudicare ipſius fauori in priuilegio
vulgat.iurib.& ſic cenſetur filia cum conſen-
ſu ipſius patris reintegrata. In ijs verò, quæ
eſſent in odium ipſorum maſculorum non
delinquentium ſequerer ſimplicem opinio-
nem illorum,qui negant iura ſuitatis reaſſu-
mi; quando enim filia inſtituitur, quæ non
habet actionem ad legitimam,videtur,vti ex-
tranea inſtituta,probat Craſſ.in tract. de ſuc-
ceſſ.ab inteſt.lib.2.art.de collaterali, q.6.nu.
3.& Gomez.in l.22.Thaur.nu.8.verſ. ſecun-
dò & principaliter infertur, & faciunt ea,
quæ melius dicentur infra in §. renunciatio-
nis,in 3.par.vbi probabimus patrem nõ poſſe
præiudicare diſpoſitioni conſuetudinis in
ijs,in quibus non habet liberam voluntatem
diſponendi,veluti in medietate bonorũm an-
tiquorum,& legitima aliorum bonorum,&
melius ex doctriua Isern.in conſtit.in aliqui-
bus,& ex diſpoſitione iuris Longobardi ibi
relati in verb.quintumdecimum, vbi tractat
quonam modo poſſit filiam pater inſtituere,
& in qua parte, & quando filia, vti extra-
nea cenſeatur inſtituta, & videas etiam
Carol.in Longobard.3.in tit.de ea, quod pa-
ter fil.Si enim ſucceſſio,facto teſtamento, re-
gulatur ſecundùm ſucceſſionem ab inteſtato,
vt in conſuet.& ſi teſtator, ergo aut ſuppo-
nendum eſt poſſe maſculiari in ſucceſſione ex
teſtamento filiam,aut in ſucceſſione ab inte-
38 ſtato negandum, † quod verò iſta maſculia-
tio ſit in pœnam fratrum introducta,Napod.
hic dicit nu.91.ibi in pœnam autem fratris
ſoror poſt ſexdecim annos ſuccedit patri, vt
frater:comprobatur ex dictis per Piſanell. in
apoſt.quæ ſequitur ad prædictam Antonij de
Alex.in conſuet.ſi aliquis moriens, quæ in-
cip.Tu aduerte, & de Pont.conſ.50. vol. 1.
nu.8.ibi in pœnam fratris ex ſua dilatione,&
facit Napod.in conſuet.quod autem,nu.301
39 † Illud proculdubio eſt indubitabile ex pręd.
Napod.doctrina proximè relata.quòd quan-
do filia eſſet excluſa per dotationem,in vita
patris receptam,tunc non eſſet dubitendum,
quòd ſemper iſta filia,vti extracta penitus cẽ-
ſebitur inſtituta,ex prædictis Doctoribus, &
faciunt dicta per Angel.in l.illam,in fin.C.de
colllat.& per Bald.Alex.& alios in l.ſi eman-
cipati.ff.de collation.& propius ad terminos
noſtros Bald.in l.maximum vitium.C.de lib.
præterit.col.fin,& Bart.in l.fin.ff.ad Tertull.
tenet Vitalis Nemauſienſ.in tract. de collat.
q.25.præcipuè per Alex.in d.l.ſi emancipati,
qui non diſtinguunt de excluſa dote recepta,
vel non: loquitur tamen de dote recepta,
Anton.de Alex.in præd.nu.301. in conſuet.
ſed ſi morienti,in apoſtill.quæ incip. hic lo-
quitur,& ibi negat poſſe maſculiari in præ-
iudicium maſculorum,& vti extraneum cen-
ſeri inſtitutam,poſtquam dotem in vita pa-
tris receperit,& ita decidit de Franch.deciſ.
412.num.4.verſ.ſed ad prædicta,vbi admiſſio
ad ſucceſſionem non operatur maſculiationẽ
poſt dotationem,quia eo ipſo,quod eſt dota-
40 ta efficitur extranea. † Quod verò reſpectu
ſucceſſionis fratrum non cenſeatur maſculia-
ta iſta ſoror per inſtitutionem prædictam
quocunque modo facta pręſupponatur, inue-
ni in quodam manuſcripto exemplari apo-
ſtillã ſeq.videlicet ad §.quod autẽ, & quid ſi
ſoror

Digitized by Google

ſoror fuit inſtituta à patre in dote,vel alia re,
an ſuccedat fratri mortuo,ſi ſupereſt alius fra
ter? videtur quòd ſic,quia videtur habilitata
per patrem,ex quo fuit hæres inſtituta,& ſic
proinde haberi,ac ſi fuiſſet maſculiata:ſed dic
contrarium,quia pater non poſſet derogare
huic conſuetudini , & ſic fuit iudicatum in
cauſa nõnullorum nobilium de domo Anna:
ex quibus ſit reſoluta iſta quæſtio,quòd reſpe
ctu præiudicij ipſius patris ſemper cenſeatur
maſculus reſpectu vero præiudicij aliorum
nullo modo cenſeatur cõſuetudini derogatũ.
41 Prædicta tamen limitabis in ipſis fratri-
bus:nam id,quod pater nõ poteſt facere, poſ-
ſunt ex prædictis facere ipſi fratres: nam id,
quod tacitè poſſunt per moram,& contuma-
ciam tãtò fortius debent poſſe facere expreſ-
sè admittendo ipſam ſororem ad portionem
virilem,renunciando eorum priuilegio præ-
lationis ſexus:ſic enim de Pont.conſi.50.vol.
1.nu.12.tacitam,& expreſſam fratris denun-
ciationem dixit maſculiationẽ,& de Franch.
deciſ.412.in final.verb. ibi , *Nec per fratres
admiſſa ad ſucceſſionem patris*,& de Franch.
deciſ.46.num.3. prout not.& comprobat de
Franch.deciſ.157.num.8.& ad id, quod dixi-
mus paragium eſſe introductum fauore fra-
trum,Napodan.in conſuet.ſi qua mulier,nu.
16.vbi admittitur ſoror ex voluntate fratris
ad virilem.Imò dicit eſſe repoſitum in volun
tate fratris;ſi illam velit admittere ad virilẽ,
inquit Napod.aliàs hæc conſuetudo non eſſet
in fauorem fratris:tenet ergo Napod.expreſ-
sè eſſe in fratris voluntate , & arbitrio repo-
ſitum,& ſic fundat Afflict.in conſtit.in aliqui-
bus,in 4.not.num. 8. ex autoritate Iſern. in
præd.quæſt.ita vt penes nos ſtantibus prædi-
ctis autoritatibus,ac etiam rationibus res non
patitur difficultatem , ita vt non ſit curãdum
de Alberic.in 2,par.ſtat.q.102. qui concludit
pro ipſa ſorore petente dotem,arg.l.petendæ
42 cum ibi not.C.de temp.in integr.reſtit.† Sed
prædicta procederent, quando excluſio ſoro-
ris non eſset ſimpliciter inducta fauore ma-
ſculorum , prout optimè concludit Afflict.
43 loc.cit.per iura , per eum relata.† Et in hac
re cauendum erit a Petr. de Gregor.in 4.par.
q.7.nu.25.de conceſs.feud. qui ſequendo Al-
beric. in præalleg. doctrina malè intelligit
Iſern.in conſtit.in aliquibus,col.9 ſecundum
vltimam editiouem,verſ.quid ſi frater,dum
putat Iſer.intentionem eſse, quod ſit in pote-
ſtate filiæ, eiuſdemque ſororis accipere para-
gium,vel ſucceſſionem ipſius feudi, nã Iſern.
ibi benè dicit , quòd ſtatim fœmina admitti-
tur ad feudi ſucceſſionem , ſi frater nolit ſuc-
cedere,vel ſi eſsemus in feudo diuiduo,vellet
ipſam habere portionem feudi,vti dicit glo.
in conſtit.vt de ſucceſſionibus,in verb. coniu-
gata,in fin.& dicit Iſern.in tit. de natur. ſuc-
ceſs.feud.in fin.& alibi pluries, vt diximus in
prælud.huius repet.dum de deſpoſitione con
ſtit.vt de ſucceſſionibus tractauimus aduerſus
Federicum Viualdum.Nam ut redeam,unde
digreſsus ſum,non dicit Iſern.eſse in volunta-
te filiæ velle,vel non,portionem , vel ſucceſ-
ſionem feudi,& habere , vel non paragium,
quia aliàs malediceret in eo, quod dicit eſse
in fratris poteſtate admittere, vel non ſororẽ
ad feudi ſucceſſionem,vt dicit ibi,*quòd ſi fra
ter nolit*; ſed bene esse in poteſtate sororis
velle,vel nõ ipsam ſucceſſionem feudi,& tũc
ipsa nolente succedet alius successor , & ſo-
ror ad aliquid aspirare non posset , & ſic vo-
luntas fœminæ in caſu,quo frater illam velit
succedere, non poterit magis versari circa
receptionem , vel recuſationem paragij , sed
circa repudiationem , vel acceptationem to-
tius succeſſionis, cùm, quando frater ipsam
nolit excludere,ſit de ea, vti de masculo tra-
ctandum : ſi igitur maſculus non vult succe-
dere,ad nihilum succedit : quod verò ſit ma-
sculus,dicit glo.citata in d. conſtit. vt de suc-
ceſſionib.in vecb.coniugata . Et in alio ẽt æ-
quiuocat Petr.de Gregor.in præcit. doctr. dũ
putat,fœminam per petitionem paragij ſub-
terfugere onus æris alieni,quaſi in liquidatio-
ne paragij non ſit onus æris alieni deducen-
dum,vt idem Petr.dicit in tract. de parag. q.
28.num.6.& nos dicemus in tract. de parag.
in par.2.§.6.de illius liquid. Malè igitur con
ſiderat caſum ibi,in quo ſœminæ interſit non
habere ſucceſſionem , & habere paragium.
44 In eo verò,in quo Napod.in præd.conſuet.
ſi qua mulier;num.16.ad augendum fauorem
fratris dicit poſſe eſſe dotem de paragio ma-
iorem ipſa ſucceſſione,hoc eſt,contra omniũ
mentem ipſamq; veritatem, cum paragium
regulariter non poſſit eſſe minus legitima;
nec poſſit virilẽ excedere, Piſanell. in addit.
ad hanc conſuet.ſub nu. 50. in addit. quæ in-
cip.an mulier,& fol.97.lit.D.per eundem,&
dicemus infra de paragio : Et ratio eſt mani-
feſta,quia paragium eſt portio proportiona-
lis ad ipſum patrimonium,ſcilicet,ad virilem
portionem , quæ ad ipſam fœminam ſpecta-
ret,ſi eſſet maſculus : ergo ſi excederet non
eſſet prælatio maſculi,ſed ipſius fœminæ pri-
45 uilegium.† Prædicta procedunt circa admiſ-
ſionem fœminarum ad virilem portionem :
quam admiſſionem fratres poſſe facere nemo
eſt,qui dubitet,prout ſupra dixi,in ſimili Cu-
mi.in cap.volentes,in verb.maritata, nu.124.
& dicit Napod.hic num.49.in verb.comple-
tos:

tos: ſed quod illa admiſſio ſit maſculiatio, videtur optimè colligi ex prædicta doctrina Napod. proximè relata, dum reponit in voluntate ipſorum maſculorum ipſam maſculiationem ibi, vel recipiat eam ad ſuccedendum, ſi voluit prærogatiuam ſexus communicare, vt hic intelligas, quando vellent eam haberi pro maſculiata; cùm tunc, vt dixi, poſſint eorum fauori renunciare. l. ſi Iudex circumuento. ff. de minorib. At ſi fratres ſimpliciter admitterent ipſam ſororem ad virilem ſucceſſionem, & non procederent per viam expreſſæ maſculiationis, vel per contumaciã; de conſuetudine inductam, tunc in dubio deberêt cenſeri illam fratres admiſiſſe ad virilẽ pro gratificando illam, quæ gratificatio non poterit operari vltra intentionem agentium, ſcilicet, vltra illam portionem. l. 3. C. de tranſact. & conſuetudo videtur voluiſſe prouidere in ſucceſſione ad virilem neceſſaria, non autem in voluntaria, prout in ſimili dixit de Franch. deciſ. 71. num. 19. Id enim, quod ſorori frater indulget, non debet ipſi fratri in cæteris præiudicium inferre. l. licitatio. §. pen. ff. de public. Itaque licet appareat fœminam fuiſſe declaratam hæredem pro virili, nunquã ex hoc ego conſequentiam facerem ad alias ſucceſſiones in tranſuerſalibus, quia non debet præſumi delictum, pœna, vel contumacia niſi expreſsè probetur, & ſoror afferens ſe maſculiatam, debet hoc cum ipſius qualitatibus probare, addas, quia non vt maſculus habere dicitur partem, ſi non dicatur expreſsè maſculiata, vel iuxta regulas conſuetudinis, ſed ex indulgentia, & gratificatione fratris, vel quia liquidatur paragium in virili, prout poteſt ſuccedere in paruo patrimonio: quæ non debet odium, & damnum ipſi reportare, & ſic ex beneficio pœnam conſequi, prout eſſet, quando per ea, quæ infra dicentur, iſta ſoror admitteretur etiam ad tranſuerſalium ſucceſſionem, quaſi maſculiata; maſculiatio enim fuit remedium introductum in fauorẽ fœminarum aduerſus ipſam prælationem, quæ fuit introducta in fauorem ipſorum maſculorum: cùm enim maſculus non vult vti ſuo priuilegio, & illi renuntiare, non eſt in hoc inducta maſculiatio, quia ceſſante prælatione, ceſſabit etiam prælationis conſequens, ſcilicet, ipſa maſculiatio: poterit ergo frater in ſucceſſione deſcendentium renuntiare fauori ſuo; ergo per hoc cenſetur voluiſſe admittere ſororem, vti maſculiatam in ſucceſſione tranſuerſalium, falſa eſt conſequentia, & ex diuerſis non debet fieri illatio, quia illa admiſſio eſt in odium ipſorum maſculorum: intelligas igitur ſemper, dum de admiſſione dicimus ad virilem operari maſculiationem, quando maſculiatio proceſſit expreſsè, vel per terminos conſuetudinis, ſcilicet per interpellationem præcedentem, aliàs ſequeretur, quòd frater, nihil dando ſorori, haberet plus priuilegij, quam quando daret ad ſummum id quod ei poteſt deberi, vt eſt virilis: nam ſi non apparet de interpellatione, licet frater ſororem non dotauerit, non tamen cenſebitur maſculiata quòad fratris ſucceſſionem. Piſanell. in Apoſtill. quæ incip. pone; quòd ſoror, ſub num. 286. in §. quod autem, quæ eſt intelligenda de ſucceſſione facta per ſororem vna cum maſculis, iuxta terminos iſtius tex. ſcilicet præcedentibus qualitatibus, inducentibus ipſam maſculiationem, & prędicta erant illa, quæ forſan erant diſcutienda in deciſ. 157. num. 9. dum dicit ibi de Franch. *Id vltimum non fuiſſe diſcuſſum, & ſi occurrerit, plenè diſcutietur*, & ſic intelligas doctrinam Napod. à D. de Franch. in præd. deciſ. relatam ſub num. 302 in conſuet. quod autem, in verb. parentũ, quod referat, an filia habeat de bonis paternis per formam dotationis; an per formam ſucceſſionis, quia debet intelligi de forma ſucceſſionis ibi, in precedentibus verbis relata, fratribus differentibus, &c. & hanc puto veritatem, & ſic intelligendus de Franch. deciſ. 412. nu. 4. verſ. dicebant.

46 Decimo quæro, ſi pater relinquat filiæ dotem certæ quantitatis, & fratres, & hæredes, vel ſucceſſores patris voluntatẽ non exequantur, an in pœnam poſſit practicari maſculiatio, & de Franch. præd. deciſ. 412. circa fi. refert deciſum, quòd ſic, referens Apoſtill. D. Felicis de Rubeis ad conſuet. quod autem. Plenius enim debitum dotis per legatum efficitur, prout dicimus in dote prælegata, & Frecc. in addit. ad præd. conſuet. quæ incip. non ex iſta glo. & Afflict. in deciſ. 370. & ſic deciſum in cauſa Viſagiæ Longbæ contra Thomam Rubeum, die 6. Octobris 1554. Actuario Balſamo, prout teſtatur Camill. Salern. in addit. ad hanc conſuet. fol. 72. in prin. in addit, quæ incip. ad hanc conſuetudinem, & quod de legato dotis non ſit iudicandum diuerſo modo ab ipſa dote, veluti vt purum legatum, ſed vt verè dos cõcludit, Peregrin. de fideicommiſſ. art. 38. in final. verbis contra Cardinal. conſi. 151. in fin. & Brun. art. 13. num. 49. in tract. ſtantibus maſculis; maximã tamen autoritatem eſſe dicit illorum in facto occurrenti, & loquitur in terminis noſtri ſtatuti: & ratio eſt, quia pater non facit, niſi liquidationem paragij, & taxationem, non autem mutat, nec innouat obligationem, prout

opti-

optimè dicit de Pont.conſi.50.nu.8,vol.1.& ad prædicta faciunt plura dicta per Napod.in conſuet. hæredesque mariti, ſub num. 86. ex quibus concludit dotis legatum non immutare,nec innouare dotis naturam, vide etiam remiſſiones latas poſitas per Iaſ.in §. fuerat. num. 124. inſtit.de actionib. ſic expreſsè tenet Vrſill. ad prædict. Afflict. deciſ. 370. maſculiationem practicari in legato dotis, ſub num.4.Non erit igitur in hoc amplius dubitandum,ſtantibus prædictis, optima ratione fundatis,& faciũt latè cumulata per Theſau. iunior.in lib.2.quæſt.foren. 73. quia conſuetudo dicit duo,ſcilicet, eſſe maritandam, & dotandam ſecundum paragium, licet in nõnullis ſit differentia inter legatum dotis, & dotem de paragio, prout in diſcurſu, quem fecimus de diſpoſitione conſtitut. vt de ſucceſſionib. vbi ex Iſern. in fin. conſtit. comitibus, & ex pragmat. Filingeria in duobus diuerſitatem collegimus, vbi videas in vltima quæſtione.

47 Vndecimò quæro,an in ea,quæ vult ſe monacare, & ei competit paragium ingreſſarũ, poſſit practicari maſculiatio,& ex fauore monacationis poſſet dici habere locum conſuetudinem,ne plus habeat luxuria, quam caſtitas,prout hic in paragio dicit Napod. nu.66. eo maximè,quia intereſt etiam Reipub.Chriſtianæ,& Catholicæ ipſas monacari, vt Deo ſeruiant,& colligitur ex Napod.ibid. nu.67. vbi Napod.limitationem maſculiationis ponit immediatè, poſtquam de monacatione & ea,quæ vult caſtè viuere,eſt locutus; & ratio eſt euidens,ex pia intentione conſuetudinis:nam ſi in pœnam ipſorum hæredum differentium matrimonium carnale eſt inducta maſculiatio,quantò magis non debet induci in differẽtibus matrimonium cęleſte? per ea, quæ dicit Menoch.de præſum.lib.4. prçſum. 148.num.8. differt enim tunc frater, & ſucceſſor nuptias contrahere cum cœleſti Sponſo,prout de viro temporali, & cœleſti dixit Napod.loc.cit.& ſic ego teneo, nec dubitarẽ de facili pro matrimonio cœleſtis ſponſi in dubio reſpondere, quando de facto occurreret,& tunc erit iſta ſemper admiſſa,& monaſterium, vt filius ſororis maſculiatæ ad aliorum ſucceſsiones.faciunt ad prędicta,quæ dicit Gabr.in verb.monaſterium. Et id, quod dixit Napod.infra in tit.de iur.dot.num. 91. vbi præterquam ad matrimonium, quòad alia monialis non dicitur mortua: & quod publicum ius.& diuinum ęquiparentur And. in tit.qualit.vaſſall. iur. deb.fidelit. in princ. verſ.poſtquàm,in fin. Afflict.deciſ. 252. nu.7. & num.8.vbi pia cauſa, & publica æquiparantur, & faciunt dicta per Euerard. loc. 76.& 77.tit.de matrim.carnal.ad ſp.ritual.& de ſpirituale ad carnale. Et de hoc argumento Tell.in l.6. Thaur.num.50.& ſeq. & in ſimili propius ad caſum noſtrum Grat. diſcept. forenſ.cap.254.num.11.vbi diſpoſitio iuris cõmunis,qua dicitur eſſe expectandum trienniũ in adimplendo legato, nuptiarum cauſa relicto,vt dicemus infra quæſt. 20. extendit etiã ad conditionem ingrediendi monaſterium per prædicta militante in vtroque ead. ratione,eò magis,quia hanc extenſionem facit in diſpoſitione ſpeciali, quæ non eſt regulariter trahenda ad conſequentiam, vt ibidem num. 18.

48 Duodecimò quæro, an ſoror maſculiata excludat ſororem aliam non maſculiatam, & de Franch.in fin.præd.deciſ.412. refert fuiſſe deciſum in cauſa ibi relata, quòd ſi cum ſorore maſculiata concurrerent filij alterius ſororis,etiam non maſculiatæ,vel ipſa ſoror, quòd admitterentur cum ea ad ſucceſſionem; quia, licet ſoror maſculiata admittatur, vt maſculus,nihilominus non eſt maſculus, & conſuetudo Neapolitana,quæ eſt ſtricti iuris, vt dictum eſt ſæpius (inquit D.de Franch.) excludit ſororem,quando concurrit cum maſculo, non autem quando cum ſorore maſculiata,& refert decretum latum præuia maxima cauſæ cognitione,ſub die 4.Iulij 1556.

Obſtare tamen videbátur prædictæ determinationi,verba ipſius conſuetudinis indifferenter dicentis, „ [illas poſſe petere portiones „ de bonis paternis,& maternis, viriles, vt fra„ tres, & alij ſucceſſores,qui tenentur eis dare paragium,] eo enim ipſo,quòd ad virilem vocantur, perneceſſe eſt, quod illa virilis habeat annexam obligationem concedendi ratam paragij alijs fœminis non maſculiatis cum eadem conditione, & vt etiam illæ poſſint; non adimpletis adimplendis, maſculiari: datur enim ipſi ſorori petitio hæréditatis, quando eſt maſculiata aduerſus fratres contumaces, vt dicit Napod.in conſuet,ſi qua mulier, nu.12.& diximus ſupra in 3.not. dum de iur. accreſcendi tractauimus: ſi ergo vti maſculus admittitur, inſeparabilis videtur ab hac admiſſione ins excluſiuum fœminarum, & Vrſill. ad prædictam deciſ. Afflict. 370. num. 5. quærens,in quibus ſuccedat ſoror maſculiata, dicit in omnibus,ac ſi ipſa, deſcendentesque ab ea fuiſſent maſculi.l.1.C. de priuileg. vrb. conſtãt.lib.11.not.Scriben. in l.1.ff. de leg.1. ſic indifferenter,& abſque difficultate tranſit D.Conſiliar.de Georg.in alleg.29.num.3.qui loquitur in ſucceſſione tranſuerſali,ex diſpoſitione.§.quod autem,quòd ſoror debeat, vti

ma-

maſculus,alias ſorores excludere. In qua quæſtione diſtinctè procedendo dicas, quòd aut agimus in caſu, quando concurrit maſculus cum ipſa fœmina maſculiata cum altera non maſculiata, & hoc caſu ipſam fœminam in omnibus,maſculo concurrente haberi debet pro maſculo,quia ipſe maſculus vtitur iure ſuo,& abſque controuerſia ipſam fœminam, non maſculiatam,excludit, nec tractatur tūc de præiudicio ipſius fœminæ, quæ ſimiliter excluderetur,& tantundem haberet ſi ipſa maſculiata non interueniret, & hoc modo tractatur ſolum de præiudicio ipſius,qui contumaciā contraxit, & pœnam a conſuetudine impoſitam meretur,& ſic pœna in hoc caſu habet ſuos autores; & in hoc non diſſentit de Frāch.in præd. deciſ. & faciunt infra proximè dicenda ex Napod.autoritate.

Si verò maſculus non concurrat, tunc maximè obſtat contra ipſam maſculiatam, ratio ipſius maſculiationis; nam inquit alia ſoror, quòd,ſi eatenus maſculiatio eſt a conſuetudine introducta,quatenus ipſe frater eſt contumax,& contumacia nō dicitur, niſi ſuppoſita prælatione,& ſimul excluſione ipſius fœminæ per concurſum maſculorum : ergo ſi ille concurſus,& prælatio eſt cauſa ipſius maſculiationis,ceſſante illo,debet etiam & effectus maſculiationis ceſſare, per rationem cauſæ ceſſantis: ergo ſi omnia ceſſant, maſculo non concurrente, non poterit contra fœminam ſolam practicari maſculiatio, & ratio iſtius deciſionis eſt, quòd quemadmodum ipſa prælatio,& excluſio annexam habet conditionē, vt debeat ceſſare, ceſſante maſculi concurſu, ſic debent omnia ceſſare ex illis orientia: alias hoc modo pœna excederet ſuos autores,quia iſta fœmina,quæ in caſu maſculi non concurrentis poterat admitti etiam dotata, & excluſa,nunc penes ipſorum fratrum coutumnciā priuaretur hoc beneficio, cùm ipſa non deliquerit:quæ ratio militabit non ſolùm quando in ſucceſſione parentum,& aſcendentium fuit datus concurſus ipſius maſculi,& deinde poſt maſculiationem introductam ipſe maſculus ſit mortuus,ita vt in ſucceſſione tranſuerſali ſola fœmina maſculiata cum alijs nou maſculiatis cōcurreret, quam etiam ſi a principio maſculus non concurrat, ſed quia in hac concluſioae habemus Napod.theoricam; quæ poteſt plures intellectus recipere; volui ipſam more ſolito explicare,& inſimul reſoluere difficultates,quæ fieri poſſent.

49 Et antequam ad Napod.veniam. Aduertendum ipſam conſuetudinem notatam prēſupponere in ipſius maſculiationis effectu actualem concurſum ipſorum maſculorum: inquit enim, vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur,& ſic per tempus præſens,non dicit:qui tenebantur, voluit enim cōcurſum præſentem eſſe: ſi ergo non ſunt ſucceſſores; qui tenentur, nullus erit effectus ipſius maſculiationis;modò quærit Napod. in §. quod autem,ſub num.303.in verb. parentum, [Sed „ pone, quòd aliquis deceſſit, relictis duabus, „ vel tribus filiabus, poſtea moritur vna ex ip„ ſis,quæro,an eius ſorores, vel ipſarum filij ſi„ bi ſuccedent? Reſpondeo videtur ex præmiſ„ ſis,quòd aut dictæ ſorores habuerunt bona „ paterna ex cauſa dotationis, aut ex cauſa ſuc„ ceſſionis: primo caſu non ſuccedunt ſibi di„ ctæ eius ſorores,nec ipſarum filij. Secundò „ verò caſu ſit,quia cenſentur fratres, & vtun„ tur iure fratrum,vt hic patet.] Et Napod.hic non videtur ponere caſum noſtrum, quia dubitat,an ſorori maſculiatæ ſuccedatur per ſorores,& non video quomodo in ſororibus po ſuerit dubium,poſtquam nec etiam in maſculo quæſtio eſſet dubitabilis, cùm non reperiatur in cōſuetudine diſpoſitum, quòd ipſi maſculo fœminæ non ſuccedant, vnde Napoda„ dum ſequitur. [Sed certè prædicta ſunt ve„ ra,quando ſorores concurrunt cum fratre, „ ſeu fratribus,] benè ſoluit, quia non poteſt dari excluſio ſororis,niſi adſit maſculus, hic etiam non dubitat Napodan.ſi debeat ſuccedi per ſororem maſculiatam inſimul, cùm nō maſculiata, & ſic an maſculiata hadeat ius excludendi aliam ſororem, ſed an ipſi maſculiatæ ſuccedatur,& per hoc bene requirit cōcurſum ipſius maſculi, & hoc modo intellecta hæc doctrina nihil ad rem facere videtur pro reſolutione prædictæ difficultatis, & quòd hic tractetur de ſuccedendo per alias ipſi maſculiatæ.facit id,quod Napodan.dixit ead.conſuet.§.quod aotem.nu. 304. Ibi enim dum explicat naturam maſculiationis inter cætera dicit ipſi maſculiatæ, vti maſculo ſuccedi, intelligas tamen, vt inferius dicetur quoad illam portionem,quam ipſe habuit,vt maſculus,nam in alijs non poteſt dari diuerſitas inter maſculum,& fœminam,ſic videtur ex prædicta glo.colligi in verbis ſequentibus, ibi,quòad eius portionem,

Præterea Napod.in præd. glo.nu. 303. loquitur in caſu, in quo eſt impoſſibile, quòd maſculiatio interueniat. Si enim ſupponit, aliquem deceſsiſſe, relictis filiabus ergo inter filias non poteſt dari maſculiatio, cùm non detur concurſus, nec ab initio ipſius maſculi,& per hoc benè concurſū requirit in verſ. ſed certè. Item dum ponit idem ſi duas, vel tres filias reliquerit, & vna præſupponatur mori,ergo nec concurſus ſupponitur in ſuccedendo

cedendo actiuè etiam ſororis in genere, nedũ ipſius maſculiatæ. In eo verò, quod Napod. dicit in illis verbis. *Vnde dico, quòd dictæ ſorores ſuccedunt ſibi inuicem ab inteſtato.* Deciditur caſus noſter, ſi ſupponamus tres filias relictas, & vnam habuiſſe bona paterna per formam ſucceſſionis, neceſſariò ſupponẽdum eſt interfuiſſe in ſucceſſione patris ipſum maſculum, aliàs non poſſet dari caſus, vt vna habeat per formam dotationis bona paterna, & alia per formam ſucceſſionis per ea, quæ idem Napodan. hic dixerat num. 31. nuptam non excludi, vt diximus ſupra: ſed omnes ſuccedere, collatis dotibus; ſi igitur dicit ſimpliciter inuicem ſuccedere ſibi ab inteſtato, ergo moriente aliqua, quæ ſit dotata ſucceder ſibi tam maſculiata, quam alia non maſculiata, aliàs non eſſet inuicem ſucceſſio, niſi caſus noſter comprehenderetur, & ſic cum Domino de Franch. & cum præd. deciſ. cõcludo, quòd ceſſante concurſu ipſorum maſculorum quocunque modo ceſſet, ſit denegandus vniuerſalis effectus ipſius maſculiaiionis, effectũ autẽ dico non conſumatum: in portione verò, quæ iam ſpectauit ipſi maſculiatæ, cum iam ſit ius quæſitum non poteſt dici effectus ceſſare, cum iam ſit ius radicatum, & non tractetur de ſuccedendo: ſed de iam quæſita ſucceſſione, de qua loquitur Napod. d. nu. 304.

30 Nec obſtat, quòd, cùm tractetur de ſucceſſione tranſuerſalium, non videtur poſſe tractari de actuali excluſione, vel maſculiatione fœminarum: prout eſſet in linea deſcendenti, quando ſucceditur parentibus, ſed tractari de maſculiatione iam facta, & per hoc ſimpliciter tex. dicit, & in præmiſſis appellatione fratris ſoror non continetur in d. §. quod autem, in fin. & excipit maſculiatam, quia, licet quò ad maſculiationem ſit de ea in linea tranſuerſali tractandum, vt de facta, & non de facienda: & maſculiatio ſit facta, vel excluſio ipſius fœminæ, non tamen eſt ipſa perpetuò excluſa, prout Doctores de iure communi in ſimili materia dubitant, & ſupra diximus; ſed ſemper requiritur concurſus ipſius maſculi, qui ipſã excludat, & qui excluſerat eam à ſucceſſione aſcendentium. Si enim maſculus non concurrat, tunc bene argui poterit, quod ſi fœmina non poteſt nec debet cenſeri excluſa per dotationem ſibi factam per maſculum ex eo, quia ipſe maſculus eſt mortuus, nullo relicto filio, & ad præſens non concurrit, nec per conſequens excludendi ius poterit reſidere in ipſa fœmina, duplex enim eſt ius formatũ ab ipſa conſuetudine, ius, ſcilicet, excludens ipſas fœminas eas dotando reſidens in perſona ipſorum maſculorum, & ius paſſiuum ipſarum fœminarum, vt ab ipſis maſculis excludantur; ſi ergo ipſis maſculis non exiſtentibus ceſſat ius paſſiuum ipſarum fœminarum, & per conſequens non poſſunt excludi, ceſſat per conſequens ex natura correlatiuorũ ius actiuum, quod ius reperitur quaſi per ceſſionem in maſculiatam translatum, operante hoc conſuetudine per ea, quæ ſupra diximus, & ſic ipſa maſculiata in ea portione videtur ſuccedere ipſis maſculis, cũ ab ipſis ipſam portionem auocet petitione hęreditatis, non poterit meritò habere plus iuris ipſa ceſſionaria, quam ipſe cedens, qui nõ potuit transferre ius non delatum, & hanc puto ve-
31 ritatem. † Reperi in quodam antiquo allegationum libro in l. 3. fol. . exiſtente penes Doctiſs. Aloyſiũ de Niqueſa, Nunc meritiſſimũ Reg Conſiliariũ, mihi sẽper obſeruandũ, ob inſignes ipſius qualitates, ſic ſcriptum ex dictis in §. præmiſſis, fuiſſe bis iudicatum in S. Conſil. quod ſi concurrat ſoror maſculiata inſimul cum filia ſororis non maſculiatæ ad ſucceſsionem fratris, ſoror maſculiata ipſum excludat ex generalitate §. in præmiſſis, tamẽ nec cum ipſis deciſionibus recedo ab opinione prædicta fundata in prædicta deciſione, relata per D. de Franch. & tot viuis rationibus reſponſum non inuenio, tanto magis, quia illa deciſio fuit facta cum maxima cauſæ cognitione, vt dicit D. de Franch. Nec obſtat generalitas dicti §. in præmiſſis, quia tex. dicit quòad prædicta, & ibi ſemper intelligitur concurſus ipſius maſculi, quia in §. ſed ſi morienti, expreſsè dicitur ſuperſunt frater, ſeu fratres: quando ergo adeſt frater, licet adſit ſoror, cum ea non venit appellatione fratris, præterquàm maſculiata: & quod tex. in §. ſed ſi morienti loquatur in caſu, quo ſolæ fœminæ ſuccedere intendunt non eſt verum, cùm ſemper requiratur fratris concurſus, & vid. in quæſt. ſeq. vbi etiam plura dicam.

32 Decimotertio quæro, an ſicut vnica dotatio ſufficit, ſcilicet, vnica dotatio de bonis omnium aſcendentium, & parentum, adhoc, vt ipſa dotata excludatur etiam à ſucceſſione tranſuerſalium, ſic è conuerſo vnicam maſculiationem ſufficere ad includendam ipſam maſculiatam ad ſucceſſionem trãuerſalium, & Afflic. in pręd. deciſ. 370. in fin. 2 dub. nu. 11. dixit Dominos de Conſilio inclinare in opinionem, quòd maſculiata, ſuccedat cum fratre, & vtitur iure fratris, & ibidem Vrſill. in ſuis addition. nu. 5. & ſic ex §. quod autem colligit de Pont. conſi. 50. nu. 14. φ, dum aliqua ſemel maſculiatur reſpectu vnius ſucceſſionis, quod non eſt dubium maſculiationem ſuum effectum operari reſpectu omnium ſucceſſionum deuoluendarum, & Napod. in lo-

cis in proxima quæſtione relatis, in verſic.ad
prædicta,& tex.in præd.verſ.& in præmiſſis
luce clarius hoc explicant. In §.enim ſed ſi
morienti,ponitur caſus,in quo frater,vel fra-
tres cum alterius, vel aliorum fratrum filijs
in infinitum poſſunt ſuccedere alteri fratri,
dum deinde dicit,& in præmiſſis appellatio-
ne fratris ſoror non continetur, niſi ſit maſcu
liata,ergo maſculiatā ſuccedit inſimul cum
fratre ,& ſic filij ſororis maſculiatæ quòad id
eruut,ac ſi eſſent filij fratrum, & alij deſcen-
dentes ex maſculis. Continetur ergo ſoror
maſculiata appellatione fratris,ergo verè, &
propriè dicitur maſculus,quia verbum, con-
tinetur propriam, & germanam ſignificatio-
nem importat,Barto.in l.cui eorum.§.affini-
tates.ff.de poſtuland.ſed iſtud dictum Bar.re-
prehendit Aret.in l.gallus.§:inſtituens,& ibi
Iaſ.in lect.1.& 2.& cōmuniter per Doctores.
53 † Eſt ergo eatenus frater, quatenus per ma-
ſculiationem includitur,& eatenus maſculia-
tur,quatenus per prælationem excluditur, vt
diximus: concurſus ergo ſemper intelligitur,
quæ nota ad proximam quæſtionem:& ex his
dictis limitatur etiam deciſ. de Franch. 412.
vbi filij fratris excludunt filios ſororis in ſuc-
ceſſione fratris,vel ſororis,vt,ſcilicet, limite-
tur in filijs ſororis maſculiatæ ,quo caſu de-
bent ſimul concurrere: quando verò ſoror nō
eſt excluſa,quia maſculus non adeſt, tunc fra-
tris appellatione continetur,ita probat The-
ſaur.quæſt.for. lib. 1. quęſt.42.num.3. & latè
cumulat, quando ergo non adeſt concurſus,
non indiget ſoror cōſuetudine, nec ipſius di-
ſpoſitione,ad hoc, vt fratris appellatione con
tineatur:& ſic ſi iſta prætendit,vt maſculiata
comprehendi fratris appellatione, altera ſo-
ror prętendit cōprehendi vti non excluſa,&
ſic non excluſa eſt potior, ex quo maſculiatio
non proceſſit cum ſorore, ſed cū maſculis.
54 Conſtat ergo ex prędictis; dato concurſu
ipſorum maſculorum quòad alias etiam ſuc-
ceſſioues ipſam maſculiationem effectum
ſuum operari: difficultas eſt videre,quonam
modo fiat hęc iuris operatio. Hanc punctua-
litatem non inuenio ab aliquo tactam, ſed ex
ſupra deciſis illud certum eſt illationem prę-
dictam non fieri in ſucceſſionibus aſcenden-
tium, quia ſiue quis ſit maſculiata in ſucceſ-
ſione patris,vel matris;ſiue dotata, & occur-
rat caſus ſucceſsionis aliorum aſcendentium,
habebit ſemper legitimam ipſa fęmina,prout
dicemus in cap.de paragio,& ſupra etiam hic
aliàs diximus §.8.nu.10.Secundò non eſt per
conſuetudinem pernecefſe requiſitum,vt ma-
ſculiatio non poſsit fieri,niſi ſimul & ſemel
in bonis patris,& matris: ſed quādo poſsint
concurrere qualitates,maſculiationem indu-
centes,veluti viua matre,poterit fœmina ma-
ſculiari, & tunc quemadmodum fit diſtinctio
omdinm bonorum inter materna ex vna par-
te, & paterna, & alia ex altera parte, prout
dicetur in conſuet.ſi quis,vel ſi qua in ſucceſ-
ſione tranſuerſalium, vt coniunctio matris
influat ad ſucceſſionē maternorum, & cōiun-
ctio patris ad alia bona,ſic iſta maſculiatio fa-
cta in bonis paternis,habilitabit ipſam fœmi-
nam ad ſuccedendum in omnibus bonis cum
alijs maſculis alteri fratri, & ad materna
non,quia in illis non reperitur maſculiata,
quando verò maſculiatio eſſet vniuerſalis.
vniuerſaliter ſuum operaretur effectum,quā-
do eſſet particularis in ea particulari ſucceſ-
ſione,illa ratione,quia pœna non debet exce-
dere terminos delicti, & in eo, in quo quis
deliquit,debet puniri, & hanc opinionem
ſequitur incertus autor in addit. quæ incip.
circa iſtam glo.vers.& cum iſta glo. ſub num.
303.quod poſſit dari maſculiatio in vno pa-
trimonio, ſcilicet, vt poſſit ſuccedere vti a-
gnata,quādo eſt in paternis maſculiata agna-
tam intelligas coniunctam ex latere patris, &
ſic in omnibus, præterquam ad materna erit
maſculiata, quam apoſtillam cum maxima
lætitia poſt hæc ſcripta inueni, & dum dicit
quòad illud patrimonium non poteſt intelli-
gi de illis bonis; in indiuiduo, in quibus fuit
facta maſculiatio, ex quo dum tractatur de
ſucceſſione fratris,non procedit, quia ex l.1.
§.veteres, ff.de acq.poſſeſſ.eſt aliud patrimo-
nium,ſed intelligas pro patrimonio paterno
reſpectiuè, prout in ipſa maſculiatione in-
fertur à ſucceſſione aſcendentium ad collate-
ralem,vt hic diximus. Addas, nam, ſicut ma-
ſculiatio recipit diuiduitatē reſpectu ipſorū,
contra quos fit ipſa maſculiatio, ſic etiā debet
recipere diuiduitatē raſpectu ipſius rei,in qua
delinquitur,prout ſupra diximus,quando ve-
rò præmoritur mater, viuo patre, non poteſt
dari caſus maſculiationis, quia,patre viuente
ipſe pater habet adminiſtrationem bonorū
maternorū, & eius officiū eſt dotare filiā,cum
viuit,vt ſupra diximus,& ratio eſt euidēs,quia,
ſi eatenus ipſa filia venit fratris appellatione,
quatenus eſt maſculiata, & maſculiatio non
excedit coniunctionem: & bona paterna, &
alia, quę cū paternis veniūt cōiūcta,eatenus er-
go veniet fratris appellatione, & hoc eſt, quod
dicit d.verſ.in præmiſsis quoad id, & prædi-
cta dicta ſunt circa maſculiationem, quæ ex-
tenditur ad ſucceſsionem fratris, & ſororis,
& huiuſmodi comprehenſas in §.ſed ſi mo-
52 rienti, † quæro modò qualiter ex verbis con-
ſuetudinis colligatur excluſio ſororis dotatæ,
vel

vel incluſio ſororis maſculiatæ, dum tractatur de ſuccedendo alijs proximioribus agnatis, & non eſt alia conſuetudo, quæ poſſit hoc decidere, niſi tex. in §. quod autem, iuncto verſ. in pręmiſſis, quæ generaliter loquitur de omnibus alijs in vlterioribus gradibus exiſtentibus agnatis, vel cognatis, & Napod. dum voluit intelligere præd. §. in fratribus, conſobrinis, amitinis, patruelibus, & huiuſmodi, vt in verb. alijs. nu. 389. quæ perſonæ comprehenduntur in quarto gradu, & in l. iuriſconſultus, §. quarto gradu, verſ. eod. gradu, ff. de gradibus, reſtrinxit Napod. verba generalia conſuetudinis, quę loquitur de gradibus vlterioribus, & de agnatis, & cognatis in minima portione vnius gradus: nã vltra patrueles in quarto gradu octuaginta perſonæ continentur: ſi ergo voluit intelligere prędictam diſpoſitionem in prędictis patruelibus, ergo non poteſt intelligi de fratre carnali cum filijs fratris etiam carnalis, in infinitum ſuccedentibus alteri conſobrino, cùm in fratribus conſobrinis voluit poni caſum, non igitur poterit dari excluſio ſororis dotatæ, nec incluſio ſororis maſculiatæ in eo tex. niſi vti comprehenſę fratris appellatione, cùm determinatio verbi ſororis, ita debeat determinare determinationem fratrum, vt ipſius ſororis: ſed ſi Napodan. fratrum determinationem vult intelligere, & determinare de conſobrinis, vt ęqualiter vnica determinatio, plura reſpiciens determinabilia, determinare dicatur. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupil. Sed iam certum eſt, ſorurem conſobrinam, item amitinam, & huiuſmodi non poſſe excludi per fratrem conſobrinum, prout expreſsè ex §. ſed ſi morienti colligitur, vbi datur inter nepotes ſucceſſio, & non excluditur, niſi illa neptis, quæ habet fratrem conſanguineum, vt ibi dicitur, ibi, quæ habeant fratres conſanguineos, & ibidem Napodan. nu. 280. Si ergo frater conſobrinus non excludit ſororem conſobrinam: ergo pernceſſe fatendum, quòd, aut non adeſt conſuetudo, quæ loquatur de excluſione ſororis dotatę, quando tractatur de ſucceſſione aliorum cognatorum, vel agnatorum, fratribus non exiſtentibus, aut in §. quod autem, non tractari de fratribus, & ſororibus conſobrinis, ſed de fratribus, & ſororibus carnalibus conſanguineis, & filijs aliorum in infinitum ſuccedere volentibus omnibus alijs agnatis, & cognatis in vlterioribus gradibus exiſtentibus; & ſic ſoror maſculiata debeat inſimul cum fratre admitti ad quamlibet ſucceſſionem, ſiue alterius fratris, vt in §. ſed ſi morienti, ſiue aliorum in vlterioribus gradibus, vt in §. quod autem, & ex his colligitur inconueniens, quod conſequitur ex intellectu Napod. dum in ſulis amitinis, & huiuſmodi fratribus vult ipſum intelligere, dum deinde ſorores excludit, vt eadem determinatio ſit vbique vniformis, oporteret, vt excluderetur ſoror cõſobrina, & amitina per eandem adęquatã interpretationem, & non eſſet per conſuetudinem ſoror à fratre excluſa, vel cum eo incluſa, quando eſt maſculiata, dum ſucceditur alteri, quam fratri: fatendum igitur erit in hoc caſu §. quod autem, loqui etiam de fratrihus, & ſororibus, & de filijs, & deſcendentibus alterius fratris in ſucceſſione aliorum agnatorum: in qua re, quia plura dicam, dum ipſius §. quod autem; interpretationem faciam loco ſuo, hic amplius non dico, ibidem enim dicetur de ſubgreſſione in transuerſalibus, de pręrogatiua ſexus, & ſic de excluſione fœminarum, iam excluſarum in ſucceſſione parentum, & de maſculiatione extendenda ad ſucceſſiones transuerſalium.

56 Quoniam promiſi hic explicare gloſam Napodan. in verb. ad prædicta. num. 304. & corrigere eam, prout in vetuſto reperi exemplari, vt promiſſa ſeruem, ſic eam corrigas, & intelligas; inquit enim text. quod ipſa ſoror maſculiata eiuſdem conditionis eſt, quòad prædicta, ac ſi eſſet maſculus. Quòad prędicta, inquit Napodan. *Et ſic tam cum tractamus quod ſuccedat vti maſculus, parentibus, & alijs, quibus eius fratres ſuccedunt*. Hæc verba oſtendunt effectum maſculiationis tam in linea deſcendenti, vt hic in hac noſtra conſuetudine §. eas autem, quam in §. ſed morienti, quando ſucceditur fratri, quàm per §. quod autem, quando ſucceditur alijs cum ipſis fratribus, & ſic oſtendit perpetuum concurſum, dum dicit. *Quibus eius fratres ſuccedunt*, ſequitur Napodan. *Quam quòd ſibi ſuccedatur, vti maſculo*. Hæc verba iam declarauimus ſupra debere intelligi quòad portionẽ maſculi, & virilem ſibi delatam, quòd, ſcilicet, ipſius filij habebũt virilem, prout virilẽ habuiſſent, ſi fuiſſent filij fratrum maſculorum, ſequitur Napodan. *Et ſic eſt notandum, quod deſcendentes ex fœmina maſculiata quòad eius portionem, quam habuit, vt maſculus, cenſentur agnati, quia ſuccedunt ad illam portionem, prout deſcendentes ex maſculis, & ſic vti agnati*, dum ſequitur. *Cum tractatur de ſucceſſione talis mulieris*, non intelligas niſi ad ipſam portionem, vt dixi, alias ipſi non ſuccedent, ſed ſolùm maſculi, ſeruata forma huius conſuetudinis noſtræ, & ſic vti agnati, & filij maſculorum virilem habent ex ſucceſſione eorum matris. Dum dein-

,, de ſequitur. *Secùs cùm tractaretur de ſuc-*
,, *ceſſione alicuius deſcendentis ab ea, quia tūc*
,, *eis ſuccedent ſibi proximiores ex parte ma-*
,, *tris, & ſic cognati; nam certum eſt peruenij-*
,, *ſe defuncto ipſa bona à matre, vel ex linea*
,, *matris, ergo proximiores ex matre ſibi ſucce-*
,, *dunt. Quia non poteſt eſſe, vt ipſa, quæ alios*
,, *filios fecit, non ſit mater filijs ſuis.* Ex quibus notabis, vt aliàs dixiſſe memini, quòd deciſio D. de Franch. 412. in qua nepotes ex ſorore excluduntur à nepotibus ex fratre, non procedit in filijs ſororis maſculiatæ, quia ipſi videntur vti agnati, quando concurrunt vel fratres, vel fratris deſcendentes.

57 Decimoquartò ex prędictis reſoluitur alia quæſtio, quæ eſt, an poſſit maſculiari fœmina, & introduci ab initio maſculiatio in ſucceſſione tranſuerſalium, & ex dictis etiam in notabilibus, & in tract. de paraglo infra in ſecunda parte concludi poteſt, nullo modo poſſe actualem maſculiationem practicari in ſucceſſione tranſuerſalium: Et ratio eſt, quia, cùm maſculiatio oriatur ex pręlatione, & excluſione cum onere de ſoluendo paragio, & in tranſuerſali linea non debeatur paragium, ergo non poteſt cadere maſculiatio: quòd verò non debeatur in tranſuerſali linea paragium, patet ex dictis in prædicto tractatu, & hic in principio. Et in hoc hodie non datur locus dubitationi, ex rebus, toties per S. Conſ. iudicatis, & quemadmodum excluſio facta, & dotatio ipſius fœminæ in bonis aſcendentium, patris, ſcilicet, & matris, & aliorum aſcendentium, facit, vt iſta ſoror, cùm tractatur de ſucceſſione tranſuerſalium, ipſa non veniat fratris appellatione, per §. in præmiſſis, ſic etiam, vt in prædictis bonis maſculiata veniat fratris appellatione, non poteſt amplius tractari de excludenda, ſed de excluſa iam ſorore quoad ſolutionē paragij, & ſpem maſculiationis, non autem quòad interuentum ipſorum maſculorum, qui ſi non interueniunt, ceſſant omnes excluſiones, & maſculiationes, vt diximus: quare dicebam non ad rem Napodan. introduxiſſe diſtinctionem excluſionis factæ per conſuetudinem in tempore præfinitam, & non præfinitam ſub nu. 26. hac noſtra conſuetudine, dum dixit. *Non est hoc ius conſuetudinarium, ſecundùm quod ſeruatur prærogatiua ſexus, ſed conditionaliter. ſcilicet, ſi infra certum tempus dotetur de paragio.* Hucuſque proceſſit Napodanus, explicando naturam ipſius excluſionis actualis, quæ fit ipſius fœminæ conditionaliter per ipſos maſculos, dum deinde vult Napodan. declarare ipſam excluſionem, ſe inuoluit, inquit enim. *Et hoc tam in linea deſcendenti, vt hic, quàm in linea tranſuerſali ſine limitatione temporis.* Quaſi inter lineam deſcendentem, & transuersalem quòad excluſionem non ſit alia differentia, niſi quia altera ſit cum limitatione temporis: ſic etiam Napodanum ſequitur Anton. de Alexan. in apoſtill. ibidem ſub d. num. 26. quæ incip. nota, quia, dum inquit ex Napoda. quod conſuetudo excludit fœminas non totaliter, ſed conditionaliter in ſucceſſione patris, ſi dotetur intra decimumſextum annum: in collaterali verò ſi fuerit dotata, non tamen apponit tempus: qui in hoc non benè dicunt, quia ipſa dotatio in bonis aſcendentium eſt conditio, quæ facit excludere ipſas fœminas etiam à ſucceſſione tranſuerſalium, & non requiritur alia dotatio, vt proximè diximus, & non eſt dubium, quòd tunc, quia præfinitio temporis ſexdecim annorum eſt de eſſentia ipſius dotationis, & ipſa dotatio operatur excluſionem conditionalem, quòd quemadmodum filia eſt excluſa cum præfinitione temporis, etiam ſoror erit excluſa cum eadem pręfinitione temporis: vnde non benè eſt dictum in collaterali eſſe factam excluſionem ſine præfinitione temporis melius dixiſſet, in collaterali verò excluſio introducta per conſuetudinem, vel maſculiatio debeat exequi, quatenus proceſſit in linea deſcendenti, vel quatenus poteſt procedere, vt dictum eſt: & ſic differt modus excluſionis, quæ fit actualiter in linea deſcendenti ab alia, quæ eſt iam vt facta, & hanc differentiam in ſimili diſpoſitione ponit Paul. de Caſtr. in l. Titio centum. §. Titio. ff. de condit. & demonſtrat. num. 7. & 8. Imol. & Paul. in conſilijs relatis per Alexan. conſi. 13. nu. 10. volum. 3. Et licet Anton. loquatur de dotatione facta ibi, ſi fuerit dotata, dum ex ea dotatione excludit temporis præfinitionem, videtur confiteri ſeparatam dotationem contra terminos conſuetudinis, quia ſi fuerit dotata, intelligitur cum ſuis qualitatibus de bonis aſcendētium infra decimumſextum annum, & ſic aut dotatio non eſt ponenda in conditione, aut cum ſuis qualitatibus, & cum temporis præfinitione, & per hoc malè ſunt dicta verba prolata, tanto fortius etiam, quia in prædicta additione, inquit Anton. eſſe vtilem quæſtionem de præfinitione temporis ad motam conſiderandam, quaſi poſſit conſiderari aliqua mora in linea tranſuerſali, in qua non cadit debitum, ego inde facilè crederem Antonium voluiſſe dari paragium in tranſuerſalibus contra veram opinionem, & ex Napodan. vt poſſit ſaluari eius dicta, non malè colligeretur, eſt tamen opinio contra

tra

tra expreſſam diſpoſitionem consuetudinis, & theoricam prædictam Napod.in bono,& recto ſenſu ſenſit Afflict.in præd. deciſ. 370. nu. 11.dum de maſculiatione loquitur.

56 Decimoquinto quæro,ſi ſoror habuit actionem ad conſequendam virilem, vti maſculus ex maſculiatione legitimè introducta,& eam per lapſum temporis perdiderit,an ſuccedat, vti maſculus in alijs ſucceſſionibus , quæ ex iſta prima ſucceſſione regularentur ,ſi actu hodie exiſteret,& non fuiſſet amiſſa,& Anto. de Alexan.in additio.ad hanc conſuetud. in verſ.quod autem, quæ incip. quid autem ſi habuit,concludit non ſuccedere ſororem,primò ex ſimilitudine argumenti deſumpti ex Napodan.ibidem num.301. vbi Napedan.in verb.habuiſſe,inquit, *Si habere debuiſſet de iure, q͞d eſt ſi habuit actionē ff.de reg.iur.l. qui actionē:habuit ſoror partē ſucceſſionis, ſeu actionem ad partem, niſi per dotationem fuerit excluſa,vt ſupra conſuetud.ſi moriatur*. Ex quibus verbis ibi ,*niſi per dotationem*.deſumit argumentum Anton. de Alexā. quòd,ſcilicet,ſoror maſculiata,ſi poſtea dotetur de paragio,excludatur a ſucceſſione. Sed aduertendum erit ad prædictum argumentum, quod Napodan.non ponit exceptionē formalem ad caſum,de quo ibi loquitur, ſed ad regulam generalem dicendo actionem habere ad partem ſororem illam, quæ non eſt excluſa per dotationem , quaſi dicat, quod excluſa per dotationem , licet per inſtitutionem,vel aliter habeat actionem ad partem, non per hoc veniat fratris appellatione, prout ſupra alias diximus, itaque potius inquit Napodan. quod maſculiatur illa , quæ habet actionem ad partem, ſi non reperiatur antea excluſa per dotationem, quam ſi non reperiatur poſt maſculiationem , excluſa per dotationem , vt ſic exceptio intelligatur ſecundùm habilitatem terminorum,quomodo enim poteſt dari caſus excluſionis per dotationem in filia , quæ iam actiouem ad partem habuit per maſculiationem acquiſitam? excluſio igitur debet præſupponi ad conſtituendam exceptionem maſculiationis,quæ facta ſit antequàm ſoror ad partem actionem conſequatur, quæ maſculiatio ſi præſupponatur facta,non poſſet amplius maſculiata per ſimplicem dotationem excludi, Afflic.deciſ.159. nu.2.vbi in hoc notat differentiam iuris Regni,& conſuetudinis Neapolitanæ.

59 Secundum eſt argumentum, quòd ſolutio, & præſcriptio æquiparantur. l. ſi pupillus.ff. de adminiſtr.tutor.Sed ſi per dotationem, & ſolutionem excluditur,ita etiam per præſcriptionem,additque Antonius rationem huius deciſionis,dicendo , quòd illa qualitas, quod habuerit partem,vel actionem, debet adeſſe tempore delatæ ſucceſſionis , ſicut quando quis excluditur per dotationem, oportet , q̃ illa qualitas dotationis adſit tempore delatæ ſucceſſionis,per ibidem notata , in hoc etiam argumento Antonius implicat eam dotem deberi excluſæ etiam in bonis tranſuerſaliū, cum ad hæc alleget Doctores loquentes ſecūdùm terminos ſtatuti , qui ſunt diuerſi à terminis noſtris, vt ſæpiſſimè dictum eſt , hoc argumentum non ſtringit,quia in textu non requiritur, quòd ad præſens habeat , ſed quod habuerit partem in bonis parētum per amiſſionem ipſius partis non dicitur, nec poteſt dici non habuiſſe,imò contrarium , cùm priuatio præſupponat habitum.l. decem. ff. de verb obligat.præſcribitur igitur contra fœminam,ipſa portio , ergo ante præſcriptionē realiter habuiſſe dicetur portionem, vti maſculus:imò tex.noſter hoc clariſſimè decidit dùm non ſolùm dicit fœminam maſculiatam ſuccedere , ſed inquit , poſſe petere virilem, ergo poterit petere ; ſi eſt poſſibile , poterit etiam non petere. Igitur ſi non petijt, ergo non potuit petere , negatur conſequentia, cum negatio actus non excludat ipſam potētiam, ergo potentia ſola petendi a conſuetudine conſideratur.

60 Ego verò contrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimo , & magis iuri conſuetudinario , ac communi conſonam . Et primò ſciendum eſt ex Napodan.in glo.fin. ad prædictam conſuetud.ſed ſi morienti. num. 304. in verb.ad prædicta.& ex proximè dictis in queſt.13. quod aut intelligimus Antonium loqui de actione , & ſucceſſione ad illam portionem à qua per præſcriptionem eſt excluſa,& benè militabunt omnia dicta de ſolutione,& dotatione,quia verè non debet admitti ad rem,à qua per pręſcriptionem eſt excluſa, & in hoc fatuum eſſet dubitare , eò magis, quia Napodan. non quęrit , niſi de actione, quam fœmina habuit ad portionem virilem in paternis,& maternis ,an operetur maſculiationem in tranſuerſalibus : in qua ſpecie non benè concludunt argumenta,quia eo ipſo , quod ſupponimus inductam eſſe maſculiationem , fœmina non ſolùm actu , & cum effectu habet vti maſculus portionem in bonis,in quibus efficitur maſculiatio, ſed etiam in potentia fit habilis ad ſuccedendum inſimul cum fratribus alijs tranſuerſalibus , & venit fratris appellatione continenda; dum igitur iſta ſoror poſt maſculiaiionem inductam per pręſcriptionem excluditur, diſtinguas, quòd, ſi præſcriptio tenderet ad tol-

lendam maſculiationem, vt quia tanto tempore habita fuit iſta pro non maſculiata, & pro dotata, & tunc quia præſcriptio non tollit actionem ad portionem; ſed ipſam maſculiationem, in hoc crederem, quòd benè diceret ipſe Dominus Antonius: itaque ſi habere debuiſſet portionem, & præſcriptio ipſam excludit ab illa portione, remanente maſculiatione, vt quia remanet maſculiata excluſa per pręſcriptionem ab illa portione, pręſcriptio contra vnam ſucceſſionem non tollit ſucceſſionem nondum delatam, quia quemadmodum ſucceſſio nondum delata non poteſt expreſsè acquiri, vel repudiari, ſic nec tacitè per præſcriptionem. l. is poteſt. ff. de acquir. hęred. & probatur manifeſta ſimilitudine, in maſculo poſita: ſi enim frater excluderetur a portione, & ab eius petitione in bonis patris, vel matris, nō per hoc cēſeretur excluſus ab aliorum ſucceſſione, item differt præſcriptio ab ipſa maſculiatione; nam quando filia ſit ſimilis maſculo, pręſcribit ipſa contra fratrem, & habet actionem contra fratres ad petendam portionem: Si igitur ſtetit per triginta annos, & non petijt portionem, & paſſa eſt præſcribi per fratres poſſidentes, nō per hoc erit ipſa excluſa a maſculiatione, licet ſit excluſa a portione, vti maſculus: quid enim, ſi ipſa fęmina poſtquā interpellaret fratres, & eſſet introducta ipſa maſculiatio, & ſic ſucceſſio acquiſita ipſo iure, facta interpellatione, & conſtitutis in mora ſucceſſoribus, prout dicit de Pont. conſi. 50. num. 5. recedat ab ipſa petitione portionis, & contentetur, vel retrocedat actionem ad virilem, vel ipſam ad alium aliquo modo transferat? Sufficit enim ad hoc, vt poſſit ſuccedere tranſuerſalibus, vt habuerit actionem ad virilem, licet illam ad alium tranſtulerit, vel alio modo amiſerit; in hoc enim præſcriptio eſt ſpecies alienationis. l. apud Iulianum, in fi. ff. de contrahen. empt. l. Cęlſus, & l. lege. ff. de verbor. ſignif. & dicit Iſern. in tit. quæ ſint regal. in verb. flumina, num. 4. vbi negatiuè valet argumentum, quòd non poteſt fieri per præſcriptionem, nec per alienationem, vt ibidem.

61 † Sed quæro, quonam modo ſeparari poſſit maſculiatio ab ipſa ſucceſſione pro virili, ſi ipſa ſucceſſio pro virili eſt ipſa maſculiatio? Diſtinguas, quòd aut iſta fœmina petijt maſculiari, & fuit declarata maſculiata, & deinde ſtetit per triginta annos, & non petijt condemnari fratres ad relaxandum portionem, ita vt potuerit procedere præſcriptio, procedent dicta per nos, vt remaneant cæteri effectus maſculiationis; aut fœmina ſtetit per tantum tempus ad petendum ſe maſculiatam declarari, ita vt potius ſit præſcripta maſculiatio, & hoc caſu benè dicit Anton. intelligas, quando iſta non declarauerit ſe velle maſculiari; quia, quando ipſa id declarauit, non requiritur alia actio ad declarandam maſculiationem cum ipſo iure cōſuetudo ſuū operetur effectum, vt dixi ex mente de Pont. cōſ. 50. num. 5. & petitio potius operatur portionis petitionem, & declarationem, maſculiationem eſſe factam; quæ declaratio poteſt fieri incidenter in petitione portionis virilis ſuper bonis paternis, & maternis, & hęc eſt vna actio, cùm deinde ſuccedit, quòd deferatur alia ſucceſſio in tranſuerſalibus poteſt petere ſe declarari maſculiatam, & ſuccedere poſſe cum fratribus, alteri fratri, vti maſculū, & licet præscriptio ipsā excluserit à portione: non potuit ipsam excludere à masculiatione, quæ per consuetudinem ipso iure introducitur. argum. l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ. & probantur prædicta per D. de Franch. decis. 412. num. 3. vbi apparet, quòd ad hoc, vt soror poſſit dici masculiata, & ipſa, & eius filij vocari poſſint cum masculis in ſucceſſione collaterali, eſt neceſſe, quòd probetur interpellatio facta, quòd fratres maritent ipſam ſororem, & ipſi diſtulerint vſque ad annos ſexdecim ætatis, quòd tunc licet nō appareat, quòd ſoror illa fuerit admiſſa ad virilem in bonis aſcendentium, tamen poteſt tractari de ipſius maſculiatione quòad ſucceſſionem tranſuersalium, vt ibidem dicitur, & ſic quemadmodum, ſi non apparet, quòd habuerit dotem, non per hoc eſt masculiata, vt ibi; ita ſi non apparet, quòd habuerit portionem, non per hoc ceſſabit masculiatio, cùm ſuffeciſſet ad obtinendum in prædicta deciſione filijs, ex ſorore, ſi apparuiſſet interpellatio, & alia, quæ introducere potuiſſent maſculiationem in linea deſcendenti, licet non appareat, quòd verè habuerit portionem, & hic eſt caſus noſter, & ſic etiam probatur ex Afflict. in præd. decis. 370. in qua verè fuit diſcuſſa maſculiatio pro ſucceſſione tranſuersalium, ſi rectè perpendatur illa deciſio.

62 Decimoſextò quæro, an masculiatio habeat tractum retro, ita vt etiā tempore, quo fuit excluſa à ſucceſſione aſcendentium, quando fratres patiantur illam maſculiari videatur, vti masculus extitiſſe, & Capyc. in addition. ad conſuetud. hanc, ſub num. 27. quæ incip. iddem tenet. ex autoritatibus Napoda. quas ibi refert, tenere videtur, quòd reſpectu ipſius patris, & validitatis teſtamenti, non reputabitur iſta quaſi maſculus, vt proinde ſit declarandum teſtamentum nullum, ea ratio-

ne,

ne,quia ipſa non fuerit hęres in eo inſtituta,
cum ſufficiat, inſpecto tempore teſtamenti,
quòd pater ipſam non teneatur hæredem in-
ſtituere,ſic tenet Napodan. hic num. 27. in
verb.& tenentur in princ.& num.84. verſic.
ſuccedunt,& in ſpecie num.86.& cùm maſcu
liatio ipſius filiæ debeat oriri ex contumacia,
& interpellatione facienda ipſis fratribus,&
ſucceſſoribus,nec debeat paternum teſtamen-
tum periclitari ex ijs, quæ poſt mortem pa-
tris,& facta iam aditione hæreditatis,& non
ante,poſſunt accidere, & ſic ad faciendam
iſtam retrotractionem deficit habilitas; ex-
tremorum.l.bonorum.ff.rem rat. haber.cùm
illo tempore,quo,ſcilicet,moritur pater,non
poſſit, niſi vti excluſa admitti, ac introdu-
cta maſculiatione, non poſſit cenſeri recta
via vocata ipſa fœmina,cùm habeat actionem
contra fratres ad auocandam portionem vi-
rilem,vt ſupra diximus, & dicit Napoda.hic
num.92.& pater pateretur pœnam delicti ip-
ſius ſucceſſoris non adimplentis, ita pluribus
in ſpecie in proprijs terminis noſtris decidit
Napodan.d.verb.ſuccedunt num.84. hic per
totam glo.& dicit de Franch. aliam quæſtio-
nem decidendo in deciſ.46.num.3.in fin.ma-
ſculiationem non præiudicare ipſi patri, &
63 ex his colligas non bene dici ſimpliciter per
Minad. in conſtit. in aliquibus, in 2.notab.
num.60.dum dicit ſuitatem fœminæ eſſe
in pendenti,& fratre non dotante,vel admit-
tente ad ſucceſſionem, declarari filiam retro
ſuam,& ſuccedere,vt ſuam, loquendo de va-
64 liditate,vel inualiditate teſtamenti. † Sed,vt
vniuerſa materia iſtius retrotractionis intel-
ligatur,regulam conſtituas indubitatam de
iure,quòd retrotractio non fit,nec eſt facien-
da in tertij præiudicium in c. ratihabitionē,
de reg.iur. in 6.& ibi additio ad dyn.tertium
intelligo omnem perſonam, quæ in ipſa ma-
ſculiatione non delinquit, vt quia ipſe non
fuit interpellatus,vel interpellatus adimple-
uerit, vel quia habuit aduerſus maſculiatio-
nem reſtitutionem in integrum, vel non ſit
hæres,vel ſucceſſor illius,qui delinquit, quia
tunc præiudicabit ipſius ſucceſſori, vt de hæ-
reditate,vel act.vendit. C. in l.2. quia rema-
net ſemper obligatus ipſe venditor hæredita-
tis ipſi ſorori,ſeruata forma conſuetudinis,in
præiudicium verò illorum, contra quos fuit
introducta maſculiatio,iſta maſculiatio eſt,ac
ſi ab initio etiam tempore mortis patris fuiſ-
ſet introducta,etiam reſpectu fructuum ipſius
portionis, quia poterit iſta fœmina petere
illos à die mortis patris:nam licet ipſa non
ſit creditrix, niſi pro paragio, & fructibus
ipſius, vt dicetur infra in ſecunda part.dum
de fructibus paragij agemus; quando eſt
factus caſus maſculiationis, petet integram
portionem, quæ portio augetur ex fructibus,
prout de hæreditate dicitur. l. item veniunt.
§.fructus.ff.de petit. hæredit. quam actionem
ſoror habet, vt ſupra dixi, contra fratrem:
itaq; ſi fingamus, pendente ipſa maſculiatio-
ne,& infra tempus ſexdecim annorum,vel in-
fra tempus mortis parentum, & ipſam inter-
pellationem, & maſculiationem, fuiſſe factū
caſum variarum ſucceſſionum,etiam viuente
patre, ita vt fuerit mortuus auus maternus;
item alius tranſuerſalis veluti frater, vel ſo-
ror: item mater quando ſuccedere id poteſt,
& factus ſit caſus,in quo iſta fœmina ex diſpo-
ſitione conſuetudinis noſtræ fuerit excluſa
à ſucceſſione plurium parentum ab ipſius ma-
ſculis, item ex diſpoſitione §.ſed ſi morienti,
à ſucceſſione tranſuerſalium, ex quo habet
fratres,qui illam debebant maritare,& dota-
re de bonis maternis, & paternis, vt in d.§.
ſed ſi morienti. Item ex diſpoſitione cōſuet.
ſi qua mulier, in quibus, vt iam ſæpe dixi,
ſemper excluditur ſoror, quæ non fuit mari-
tata cum conditione, quòd fratres ipſam ha-
beant maritare de bonis aſcendentium, vt
iam diximus,& iſta fœmina deinde maſculie-
tur: erit tunc iſta maſculiata,ac ſi à principio
maſculiata fuiſſet tempore,quo fuerunt dela-
tæ omnes præteritæ ſucceſſiones omnium
aſcendentium, & tranſuerſalium, & ſic pe-
titionem hęreditatis iſta habebit tam tranſ-
uerſalium,quam parentum, & in ſumma pro
damno, & intereſſe illorū,qui ſunt contuma-
ces maſculiationis sēper vti maſculus iſta tra
ctāda,& habenda erit,& retrotrahetur in ip-
ſorū præiudiciū maſculiatio,quia data eſt iſta
portio à conſuetudine ipſis maſculis ob cau-
ſam,& cum conditione de dotando,vel mari-
tando: qua cauſa, & conditione non adim-
pleta ab ipſis,condictione ex hac conſuetudi-
ne reuocatur Napodan.hic num.92 hæc pro-
cedunt in ſucceſſionibus delatis ante maſcu-
liationem: quæ ſiue ſint aſcendentium, ſiue
tranſuerſalium,vnicum delictum omnes ſuc-
ceſſiones comprehendit aſcendentium, quia
per illam debet dotari, & ſic eſt propria ob-
ligatio; tranſuerſalium, quia conditio
prædictæ dotationis in bonis aſcendentium
non fuerit adimpleta infra ſextumdecimum
annum ætatis,concurrentibus alijs circunſtā-
tijs;in alijs ſucceſſionibus, quæ poſt maſcu-
liationem deferuntur,erit ſeruandus ordo, de
quo diximus in 13.quæſt. per tot. & faciunt
ad deciſionem iſtius quæſtionis, & ad omnia
hic dicta, ea quæ dicuntur per Napodan. in
glo.fin.conſuet.quod autem, in verb. ad præ-
dicta,

Digitized by Google

dicta, ſub num. 304. ibi, parentibus, & alijs, quibus eius fratres ſuccedant ad dicta in prædicta q. 13. vbi videas.

65 Decimoſeptimo quæro, an, ſi facta interpellatione poſt nubilem ætatem, ita vt potuerit filia, vel ſoror nuptui tradi, & mora contracta fuerit per fratrem, ac deinde dum prætereunt anni quindecim, & ſexdecim in illis temporibus habuerint ipſi hæredes iuſtam excuſationem, an iſta excuſatio proſit contra moram contractam ante annos quindecim, & ſexdecim poſt ætatem nubilem, & ex hic dictis per Napodan. num. 47. videtur poſſe decidi quæſtio contra fratres, & ex dictis per D. de Franch. præd. deciſ. 412. & Afflict. 370. Sufficit enim ipſi ſorori, quòd ita interpellauerit fratres, vt conſtituerit eos in mora, ſemel mora contracta, non purgatur ex ijs, quę poſtea accidunt, vt in d. l. mora. ff. de vſur. debet enim ipſi imputari, qui ſe nimiū arctauit per ea, quæ dixit Alex. in l. cum ſtipulatus. ff. de verb. oblig. & Paul. Caſtr. conſi. 167. propoſitis Maran. in l. is poteſt. num. 233. Facit etiam, quia poſt moram contractā, licet caſus ſuccedat, alias excuſabilis, quando ipſa præcedit, non excuſat, prout in debitore in ſimili dicitur argum. §. item is, quib. mod. re contra. oblig. in l. contractus. ff. de regul. iur. per DD. & melius in l. in Aſia. §. fin. ff depoſit. Itaque pro ijs, quæ accidere poſſunt ſemper bene eſſe conſultum ſororibus crederem, ſi poſt ętatem nubilem fratres ipſos interpellauerint, vt ipſas nuptui tradant.

66 Decimooctauò quæro, conſuetudo imponit onus dotandi ipſis ſucceſſoribus, fœminas ſcilicet, ſorores, vel amitas, ſi ex dictis ſupra in combinationibus poſſunt neptes ex filia excludi ab ipſo auunculo, quia fuit frater ipſius matris, quare non poſuit etiam onus dotandi cum maſculiatione in beneficium ipſius neptis ex filia. Ad huius ſolutionem ſcias duplex eſſe ius, alterum excluſiuum fœminarum repoſitum iu ipſis maſculis, quod ius, habet in ſe onus dotationis cum pœna maſculiationis, vt diximus; hoc onus dotationis cum pœna iſta maſculiationis; ſi impleatur ab ipſo fratre, & filijs primi gradus, non eſt amplius tractandum de aliquo onere, ſic etiam, ſi implemento non facto, fuerit cum ipſo maſculo introducta maſculiatio, tunc nec erit amplius quærendum de ipſius mulieris filijs, cùm ſuccedant ad matris portionem: & hoc eſt, quod dixit ſupra Napodan. hic num. 112. & colligitur ex contex. ipſius cōſuetudinis; quia poſtquàm ipſa conſuetudo declarauit primū aphoriſmum de excluſione fœminarum per ſucceſſionem filiorum, nepotum, & pronepotum, neptum, & proneptum in ſtirpes, & deinde dixit iddem iuris eſſe in nepotibus, neptibus, pronepotibus, proneptibus non extantibus parentibus eorum ſubdit in §. fin. quòd omnia, quæ dicta ſunt de nepotibus, neptibus, pronepotibus, &c. intelligenda ſint de deſcendentibus ex maſculis: ergo deſcendentes ex maſculis ex verbis expreſſis ipſius conſuetudinis ſuccedunt in iure excludendi: de deſcendentibus ex fœminis, conſuetudo noluit habere rationem, quia de illis noluit tractare: ergo concluditur, quòd per conſuetudines primi gradus fœminæ ſunt excluſæ à ſucceſſione per earum fratres, & eorum deſcendentes in infinitum, quia illarum dotatio, & matrimonium conſideratur; de ipſarū filijs nihil ad conſuetudinem, quia eo ipſo, quod filios faciunt, & babent deſcendentes, non remanent termini habiles introducendi ipſam maſculiationem, cum iam nuptæ, at ſi non ſit introducta, non eſt tractandū, niſi de ſucceſſione iuris ipſi fęminæ ſpectantis ad ipſius filios transferenda virtute ſucceſſionis, prout optime dicit Napod. loc. cit. num. 112. verſ. ſi verò fuiſſet minor, quòd, ſcilicet ſuccedant eius filij in locum matris, ſcilicet, in paragio, quod eorum mater petere potuiſſet, nec erit tractandum de dotatione infra, vel extra tēpus, cùm non potuerit accidere caſus ipſius conſuetudinis, ex quo fuit nupta ante ſexdecim annos, & ſic extincta ſpe maſculiationis, & conſuetudo diſpoſuit contra moroſos: quando verò ipſa neptis habet maſculum conſanguineum, tunc cum illo, vti conſangnineo erit agendum de maſculiatione, & ratio eſt, quia, vbi non eſt excluſio; non datur maſculiatio, ſi neptis ex filia eſt ſola, ipſa ſuccedit ad ius ipſius matris in infinitum de iure communi, cùm non habeat quem ipſam excludat ab illo iure ſibi tangente ex perſona matris, cùm autem cum ea adeſt conſanguineus, tunc ipſa non ſuccedet in eo iure. ſed excludetur ab ipſius fratre cum onere dotandi, vt diximus ex primo aphoriſmo huius cōſuetudinis, & ſic redimus, vt ſemper diximus, ad principium huius conſuetudinis, & prædicta ſunt in ratione, quare conſuetudo non poſuit onus dotandi, niſi ſorores, vel amitas, & non dixit aliàs, prout etiam dixit conſtit. Regn. in aliquibus. §. ſinantem. Tranſmiſit igitur ius excluſiuum ad deſcendentes ex maſculis, quia poterat tale ius de vna perſona ad aliam tranſire, & ſic etiam de hæreditate, ad ius autem repoſitum in perſona fœminarum, aut viuit eorum mater, & non poteſt tractari de eius filijs, aut non viuit, & non poteſt tractari de ipſius matrimonio; quatenus

nus verò ipſe ſucceſſor eſſet filia, ab eius fratribus, erit conſuetudo obſeruanda, & cùm habet ipsa mulier filios ſtatim per maſculos, & ipſius deſcendentes ſeruatur conſuetudo in deſceneentibus ex maſculis, prout in ſimili prærogatiua ætatis, & ſexus inter ipſos deſcendentes declarauit Napod. ad intellectum conſtit. vt de ſucceſſionibus, in vltima glo. hic num. 120. verſ. dicta autem conſtitutio. Et ad prædicta facit doctrina Iſern. quam ponderauimus infra in par. 2. §. 6. nu. 6. in fin. Et ſic vides quàm optimè iſtæ noſtræ conſuetudines ſint diſpoſitæ, vt nihil in ipſis mancum, nihil ſuperfluum inueniatur. Et ex prædictis ſatis patet de vanitate opinionis poſitæ per Reuer. Molfeſium par. 4. q. 10. dum voluit ex Nauclerio, quod ſi frater maritat ſororem ante 16 annum cenſeatur admiſſa ſoror ad portionem nondum interpellatione facta, ac pronunciato ſuper maſculiatione contra ea, quæ diximus ſupra de interpellatione q. 3. & ea, quæ in ſequēti quæſt. dicemus, vbi ſoror, quæ reperitur nupta, ſi non conſtet de maſculiatione, nihil aliud quam paragium poteſt prętendere, vel legitimam, vnde caueas in tali pelago cum iſto ſolo Nauclero nauigare, ni naufragare velis.

67 Decimononò quæro, an promiſſio, & obligatio, ſolemniter facta, per fratrem de paragio ſorori, cauſetur ipſius excluſionem à parentis ſucceſſione, ita vt non poſſit amplius ad maſculiationem aſpirare, & Napodan. hic mouet quæſtionem. num. 59. & remittit ſe ad dicta per Andr. in tit. de nat. ſucceſſ. feud. in vlt. addit. in princ. nu. 15. verſ. Videtur, quòd promiſſio, vbi pluribus tractat hanc quæſtionem, & finaliter videtur concludere contra ſororem, prout dicit Affl. deciſ. 61. num. 2. & idem Andr. in verb. coniugatæ, & dotatæ in conſtit. vt de ſucceſſionib. ibi intelligendū eſt, quando dos data fuit, vel promiſſa mulieri, & ſecundùm hanc opinionem etiam locutus eſt Dec. conſ. 261. vbi oblatio dotis cauſat excluſionem fœminæ, ſecundùm ſtatutum ibi enūciatum. Sed tamen aduertendum eſt extra noſtram quęſtionam, imò extra dubitationē eſſe, quando termini cōſuetudinis noſtrę rectè cōſiderantur, quia ibi And. loquitur inſpecta diſpoſit. conſtit. vt de ſucceſſionib. quę dixit dotatas, & maritatas excludi, ita vt etiam maritatæ, nō dotatæ non cenſeātur excluſæ, prout Iſern. dicit loc. cit. imò etiā ſi dotem vellet ei frater dare, & ipſa renuat eam accipere, quia vult expectare ſucceſſionem, nec erit per hoc excluſa, vt ibid. p Iſer. & præcipuè in fi. pręd. addit. & dicit, & probat de Pont. conſ. 10 nu. 12. cum ſeq. & præcipuè nu. 15. vol. 1. Et ſic dum maritatas & dototas excludit, benè procedit quæſtio ibi poſita per Iſer. de promiſſa dote, & non ſoluta, & de hac re attēta forma ſtatuti, plura etiam dicit modern. Theſaur. q. for. lib. 1. q. 42. & diximus nos ſupra in §. 3. hę difficultates non militant de iure cōſuet. quia dum eſt maritata etiam ſine dote ante interpellationem non poteſt amplius, quàm paragium, prætendere, prout ſupra diximus, & dicit Napod. nu. 112. ibi, ſi verò fuiſſet minor 16. annis indotata nupta, tunc eius filij non ſuccedunt, niſi in paragio, & ſi non eſt maſculus, qui concurrat, ſuccedit etiam dotata, & nupta, vt ſupra diximus, & dicit Apoſtill. hic ſub nu. 303. quæ incip. circa iſtam glos. incerti Autoris, poterit tunc benè argui a maiori, quia ſi ibi, vbi reperitur, quod ſit dotata promiſſio dotis, excludit ipſam ſororem, tantò fortius vbi matrimonium ſolum ipſam excluderet, quando non præceſſit interpellatio, & alia inducentia maſculiationem: ſi verò intelligamus loqui Napod. de promiſſione facta ipſi ſorori, & non nuptę, & tunc quia non præſumitur, quòd maritus eam recipiat ſine dote, vt dicit Iſer. loc. cit. l. purè. §. fi. ff. de dol. except. ſi eam fratres interpellati non dotauerint, non dubito eos poſſe in maſculiationem incidere, & moræ pœnam pati, eſt verum, quòd, ſi vir contrahat cum illa promiſſione dotis matrimonium, ipſa fœmina, vt dixi excludetur à maſculiatione: quando verò vir vellet contrahere cum promiſſione, & vellet dotem ipſam, aliàs non velit contrahere, tunc donec nō contrahatur, erit ſemper in ſpe ipſa filia ipſius maſculiationis, ſi prætereant anni ſexdecim poſt interpellationem, & per hoc omnia, quæ dicuntur de promiſſione, oblatione, & ſimilibus, quòd habeantur pro ſolutione, prout dicit Iſer. loc. cit. verſ. ſed nonne, qui paratus eſt ſoluere, intelliguntur, prout ibi dicit Iſer. quando ſoror velit, & contenta extitit tali promiſſione, ita vt fuerit matrimonium ſubſecutum, aliàs, vt dixi, ſemper fœmina poterit maſculiari, niſi realis oblatio ipſarum dotium proceſſerit, vel ſolutio. l. ſi quis mandato Titij, cum glo. ff. de neg. geſt. l. procuratorem. §. ſi quis mandauerit. ff. mandat. ita vt ſorori poſſit dici, ex dictis per Iſer. loco cit. ſatisfactum de ſuis dotibus; cùm hic ſimus in contractibus, & non in vltimis voluntatibus, & per hoc videtur, quòd requiretur obſignatio, & depoſitio ipſius debiti, ad hoc vt cenſeatur impleta ex parte ſucceſſorum ipſa conditio. l. cui fundus. ff. de cond. & demonſt. Bar. in l. acceptam. nu. 3. q. 2. & ibi Bal. nu. 15. q. 5. C. de vſur. Barboſ. rub. ſolut. matrim. par. 1. num. 41. & 42. Sed cùm in die votorum ple-

runque

rũque dotes nõ ſoluantur, ſed promittãtur, vt dicit Iſer.loc.cit. verſ. videtur, quòd promiſsio,in fin.illius ibi, ſed in die votorum. ſi fratres promittant dotem ſoluere ſtatim,ducta vxore in domum viri, ita vt melior promiſsio non poſsit fieri; facto matrimonio, nõ quæritur amplius, nec poteſt queri de maſculiatione: at non contracto adhuc matrimonio non eſt mora, ergo iſta quæſtio in conſuetudine non eſt practicabilis quocunq;
68 te vertas. † Et ex prædictis ſoluitur etiam alia quæſtio, quam potius ſecundùm conſtitutionem prædictã videtur mouere Napod. hic nu.61.verſ.item quæro,prout deinde fuit per Carolum Tertiũ prouiſum in cap. emergentium, poſtquam iuxta terminos noſtræ cõſuetudinis non eſſet in ea quæſtione aliqua
69 dubitatio per prædicta. † Item ex prædictis concordantur opiniones, quas cõtrarias putat Cannet.in repet.c.ſi aliquem.fol.320. inter Iſern.loc.cit.& Bald. in l. fin. col. 3. verſ. item faciũt,C.de pact.& in l.pactũ iuro queſt. C.de collat. in ea quæſt. an ſoror cogatur recipere dotem ſi frater illam vellet dotare, nam Bal. loquitur reſpectu obligationis de dotando,ex qua orltur iſta maſculiatio in terminis noſtræ conſuetudinis; nam Iſer. loquitur de dotatione tanquam cauſante excluſionem ſororis,iuxta terminos conſtit.vt de ſucceſſionibus,vt dicemus in tract. de parag. vbi eſt locus ſuus.§.2.nu.10.

70 Vigeſimò quæro, conſuetudo dicit fœminas maſculiari,quando eas fratres, vel ſucceſſores differunt maritare vſque ad decimum ſextum annum completum: quid ſi ætas ſexdecim annorum aduenerit in vita patris,quomodo erit inducenda maſculiatio an per interpellationem ſimplicem abſque temporis decurſu? Et videtur iſte caſus decidendus ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, in ſimili æmanatam in l. 2. §. ad filiorum. C. quand.& quib.quar.pars.lib.10.vbi Bart.& Io.de Plat.dicunt eſſe ſingulare, quòd conditio, vel modus nubendi poſt mortem patris in adulta debeat impleri per ſpacium triẽnij; nec enim rationabiliter debet admitti rigoroſa petitio contra fratres,& hæredes, vt ſtatim poſsint in mora conſtitui, argum. tex. in l.quod dicimus.ff.de ſolut. Faciunt ad prædicta ea,quæ not.Gratian.diſcept.for. cap.137. num.9.per prædicta, quæ ſi eſſent vera, eſſet Napod.intelligendus hic num. 49. vt non excludatur iuris diſpoſitio prædicta de triennio,vbi dicit,quòd, quando tempore mortis patris iam filia haber ætatem 16. annorum completam,teneantur primùm cùm poterũt ipſam nuptui tradere,per tex.in l.in omnibus ff.de reg.iur. vbi, quando non eſt appoſitus dies præſenti die debetur,& ſequitur Piſanel. hic in apoſtill.quæ incip.not.quòd, ſi tempore. Nam diſpoſitio illius tex. limitatur per Decium ibi ex natura rei,quæ debetur,vt nu. 2.cum ſeq. Secundò quia,licet debeatur, non tamen ſtatim poteſt peti, vt ibid.n.6.ſed cum aliquo temperamento temporis: quod ſpatium cùm in iure ſit deciſum, vt ſupra,illi debemus ſtare,& dum Napod.inquit,quàmprimùm poterit,vt per tex. in l.hæc conditio ſi in Capitolium. ff.de condit. & demonſtr. ex Gratian.ſubintelligendũ etiã triennium,vt in præd.c.137.n. 13. Sed pdicta diſpoſitio nõ eſt trahenda ad interpretationem conſuet.noſtræ cum ſit prouiſio ſpecialis circa præfinitionẽ huiuſmodi triennij quòad iſtam cõditionem implendam: quæ ſpecialitates nõ ſunt multiplicãdæ: quare nõ habere locũ in alijs diſpoſitionibus,quã in legatis, declarat iddẽ Gratian.in c.254,nu.18.diſcep.for.& Gabr. conſ. 131.num.16.lib. 1. Eſt verum, quod non per hoc erunt ſtatim vrgendi fratres,ſed dandum erit illis aliquod ſpatium temporis.l.1. §. itẽ ſi ita.ff.ad leg Falcid.& l.ratum.ff.de ſolut.& d.l.quod dicimus,& de verb.oblig.l. ſi ita ſtipulatus,ita Iſern.in conſtit. in aliquibus, in verb.quintumdecimum,verſ.quid ſi dicat,& dicit hoc tempus eſſe arbitrio Iudicis ſtatuẽdum,cùm non ſit expreſſum: cautius ergo dicit eſſe,vt Iudex ſtatuat ei tempus decem dierum,vt ibi,quæ doctrina ſtante lapſu temporis,videtur decidere caſum noſtrum.

Finis Primæ Partis Repetitionis.

Digitized by Google

LAELII CAPVTI
AD CONSVET. PRIMAM.
Repetitionis, De ſucceſſ. ab inteſtat.
PARS SECVNDA.
DE PARAGIO.

Repetitio. Par. 2. §. 1.

1 *Paragium in quo differat à dote, & an ſit ipſa dos,*
2 *Glo. Marini in cõſtit. in aliquibus, in verb. nepotes, notatur circa explicationem paragij.*
3 *Aſſictus in conſtit. fratribus. nu. 10. verſ. quid de quæſtione ſimiliter in eadem paragij explicatione notatur.*

Diſtinguitur tractatus, ac de nomine Paragij agitur.

Onſequens eſt, vt poſt explicatam diſpoſitionem conſuetudinis, de paragio tractemus, qa vniuerſa conſuetudinis iſtius diſpoſitio, maximè circa paragium verſatur. Vt igitur ordinatè ꝓcedamus de infraſcriptis capitibus tractare decreuimus, & ſub vnoquoque capite aptas quæſtiones apponere, vt ſic vniuerſa paragij materia facilius pertractetur. Et Primò vidĕdũ de ipſius nomine. Secundò, quid ſit. Tertiò, quotuplex ſit. Quartò, q̃bus perſonis debeatur, & à quibus debeatur. Quintò, de quibus bonis debeatur. Sextò, de ipſius liquidatione, & quantitate. Septimò, de actionibus ad illud conſequendum. Octauò de illius collatione. Nonò de ipſius paragij ſatisfactione, quæ diuiſa eſt in quatuor partes: prima, quæ erit per imputationem, & tractabimus in 9. & 10. §. ſecunda, quæ per compenſationem, quæ tractabitur in 11. §. Tertia. per ſupplementum, quod tractabitur in 12. §. Quarta, per veram, quæ tractabitur in 13. §.

1 AD Primum Paragium non eſt dos, ſed modus conſtituendæ dotis, inquit Napod. in hac noſtra conſuet. ſi moriatur, in verb. paragium, ſub num. 4. Modus igitur conſiderandi requiſita & circumſtantias, quę dotem parem matrimonio conſtituant, paragium nominatur: nã cùm viro indigno mulierem nubere nefas ſit, & per hoc ſupponatur hincinde paritas perſonarum, matrimonium contrahentium, ex quo dos propter onera matrimonij datur. l. 1. vbi DD. ff. ſolut. matrim. Ideo par dos vtrique, & adæquata ad tale matrimonium ſubſtinendum dicitur illa, quæ ſecundùm prædictum modum, ſcilicet, ſecundùm paragium eſt conſtituta: & melius Iſern. in conſtit. in aliquibus, col. fin. verſ. vnde ſi inhoneſtè. ibi, & hoc indicat hoc verbum paragij. Et quòd ſit modus, & non ſit dos, patet in conſtitu. in aliquibus: Vbi dicitur pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum. Secundum paragium, & facultates, & in hac conſuetudine, ibi, Secundùm paragium, & facultates, & in §. eas autem, hac eadem conſuet. Et ſic modum appellauit Cælſus in l. quæro. ff. de iur. dot. cum alijs relatis à Napodan. d. num. 50. vnde etiam inquit Iſern. in d. conſtit. in aliquibus, col. 7. verſ. hoc denotat nomen paragij, ſcilicet in quantum eſt dari conueniens, inſpecta facultate, & in d. conſtit. col. fin. verſ. vnde ſi inhoneſtè, ibi, attenditur ergo modus facultatum, numerus filiorum, dignitas, ac conditio parilitatis in viro, & vxore, & hoc indicat hoc verbum paragij, & ſequitur Petr. de Gregor. in ſuo tract. q. 1. verſ. 1.

Itaque, licet verè aliud ſit paragium, aliud dos, ſecundùm paragium: multoties dos, ſecũdùm paragium conſtitura, à noſtris paragium appellatur, & in hoc nõ faciemus inferius differentiam nominis quæſtione pertinacibus relicta.

2 Ex his infertur, quòd malè tam de re, quàm de nomine ſenſerit Glo. in conſtit. in aliquibus, in verb. nepotes, vbi paragium dicit, ex quo tenetur ſucceſſor nepos tantum dare ſorori, quantum ſibi retinet ex ſucceſſione: quam opinionem, licet non apertè, improbat tamen Napodan. in prædicta conſuet, nu. 51. Paragium enim non denotat bona, ſed perſonarũ qualitatem, iuxta quam bona ſunt concedenda: vnde dixit Napodan. loco cit. num. 50. ibi, & ſic paragium videtur circa perſonas, facultates verò circa bona: nec enim quãdo, vt Marinus intelligit paragium, intelligeretur, oportebat tot verba dicere ipſam conſtitutionem, ſi ſolùm virilem concedendo fœminis pro dote, omnia dixiſſet, & tunc nec modus, nec alia circunſtantia in conſiderationem deduci potuiſſet ad illius conſtitutionẽ, quemadmodum in l. 2. in Longobar. de eo, quod pater filijs, dicitur, vbi quarta determinatur filiæ relinquenda, & in hoc corrigitur tam à conſtitutione, quàm à conſuetudine noſtra, illa lex, prout dicetur infra in 6. articulo de illius liquidatione, & quantitate, vbi patebit, quantum prædictæ Marini opinioni ſit deferendum.

3 Similem paragij interpretationem ex opinione Caroli de Tocc. fecit Afflic. in conſtit. fratribus. num. 10. verſ. quid de quæſtione, dũ vocat paragium tantum, quantum alia ſoror habuit, & malè. prout ipſam etiam reprehendit Bartholom. de Capua in prædicta conſtit. in aliquibus, in finalib. verb. & de ea miratur Afflic. ibid. nu. 71. in final. verb. Loffred. conſ. 26. Cannet. in c. ſi aliquem. De Pont. conſ. 74. nu. 6. vol. 1. Gratian. diſcept. foren. cap. 231. nu. 27. Qui, relatis Afflicto, Vrſill. & Alciato, prædictam paragij definitionem improbat, & de nomine hactenus.

Repetitionis par. 2. §. 2.

1 Paragij definitio ſecundum Iſern. datur, & improbatur.

2 Paragij definitio ſecundum intentionem autoris.

3 Paragium quare ſit quantitas proportionalis explicatur.

4 Paragij certa, & determinata quantitas per conſuetudinem induci non poteſt.

5 Paragium quare dicatur quantitas.

6 Paragium quare fœmina excluſa deberi dicatur in diffinitione.

7 Paragium de bonis deberi non de hæreditate.

8 Paragium excluſis tam per ſexum, quã per ætatem deberi.

9 Paragium ex diſpoſitione conſtitutionis quando debeatur, & quibus.

10 Soror quomodo excludatur per paragium, & quomodo per dotationem a conſtitutione Regni vt de ſucceſſionib.

11 Sororem excludi aliud eſt dicere, ac ſororẽ eſſe iam excluſam de prima in aſcendentium, de ſecunda in tranſuerſalium ſucceſſione.

12 Fœmina non per paragium, ſed per ſexum verò excluditur.

13 Filia poteſt exhæredari à paragio per cauſas ingratitudinis, ac alimentis. num. 15. & num. 20.

14 Filia ex ijſdem cauſis, quibus poteſt exhæredari poteſt dote priuari.

16 Filius a patre an poſſit in vita militia exhæredari, & contra quos ingratitudo ſit notabilis, an etiam contra primogenitum. num. 17.

18 Soror ingrata patri priuari poteſt paragio, non autem ingrata fratri.

19 Paragium, & vita militia æquiparantur, & è contra.

21 Paragium an ſit dandum ſub titulo dotis. & explicantur verba illa pro ſubſidio matrimonij poſita in diffinitione.

22 Paragium quando dicatur eſſe loco ſucceſſionis, et legitima debitæ iure naturæ vſq; ad finem §.

23 Fructus paragij à quo tempore debeantur ſorori, vel filia, & quando alimenta, deciſiones S.C. & nu. 26.

24 Legitima filia excluſa non debetur.

25 Fructus legitima quare debeantur, & non paragij, & nu. 28.

27 Paragium debitum in certis caſibus pro quantitate legitima eſſe eiuſdem naturæ ipſius legitima, & ponderatur Iſern. num. 29.

30 Camia diſtinctio in repetit. cap. ſi aliquem, in verb. maritata, ſub nu. 96. deſeruitur.

31 Dos ſoluta filia in vita patris an poſſit dici legitima.

§. 2. *Quid ſit paragium, & explicatur ipſius diſinitio tradita per autorem.*

1 AD ſecundum, quid ſcilicet ſit, erit nobis dicendum. Et Andreas in prædicta conſtit. in aliquibus, circa principium, in verb. maritare, dixit, quòd paragium eſt portio, quam habet de bonis,

bonis,quod habere debet ſine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum ſubſidij.C.de inoff.teſtam.l.quoniam. Hanc definitionem ſeu verius deſcriptionem retulit Petr.de Gregor.in tract.de dot.de parag.quæſt.1. num.2. quam verè non retulit.prout in libro meo reperio, Andream dixiſſe: dixit enim Andreas, paragium eſt portio, quam fœmina debet habere ſine aliquo onere,& ſic dicit portio,& non dicit de bonis: quam definitionem potius deſcriptionem appellarem.non enim definit rei quidditatem,& eſſentiam.Item non conuertitur cum ſuo definito,cùm poſſint eſſe portiones,quas aliqua perſona poſſet debere conſequi ad exemplum legitimæ, & tamē non erunt paragium,prout eſt vita militia, debita ex conſt.Reg.Comitibus.

2 Dicamus igitur,Paragium eſſe proportionalem quantitatem, fœminæ excluſæ à ſucceſſoribus debitam,de bonis,à quibus per ſexum,vel ætatem excluditur,a conſtitutione, vel conſuetudine,ſecundùm perſonarum,& facultatum proportionem pro ſubſidio matrimonij,ſucceſſionis vice ſtatutam.

3 Dixi proportionalem quantitatem; nam proportio eſt illa,quæ metitur totum, ſecundùm mathematicos, & proportio ad totum habere dicitur portionem, ideo non dicetur quantitas abſoluta, nec portio abſoluta, cùm quantitas ſit certa,& portio ſola,licet reguletur ſecundùm totius quantitatem, etiam intelligeretur de bonis: nec enim quātitas apta ad prædicta eſſe poteſt, niſi totius ꝓportionē habens,quod eſt iddem, ac portio totius: & hoc eſt,quod Carolus dixit, ſecundùm qualitatem ſubſtantiæ in Longobar. 28. recolimus de ſucceſſ.Et Napodan.in hac conſuet. num. 65.ibi,Satis ergo videtur habere portionem ſucceſſionis, & hæreditatis paternæ : in eo enim;quod dicit Napod.hæreditatis, non benè diceret, ſi propriè ibi hæreditas ſumeretur;ſed vult dicere ibi Napodanus,quòd ſatis habet portionem hęreditatis ſibi debitę,ſi paragium habet in locum ipſius, prout dicetur

4 infra in verb. pro ſucceſſione; † & adeo debet iſtud paragium eſſe proportionatum ad vniuerſum patrimonium, cuius cauſa datur, vt non poſſit induci ex conſuetudine familię, vt certa quantitas detur pro maritagio fœminarum,ſed debeat dari ſub proportione facultatum,vel liberorum.Ita Iſer.in d. conſtit. in aliquibus,col.pen.in fin.verſ.quid ſi maio-

5 res.ibi,verius eſt,vt dos data. † Et dixi quantitatem;nam,licet per Doctores ſit controuerſa quæſtio, an legitima debeatur de corporibus hæreditarijs,vel in pecunia; & verior,& communior ſit deberi ex corporibus, vt ex Oſaſc.decif.148.verſ.fin. Caſſan.conſuet. Burgun.de ſucceſſ.§.2.glo.fin. In caſu noſtro,vbi non debetur,niſi dos,& quantitas prædicta nullum ius poteſt in corporibus habere ipſa fœmina,quia ipſa non ſuccedit,eò maximè in feudis,in quibus nullum ius penitus habere poſſet,vt dicit Guid. Pap.decif. 487. num. 2. Sufficit enim,quòd maritetur ſecundùm paragium,& dicemus infra in 7.art.& in articulo de liquidatione. Et quòd in pecunia paragiū debeatur. Iſern.in conſtit. in aliquibus, in verb.quintumdecimum, col.7. verſ. ſi non alienauit,ibi, verius vt condemnetur frater ad pecuniam pro paragio,& ad omnia prædicta,optimè Napod.in conſtit. ſi qua mulier, num.23.cum ſeq.

Dixi à ſucceſſoribus debitam,quia verè paragium debetur ab ipſis ſucceſſoribus, vt dicetur in 3.& 4.artic.

6 Dixi fœminæ excluſæ,cùm multoties detur portio fœminæ non excluſæ,& tunc non erit paragium : quid enim, ſi ſecundogenitus non exegiſſet vitam,& militiam , & reliquiſſet filiam,nonne datur filiæ iſtius, debitum vitæ militiæ,& non erit tunc paragium,quia fœmina non vt excluſa , ſed vt filia ſecundogeniti habet illud debitum.Ita Iſer.in conſtit. vt de ſucceſſionibus,in uerb.filij fratrum,col. 4.ibi,vel debitum vitæ militiæ non receptæ, quando iure Franchorum,quod tranſmiſerat in filiam,vel in filium: ſic etiam dico fœminę, non quod ſemper fęminæ debentur,ſed quod ſemper in ipſius principio fęminæ ſit debitū, licet poſtea maſculo,nato ex fœmina , cui per prius paragiū debebatur,deberi poſſit, & tūc non ex perſonis ipſorum maſculorum, ſed ex perſonis matrum debebitur ; ideo nec illorū perſonæ in paragio ſunt conſiderabiles , & dicetur illis per accidens deberi paragium, non vt paragium,ſed vti debitum ipſorum, matribus], & dicemus infr.§.3. verſ. pōt etiā.

7 Dico de bonis,non dico de hæreditate, quia prout in capite de liquidatione dicetur, deducetur totum æs alienum, & de eo, quod remanet,paragium erit liquidandum , quod poterit ſolui etiam in pecunia,vt diximus , & ita colligitur ex Napod. hic nu. 69. cum ſeq. in glo.facultatem,& ibi latè per eum,& videtur iddem dicere num.50.in fin. ibi , reſpondeo , vbi dat differentiam inter portionem hæreditatis,& portionē valoris ipſius, quod eſt paragium,vt ibi,& portio bonorum , & latè de portionibus bonorum dicemus in rubr. conſuetu. ſi quis,vel ſi qua,& facit conſuet.ſi qua mulier, ibi, de bonis maternis , & paternis,& ibi,vide Napod.in glo. de bonis. nu.17.& nu.23.verſ.ſed certè. Et dicemus in

art.9. de illius liquidatione, & melius quám
alibi Napod. in conſuet. ſi qua mulier. num.
23.cum ſeq.
8 Diximus à quibus per ſexum, vel ætatem;
nam non ſolùm fœminæ debetur verè para-
gium, quando à maſculo ſucceſſore excludi-
tur, vt infra dicetur, ſed etiam quando om-
nes ſunt fœminæ, primogenita tenetur dare
ſecundogenitis fœminis dotem de paragio,
ſecundum conſtit. vt de ſucceſſionibus, quan-
do viuitur iure Franchorum, & docet Petr.
de Gregor. in prædicto tract. q.4. nu. 1. colli-
gi ex medulla text. conſtit. in aliquibus, &
notat expreſsè ex Iſer. Iaco. Anell. de Bott. in
Apoſtill. in conſtit. in aliquibus, poſt Iſern.
col. antepenult. in fin. poſt verſ. & ſi verum
eſt, etiam in feudo materno. Et erit notandũ
etiam varias eſſe excluſiones fœminarum,
inductas per conſtitutionem, & conſuetudi-
nem, vt latè de omnibus in præludijs huius
repetitionis diximus, dum de diſpoſitione
conſtit. in aliquibus egimus, & conſtit. vt de
9 ſucceſſionibus.† pro eo verò, quod attinet ad
præſens tractatum, tunc tantum datur para-
gium, quando fœmina deſcendens excluditur
à ſucceſſione aſcendentium per maſculum,
vel ætatem, vt latè diximus ſupra in princip.
huius repetit. & dicit Petr. de Gregor. in dict.
tract, q. 20. nu. 5. verſ. & hoc tanto magis pro-
cederet. & latè fundat Anna conſi. 6. per tot.
Et hæc excluſio eſt communis cum excluſione
inducta in eadem linea per hanc noſtrã con-
10 ſuetudinem:† quando verò agimus de exclu-
ſione fœminæ per dotationem, tunc non ex-
cluditur fœmina per ſexum, vel ætatem, ſed
inhabilitatur ad ſuccedendum per dotatio-
nem, factam à fratre, & non tractatur tunc de
paragio, quia in tali dotatione paragium non
ſpectatur, prout latè etiam diximus in prin-
cipio huius repetit. in §. 3. vbi de conſtit. vt
de ſucceſſionibus egimus. Et licet in c. emer-
gentium, & alijs locis per Iſern. tractetur de
paragio, dico, quòd paragium dupliciter con
ſideretur: Primo modo, vti debitum in per-
ſona ipſius ſucceſſoris, qui excludit fœminam
a ſucceſſione feudi aſcendentis, iuxta conſtit.
in aliquibus: Secundo modo, quòd poſtquàm
eſt ipſa ſoror dotata, vti dotata excluditur à
ſucceſſione fratris non per maſculum, ſed ip-
ſa dotatione inhabilis redditur, & in hoc ſe-
cundo modo non conſideratur paragium; nã,
& ſi quid ad ſupplementum paragij reſtaret
conſequendum, ipſa ſoror per dotationẽ non
factã, ei reſeruat ex æquitate capitulum præ-
11 dictum emergentium.† Fuit per conſuetudi-
nem introducta alia excluſio, quæ verè non
eſt excluſio, ſed declaratio excluſionis: illa
enim, quę eſt excluſa à ſucceſſione parentum
& per hoc à ſucceſſoribus dotata; eſt etiam
excluſa à ſucceſſione aliorum trãſuerſalium,
vt dicetur infra in ſeq. conſt. ſi quis, vel ſi qua.
§. ſed ſi morienti, verſ. & in præmiſſis: dicitur
tamen qualis qualis excluſio; quia, ſi non exi-
ſteret maſculus, qui ei tenetur dare paragium
paternorum, vel maternorũ, nõ excluderetur
illa fœmina a tranſuerſalium ſucceſſione, &
in hoc habes excluſionem ſine paragio, & ſic
ſine onere excluditur ſoror a ſucceſſione trã-
uerſalium, quando fuit excluſa à ſucceſſione
aſcendentium: de qua re, vt dixi, dicemus in-
fra latius loco proximè citato. Et ſic prima, &
ſecunda cõſuetudinis excluſio eſt per ſexum.
Verùm prima habet ſecum onus annexum
12 dotationis de paragio. Secũda verò non.† Et
verè non dicitur fœmina per paragium exclu
ſa, ſed, vt dixi, per ſexum, & ratione excluſio-
nis habet deinde paragium, ita Napodan. hic
num. 29. & 30. ibi. item, quia, fratre differente
maritare ſororem, ſecundùm paragium vſq;
ad annos 16. Vbi primò excluditur, deinde
datur paragiũ, tertiò datur ſucceſſio pro pœ-
na paragij non ſoluti: & faciunt infra dicen-
13 da in verb. ſucceſſionis vice ſtatutum.† Ex his
ſimiliter deducitur, quòd, ſi fœmina ex alia
cauſa excluditur à ſucceſſione, quàm per ſe-
xum, vel ætatem, non debebitur ei verum pa-
ragium, veluti ſi iſta filia fuerit a patre ratio-
ne ingratitudinis exhæredata: nam quicquid
dixerit de paragio debito ſuper feudis Petr. de
Gregor. in præd. tract. q. 17. vbi in fin. dubitat
de alimentis, quæ debeant dari filiæ exhære-
datæ ex autoritate Panhormitan. in c. cùm
haberet, de ea, quæ duxit in matrim. quam
14 poll. per adulter. † Valida eſt argumentatio,
vt ex quibus cauſis filia exhæredari poteſt, ex
eiſdem etiam poſſit dote priuari, Bal. in l. fin.
num. 11. C. de dot. promiſſ. Alex. in l. 1. nu. 32.
ff. ſolu. matrim. Ioan. de Amic. conſi. 91. nu. 4.
& alios plures allegat Barboſ. in d. l. 1. par. 4.
num. 32. verſ. ſecunda principalis concluſio,
15 in princip. † Quod etiam de conſuetudine
noſtra hoc puto abſolutum, quod, ſcilicet, per
ingratitudinem filia penitus tam à paragio,
quam ab alimentis excludatur; de paragio:
probatur in conſuet. ſi aliquis moriens, in fin.
ibi, verùm poteſt pater, & mater filios exhæ-
redare in totum à ſua ſucceſſione excludere, ſi
iuſta cauſa exhæredationis fuerit, in totum
dicit; ergo etiam à parte, cuiuſmodi eſt para-
ragium, vt diximus, & inferius dicetur, & ſic
etiam in ſimili, in feudo ex pacto, filius, qui
ſuccedit iure ſanguinis, à patre poteſt exhæ-
redari, vt latè fundat Camerar. in repet. cap,
an agnatus, in princ. num. 11. Et de alimentis
habe-

habemus conſuet.in omnibus,de alimen.pr̨ę-
ſtand.per quam filio ingrato poſſunt per pa-
trem alimenta denegari, & ibi Napodan.
plures ingratitudinis cauſas enumerat in 1.
glo. vbi videas, & probat de Franch. deciſ.
576.vbi multa,& inter cætera recitat diſpo-
ſitionem iuris communis: vnde dicta conſue-
tudo eſt deſumpta num.1.2.& 3.& latè Surd.
in tract.de alim.tit.7.quæſt.1. Certum eſt igi-
tur,quòd propter ingratitudinem, commiſſã
contra patrem, amittitur per filiam paragiũ,
16 † Et circa prædicta non omittam, quod Ca-
mill.Salern.in conſ.final.de alimen.in addit.
quæ incipit,ad iſtam conſuetudinem,quęrit,
an poſſit filius à patre exhæredari in vita mi-
litia, & in principio dicit ſe à nemine tactũ
vidiſſe; ſed non benè in loco communi con-
ſtitutionis; Comitibus perquiſiuit, vbi addit.
poſt apparatum Iſer. ac repetitionem ad illa
verba Iſern. ibi, ſicut in omni cauſa, tenet,
quòd propter ingratitudinem, commiſſam
contra patrem, priuatur ſecundogenitus vita
militia; non autem propter ingratitudinem
commiſſam contra fratrem primogenitum
17 dantem alimenta: † Et licet Iſer.in princip.
cõſtitutionis generaliter loquatur, quòd om-
nes, qui alimenta recipiunt ab alijs, perdunt
ea propter ingratitudinem, intelligit Petr. de
Montefort.loc.cit.in ijs, quibus debẽtur ali-
menta pro officio pietatis: intelligit tamen
pietatis officium in patre, non autem in ipſo
fratre, per tex.ab Iſern.allegatum l.fin. C.de
alend.liber.l.ſi quis à liberis.§. idem Iulianus
18 ff.de liber.agnoſcen. † Et ex his erit quoque
reſoluta quæſtio, quòd, licet ſoror poſſit pri-
uari paragio per ingratitudinem contra pa-
trẽ, non priuabitur per ingratitudinẽ cõmiſ-
ſã contra fratrẽ, qui tenetur dotare, put loc.
cit. Pet.de Mõt.fort.de vita militia cõcludit,
& tenet Petr.de Gregor.in tract.de vit.milit.
19 q.4.num.9. † Quòd autem à pari procedant
paragium, & vita militia, patet in prædicta
conſtit.comitibus, ibi, dum dicit, *Pro fratre milite non minus, quàm pro ſororibus maritandis occaſione eorum, quæ à communi patre frater maior habere dignoſcitur*: Sic
Petrus ibi, vitam, & militiam paragio æqui-
parauit, & è contra, & in conſtit. in aliquib.
& Loffred.in cap.1.§.quid ergo, de inueſt. de
re alien.fact.poſſe argui de vita militia ad pa-
ragium, cùm a pari procedant, & per prædi-
cta de Pont.conſ.79.nu.3.volum. 1. cum ſeq.
Ann.conſ.75.latè de ſimilitudine prædicta:
& Petr.de Gregor.in tract.vit.milit.quæſt.2.
20 num. 2. † Et quod propter ingratitudinem
filia ſic alimentis, vti dote priuari poſſit, dixit
Ruerar. in ſua centur. in loc. 29. ab alimentis
ad dotem. verſ. & gratia exempli pro inſtru-
ctione, vbi ab alimentis ad dotem arguit, &
ſatis validè.

21 Dixi pro ſubſidio matrimonij, vel pro ma-
ritagio, vt dicit Andr.in conſtit. in aliquibus
col.pen.verſ.quod ſi maiores noſtri: nam non
eſt verè dos iſta, licet.n.ad finem matrimonij
detur, nõ per hoc datur. vel requiritur, quòd
detur titulo dotis, ſed ſufficit, quòd il-
lud habeat loco ſucceſſionis, à qua excluditur
Andr.in d conſt.in aliquibus, col.antepenult.
verſ.quid ſi frater vult dare dotes de paragio.
& in fine illius col. in verſ.ſed hoc paragiũ.
Sic concludit ibi, *Sed hoc paragium non eſt verè legatum* (dotis ſupple) *imò ab hac conſtitutione debetur filiæ, ſicut portio hæreditatis, quia repellitur à ſucceſſione, & eſt loco legitimæ debitæ in re, quam hodie deberet habere, ſi alium inſtitueret, & non quoquo relicti titulo, ſed per inſtitutionem*: & idem
Andr.in eadem conſtit. in princ. in uerb. ma-
ritare; ibi, Vnde non eſt verè dos, cùm dos ſi-
ne matrimonio eſſe non poſſet: at hoc para-
gium habet, ſi alteri non nubat, & Napod.hìc
num.61.in uerb paeagium, vbi quæritur la-
tius, & formaliter de hac quæſtione, an titu-
lus dotis requiratur adhoc, vt excludatur, &
ex pluribus concludit ſub num.65. in fin. vbi
ſatis, inquit Napodanus, videtur habere por-
tionem ſucceſsionis, vel hæreditatis paternæ,
vel fraternæ, ſibi debitæ, ſi habet paragium,
ſiue ex cauſa dotis, ſiue ex ſimplici donatione,
vt excludatur à ſucceſsione patris, vel fratris,
& non per hoc intelligas, Napodanum in
hac doctrina ſupponere, ſororem debere ha-
bere paragium, etiam de bonis fraternis; quia
hoc eſſet ridiculũ tam de iure conſtitutionis,
quàm conſuetudinis, prout in præludijs hu-
ius repetit. diximus. Innuit enim Napoda. di-
ſpoſitionem cap.emergentium Regis Caroli,
quæ diſpoſitio erat facta tempore Napodani,
& Anton.in d. num. 65. in addit. quæ incip.
Capitulum Regis Caroli Tertij, & dicemus
infra art. fi. dum de ſatisfactione paragij age-
mus, quonam modo ſit prædicta doctrina in-
telligenda, & prædicta.ſ.tit.dotis paragiũ nõ
eſſe dandũ, And. in prædicta conſtit. in verb.
quintumdecimum col. 9. verſ. & cùm dos, dũ
ſic inquit, & ſic frater tenetur dare paragiũ
ſorori pro dotibus, & maritagio, hoc non eſt
finale, ſed impulſiuum, illud habeat etiam ſi
non maritetur: quocunque igitur modo, &
titulo illud habeat, dummodo quantitatem
paragij aſcendat, ſemper præſumetur fœmi-
na illam titulo paragij habuiſſe per prædicta.
Aduertas tamen, ne decipiaris in allegatione
dicti cap.emergentium, facta per Anton. de

Alex.loco cit.ne per hoc inferas vniformita-
tem excluſionis inter conſuetudinem,& con
ſtitutionem,vt de ſucceſſionibus,ſecundùm
quam fuit factum dictum cap.emergentium,
nam longè differunt, vt in princ.alias dixi-
mus latiſſimè.

22 Dixi vltimò vice ſucceſſionis;nam ex pro-
ximè dictis ſatis patet,& ex ibi allegatis, hác
quantitatem,& portionem paragij dari loco
ſucceſſionis ipſis fœminis:ſic etiam dixit Iſer.
in conſtit.comitibus,& in d.conſtit.in aliqui-
bus,col.12.verſ.extraneus,ibi;Et ſic tanquam
portionem hæreditatis,& voluit Napod.in
hac conſuet.in glo.& tenentur.num 29. ibi,
Satis videtur de communi voluntate ciuiũ,
approbante principe habitum à iure ſucce-
dendi,ſeu debito eius iure natura, & ipſum
ius ſuccedendi tranſfuſum in paragium. Et
dat rationem Napodan.ibid.num.30. quia
ſi conſuetudo dicit fœminam ſuccedere, fra-
tre differente,ergo, antequam frater differat,
non ſuccedit. Notandum etiam in his verbis
illas perſonas habere paragium, quibus tolli-
tur per conſuetudinem, vel conſtitutionem
ſucceſſio, vt dicemus infra §. 5. num. 18. vbi
quando ſoror excluditur ratione inueſtituræ,
vel ex natura rei a ſucceſſione, ei non ſpectat
paragium. Et quod non ſuccedat;idem Na-
pod.hic nu.86.vbi etiam omnia prædicta re-
petit,ex cuius dictis ſatis, ſuperque ibi funda-
tur: ratio huius particulæ in definitione po-
ſitæ ſucceſſionis vice, & Napod. d. num. 90.
hac eadem conſuet.ibi, cùm habeat prouiſio-
nem paragij loco ſucceſſionis,& hæreditatis:
& Iſern.in d.verſ.quintumdecimum,col.9.in
verſ.& cùm dos,ibi,Si enim debet habere pa-
ragium pro dotibus, & maritagio,quod eſt
loco portionis,debitæ iure naturæ. Non igi-
tur eſt legitima paragium, ſed quaſi debitum
iure naturæ.Ita Napod.hic num.56. ibi, Sed
paragium,licet non ſit idem, quod debitum
iure naturæ,eſt tamen quaſi debitum iure na-
turæ,& c.Piſanell.in addit. ad conſuet. hanc
ſi moriatur,ſub præd. num.46. in addit. quæ
incip.paragium,& optimè dicit Camerar. in
repet.cap. Imperialem. §. præterea Ducatus,
23 fol. 102. lit. L. cum ſeq. † Et per prædictas
Napodani autoritates ſic fuiſſe deciſum in
cauſa D. Iſabellæ de Aragonia cum Duce
Montiſalti,refert de Franch. deciſ. 559. nu.
14.vſque ad fin.vbi habes,non deberi fructus
paragij filiæ,ſeu ſorori, per fratrem iam ali-
mentatæ ante nubilem ætatem, ſed alimenta
ad poportionem paragij,quando vixit ſeor-
ſum a fratre, & per S.Conſ.fuiſſe liquidata
ad rationem quinque pro centenario, refert
etiam Felicem de Rubeis,Commiſſarium in
prædicta cauſa, ſic tenere, & per Sacr.Con-
ſil,vt dicit Dom.de Franch.in prædict. deciſ.
in fin. nume. 13. fuiſſe iudicatum fratrem
eſſe condemnandum ad præſtationem ali-
mentorum: tam pro præterito, quàm pro
futuro,donec ad nubilem ætatem peruenerit
per prædictam difficultatem,& per prædicta,
ſic etiam loco legitimæ eſſe paragium, tenet
D.de Franch.deciſ.618.à nu. 1. vſque ad fin.
24 † Vera enim legitima filiæ excluſæ non de-
betur,vt diximus,& dicit Bald.in l. maximũ
vitium.nu 21.verſ.in contrarium.C.de liber.
præter. Clar. in §. teſtamentum. q.42. verſ.
item quæro,& Menoch. de arbitrar. iud. caſ.
149.lib.2.& conſ.168.num.25. Et dicemus
etiam infra in articulo de liquidatione, vbi
agetur de parte,quæ ſpectabit filiæ pro para-
gio ſuper legitima filio maſculo debita,prout
conſiderat Decian.conſ. 10. num.9. volum.2.
licet cõtrarium,& malè idem Decian.tenue-
rit in conſ.46.num.37.lib.3.Quem reprehen
dit Morot.conſ.23.nu.24.verſ.quartò quæri-
tur, & ibi latiſſimè per Morot. quatenus eſt
dos à ſtatuto reſeruata loco legitimæ, & pro
eo,quòd attinet ad Doctores cæteros ibi latè
habes materiam, & dicemus infra in §. de li-
quidatione. Et propterea vltra prædicta Na-
pod hic num.87. dixit paragium non ſapere
naturam debiti iure naturæ iam ſublati, &
concluſionem prædictam ſic ſimpliciter ex
mente Iſerniæ tenet Petr.de Gregor. in tract.
de parag quæſtio. 2. paragium eſſe, ſcilicet,
loco legitimæ; ſed eum non benè in omni-
bus qualitatem, & naturam illi concedere,
in illationibus; ibidem factis ex prædictis
conuinci facilè poſſet, cùm in omnibus non
militet vniformitas naturæ, præcipuè ex præ-
dictis deciſionibus, vbi fructus legitimæ da-
rentur,& non dantur fructus paragij, ſed ali-
menta conuenientia. & ſecundũ paragij pro-
portionem,& videndi ſunt cumulati ad Petr.
de Gregor.per eruditiſſimum addentem ibi,
35 † & ratio eſt,quia,dum paragium debetur in
pecunia,ex pecunia,fructus non debentur, in
legitima debentur:quia de corporibus debe-
tur, ꝙ vero fructus legitimæ debeantur à die
mortis,de Franch.prædict.deciſ.558.num.5.
etiam legati, quãdo legatum eſt relictum pro
legitima,de Franch.deciſ.16. latè. Debetur
enim paragium tempore matrimonij. l. mu-
lier.§.cùm proponeretur.ff.ad Trebell. & ibi
Bart.& ideo hæres,vel ſucceſſor ad aliud in-
terim non tenetur, prout congerit Loffred.
conſi.27.& ad prædictam deciſionem, factam
in cauſa D. Iſabellæ de Aragonia, vide Annã
alleg.70.in fin. & de ea teſtatur Iacob.Anell.
de Bottis in addit.ad conſuet. ſi qua mulier,
ſub

ſub num.56.in addit.quæ iucip. An filia de-
beat habere, vbi dicit de iſta deciſione fuiſſe
factam deciſionem per D. Regentem Reuer-
terium. Alex. conſ.104. aliàs 190.vol.6. Ha-
bui etiam exemplar cõſuetidinum, quod fuit
vnius ex dictis Conſiliarijs,qui votauerunt in
cauſa prędicta in apoſtill.ad addit. quæ incip.
an autem diſpoſitio,infraſcripta verba, vide-
26 licet, † an paragium ſit purum,vel conditio-
nale.an tranſmiſſibile, vel non, Loffred.latè
conſ.26.& an iſtorum paragiorum debeantur
fructus,vel intereſſe, an etiam alimenta tan-
tùm, quouſque maritentur in cauſa Illuſtris
D.Iſabellæ de Aragonia cum Illuſtri Duce
Montisalti,eius fratris, ſuper paragijs pater-
nis,maternis, & auitis Comitiſſæ Goliſani,
fuit deciſum deberi alimenta, ſecundum de-
ciſ.Bal.in l.qui filium,vbi pupilli educ.debe.
non ad fructus,ſed ad intereſſe ad inſtar legiti
mæ,quia temptum fuit,non iudicari ſecundũ
legitimam,niſi quòad taxationem tantùm.
27 Ego etiam prædictis illud addendum cen-
ſerem,quòd in ijs caſibus,in quibus quantitas
ſola ipſius legitimæ ſpectatur, nec nuptię sũt
expectandæ,quia agitur de iam nupta,vel de
alia,quę non poteſt nuptias contrahere,quòd
eo caſu,vt legitima pura ſit iudicandum, &
fructus deberi, put innuere videtur Loffred.
d.conſ.26.num.26.verſ. hoc tamen intellige,
& dicemus infra,dum de tali paragio agemus
in art.ſeq.& dicit Napodan.in conſuet.ſi qua
mulier,in final. verb. ibi, tunc non erit para-
gium,ſed portio legitima,ſecundùm naturã:
de qua doctrina inferius dicetur.
28 Quòd vero fructus pro legitima debeãtur,
etiam ſine mora hęredis vltra prędicta. Ruin.
conſ.56.nu.4.vol.2.Natt.conſ.156. num.11.
Boer.deciſ.3.nu.17.Menoch conſ.8. col. vlt.
Et ſicà die mortis, etiã ſi hęres eos bona fide
conſumpſerit, ex quo iure dominij debentur
non ratione moræ, Ruin.in ſupplemento le-
gitimæ loquens conſi. 26 num. 22. volum. 3.
Cephal.conſ.109.num.29.dummodo res ſit,
quæ fructum parere poſſit, vt dixit Cephal.
conſ.56. nu.49. cum alijs relatis per Peregr.
29 de fideicom.art.36.num.69. † Et notandum
ad confirmationem prædictorum, ꝙ Andr.
de Iſern.in pręd.conſtit.in aliquibus,in verſ.
quintumdecimum.col.9.verſ.Vnde quantum
eſt hæc portio, hanc puram ſimilitudinem
admittit inter paragium, & legitimam pro
concurrenti quantitare legitimæ,prout tenet
Anton.de Alex.in addit.ad hanc conſuet.quę
incip.quando filia, & dicetur infra in 4. art.
30 † Vnum tamen non omittam, quòd diſtin-
ctio,facta per Cumiam in repet. cap. ſi aliquẽ,
in verb.maritata, ſub num.96.quam ſequun
tur Adden. ad Petr. de Gregor. in præd. q.2.
in verb.legitima, & eam pulchram appellãt,
& refert Præſ.de Franch-pręd.deciſ.618.nu.
1.verſ.An hoc paragium,dum putat,paragiũ,
ſolutum in vita patris,non eſſe loco legitimę,
non eſſe ſine difficultate: nam,licet vera in ſe
ſit concluſio,quòd paragium,ſolutum in vita
patris,non ſit loco legitimæ,ex quo illo tem-
pore non poteſt tractari de ſolutione legiti-
mæ, ea ratione, quia dos debetur in vita pa-
tris,legitima debetur, mortuo patre, vt dicit
idem Cumia loco cit.num. 87. & 88. non ta-
men per hoc ſequitur, quòd ſoluta poſt mor-
tem patris ſit legitima,ſed benè quòad illam
qualitatem non deficit ei qualitas legitimæ
quòad illud;ergò in cæteris eſt loco legitimę;
malè infertur ex particularibus ad vniuerſa-
le,eò præſertim,quia paragium tunc verè pa-
ragium dicitur,quando eſt debitum poſt mor
tem patris,vt dicemus infra in 3. art. dum de
31 impropriјſſimo paragio agerur: † dos enim
illa, quam pater in vita dat, eſt verè dos de-
bita ex iuris diſpoſitione per patrem, non
autem paragium: & per hoc, quando fi-
lia admitteretur ad ſucceſſionem, veniret
in collationem, vt in titu. ff. de collat. dot.
quando alius eſſet inſtitutus, & ipſa fœmina
inſtituta in legitima,vel alio modo,reciperet
illa dos naturam debiti; quod ei à iure deberi
ordinatum eſt, quia imputaretur in legiti-
mam,prout per Doctores in l. dos a patre, &
dicit in ſimili Minad. in repet. conſtit. in ali-
quibus,in 4.not.num.6.& Craſſ.in tract. de
ſucceſſ. §.legitima. q.23.per tot.non tamen
eſſet vera legitima, ſic etiam in paragio acci-
piet illa dos naturam paragij poſt mortem
patris per imputationem,vt dicetur in art.de
collatione,& imputatione paragij:verum igi-
tur paragium non eſt legitima; dos, in vita
patris ſoluta,longius eſt a legitima, quatenus
à paragio longius remouetur, quia nec para-
gium eſt,ſed impropriјſſimum,vt ibi dicetur
vnde non facilè prædictæ diſtinctioni con-
ſentirem,ſed benè dicerem,quod paragium
proprium,quod ſoluitur per ſucceſſorem poſt
mortem patris,propiùs accedit ad legitimã,
quam dos,ſoluta in vita patris: hoc tamen
non efficere, quòd paragium proprium ſit le-
gitima, cùm nec proprij paragij fructus de-
beantur ex deciſionibus ſupra relatis, prout
legitimæ;ſed alinenta, vt diximus,videnda
ſunt etiam ad prædicta ea,quæ infra dicentur
in art.4.vbi de tranſmiſſione dicemus, & in
art.8.vbi de actione; & vtrobique de ſimili-
tudine inter paragium,& legitimam agemus.
Quòd verò loco legitimæ hoc paragium ſit
ſubrogatum,clariſſimè colligitur ex dictis la-

tè per Moroc.conſ.23.qui per octo ponderationes, in eo ſtatuto factas, id probat: ex quibus maior pars poteſt ad noſtram conſuetudinem aptari, præter diſtinctionem factam num.2.verſ.ſed licet hæc opinio, eò maximè in conſuetudine, per quam ſtatuitur, quòd ſi non dotetur ſoror, ſuccedat vt maſculus, dicetur in §.de liquidatione.

Repet.Par.2.§.3.de Parag.

1 *Paragium aliud debitum ab inteſtato, aliud debitum facto teſtamento.*

2 *Paragij alia diuiſio trimembris.*

3 *Paragium improprium, quod datur ſine matrimonio, quibus in caſibus debeatur.*

4 *Napod. explicatur in conſuet. ſi qua mulier nu.25. in fin. an iam nupta debeatur paragium.*

5 *Paragium proprium debetur nuptæ, quando contemplatione veri paragij, eiuſque promiſſionis matrimonium fuit contractum.*

6 *Paragium improprium ei quæ moritur antequam dotem habeat, debetur, & non excedit legitimę quantitatem; & quibus in caſibus improprium paragium debeatur tam filijs quam hæredibus ipſarum fœminarum, latè declaratur ex Iſer.*

7 *Paragium quale debeatur eis quæ monaſterium ingrediuntur latè diſcutitur, & an ſit ligitima danda.*

8 *Molfeſij dictum, & opinio diſcutitur in 3. par. de ſucceſſ. ex teſt. q.8. num. 34. circa dotem ingreſſarum, & nu. 10. autoris diſtinctio.*

9 *Petrus de Gregor. q.13. nu.5. de paragio notatur in ratione ibi tradita denegandi paragij filiæ iam ingreſſæ.*

11 *Paragium ingreſſarum debetur illis, quæ poſt mortem patris ingrediuntur, & oppugnatur Molfeſius loc. cit. nu.8.*

12 *Paragium improprium quare ſit reſtrictũ ad legitimæ quantitatem, non tamen eſſe legitimam.*

13 *Paragium proprium an debeatur ei, quæ vult caſtè viuere, & num.16. vbi concluditur.*

14 *Iſerniæ theorica diſpungitur in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum, col. 8. verſic. item multo magis, & num. 15. melius.*

17 *Paragium improprijſſimum dicitur, quod à patre viuo filiæ datur.*

17 *Pater quomodo, ac quo iure dotare filiam nubilem teneatur, & quod non teneatur ex conſuet. num.18.*

19 *Maſculatio fœminæ contra patrem non inducitur.*

20 *Dotatione facta à patre an poſſit, & quando filia conqueri de inſufficientia ipſius, & petere ſupplementum.*

21 *Dotatio facta per patrem, an reuocetur per natiuitatem maſculi, ex l. fin. de reuoc. donat. item ex diſpoſit. l. ſi totas. ff. de inoff. donat.*

22 *Dotatio facta à patre an poſſit impugnari, quando fuit minor legitima, deciſiones S.Conſ. adducuntur, & quæ ſit in hoc iuris Longobardi diſpoſitio. nu.23. & Iſern. opinio, & opinionem contra filiam, tenendam, nu.24.*

25 *Legitimæ aſſignatio eſt commenſurãda cum bonis, quæ reperiuntur tempore mortis; dotis verò tempore dotationis.*

26 *Mater non tenetur dotare filiam.*

27 *Fratres non tenentur viuo patre dotare ſorores, ſecus ſi pater eſſet inops. nu.28.*

29 *Soror vterina an debeat, & quando dotari à fratre vterino.*

30 *Paragium an poſſit dici, quod ſorori debetur, non inſtituta turpi perſona.*

31 *Soror dotata per fratrem inope patre exiſtente poſt modum diuite patre moriente, an excludatur vt nupta à patris ſucceſſione, item an à fratris, iuxt. §. coniugatæ conſtit. vt de ſucceſſionib. & quem effectũ dicta dotatio operetur.*

32 *Dotatio facta à patre, vel matre, quomodo operetur filiæ excluſionem, declaratur.*

33 *Dotatio facta ab alijs aſcendentibus in corte vita, cauſatur dotatarum excluſionẽ per viam imputationis, dummodo vſque ad legitimam imputatio fiat.*

34 *Paragium nunquam deberi ſorori de bonis fratris.*

35 *Paragium quãdo, & quomodo debeatur facto teſtamento, diſtinguit author.*

39 *Conſtit. in aliquibus non procedit facto teſtamento, ſed ab inteſtato, & quod tunc ſit ſeruandum ius commune, & filiæ debetur neceſſariò legitima.*

40 *Paragium facto teſtamento, ac conſuetudinis diſpoſitione in medietate, ac nouem partibus, quomodo concedendum ipſis fœminis.*

§.3.Quo-

§.3. *Quotuplex ſit paragium.*

AD tertium, quotu-
plex ſit paragium,
dupliciter diſtingui
poſſe crederem. Pri-
1 mò vniuerſaliter.
Secundò particu-
lariter, & ſpeciali-
ter: generalis erit
diſtinctio, quòd pa-
ragium aut eſt de-
bitum ab inteſtato, aut eſt debitum facto teſta-
mento: de debito ab inteſtato loquitur con-
ſtitut. Regn. in aliquibus, & conſ. noſtra ſi
moriatur. De facto autem teſtamento dicetur
in fine huius articuli, quonam modo verifica-
ri poſſit, & dicetur etiam, dum de liquidatio-
ne in 6.art. tractabitur.
2 Specialior diuiſio erit, diuidendo paragiū
tripliciter. Primum eſſe paragium proprium,
& proprio modo dictum; ex quo nomen eſt
conſonum definitioni; de quo nobis non erit
aliud dicendum, cùm ſatis iam ſupra proximè
definitum ſit. Secundum eſt paragium impro-
prium, quod ad ſimilitudinem veri paragij eſt
introductum ex intentione conſuetudinis, &
peritorum interpretatione. Tertium eſt pa-
ragium improprijſſimum, quod non eſt para-
gium, ſed datur loco paragij, ſiue proprij, ſi-
ue improprij, vel eſt aptum ſuccedere loco
paragij proprij, vel improprij.
3 Impropriū igitur paragium eſt illud, quod
datur ſine matrimonio, vt illi, qui non con-
trahit nuptias, ex quo non poteſt, vt pro-
bat Andr. in prædict. conſtitu. in locis alle-
gatis per nos in explicatione definitionis, in
verbo pro ſubſidio matrimonij. Secundò im-
proprium paragium eſt illud, quod datur illi,
quæ iam reperitur nupta, & dotata per aliū:
item quādo ex pulchritudine, vel nobilitate
parum, aut nihil habuit, prout optimè con-
cludit Iſern. in conſtit. in aliquibus, in verb.
quintumdecimum, col.9. verſ. per hoc patet,
& Afflict. deciſ. 160. & idem Iſern. in eadem
conſtit. in aliquibus. col. fin. verſ. vnde ſi inue-
niret ſibi parem: quo caſu non priuatur legi-
tima ſua, hanc deciſionē ſequitur Maxilla in
conſuet. Bar. in conſuet. dos à patre, nu.43. de
iur. dotium. Et quærit Napod. in hac conſuet.
ſi moriatur, in glo. paragium, an paragium
debeatur, ſi vir conſtituerit ſorori dotem? De
qua re dicetur infra in art. final. de ſolut. pa-
rag. Plures enim ſunt caſus, in quibus paragiū
4 improprium poteſt practicari, † tamen non
erit omittendum, ne te decipiat doctrina Na-
podan. in conſuet. ſi qua mulier. nu.25. in fin.
quòd, quando fœmina reperitur nupta, &
habuit paragium in bonis paternis, quòd de-
beat habere aliud paragium, quod non habuit
ſecundùm conſuetudinem, & tunc, inquit ip-
ſe, non erit paragium, ſed portio legitima
iure naturæ: quæ autoritas, licet rectè pro-
bet improprietatem iſtius paragij, non tamen
intelligas ipſam eſſe legitimam in eſſentia,
ſed quòad ſolam quantitatem ex dictis in de-
finitionis explicatione, & fundat Napodan.
in prædicta autoritate Iſerniæ in d. verſ. per
hoc patet, qui dicit paragium tunc conſiſtere
infra tertiam, debitam iure naturæ, & ſic, ſe-
cundùm allegata, erit quoque Napodanus
intelligendus, & dicetur infra, dum de ratio-
ne illius paragij agetur in verſ. ſed quænam
ratio. Et quòd iam nuptę debeatur paragium,
vltra prędictas autoritates latius fundat tam
per noſtros, quam per exteros Doctores, Pet.
de Gregor. in præd. tract. quęſt.9. ibi videas,
& q.12. melius, & q.10. vbi etiā iuncta quæ-
ſtio.11. loquitur de dote danda illi, quę vidua
reperitur, vel dotem amiſit: cauendum tamē
eſt à dictis in quęſt.11. ſi velis terminos ad no-
ſtram conſuetudinem applicare, dum inter
nuptam, & viduam facit diſparitatem, quæ
in materia noſtræ conſuetudinis non conſi-
deratur, ſed bene, & verè ibi de dotatione,
vt dotatione, non de paragio erit intelligen-
dus, vt ſupra diximus, & etiam in principio
huius repetitionis in diſcurſu ad conſtitut. vt
de ſucceſſionibus. Improprium tamē ſemper
5 eſſe cenſeo tale paragium: † quando verō eſ-
ſet nupta aliqua cum dotis promiſſione incer-
ta, velut ſi ſit per mulierem, ſe ipſam dotantē,
facta promiſſio paragij, & dotis ei de iure de-
bitæ ſuper bonis paternis; vel maternis, vel
alijs: tunc enim perneceſſe in liquidatione
erit ratio habenda veri, & proprij paragij,
quod verè fuit ſubiectum dotis, & promiſſio-
nis, cum qua fuit contractum matrimonium,
ſine qua matrimonium non fuiſſet contractū,
& ſic de paragio vero, inſpecto tempore liqui-
dationis fuiſſe tractatum, non poteſt dubita-
ri, vt diximus infra in art, de liquidatione in
verſ. de qualitatum inſpectione.
6 Poteſt etiam inter impropria illud para-
gium aſcribi, quod debetur illi, quæ moritur
antequam dotem habeat, & nubat, & tunc
eius hæres non poterit petere iterum para-
gium, ac ſi viueret ipſa filia, vel ſoror, & di-
cit Iacob. Anell. de Bottis contra iſtum hęre-
dem fuiſſe deciſum, ſcilicet, quod non poſſit
prætendere legitimam in cauſa Hieronymi
Funati cum Ferdinando Roberto, referente
Ioanne Thoma Minadoo, & patrocinante
Ioanne Angelo Piſanello, prout refert de
Bott.

Digitized by Google

Bott. in addit. ad conſtit. in aliquibus, iñ col. pen. ſub verſ. poſſet tamen, ſaluari: vnde rectè puto dicendum, illud paragium improprium dari ſemper, quando datur dos, vel ſoluitur illi, quę non habet, in matrimonio propter illam dotem contrahendo, contemplare perſonas, vel alias matrimonij, & parilitatis circunſtantias, vt dicemus in §. liquidationis: Sed vlterius pro maiori declaratione non omittam, quod paragium aliquando in vita ipſius fœminæ, ſcilicet ſororis, vel amitæ fuit iam debitum, quia ceſſarat, & venerat ipſius dies, & tunc iure communi ipſius debitum transſmittitur ad hæredes, per filiam, & amitam, ſicuti etiam vita militia, ita dixit Iſern. in conſtitutione comitibus, col. penult. verſ. nam hoc ius petendi per hanc conſtitut. at quando filius, vel filia, vel ſoror mortuæ ſunt viuente patre, relictis filijs, vel filiabus, & tũc paragium debitum, ſcilicet, quod dari debuiſſet ſorori, vel amitæ, debetur ipſorum filijs, vel filiabus, ſic Iſer. loc. cit. verſ. filio ergo, & filiæ, vbi idem dicit de vita militia debita, vel quæ dari debuiſſet filio ſecundogenito, ſi viueret dari debeat eius filijs, vel filiabus, ſubdit tamen Iſer. quod *filiam ſororis minoris natu primogenitus tenetur maritare, quia ſucceſſit in eo, quod pater eius debuit habere pro vita militia*; & ſic ratione ſubingreſſionis in ius patris eius, vt latè probauimus infra in par. 3. §. 3. nu. 8. vbi tam in linea transuerſali, quam deſcendenti patet filios fratrũ ſuccedere in omne ius patris eorum, ſic ſi patri vita militia in ius vitæ militiæ ſi matri paragium in ius paragij, ſi primogenitura in ius primogenituræ vocabantur eius filij, & per hoc dixit Iſern. loc. cit. diuerſo iure deberi ſorori, vel amitæ paragium, quia illis datur loco portionis, à qua ipſæ ex ipſarum perſonis excludũtur quòd eſt proprium paragium à paragio, quod ipſarum filijs debetur, vel à dotatione, quæ debetur filiæ fratris minoris, quod eſt impropriũ, vt ibi, *per quod patet, quod alia ratio eſt in amita, & ſorore, excluſis habere debentibus loco partis, à qua ſunt excluſæ, paragium dotis, quam filia fratris, qua non excluditur ex ſua perſona, ſed ex perſona fratris minoris patris eius*, vnde filia fratris ſecundogeniti, licet maritetur à patruo primogenito, non tamen debet aliud habere, quam debitum ipſius patri, ſi vixiſſet, ſcilicet, vitam militiam, & non paragium, ex quo, vt dixi, ſuccedit in ius patris ſui, ſic etiã dicit Iſer. ibid. col. ſeq. verſ. Nam vbi verè ſecundogenitus mortuus eſt viuo patre; vnde libenter non annuerem opinioni D. Conſiliarij de Georgio in alleg. 8. ex intentione Iſer. qui nunquam tenuit huic deberi paragium, vt ipſe dicit num. 25. & quanta ſit diuerſitas inter debitum paragij, ac debitum vitæ militiæ, alijs omiſſis, vnum erit notabile, maximæ differentiæ, quia in vita militia ſemper eſt vniformis liquidatio, ſiue ſimus in magnatibus, & ſimilibus ſucceſſionibus, ſiue in paruis, & in paragio militabunt ea, quæ diximus infr. hic §. 6. nu. 2. quia debetur minus legitima, & hęc forſan fuit intentio D. de Georgio dum expreſsè dixit, *quia ſuccedit in eo, quod pater eius ſi viuoret habiturus eſſet*.

Ex quibus patet improprietas paragij debiti tam hæredibus ſororum, vel amitarum ex tranſmiſſione quam ipſorum filijs ratione ſubingreſſionis in ius patrum eorum, in quibus caſibus non erant contemplandæ in ipſorum perſonis circunſtantię paragij ad matrimonium contrahendum.

7 Minus improprium erit dicendum paragium, quod illis eſt ſoluendum, quæ Monaſterium ingrediuntur: quo caſu, licet non adeo vniuerſalis ſit perſonarum circumſpectio, ac aliarum qualitatum in proprio paragio concurrentium; adeſt tamen qualis qualis inſpectio. Tamen Napodan. in præd. conſuet. num. 67. voluit ſemper eſſe vniforme tale paragium, & æquale, illa ratione, quia ſemper ſponſus cœleſtis eſt vniformis, & æqualis: & idem Napod. in conſ. ſi qua mulier, n. 22. in fi. in gl. de bonis dicit de ingreſſa monaſterium iſta verba, & ſicut aliàs dotata excluditur, ſic etiam monacata, quæ habuit dotem ingreſſarum. Cumia in repet. cap. ſi aliquem, in verb. maritata, nu. 473. Iddem, vt ſupra dixi, ſi modicam, vel nullam dotem habuit nupta propter pulchritudinem, vel nobilitatem dicit ex Andr. loco cit. Napod. loco cit. in conſuet. hac ſi moriatur, nu. 66. & 67. Quo loci notandum eſt, Napodanum pro ingreſſarum paragio quantitatem, iure naturæ debitam, expreſsè ex Iſern. opinione decernere, & ita ſequitur, & aduertit Bart. Martial. in additio. ibid. num. 65. quæ incip. Vide, quia aliqui volunt, prout tenet, & ſequitur Affl. deciſ. 348. nu. 1. & Thor. in ſuo compendio in verb. monialis monaſterium, fo. 242. col. 2. & ſic etiam eſſe deciſum, & vidiſſe ſententiam latam, in qua Monachæ nondum profeſſæ, fuit data legitima in bonis paternis. Ant. Capyc. ibid. in addit. quæ incip. An hæc conſuetudo. Tamen Stephan. de Caiet. in addit. ad d. nu. 65. in ea, quæ incip. De hac quæſtione, licet aliter dixerit ſe vidiſſe practicatum, ſeu determinatum in cauſa, ibi relata, tenet, eſſe dandam dotem ingreſſarum, & reſpondit argumento, quod facit glo. Napodan. in fin. d. num. 68.

quòd

quòd non debeat habere plus luxuria, quàm caſtitas: quia dos, quæ datur ob veras nuptias contrahendas, ſemper poteſt ſperari, quòd redeat: at in Monaſterio eſt deperdita, quia
8 nunquam reditura ſperatur. † Habemus igitur legitimam, habemus dotem ingreſſarum; in qua re, quia video Reuerend. Patrem Molfeſium in ſuis Commentarijs ad has conſuetudines in 3. par. de ſucceſſ. ex teſtam. q. 8. nu. 34. nouam opinionem in medium afferre, volui in hoc aliquantulum inſiſtere, & illius quæſtionis veritatem, quòad potui, dilucidare, præſertim ex ijs, quæ videmus continuò praticari.

Certum igitur eſt, deberi ei, quæ vult ingredi monaſterium, dotem ingreſſarum, vt diximus, etiam ſi ſit minus legitima ipſa dos; dummodo tanta ſit, quanta ſufficiat, & ſoleat dari pro dote ingreſſarum ipſi Monaſterio; & optimè etiam dicit Modernus prædictus loc. cit. nu. 23. In eo verò, quod ibidē limitat, prædictā opinionē procedere de conſuetudine, & vbi non adeſſet cōſuetudo, & quod tūc attenderetur ius commune, ſecundùm quod deberetur integrum paragium, quòd haberet, ſi nuberet ſponſo terreno: credo, quòd voluerit ius commune Regni intelligere, alias non benè de iure communi paragium dari poſſet, & conſuetudo intelligenda ibidem de illa indiuiduali conſuetudine, ſcilicet, de obſeruantia dandi dotem ingreſſarum ipſis fœminis. Aldobrand. in conſi. 26. vol. 1. num. Sed ſatis de hoc. Veniamus modò ad ipſius nouam opinionem, vult enim prædictus nu. 34. dictam opinionem, & concluſionem de paragio ingreſſarum, tunc procedere, quādo filia reperitur iam in vita patris ingreſſa, aliàs ſi reperiretur in ſeculo tempore mortis patris, quòd tunc ſtatim illi acquiſitum ſit ius paragij integri, & licet ingrediatur monaſterium, non deſinat illud poſſe conſequi: & ad probandam refert Camill. Salern. in additio. ad conſuet. hanc ſi moriatur, ſub num. 65. quę incip. monialis, fol. 102. in fin. quì licet loquatur de auditu; quo caſu teſtes nihil probant, inquit enim, ſe illam diſtinctionem a quodā magno practico audiuiſſe, nec ipſum Iuriſcōſultum appellat; nec etiam dicit aliud, niſi quòd, & ſi filia, quæ eſt ingreſſa in vita patris, habuerit minus legitima, non poteſt conqueri, prout eſt in ea, quæ fuit à patre dotata, vt infra dicemus: loquitur enim, an poſſit, vel non, eſſe dos prædicta ingreſſarum minus le-
9 gitima. † Petr. de Gregor. in tracta. de dot. ſimiliter ibi adductus q. 13. nu. 5. non tractat de quantitate dotis, & paragij, ſed de debito ipſius, ſcilicet, an debeatur, vel nō: inquit enim, quòd quando filia reperitur ingreſſa tempore mortis patris, & habuit aliquid à patre pro dote, quòd eo caſu, prout eſt inhabilis ad ſuccedendum in feudo, ita etiam non debet per hoc habere paragium: hæc eſt merè truffa; quia clericus non ſuccedit in feudo, & tamen ei debetur vita militia, vt per Afflict. in conſt. comitibus, in 2. col. in 3. quæſt. idem Petr. de Gregor. in tract. de vit. milit. q. 4. nu. 6. amplia, 5. & ibi D. Garzias Maſtrill. in additio. quòd verò vita militia, & paragium æquiparentur, idem Petr. de Gregor. in d. tract. de vit. milit.
10 q. 2. num. 2. † Igitur dicendum eſt, quòd aut loquimur in bonis paternis, & à patre in ingreſſu fuerit dotata, & benè procedant prædicta, aut non fuit dotata de bonis, de quibus agitur, veluti quia agimus de alijs aſcendentibus, & tunc non tractatur cum iſta de paragio ingreſſarum; quia iam reperitur dotata, & quoad hoc non erit cum ea aliter agendum, niſi quemadmodum fieret ſi eſſet carnali ſponſo nupta, ſcilicet, vt, ſi matrimonium poteſt ſuccedere, & habere in communi, & non renuntiauerit, debeat ipſa habere integram legitimā ſolā, etiā ſi reperiatur in monaſterio, cuius ſolitę dotes tranſcenderent ipſā legitimam; quia non debet hoc caſu dos deſeruire pro locatione ipſius fœminæ in monaſterio: & hoc caſu procedit illud principium, quòd dicit Napod. non debet habere plus luxuria, quàm caſtitas: ſi non poſſet ex incapacitate Monaſterij ſuccedere, tunc penitus pro mortua habebitur, & de ea aliquid non eſt curandum, prout demortua, vt alias diximus: itaque hoc caſu non erit paragium ingreſſarum practicandum, præterquam ſi eſset in vita patris ingreſsa, & nondum nec pacta nec promiſsa dos fuerit, & tunc cum ea practicari paragium ingreſsarum, & procedent dicta per prædictos Doctores; & confirmat D. de Franch. omnibus prædictis Autoribus relatis, in deciſ. 44. illa ratione, quia ſufficit moniali habere ea, quæ cæteræ moniales habent, intelligendo, quando illa dos debet deſeruire pro ingreſsu ipſius monialis, ſicut quando debet eſse pro matrimonio, eſt dandum verum paragium: at quando monialis iam eſt facta, & non eſt amplius de ingreſsu agēdum, mihi non videtur impoſſibilis opinio illa, vt ei integra legitima debeatur, etiam ſi minus ſit quantitas legitimæ quantitate dotis monaſterij, in quo reperitur ingreſsa, vel ſi plus, quaſi non ſit aliud ei, quam pura legitima danda, ex quo reperitur nupta, vt diximus. Et notandum eſt, quòd Frecc. lib. 2. autor. 2. de ſubfeu. verſ. Vigeſimotertiò dixit, in taxa filiarum ingreſsarum tunc temporis dotes, quæ mona-

ſterio

ſterio dabantur à Baronibus fuiſſe ducatorũ tercentum, vel quingentorum, & ibidem dicit non tradi prædictis verum paragium, quod quandoque arbitratur vſque ad virilẽ, vt infra dicetur.

11 Quando verò eſt tractandus ingreſſus, etiã poſt mortem patris, vel matris, & in hoc caſu loquitur deciſio D. de Franch. in præd. deciſ. 44. vbi agebatur de liquidando paragio ſuper bonis communis patris, & ſic non erat veriſimile, quòd ſuiſſent ingreſſæ ante mortem patris, ſed poſt, & tamen eis fuit datum paragium ingreſſarum.

Nec eſt vera illa ratio, quam prædicti moderni afferunt, quòd, quando moritur pater quæratur ius fœminæ pro petitione integri paragij: nam non minus verè debitum eſt paragium proprium filiæ, quæ vult nubere carnali ſponſo, quàm debitum paragium ingreſſarum illi, quæ vult ſe monacare, & monaſterium ingredi; vtroque enim caſu per ipſos ſucceſſores verè ſatisfit, & adimpletur debito, at oneri per conſuetudinem, vel conſtitutionem impoſito per prædictas autoritates, & malam fouere cõſcientiam ſemper putarem, & teneri ad reſtitutionem illam, quæ animũ habens ingrediendi monaſterium, & a fratre ſibi integrum paragium aſſignari procuraret, quaſi velit carnali ſponſo, & non ſpirituali nubere: hoc enim eſt fallere veritatem, & mendacium dicere, & eſt ſpecies furti, quando in ipſius animo iam reſoluit ingreſſum; aliàs ſecus, vt infra dicetur. Plus dico, quòd adeò vera ſunt prædicta, vt, ſi eſſemus in nobili genere nata, quæ non haberet tantum, nec etiam in virili, quod aſcenderet ad quantitatem dotis illius monaſterij, in quo ingrediuntur nobiles eiuſdem conditionis, cuius eſt ingreſſura, poterit tunc paragium ingreſſarum liquidari vſque ad virilem: ſic etiã ſi eſſet minus legitima, minus ei dandum eſſet ex prædictis; & ſic nec ſemper vniformitas erit vera in cœleſti ſponſo, ſed attendendum monaſterium, in quo talis mulier iuxta eius qualitatem ingredi valeat, non autem in quo peioris conditionis mulieres ingrediuntur, & in eo erit quoque vniformitas; nam omnes in eo ingredientes eandem dotem inferre monaſterio eſt neceſſe. Sic etiam in declaranda prædicta dote attendi poterit voluntas ipſius ingredientis, quæ in electione religionum magis vnam, quàm aliam elegit: quo caſu non erit propter varietatem dotis omittendum, quin ipſius voluntas impleatur contra omnes Iuris, & canonum ſtatuta, faciunt dicta per Caſsian. collat. patr. 24. cap. 8. vbi plura de religione cum viribus naturalibus examinanda loquitur, ibi, *quamobrem menſuram virium ſuarum vnumquemque noſtrum conuenit diligentius ante penſare*: facta igitur religionis, & monaſterij electione, ſecundùm ipſius monaſterij qualitatem erit dos ſoluenda, etiam ſi vſque ad virilem aſcendat: quando cum ea eſt efficiendus ingreſſus, alias, vt diximus, pura legitima erit concedenda: & in hoc caſu erit opinio Napodan. & aliorum de quantitate legitimæ, ingreſſis debita, loquentium, intelligenda,

12 Sed redeundo ad rationem reddendam, quare paragium improprium eſt ſemper vniforme reſtrictum ad quantitatem legitimæ, dico rationem eſſe; quia iam conſtat ex diſpoſitione conſuetudinis, vel conſtitutionis, ipſam eſſe dotandam de bonis eius, de quibus excluditur, vt ſupra diximus: ſed difformitas in paragio naſcitur ex varietate, & circunſtantijs, in matrimonio pari contrahendo concurrentibus, vt ſimiliter diximus ſupra; baſis autem ſuper qua fundatur arbitrium quantitatis determinandæ, eſt ipſius legitimę: ceſſante igitur matrimonio, cùm non entis nullæ ſint partes vel qualitates, remanet pura baſis ipſius legitimæ: & per hoc ſequimur nunc legitimæ quantitatem, in qua omnia ſimpliciter conſideranda veniunt ad declarãdum purum debitum ipſius filiæ, vel deſcendentis, ita ex Iſern. colligitur in conſtit. in aliquibus, in verbo quintumdecimum, colum. 9. verſ. per hoc patet; itaque perneceſſe dicitur hoc paragium, ſed improprium, quia prædictæ circunſtantiæ non veniunt in eo conſiderandæ, dicetur igitur dos, reſtricta ad quantitatem legitimæ, conſtituta tamen ſecundùm quale quale paragium, iuxta terminos, quos ipſa lex in legitima conſiderauit, ita Ruin. conſi. 152. num. 5. vol. 5. ſequitur Bertazzol. conſi. 108. nu. 13. Corn. conſi. 303. col. 2. vol. 1. Boſſ. de public. bonor. nu. 2. qui tenent reſtitutionem dotis reſeruatæ ad quantitatem legitimæ, factam per ſtatutum, non efficere dotem eſſe legitimam, prout ſupra etiam diximus.

13 Quæro vltimò circa hoc improprium paragium, an illi, quæ vult caſtè viuere, debeatur proprium, vel improprium paragium; & licet paragium competere non ambigatur, vt per Andr. & Afflict. in prædicta conſtit. in aliquibus, colum. 12. verſ. quintò quæritur, & per alios, relatos per Petr. de Gregor. in pręd. tract. q. 14. Domin. Georgius alleg. 9. nu. 37. tamen non erit inutile in materia, pręſertim noſtræ conſuetudinis quęrere, an hoc paragium ſit verum, & proprium, vel impropriũ,

ſcili-

ſcilicet,an ſit ſolùm reſtringendum ad quan-
titatem legitimæ,vel ei dandum verum para-
gium, ac ſi quandoque vellet matrimonium
contrahere, & Iſern.in præd. conſtit. in ali-
quibus,in verb.quintumdecimnm,col.8.verſ.
quid ſi frater vult dare dotes in paragio,in fi.
quæſtionis, poſtquam concluſerat, illi, quæ
vult caſtè viuere in domo, paragium deberi,
etiam ſi non nubat,in verſ. quantum, ad pri-
mum,& ſeq. inquit, conſtitutionem dediſſe
dotem ob matrimonium: ex quo reſpexit fre-
quentiam in ipſo matrimonio, & ipſam dotẽ
in conſequentiam matrimonij: ſi ergo reſpe-
xit matrimonium,& paragium, ergo perne-
ceſſe erit dandum verum paragium, ibi, duo
ergo iubet, eam maritari,& ſecundùm para-
giũ,vt in verſ. per hoc patet expreſsè,vbi ex-
preſsè dicit Iſer.quòd,qñ filia reperitur nu-
pta,& pater moritur,tunc non abſurdè dice-
tur paragium conſiſtere infra tertiam debitã
iure naturę, cùm dotes habuerit aliunde, &
paulo poſt,inquit,*aliàs paragium non con-
ſiſtit infra tertiam*,& ſic non puto tergiuer-
ſari poſſe in hoc mentẽ Iſer. vt in caſtè viuẽte
ſit propriũ paragiũ concedendũ iuxta verã in-
tentionem conſuetudinis,aliàs malè conſide-
raſſet Iſern.frequentiam mulierum, quæ virũ
deſiderant,ſi in ea, quæ vult caſtè viuere in-
fra legitimæ quantitatem, paragium reſtrin-
gere voluiſſet,& hanc opinionem Iſern.ſecu-
tus eſt Napodan. noſter in hac conſuet.ſi mo-
riatur,ſub num.67.qui poſtquàm in ingre-
diente monaſterium paragium improprium
infra legitimæ quantitatem diſpoſuiſſet, ſub-
dit, idem ſi voluerit caſtè viuere, ſcilicet, vt
paragium ſit ipſum debitum iure naturæ: ſed
in fine contrarium ſuo more per dictionem,
ſed certè concludit Napod.ibi, ſed certè non
debet habere plus luxuria,quam caſtitas: reſi-
det igitur Napod.in ea opinione, quòd caſtè
viuens debeat proprium paragium habere.

14† & ſecundùm Iſern.opinionem, & ex dictis
per Napodan.hic de maſculiatione, corrigas
Iſern.in præd.verſ.item multò magis, vbi in
meo antiqno exemplari ſic habeo, *Aliàs pa-
ragium non conſiſtit infra tertiam; nec in-
fra mediam debita portionis iure natura:
imò tunc erit etiam tota portio filia debita,
niſi ſucceſſiſſet cum maſculo*: Sic enim legi-
tur in prædicto exemplari, & inquit Na-
podan. Andream tenere fœminam ſuccedere
vti maſculum,quando non dotaretur de pa-
ragio per maſculum renuentem dotare, & in
eo,quod maſculiationem inducit in caſu,quo
filia vult domi caſtè viuere, clariſſimè etiam
colligi poteſt iſti caſtè viuenti deberi verum,
& proprium paragium, ac ſi nuptias vellet
contrahere, aliàs in ea, quæ verè nollet nu-
ptias contrahere,non poſſet practicari maſcu
liatio,quæ eſt inducta ad finem, vt fœmina
infra decimumſextum annum, nuptui trada-
tur: quando enim non conſideraretur con-
tractus nuptiarum, nullo modo poſſet induci
maſculiatio ex his,quæ latè diximus in par.1.
§.fin.de maſculiatione,nec illa, quæ vult caſte
viuere,negat penitus ſe velle nubere; nam po
teſt quandoque mutare voluntatem, & ſic de
futuro ſibi aliquid permittere non poteſt: dif-
ficillima enim,& arcta eſt via caſtitatis,35.q.
5.tunc ſaluabitur,& 38,diſt.cap.de his, pauci
enim caſti,& ſine carnali vitio inueniuntur,
50.diſt. quia tua in ſin. Nec aliquis gloriari
poteſt ſe corpore caſtum,de pœnit.diſt.2. Suf-
ficiat igitur iſti fœminæ ad paragium conſe-
quendum,vt poſſit nubere,cùm adhoc detur
paragiũ,vt poſſit honeſto viro, & pari nube-
re,vt prędictũ eſt: nec.n.nuptię actualis requi-
runtur ad paragium verum, & proprium cõ-
ſtituendum,niſi potentia ad nuptias contra-
hendas: inquit enim ſoror, ſoluas mihi para-
gium; quia,ſi voluero, nuptias contrahere
potero: eſt tamen verum,quod vidi obſerua-
tum per Sac.Conſ. in liquidatione paragij ſu-
perſederi, quando fœmina reperitur in Mo-
naſterio, nondum profeſſa,dònec fuerit pro-
feſſa,vel ex Monaſterio exierit.

15 Aduertendum etiam erit circa prędictam
Iſernię doctrinam aliter eam intelligendo,&
melius: nam inquit Iſernia, *quando dotes nõ
habuit aliunde,paragium conſiſtit infra to-
tam portionem, quam fuiſſet habiturus, ſi
cum maſculo ſucceſſiſſet: quaudo verò eſt
dotata infra ipſam legitima quantitatem
conſiſtit*;& hoc non eſt aliud, niſi quod in ea,
quę iam nupta eſt, dicemus paragium eſſe im-
proprium reſtrictum ad legitimæ quantita-
tem,in ea,quæ aliunde non habuit infra to-
tam portionem,quia poteſt vſque ad portio-
nem aſcendere, & ſic in potentia paragium
eſſe vſque ad portionem,non autem quòd in
actu ſit vſque ad virilem,& in vulgato noſtro
exemplari leguntur illa verba, *cùm dotes ha-
buerit aliunde*.addas tamen negationem,&
dicas,*cùm dotes non habuerit aliunde*,cuiuſ-
modi eſt illá,quę vult caſtè viuere: legas igitur
ſecundùm aliam lecturam, *aliàs paragium
non conſiſtit infra tertiam, nec infra mediã
debita portionis iure natura, nam dotes nõ
habuerit aliunde*: imò tunc erit tota portio
filiæ debita, ac ſi ſucceſſiſſet cum maſculo:

16† concludamus igitur ex prędictis ſecundùm
mentem Napodani,ſi filia vult caſtè viuere,
& declarauerit ſe nolle nuptias contrahere,
quòd tunc frater nõ poterit moram commit-
tere,

Digitized by Google

tere, cùm ex conſuetudine mora committatur in non maritando in tex. conſuetudinis iſtius, in §. eas autem ipſis ſucceſſoribus differentibus maritare; & ſi non eſt matrimonium vnquam contrahendum, non erit ętas annorũ 16. ſpectanda: verè tamen Napodan. dicit, quòd, ſi filia, quæ iam conſtituit fratres in mora, dicendo, ſe velle paragium ob nuptias contrahendas, vult caſtè manere in domo, poterit ſuum verum paragium conſequi, vel etiam integram portionem, prout cæterę, quę verè vellent nuptias contrahere: ſi verò ſtãdo in domo, dicat, ſe velle paragium, prout cęterę; quia poteſt, quando voluerit, nubere, non erit ipſius petitio ſpernenda: quando verò expreſsè ſe declarauerit nolle nuptias contrahere, non benè verum paragium poſſe prętendere crederem; ex quo eo ipſo quòd circumſpectio matrimonij tollitur, tollitur etiam omne id, quod ab eo conſequitur: quid enim neceſſe eſt matrimonij qualitates, & paritatẽ ſpectare, ſi eadẽ actrix declarat ſe nolle nuptias contrahere? Eſt tamen verũ, ꝙ hodie per S.C. parum, aut nihil matrimonium conſideratur, ſed inſpecta qualitate perſonę mulieris, & quãtitate patrimonij, arbitratur certa quantitas infra legitimã, & virilem mediã viam ſequendo, quaſi illud ſit ſucceſſoris debitũ; & hoc modo vidi alias conceſſum, ꝙ etiam caſtè volenti viuere non erit denegandum, maximè prout accidere ſolet, quando etiam uerum paragium non eſt tantæ quantitatis, quę ſufficiat in eius fructibus pro alimentis ipſius fœminę: quo caſu, ut rectè alimenta ſibi ſubminiſtrare poſſit, non minus, quàm ut matrimonium contrahat, congruens quantitas erit arbitranda, ita innuit Napod. hic nu. 63. ibi, *extra dotem, habere ſibi paragium pro ſuſtentatione ſua. C. ne fil. pro patr. l. cum te*. Eò magis, quia, cũ vult caſtè viuere, ipſe ſibi vir eſt, & curam ipſiuſmet ſuſtinere cogitur: quod non eſt, quando in viri poteſtatem ſe tradit, omnia enim prædicta debent Iudicis arbitrium mouere circa quantitatem paragij, in caſtè volenti viuere declarandam; & ſi illi fauore matrimonij erit dandum verum paragium, iſti fauore alimentorum ea, quę congruens ad alimenta uidebitur, erit concedenda quantitas infra legitimã, & portionẽ virilem ipsã arbitrando, propter dotis, & alimẽtorũ paritatem, de qua latiſſimè per Euerard. in ſua cẽtur. in loc. 29. ab alimẽtis ad dotem.

17 Improprijſſimum eſt paragium illud, quod non habet in ſe illius ueri naturam, quia non ſoluitur ab illo, à quo debetur, & ſoluitur ab eo, à quo non debetur, nec niſi nomen paragij continet, & quam ſit etiã in nomine tribuendum, inferius dicetur, cùm non ſecundùm paritatem multoties & rerum, perſonarumque proportionem conſtituatur: item non ad excludendas fœminas; in ſumma omnia ipſius paragij requiſitá ceſſare uidentur, & meritò improprijſſimum illud paragium appellandũ cenſuimus.

Huiuſmodi eſt dos, quæ à patre datur filiæ nubilis ætatis, vt dicit Napodan. in conſuet. ſi quis habet. num. 6. ibi enim filia, exiſtens nubilis ætatis, vt congruo viro nubat, poteſt petere paragium, ſi vult, cùm ſit paternum officium. C. de dot. promiſſ. l. fin. Intelligendus enim eſt Napodanus improprijſſimè, quia ſecundùm iura, quæ allegat, intelligendo illũ, non ſequitur, quòd pater debeat paragium filiæ, ſed, cùm eſt nubilis ætatis, illam dotare teneatur: & hoc videtur probabiliter conſuetudo ſuppoſuiſſe, ſcilicet, patrem filiam ætatis nubilis cùm poteſt debere nuptui tradere, ex officio, ei de iure communi impoſito, ex quo minorem ſexdecim annorum, diſponit, cùm ad decimumſextum annum peruenerit, a ſucceſſoribus eſſe maritandam, nihil diſponẽdo de maioribus 16. annorũ, nondum maritatis, in vita patris, ſupponẽs, quod illas in ea ætate pater maritet iuxta ipſius debitũ de iure communi, & quòd paternum officiũ in patre ſit de iure communi intelligendum Napodan. hic num. 53. ibi. dos autem de paragio debetur etiam in vita patris. C. de dot. promiſſ. l. fin. Et quòd conſtitutio, & conſuetudo non arctent patrem ad dandum filiabus paragium, latè probat Petr. de Gregor. in præd. tract. q. 38. num, 3. verſ. iſtam concluſionem, & in q. 25. num. 6, cum plurib, ſeqq. vbi videas: ſed tamen filia nubilis ætatis cogit patrem ad illam cum competenti dote maritandam, vt pluries deciſum refert de Franch. deciſ. 616. & an, & quando teneatur pater ad dotandam filiam, quæ nupſit, patre contradicente, vel volente, Aufrer. in addit. ad deciſio. Capell. Tholoſan. 289. & an tale debitum ſit iure actionis, vel officio Iudicis deciſio.

18 290 † Et ad prædicta redeundo, quòd pater de conſuetudine non teneatur ad dãdum paragium, idem Napod. in hac conſuet. ſi moriatur, num. 88. circa fin. ibi, *& ſic non requiritur, quòd pater relinquat filiæ paragium ipſum: poteſt igitur præteriri à patre in teſtamento: nec poteſt dici ſimiliter præterita à patre, cùm tempore harum conſuetudinũ conditarum patres communiter prouiderũt filiabus ſuis de paragio habendo per eas à fratribus, ſuccedentibus patri communi*, hactenus Napodan. Ex quibus patet, verum paragium à fratribus deberi, eiſdemque ſucceſ-

ſoribus

Digitized by Google

ſoribus patris communia : ergo,dum pater fi-
liæ nubilis ętatis exiſtenti debet ſoluere illud,
vt de iure communi erit intelligendum,non
de iure conſuetudinis,vel conſtitutionis , &
ſic intelligenda ſunt dicta per Iſern. in cap. 1.
de nat.ſucceſſ.feud.in addit.col.2.verſ.item ſi
minus,vbi tam patrem,quàm fratrem teneri,
inquit,ad dandam dotem ſecundùm paragiũ,
ex quo allegat tex.in l.fin.C.de dot.promiſſ.

19 Hinc fit, vt quantumcunque differat pater
filiam maritare, non per hoc inducatur ma-
ſculiatio,idem Napod.in hac eadem conſuet.
verſ.eas autem,à nu 43. & diximus in d. §.fi.
par.1 de maſculiat.q.9.in prin.& ad prędicta
Affl ct.in præd.conſtit. in aliquibus, in fi nu.
73.dicit patrem teneri ad dotandam filiam
officio Iudicis,& non iure actionis : & frater,
vel ſucceſſor tenetur iure actionis,vel condi-
tione ex lege,vt ibi dicetur,& dicetur infra
artic. 7.

20 Ex eodem principio illa concluſio oritur,
eaque magis communis,& verior,quod,quan
do pater dotat,vel maritat filiam ſuam adeo
à veri paragij norma abeſſe talem dotationẽ,
vt iure non poſſit filia conqueri de inſufficiẽ-
tia dotis,etiam ſi minus vni,quàm alteri de-
diſſe conſpiciatur, niſi re ipſa, vel dolus, vel
fraus ipſius patris detegatur : nam metus, vel
dolor,etiam præſumptus, ab hac dotatione
excluditur. de communi teſtatur Caſtill. lib.
3.cap.2.num.70.& ibid num. 65.& dicemus
in §.de renunciat. Dixi re ipſa, quia dolus re
ipſa ſimilis eſt dolo interuenienti ex conſilio,
Crauet.in conſ.pro genero, nu.36. ratio eſt,
quia tunc pater excedit in enormi læſione
confidentiam,quam lex de eo præſumit , in-
telligendo ſemper,habito reſpectu ad bona,
quæ pater habuit tẽpore dotationis,Menoch.
de arbitrar. iud.caſ.149.num.15.cum ſeq. vbi
latè explicat, & Iudicis arbitrio hoc remit-
tit.Et ratio eſt prædictorum, quia, cùm pater
ad aliud de iure non teneatur,dotando,officiũ
ſuum impleuit.l.qui liberos.ff.de rit.nuptiar.
l.fin.C.de dot.promiſſ.Marant. in ſua diſput.
10.nu.22.qui plura dicit, omninò videndus,
vltra alios nouiter adductos per noſtrum Phi-
lipp.Paſchalem in tract. de virib.patr.poteſt.
par.2.c.4. nu. 186.ad quæ videndus eſt Ma-
xilla ad conſuet.Barenſ.conſuet. dos a patre
de iur.dot.num. 46. & ſequentibus. Non ſic,
quando teneretur ipſam non ſolum dotare,
ſed ſecundùm paragium,& facultates, vt fra-
ter,& cæteri ſucceſſores,vt ibi dicit Marant.
Quemadmodum è conuerſo,quando plus de-
dit,quẽ debebatur pro vero paragio:ad quod
vide Petr.de Gregor. q. 34. Sed tamen non
21 recedas à prædicta rationis identitate. † Et
qđ per natiuitatẽ maſculi dotatio,vltra para-
giũ facta per patrẽ,nõ reuocetur Napod. hac
cõſuet.nu. 60.& eandem opinionẽ tenet Ti-
raquell.in l.ſi vnquam, in glo.donatione lar-
gitus,num.244.Sed aduertendum erit circa
prædictam doctrinam Napodani:nam ibi ex-
cluditur,& benè,reuocatio vigere.l.ſi vnquã,
C.de reuocan.donat.Item excluditur diſpoſi-
tio l.ſi totas.ff.de inofficioſ.donation. & fun-
dat deciſionem in tex. Authen. ſed quamuis,
C.de rei vxo.act.per quem tex.admittitur di-
minutio dotis,quando ex aliquo caſu diminu-
tæ ſunt facultates patris. Sic ergo procederẽt
prædicta:ſed ibi agitur de diminutione dotis
reuerſæ , nec ſupponitur,quòd fuerit inoffi-
cioſa,ſi enim tractaremus de proprio paragio
non poſset ſupplementum denegari, quando
minus in quantitate fuiſset conceſſũ,vt opti-
22 mè fundat Maran. loc.cit. † & in prædictis
notabilis etiam differentia conſpicitur, ſcili-
cet,quòd nec infra terminos legitimæ neceſ-
ſitas talis paragij reſtringatur,cùm nec ſi mi-
nus legitima habuerit, poſset ſupplementum
prætendi,prout latiſſimè cumulat plures S.
Conſ. deciſiones Camill. Salern.in addit. ma-
gna ad prædictam conſuetudinem,ſub nu.50.
circa fin.ex Grammat.deciſ.57.Afflict. in con
ſtit.fratribus.num.13.in cauſa Antoniæ Can-
gianæ,in cauſa Lucretiæ Cerellæ, in cauſa
Iſabellæ Rogerio,in cauſa Franciſcæ Caſano
ua,de qua facit deciſionem Grammat. 101.ita
vt hodie iure quidem non eſse dubitandum
dicat, & cumulat, & latè probat Menoch.
conſi.168.ex quo exterorum autoritates de-
ſumi poſsunt,& in caſu 149.de arbitrar. iud.
23 num.5.& ſeq. † & in hoc videtur corrigi, &
non bene defendi de ratione iuris,l.ſi pater fi-
liam,de ſucceſs.in Longobard.vbi prædictam
concluſionem ſeruari dicitur tam in patre,
quam in fratre,& in vtroque neget filiam le-
gitima fraudari poſse, iddem dicit Carol. in
l.1.de eo,quòd pater, ſi rectè Iſerniæ dicta
perpendantur , ſemper expreſsè tenuit,quòd
pater per dotationem non poteſt fraudare
filiam à legitima,ſic enim col.12.verſ. ſecun-
dùm ſententiam iſtorum,ibi, *dic, quòd ſi pa-
ter dotaſſet filiam*,& paulo poſt, ibi, *tertiam
dico*,& col.ſeq.verſ.& ſi verum eſt , & ſecun-
dùm iſta erit prædicta doctrina,de cuius cor-
rectione proximè tractauimus eiuſdem Iſer-
niæ intelligenda: & in ſpecie dixit Na-
podan.in conſuet.fin.de iur.quar. num. 132.
vbi filiæ,dotatæ a patre in quantitate minus
paragio, quòd non cenſeantur excluſæ à ſup-
plemento paragij , ſed Napod. loquitur de
ſupplemẽto in bonis maternis, in quibus bo-
nis non eſt officium paternum dotare filiam,

propterea debent imputari poſt mortem in
paragium,& in caſu, quo deficit ſupplemen-
24 tum concedi, vt dicetur inferius: † quomo-
docunque ſit à prædicta opinione Marantæ
tot, tantisque S. Conſ. deciſionibus fundata,
non diſcedendum puto: ex quo ceſſantibus
fraude,& dolo, iura præſumunt, quòd pater
benè prouidet filiæ ſuæ. Becc. conſ. 102. Me-
noch. de arbitrar. iud. caſ. 149. num. 5. Caual-
can. deciſ. 5. num. 99.& ſeq. in 3. par. Cumia in
cap. ſi aliquem. verſ. maritata. num. 169. relati
per Addent. ad Petr. de Gregor. ad prædict.
quæſt. 34. in princ.& vlt. Videas moderniſſi-
mum Theſaur. q. fin. 93. lib. 2. qui plures caſus
diſtinguit, quando filia, dote recepta, auctis
facultatibus, poſſit petere ſupplemẽtum. Gra-
tian. diſcept. for. cap. 148. num. 12.& cap. 165.
& Caſtill. lib. 3. quotidianarum cap. 2. nu. 65.
& ſeq. De qua quæſt. etiam dicemus in tract.
de renunciatione. Et an paragium vſque ad
quantitatem legitimæ debeat ſuppleri, dice-
tur infra in art. finali de ipſius ſupplemento:
& dicit Afflict. in conſt. in aliquibus, num. 50.
in fin. Quòd verò in donatione facta,& per-
fecta in vita patris, non cadat regulariter ſup-
plementum, nec legitimæ quantitatis com-
menſuratio optimè ſequendo Marant. tenet
de Pont. conſi. 65. vol. 1. nu. 9. cum plur. ſeqq.
præcipuè num. 15. vbi negat eſſe ſeruandam
de mente Iſerniæ diſtinctionem illam magna-
tum,& dicit deciſionem in cauſa Ducis Nu-
ceriæ proceſſiſſe: ex quo pater in vita mari-
tauerat, non autem quando frater poſt mor-
tem patris,& mihi de mente Iſer. videtur eſſe
iſtud dictum de Ponte.

25 Quòd verò in aſſignatione legitimæ, auctis
facultatibus, debeat augeri aſſignatio reſpectu
bonorum tempore mortis exiſtentium, vltra
dicta in tracta. de renunciat. Peregrin. de fi-
deicom. art. 36. nu. 17. Couarr. in cap. Ray-
nutius. §. 1. num. 8. extr. de teſtam.& alij relati
per Peregrin. Sicuti è conuerſo eſſe reſtituen-
dum illud plus reſpectiuè ad bona tempore
mortis, Peregr. ibid. num. 18. Ratio eſt inter
dotem,& legitimam, quia legitima inuita non
debetur. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bono.
vbi Bart. Peregrin. loc. cit. num. 14. Ideo id,
quod fit, fit habito reſpectu ad tempus mor-
tis: quo inſpecto iuxta illud quantitas erit
regulanda, non videtur ſic in dote patris, quę
in ipſius vita debetur, vt dicemus etiam in
tract. de renunciat. in art. fin.

26 Magis ad improprietatem accedit paragiũ
illud, quod datur ab illis, qui non ſolùm non
tenentur ad dotem de paragio, ſed nec etiam
tenentur ad ipſam dotem: nam, licet pater ſit
obligatus ad dotandum ex paterno officio, nõ
tamen tenetur ad dotandum de paragio, alij
ſunt, qui nec tenentur ad dotandum,& huiuſ-
modi eſt primò ipſa mater, ita dicit Andr. in
conſtit. in aliquibus. col. 12. verſ. ſecundùm
ſententiam iſtorum, vbi dicit. paternum eſſe
officium filiam dotare, non autem matris,&
quòd, ſi mater viuit, nõ teneatur dotare filiã,
niſi eſſet hæretica. l. cognouimus. C. de hæret.
d. l. fin. C. de dot. promiſſ. vel niſi in neceſſita-
tibus. l. neque. C. de iur. dot. Vnde in dotis
conſtitutione cenſetur extranea. l. vnic. §. ex-
traneum. C. de rei vxor. act. Afflic. in conſt. in
aliquibus. nu. 49. in fin.

27 Secundò ſunt ipſi fratres, qui nõ tenentur,
nec poſſunt cogi, viuo patre, ad dotãdas ſoro-
res, prout innuit idem And. in loc. cit. in gloſ.
quintumdecimum, col. 10. verſ. quid ſi frater,
patre viuo, ibi eatenus paragium, vel dos, ſo-
luta à fratre, viuo patre, cauſat excluſionem
ſororis à patris, vel matris hæreditate, quando
frater probabiliter præſumitur ſoluiſſe de
bonis paternis, vel nomine ipſius patris,&
tunc habetur pro ſolutione paragij, facta ab
ipſo patre, ſiue vt adminiſtrator paternorum,
ſiue nomine expreſſo ipſius patris facta ſit
prædicta ſolutio, vt dicit Andr. d. verſ. quid ſi
frater.

28 At, quãdo pater eſſet inops,& frater habe-
ret vnde dotaret ſororẽ, tunc videretur eiuſ-
dem qualitatis eſſe tale paragium, vt eſt illud
ſolutum a patre viuo, quia vterque tenetur
ad dotandum,& debet excludere tunc frater
illam, quæ non debet habere duplicem dotem
glo. in l. cùm plures. §. pen. ff. de adminiſt. tut.
Bart. in l. quæſitum ff. vbi pupill. educar. deb.
Abb. in c. peruenit, de arbitr. Napodan. in hac
conſuet. ſi moriatur. num. 54. in eo enim caſu
non poteſt ex prædictis dici, fratrem liberali-
tatem exercuiſſe: nemo enim in neceſſitati-
bus liberalis exiſtit. l. rem legatam, in fin. ff. de
admin. legat. Iſern. in tit. qualiter olim feud.
pater. alien. col. 5. in prin.& ibi dixi in notis.

29 † Et licet tex.& glo. in d. l. cùm plures, tenẽat
in fratre conſanguineo hoc procedere, tamen
Iſern. ex intentione Hoſtien. in conſtit. Comi-
tibus,& Baronib. col. 3. verſ. dicit Hoſtienſis,
in fin. tenet idẽ in ſorore, ex alio patre nata:
quam opinionem benè intelligo, quando ſo-
ror vterina excluditur à ſucceſſione feudi ma-
terni per fratrem vterinum, vt ſupra dixi,&
etiam de iure cõmuni, quando non eſſet alius
proximior frater, quod etiã de iure cõmuni ſi
non haberet ſoror in bonis,& frater eſſet di-
ues, prout etiã in matre dicitur per Doctor.
in dict. l. neque, C. de iur. dot. per tex. in
l. pen. ff. de liber. agnoſcẽ. arg §. illud, vt liceat
30 matri,& auiæ, †& ſecundum prædicta in-
telli-

telligerem opinionem Gratia.diſcept.for.65. num.2. & ſeq. De qua opinione diximus in principio huius repetitionis:& hoc eſt, quod dicit Ann.alleg.117.nu.9.quòd poteſt appellari paragium illud, quod habet ſoror in bonis fratris,non inſtituta turpi perſona:in ea enim allegatione contendebat Anna contra veritatem,tenendo etiam in bonis fratris ſorori paragium deberi, cuius contrarium fuit deciſum, vt ibi,& dicetur locis ſuis,& ſic etiã dicetur dos,quæ debetur filiæ,quæ ſine culpa dotem amiſit, quod non eſt in vero paragio, debito à ſucceſſore,ipſis fęminis excluſis,quia ſufficit ei ſoluiſſe ſorori debitum,quo amiſſo, frater ad aliud non tenetur: debitum patris oritur ex vniuerſali æquitate paterni officij, ita Gratian.diſcept.foren.65.num.15. & ſeq. vbi vide.

31 Sed circa prædicta non ſine difficultate quæri poſſet,quid ſi, patre viuo,& inope, filius,idemq; frater diues dotet ſororem; poſtmodum, patre diuite moriente poſt filiam nuptam,& ad meliorem fortunam peruento, quid iuris circa excluſionem ipſius filiæ ſit conſtituendum tam in ſucceſſione patris,quã etiam in fratris ſucceſſione, iuxta diſpoſitionem textus in conſtit, vt de ſucceſſionibus,in §.coniugatæ autem,& dotatæ: & licet Iſern. in præcitata doctrin. in verb. quintumdecimum.col.10. verſ. quid ſi frater, patre viuo, reſoluat dotationem, factam à fratre, patre viuo,quando non poteſt aſcribi, quòd præſumptiuè,vel expreſsè fiat nomine patris, vel vt ab adminiſtratore rerum paternarum, quòd tunc non cauſetur excluſionẽ ſororis à ſucceſſione patris,quia facta ab extraneo;cum ſiat ab eo, qui eam non habet in poteſtate,vt per hoc præſumatur donatio in beneficium ſororis,tunc, licet hoc caſu penitus præſumptio donationis excludatur,cùm iuris neceſſitate fiat patre inope exiſtẽte:tamen non per hoc ab eadem deciſione diſcederem, vt tunc dotatio illa nihil proficiat ad excluſionem ſororis à ſucceſſione patris, ex quo non poteſt dici,quòd frater functus ſit patris officio, cum illo tempore pater ex inopia,liberatus erat ab obligatione dotandi, & per eandem rationem obligatus erat frater,ergo iſta dotatio dicetur, & habebitur, ac ſi reperiatur ſoror iſta aliunde dotes habuiſſe, & legitimam pro paragio in bonis patris, vel matris erit habitura,prout diximus ſupra de improprio paragio,& dixit Iſer.in d.eodem verbo quintumdecimum,col.9.verſ.per hoc patet. Si verò tractamus de ſucceſſione fratris in feudo, iuxta tex.in præd.conſtit. vt de ſucceſſionib. verſ.coniugatæ autem,& dotatæ, & tunc libenter hoc caſu concluderem ſororem eſſe excluſam à ſucceſſione fratris, quia dotata de bonis fratris etiam ſecundùm illorum opinionem, qui tenent dotationem, de quo in præd.§.coniugatæ autem,debere eſſe dotationem neceſſariam: imò iſte eſſet caſus, in quo reſtrictio,& intellectus illorum poſſet procedere,vt per Minad.in pręd.conſtit.repetitionis in tex.ipſius.num.74.& de hoc diximus in principio huius repetitionis.

32 Sed nolui omittere quæſtionem circa prędictum improprijſſimum paragium,quonam ſcilicet,modo dotatio facta à patre, vel à matre,cauſetur, vel poſſit cauſari ſororis excluſionẽ, cùm hic non dotentur a ſucceſſoribus, ſed ab illis,ſcilicet,matre,vel patre,de quorũ ſucceſſione poſtea tractatur.

Excluduntur non verbis expreſſis ipſius conſtitutionis, vel conſuetudinis, ſed ex neceſſaria, vel probabili ipſarum intentione; in patre non eſt difficultas, ſufficit enim ipſi ſucceſſori dicere, tu habuiſti dotem de iſtius patris communis bonis, ego te excludo, quia maſculus,onus non habeo, quia paraginm nõ debeo proprium, cùm iam ſis nupta, dotare te non debeo,quia iam ex paterno officio pręuentus,ipſe te dotauit,nec ex eodem patrimonio duplex dos erit extrahenda,ita dicit tex. in Longobar. de ſucceſſ. incipiens, ſi pater filiam,in alijs vero procedetur per imputationem,quando,ſcilicet,non ſunt illi, qui ex officio tenentur dotare,ut eſt in patre,& Andr. in præd.conſtit.in aliquibus, expreſsè imputationem vocat paragium per dotes datas à fratre de paternis bonis cum proteſtatione col.antepen.verſ.*poſſet tamen ſaluari in fin. ibi,niſi proteſtaretur frater,quòd tanquam de bonis matris dotabat, tunc forsè illa imputabit in paragio*, & per hoc crederem tũc dici,quod in dote à matre debita,quia non eſt maternum officium dotare, & in ea non eſt illa pręſumptio, quæ eſt in patre, quæ filiam excludit à querela inſufficientis dotis, vt ſupra diximus,quod propterea quando filia reperitur dotata,ſed minus legitima, & excludatur per viã imputationis,vt dixit Iſer. erit improprium paragium, ac per conſequens in imputatione deueniendum vſque ad legitimam,quando ſit caſus ſucceſſionis, quaſi habuerit dotes aliunde: quando verò non eſt aliud agendum, quia verè dotata reperitur, non aliter erit de paragio tractandum, vt dicemus in capitulo de ſupplemento, & ſatisfactione, & ratio euidens eſt, quia hic caſus, quando pater dotat quòad dotationem remanet in puris terminis iuris communis, cùm conſuetudo, & conſtitutio non poſſint inclu-

dere iam dotatam à patre, aliàs malè iterum
ordinarent, onerando ſucceſſores ad illas do-
tandas: remanet igitur prælàtio ſimplex ip-
ſius ſexus, vt, maſculis extantibus, fœmina nõ
admittatur, & per hoc excluditur iſta ſimpli-
citer à maſculo abſque alio onere: in cæteris
non erit ſic, ſed remanet onus, quod, licet qua
le quale reperiatur impletum, remanet, quod
per imputationem ipſi ſatisfiat, vt ſic hinc in-
de, compenſatione facta, ſuppleatur reliquum
à ſucceſſore, qui præfertur per prædictam
Iſern. doctrinam, & ad prædicta videas, quæ
latè dicemus in §. de renunciatione art. 3. ex-
cept. 3. circunſt. 5. circa ſcilicet patris dota-
tionem.

33 Iddem, quod de matre dixi, dicendum eſt
in alijs, qui non tenentur, nec a iure obligati
ſunt ad dotandam, prout eſt etiam auus, filio
inope non exiſtente, per dicta per D. de Fran
chis deciſ. 215. vt ſemper, quando illæ perſo-
næ moriuntur, & conſtat fœminas aliquid
habuiſſe pro dote ab ipſis, ſit in ipſis proce-
dendum per viam imputationis, vel collatio-
nis, vt dicetur locis ſuis, illud ſemper obſer-
uãdo, quòd in omni caſu, quo proceditur per
viam imputationis, in caſu, quo non ſufficiat
quantitas imputata ad quantitatem legitimę,
pernecesse ſit deueniendum ad ſupplemen-
tum. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic.
teſtam. latè cumulat Petrus de Gregor. in
d. tract. quæſt. 33. & ibi ex autoritatibus Iſer.
colligitur in prædict. conſtit. in aliquibus, in
locis ibi relatis.

Et prædicta intelligas de illis perſonis,
in quorum bonis iſti fœminæ de iure com-
muni ſpectaret legitima, vt diximus pluries:
34 † vnde quomodocunque tractatur de fra-
tris dotatione, illud ſemper erit aduerten-
dum ex dictis in principio huius repetitio-
nis, in diſcurſu ſuper diſpoſitione conſtitu.
vt de ſucceſſionibus, facto in quæſtio. finali,
quòd reſpectu bonorum ipſius fratris, à cuius
ſucceſſione eſt ſoror excludenda, ſeruata for-
ma declarationis Reginæ Ioannæ in pragma
tica, dicta la Filingeria, nunquam poterit tra-
ctari de paragio, ſed reſpectu bonorũ patris,
à quibus per ſexum excluditur, cum onere
dotandi de paragio, reſpectu verò bonorum
ipſius fratris, non attenditur, niſi pura dota-
tio facta a fratre, vt deinde poſſit dici excluſa,
& admiſſus etiam quilibet poſterior, vel etiã
Regius fiſcus. Et ratio eſt, quia nullum ius ip-
ſa ſoror in fraternis bonis poteſt habere, prę-
ter caſum inopiæ, de qua re diximus locis ci-
tatis, & Napodan. in conſuetud. ſi moriatur.
nu. 54. Et quomodo dotatio voluntaria ope-
retur ſororis excluſionem à ſucceſſione fratris
(in feudalibus, ſcilicet, intelligendo) dicemus
etiam infra in 4. art. ibi videas.

Reliquum eſt, vt pro complemento huius
tertij articuli declaremus aliam diſtinctionẽ,
ſcilicet, paragij, facto teſtamento: & quia per
caſus particulares melius ad rei veritatem
peruenitur, diſtinguamus infraſcriptos caſus.
Et primus eſt, quando illa perſona, ex cuius
37 bonis poſt eius mortem per ſucceſſores ſunt
præſtanda paragia ipſis fœminis, fecit teſta-
mentum, inſtituendo ſimpliciter hæredes ip-
ſos maſculos, nihil diſponendo de fœminis, &
tunc ex vniuerſa hæreditate, deductis oneri-
bus hæreditarijs deducẽdis, erit paragiũ fęmi-
nis cõcedendũ, quia præſumitur hoc caſu, quod
teſtator in ſui mente conceperit id, quod ius
vult. l. quamquam. ff. de rit. nuptiar. & cenſe-
tur ſe conformare cum diſpoſitione legis etiã
municipalis, ita voluit in terminis noſtræ
conſuet. Napod. in hac conſuet. num. 89. ibi,
*quia tunc non poteſt dici teſtamẽtum fuiſſe
inofficioſum, in quo pater filiam præterijt, &
filium inſtituit, quia inſtituendo, conſtituit
debitorem ad dotandum ſororem de paragio,
virtute huius conſuetudinis. Ea etiam quæ
ſunt de conſuetudine, ea ineſſe videntur, &
ſi non exprimantur, vt not. ff. de leg. commiſſ.
l. ſi fundum. §. ſi in lege.* Et per prædictam
Napod. autoritatem. Capyc. in addit. quæ in-
cip. Dicit hic Napodanus, ſub 87. & latè
congerit Mantic. de coniect. vlt. volunt. titu.
14. lib. 10. nu. 15. Et dicit Reuer. Pater Molfe-
ſius in ſuis Commenta. par. 4. de ſucceſſ. ab in-
teſt. quæſt. 13. num. 4. Quæ procedunt, etiam ſi
per patrem ſimpliciter filij ſub nomine ap-
pellatiuo fuiſſent hæredes inſtituti, vt dicit
Capyc. loc. cit. fuiſſe deciſum per Sac. Conſil.
contra Bal. in l. quicunque, de ſeru. fugit. con-
tra quem tenet etiam Anchar. in c. canonum
ſtatuta. car. 43. de conſtit. & in ſimili facit,
id, quod dicit Minad. in repet. in rubr. nu. 48.
vbi dicit, quòd, quando feudum conceditur
ſimpliciter pro filijs, debet intelligi iuxta
diſpoſitionem conſtitutionis, vt fœminæ ha-
beant paragium, & ad prædicta Anchar. in
conſ. 226. incip. Viſis, & diligenter ruminatis
actis, num. pręcipuè 7. verſ. & ideo filiæ.

39 Et prædicta ſimpliciter procedunt in di-
ſpoſitione ſeruata conſtitutione Regni, quæ
conſtitutio, cùm ſimpliciter loquatur ab in-
teſtato, nec quòad poteſtatem diſponẽdi cor-
rigatur Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam.
remanet, quòd, facto teſtamento res fit in pu-
ris terminis iuris communis circa ipſarum
rerum diſpoſitionem. Si enim teſtator volue-
rit de bonis ſuis diſponere, & ſeruare expreſ-
sè ipſis fœminis legitimam portionem, non
pote-

Digitized by Google

poterit ipſa fœmina conqueri de patre, vel alio, cùm etiam quòd eſſemus in diſpoſitione iuris communis, eſſet ei adimpletum, & ſecũdum iſtos terminos eſt intelligendus Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum, col. 9. verſ. Vnde quantum eſt portio, cum plurib. ſeqq. & col. 12, verſ. ſecũdùm ſententiam illorum, & col. 13. verſ. & ſi verũ, vbi æquiparat excluſionem legis cum excluſione teſtatoris, & ſic verum eſt, quòd conſtitutionis diſpoſitio non innouauit, nec mutauit diſpòſitionem iuris communis in caſu teſtamenti facti, & expreſsè dixit Iſern. in verb. quintumdecimum in princ. verſ. dicendum eſt, ibi, *Tot leges, tot iura hoc dicentes, non debemus ſimpliciter dicere debere corrigi per generalitatem huius conſtitutionis, quæ nihil exprimit de teſtamento*. Et ſic vltimò concludit de Pont. conſ. 65. num. 14. vol. 1. & nu. 18. Ideo poterit pater expreſsè diſponendo, prout de iure cũmuni relinquere filiabus
40 puram legitimam. † Quando verò eſſemus in terminis conſuetudinis, vt quia eſſet prohibita diſpoſitio bonorum eadem ratione, qua diximus in legitima; ſic paragium erit neceſſarium ſoluendum, habito reſpectu ad ipſa bona antiqua pro medietate, vel pro nouem partibus in antiquis, vel pro legitima in nouiter quæſitis, in quibus quomodo ſit procedendum in liquidatione, dicetur infra: ſufficiat hic tantum aduertere, quòd illud, quod dicimus in ſucceſſione ab inteſtato, erit ſeruandum in ſucceſſione facto teſtamento, in illis portionibus, quæ ſegregantur à diſpoſitione, prout dixit conſuet. & ſi teſtator, & dicetur ibi latius, quando iam conſtat, quòd teſtator voluerit vti poteſtate diſponendi ſibi à lege, & conſuetudine conceſſa, quando vero diſponit, prout ab inteſtato per conſuetudinem reperitur diſpoſitum ſimpliciter, in omnibus erit præſumendum, quod teſtator voluerit ſecundum iura diſponere dico hoc, ne decipiaris in inſtitutione facta per teſtatorẽ de omnibus bonis in fauorem maſculorum, vt per hoc poſſit dici vniuerſalis inſtitutio ad beneficium maſculorum, & quaſi extraneę non poſſint fœminæ ab illis aliud, quàm puram legitimam prætendere: nam diuerſa eſt ratio, quia in extraneis inſtitutis, filij maſculi non debent inſtitui, niſi in legitima, cuius legitimæ portio debetur quoque ipſis fœminis: & iam conſtat, quòd teſtator voluerit vti libertate diſponendi. At quando teſtator nõ ordinauit quantitatem ſoluendam filiabus pro dotibus, præſumendum eſt voluiſſe illis verum paragium relinquere. In ſumma erit in arbitrio ipſius teſtatoris vſque ad legitimę quantitatem taxare quantitatem dotium fęminarũ de iure conſtitutionis, vel ſecundùm conſuetudinem infra illas quantitates, in quibus per ipſam conſuetudinem eſt, libertas diſponendi reſtricta, vt dicetur in repetitione conſuet. & ſi teſtator. Et prædicta probantur ex dictis per Morot. in conſ. 23. num. 24. verſ. quartò quæritur. Vbi fundat dotes eſſe detrahendas ex triente, vel ſemiſſe, filijs debito: quam opinionem rectè probat Iſern. in loc. cit. in conſtit. in aliquibus. col. antepen. verſ. & ſi verum eſt, vbi in legitima liquidanda, filiæ quoque connumerantur, etiam circa liquidationem paragij: ideo nulla ratio diuerſitatis eſt, vt eadẽ nõ ſit ratio de parte quòad partem, quàm de toto quòad totum; vt, ſcilicet, ſi quando virilis ipſius fœminæ eſſet integra portio totius hæreditatis ab inteſtato, infra ea vertetur quantitas paragij: ſic quando ipſius virilis eſſet in ſolo triente, vel in ſemiſſe; cùm priuatio facta ipſis fœminis, fauore maſculorum, non debeat in ipſorum odium retorqueri: ſi enim eſſet maſculus, & pater vellet vti legis poteſtate, certè non poſſet in plus a patre habere, quam eſt quantitas ipſius legitimæ, ex Authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. Nec obſtat, quòd dicat Napod. in hac conſuet. in verb. ſuccedunt. num. 85. & num. 29. per paragium eſſe receſſum à iure legitimæ, & ſimpliciter tam facto teſtamẽto, quàm ab inteſtato, filiam dotãdam de paragio; quia verè paragium dicitur, inſpecto numero filiorum, & quantitate patrimonij; quod patrimonium aliquando eſt vniuerſum, quia pater non diſpoſuit, aliquando conſtat in ſolo triente, vel ſemiſſe contra voluntatem patris, vel infra portiones, à conſuetudine præſcriptas, vt diximus.

Repet.Par.2.§.4.de Parag.

1 *Paragium à quibus debeatur, dupliciter diſtinguitur circa modum, quo debetur.*
2 *Paragium vti paragium, à quibus, & quando debeatur.*
3 *Paragium quomodo debeatur ſucceſſoribus fœminarum, quæ in vita illud non habuerunt.*
4 *Paragium an tranſmittatur, quando ſoror, vel alia moriatur ante nubilem ætatem, & qualiter ſit per Sacr.* Conſil. *deciſum num. 5.*
6 *Paragium neceſſario quæ perſonæ debeant, explicatur de conſuet.*
7 *Ad paragium neceſſariò de iure cõmuni, vel melius ad dotẽ, quæ perſonæ teneãtur, ip-*

ſaque in ſubſidium, & quæ principaliter.

8 *Paragium cauſatiuè à quibus debeatur, non autem practiè, & neceſſariò.*

9 Dotationem *neceſſariam non voluntariam, cauſare fœminæ dotatæ excluſionem, quomodo ſit verum, explicatur, & vſque ad nu.21. & ſeq. latè diſſeritur.*

10 *Conſt.* Comitibus *quomodo intelligenda in illis verbis ex debito teneantur circa ſubuentionem petendam à vaſſallis propter dotem ſororis.*

11 *Subuentionem non dari in feudo nouo, & inter paragium, & ſubuentionem non adeſſe paritatem.*

12 *Paragium illis deberi, pro quorum dote baro poteſt petere ſubuentionem, valet argumentum.*

13 *Dotatio facta per fratrem ipſius ſororis, quomodo cauſetur ſororis excluſionẽ, & quomodo dicatur voluntaria, & quomodo neceſſaria, aduerſus Minad. & Afflict. locis notatis cum diſtinctione Autoris. num.14.*

15 *Subuentio an peti poſſit, quando mater maritat filiam, & feudum eſt maternum, latè diſſeritur.*

16 Dotatio *facta à patre viuo, vel à matre, vel alijs aſcendentibus ipſius filiæ, operatur ſororis excluſionem, quando tractatur de ipſorum dotantium ſucceſſione.*

17 *Subuentionem à matre maritante non poſſe peti ex neceſſitate, tenet Afflict. qui oppugnatur.*

18 *Paragium quod ſoluitur in conſequentiam excluſionis verè nõ operari excluſionem, ſed oriri ex ipſa excluſione, & ibid. quæ dotatio extinguat paragij debitum.*

19 Dotatam *repelli à ſucceſſione, quomodo intelligenda hæc propoſitio.*

20 *Fœminam excluſam eſſe dotandam à ſucceſſoribus diuerſam eſſe propoſitionem à prædicta. nu.19.*

22 Dotationem *factã ex pura donatione à fratre cauſari ſororis excluſionem à fratris ſucceſſione in feudis.*

23 Dotationem *neceſſariam non cauſare dotatæ excluſionem oſtenditur, prout in dotatione Amitæ, quæ non excluditur à nepotis ſucceſſione.*

24 *Amitam in feudo ſuccedere.*

§.4. *De perſonis, quibus. & à quibus paragium debeatur.*

1 AD Quartum Articulum principalem deueniamus, & videamus quib. perſonis paragium debeatur, & à quibus debeatur: in quo articulo ſi ſimpliciter perſonæ debitorũ, & creditorum ipſius paragij perquirẽde nobis eſſent, rem actã ageremus: cùm ex præcedentibus tribus articulis ſatis, ſuperque cognitum ſit, à ſucceſſoribus maſculis, qui in ſucceſſione, pręferuntur ratione ſexus ſecundùm conſuetudinem, vel etiam ab illis, qui ratione primogenituræ pręferuntur, ſeruata diſpoſitione conſtitutionis, deberi paragium ipſis ſororibus, vel amitis excluſis: quas perſonas omnes enumerauimus in principio huius repetitionis, dum de combinationibus in prærogatiua ſexus tractauimus, & etiam ex explicatione definitionis ipſius paragij. Verſabitur igitur præſens articulus circa modum, quo debetur ipſum paragium: vnde ſic erit primò diſtinguendum, quòd aliqui ſunt, qui debent propriè paragium, quia illud, vti paragium, debent, aliqui ſunt, qui paragium, non vti paragium, debent.

Secunda erit diſtinctio, quòd aliqui debent paragium neceſſariò, aliqui debent illud cauſatiuè. Explicemus primò primam diſtinctionem.

2 Debent igitur paragium, vti paragium, illę perſonæ, quæ ſunt ipſæ admiſſæ ad ſucceſſionem, & in ea ſunt prælatæ, & per ipſas ſunt fœminæ illæ dotandæ ex onere impoſito per conſuetudinem, vel conſtitutionem ex ratione excluſionis & prælationis prædictæ. Huiuſmodi ſunt fratres, & filij fratrum de conſuetudine, item ſoror primogenita, & filij, vel filia ſororis primogenitæ, vt dictum eſt in principio huius repetitionis, dum de ſexus prærogatiua egimus, ac de conſuetudine illud ſpeciale eſt in his perſonis, quæ paragium, vti paragium, debent; quia, ſi non ſoluant, nec adimpleant onus, a conſuetudine impoſitum, illæ perſonæ, quæ illud, vti paragium, conſequi debent, maſculiantur, vt dixi, dum de maſculiatione pertractaui: quò loci, quæ ſint iſtæ
3 perſonæ, patet. † Aliquando prædictæ perſonæ debent ſoluere paragium, ſed non vti paragium, veluti quia illæ perſonæ, quæ iure il-

lud conſequi debebant, reperiuntur mortuæ
antequam nuptui traderentur: quo caſu erit
recurrendum ad diſtinctionem, quòd aut iſta
moritur iam conſlito de quantitate paragij,
& facta interpellatione per ipſam poſt nubi-
lem ætatem, & non erit dubitandum ipſius
hęredem ſuccedere in illud paragium, ſibi per
mortuam transmiſſum, vt inferius dicetur: ſic
de mora dicit Brun. in tract. de ſtatut. art. 11.
q.9.num.1. Ex Angelo conſ. 349. incip. con-
ſultatio, & ex alijs ibi relatis. Et faciunt dicta
ſupra de paragio debito ipſis, qui poſt mortē
patris ingrediuntur religionem: quando ve-
rò ſimpliciter moritur, nulla petitione facta,
ex quo ceſſat circumſpectio matrimonij, legi-
tima quantitas tranſmiſſa cenſetur; ita Perr.
de Gregor. in præd. tract. q.39. ſecundum quā
opinionem fuiſſe deciſum in cauſa Hierony-
mi Funati cum Ferdinando Roberto, referen
te Ioan. Thoma Minadoo, Actuario Balſamo,
refert de Bottis in addit. ad conſtit. in aliqui-
bus, col. penult. ſub verſ. poſſet ibi tota etiam:
quam deciſionem conciſè refert D. de Frāch.
in addit. ad conſuet. hanc ſi moriatur, ſub nu.
50. in addit. quę incip. circa paragium, & in
hoc, quò, ſcilicet, ad quantitatem legitimæ pa
ragium aſſumit verā naturam legitimæ, Ant.
de Alex. ibid. in hac conſuet. ſi moriatur, ſub
nu. 50. in addit. quę incip. quādo filia. Et dixi-
mus ſupr. in explicatione diffinitionis: faciūt
notata per Alex. in l. mulier. §. cùm ꝓpone-
4 retur, n.3. ff. ad Trebell. † Difficilis eſſet quę-
ſtio, án paragiū tranſmittatur, qñ ſoror mo-
ritur ante nubilē ætatē, nā poſt nubilem ætā-
tem non difficultatur, & Loffred. conſi. 26.
diffusè tractauit quæſtionem, & tenuit pro
tranſmiſſione: ſed in contrarium eſt magis
vera opinio; dos enim verè non debetur ante
nubilem ætatem, Napod. in hac conſuetud. ſi
moriatur, num. 47. verſ. eas autem, ibi, & ſic
ſoror, in capillo exiſtens, nubilis ætatis, &
num. 48. ibi, primùm cùm poſſunt, & nu. 49.
Iddem dicit Iſern. in conſtit. comitibus, col.
4. verſ. ceſſerat, & per illum Minad. in conſt.
in aliquibus, in 7. notab. num. 10. & ibi relata,
& Anton. de Alexan. in hac eadem conſuet. in
1. addit. in fi. verſ. & ideo vbi tranſmiſſionem
ſupponit poſtquam ceſſerit dies, ita impij ad-
dentes ad conſilium Alexan. 188. lib. 6. Nec
de legitima aliqua ratio eſt habenda; quia, li-
cet ſit loco legitimæ, non tamen deſinit eſſe
dotem, & per eam eſt receſſum à iure legiti-
mæ, vt ſupra diximus, ſicut etiam tenet Alex.
conſi. 179. nu. 10. vol. 5, à Loffredo, licet in
contrariam opinionem relati in præd. conſi.
26. nu. 29. Huiuſmodi eſt opinionis Couar.
in cap. 3. num. 11. verſ. decimò ex præmiſſis,
extr. de teſtam. Suarez in l. quoniam in prio-
ribus. limit. 11. C. de inoffic. teſtam. Vaſq. de
ſucceſs. creat. §. 10. nu. 432. qui teſtatur de cō-
muni. Menoch. conſ. 251. num. 44. & de præ-
ſumpt. 146. lib. 5. num. 40. Et licet Iſern. in
præd. conſt. in aliquibus, col. 11. verſ. vnde
quantum, ibi, quantum ad primum, & paulò
poſt ibi, & cùm dos detur, videatur excludere
neceſſitatem nuptiarum, non tamen excludit
5 nubilem ætatem: † indifferenter tamen trāſ-
mitti quādocunque ſoror moriatur antequā
nubat ſecundùm opinionem Loffredi in prę-
dict. conſ. 26. Defendit Cannet. latè in extra-
uag. volentes, fol. 98. verſ. incip. non eſset
otioſum, & ſecundùm ęquiorem opinionem,
& ſic attenta æquitate, non autem iuris rigo-
re pro tranſmiſſione, etiam ante nubilem æ-
tatem fuit iudicatum per S.C. vt refert D. de
Franch. deciſ. 617. attendendo ſimpliciter pa-
ritatem inter legitimam, & paragium quòad
ipſam quantitatem legitimæ, licet verè para-
gium non ſit legitima, ex dictis per eundem
deciſ. 559. de qua ſupra. Et ſic proceſſit ex æ-
quitate prędicta deciſ. 618. vt in finalib. ver-
bis notat D. de Franch. Et ſecundùm prædi-
cta eſt intelligendus Afflict. in deciſ. 126. in
fin. in verſ. fuit igitur votatum, vbi dicit de-
buiſse per filiam peti legitimam, nam voluit
dicere legitimam pro quantitate legitimæ,
non autem quòd verè legitimam debuiſset pe
tere, prout dicemus in §. 7. de actionib. quæ
pro parag. compet. Cùm verò legitima nullo
modo poſſit filiæ excluſæ de conſuetudine,
vel conſtitutione competere, vt pluries dixi-
mus: & ſic dixit Afflict. filię competere legi-
timam in caſtro pro dote de paragio in deciſ.
76. intelligendo in iam nupta, vt per eūdem
Afflict. deciſ. 160. licet ſtrictioribus terminis
contra tranſmiſſionem de iure communi di-
ſcutiendo concludat Barboſ. in l. 1. par. 4. nu.
11. verſ. quare filia, vſque ad num. 14. verſ. his
ita, de quibus non curo, cùm habeamus res
pluries iudicatas, & deciſas. Huiuſmodi eſt
etiam dos, que debetur nepti ex ſecundogeni-
to per primogenitum ſucceſsorem in feudis;
nam non eſt paragium, ſed debet iſta filia ſe-
cundogeniti dotari pro quantitate vitę mili-
tię debitæ ſecundogenito ipſius patri, quia
excluditur ex perſona patris ſui, & non ex
perſona propria, prout excluditur ſoror, &
amita, ita ex doctrina Iſern. in conſtit. comiti-
bus, col. antepenult. verſ. filiam fratris, proba-
uimus ſupra §. 3. nu. 6. & per alias rationes ibi
adductas.

Veniamus modò ad explicationem ſecun-
dæ diſtinctionis ſupra poſitę, ſcilicet, aliquos
debere neceſſariò dotem, & paragium; alios
verò

verò debere cauſatiuè.

6 Neceſſariò illæ perſonæ debent paragium primo, quæ iam ſucceſſerunr vigore conſtitutionis, vel conſuetudinis, & amitas, vel ſorores excluſerunt; tenentur propterea ex neceſſitate ipſis per legem municipalem impoſitã dotare, & poſſunt cogi ad id faciendũ conditione ex moribus, vel ex lege, Napod. in hac conſuet. in uerb. & tenentur. num. 27. & poſt moram ſimiliter, vt num. 92. Quæ verò ſint iſtæ perſonæ, explicauimus in hac conſuetudine, dum de combinationibus circa ſexus prærogatiuam egimus ſupra: & de huiuſmodi dotatione loquitur conſtit. Comitibus, ibi, ex debito teneantur, & hoc eſt, qđ dicit Iſer. in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum. col. 4. verſ. Item verbum debet importabit neceſſitatem, vt neceſſe habeat maritare frater, ſi vult præferri, ſi non vult maritare, fœmina habebit partem ſucceſſionis.

7 Aliter etiam ex neceſſitate coguntur dotare, licet non vt paragium pater, vel alij de iuris communis diſpoſitione, de quibus ſupra diximus, ſcilicet, mater, patre exiſtente inope, vel frater, & huiuſmodi, qui tenentur ex officio Iudicis ad dotandum, non autem actione, & obligatione, & differunt in obligatione, quia iſti tenentur in ſubſidium, quando eſſent inopes perſonæ maritandæ, vel dotandæ, & ſimiliter inopia teneretur pater. Neceſſitate officij paterni pater per ſe ſolus tenetur, vt diximus. At in primo caſu ſemper dotes de paragio ſunt ſoluendæ, & non in ſubſidium, ſed ratione puri debiti ex diſpoſitione conſuetudinis: ſed verè neceſſitas dotandi in fratre ad effectum ſucceſſionis feudi debet intelligi, quando obligatio dotandi oritur ex obligatione feudali, ita Frecc. de ſubſeud. lib. 2. aur. 2. num. 19. Et quomodo pater, & quonã modo mater teneatur inferius patebit.

8 Cauſatiuè dotem ſolui, non preciſè ab illis, qui extra prædictos caſus, etiam nullo iure cogente, maritanr prædictas fœminas, ad finem, vt deinde ipſæ cenſeantur excluſæ ab ipſorum dotantium ſucceſſione: ipſæ enim perſonæ verè non coguntur, vti ipſorum ſucceſſores cogerentur; ſed ad finem, vt ſequatur ipſarum dotatarum excluſio, dotantur, cauſatiuam dotem appello. Similem diſtinctionem poſuit Iſern. in §. illud quoque præcipimus; de probib. feud. alien. per Federic. num. 7. in fin. verſ. Vnde caueant Aduocati, vbi dicit aliquem præciſè non teneri ad titulum oſtendendum, ſed cauſatiuè, & Minad. ex Bal. Nouell. & alijs in conſtit. in aliquibus, in 7. notab. dixit, quod, quando ſoror habet aliunde, tenetur frater cauſatiuè ad ipſam maritandã; ſed ibi cauſatiuè accipitur reſpectu neceſſitatis præciſæ de facto, & de iure reſidentis in perſona ipſius fœminæ, non etiam de neceſſitate reſidēre in perſona ipſius debitoris, cùm in eo omnino præciſa ſit reſpectu ipſius portionis, aut enim totam portionem habet, aut dotem, & hoc modo præciſam dotationem intelligo.

9 Hic non extra rem, illam quæſtionem tractemus, quonam, ſcilicet, modo accipiatur illa concluſio, à noſtris per manus enunciata, dotationem neceſſariam cauſari fœminæ dotatæ excluſionem, non autem voluntariam, & Minad. in præd. repet. conſtit. in aliquibus, in princ. tex. nu. 74. & ſeq. tenet, quòd dotatio, facta à fratre ſupra paragium debitum, ſorori de bonis paternis, non cauſetur excluſionem omnimodam ipſius ſororis à ſucceſſione feudi, remanſi in ſucceſſione fratris ſecundùm conſtit. vt de ſucceſſionibus. §. coniugatæ autem, illa ratione, quia frater non tenetur dotare ſororem de ſuo, exemplo patrui, qui, licet dotet neptem, ipſo deinde moriente, non excluditur neptis, ab eo dotata, ſecundùm Iſern. conclusionem, poſitam in prædicta conſtit. vt in ſucceſſionibus, in verb. filij autem, col. 2. verſ. quid ſi patruus maritaſſet, & dotaſſet: Sed licet Iſern. in præd. conſt. plures rationes adferat ad decidendam concluſionem patrui, & inter eas ponat illam, ibi, *ex quo patruus non tenetur dotare neptem*, ex qua ratione videtur arguere Minad. tamẽ aduertendum erit, quod inter omnes rationes magis realis, & vera eſt ratio, quam primo ponit Iſern. ibi, in patruo, ſcilicet, quia tex. conſtitutionis non dixit, niſi de fratre, & ſi voluiſſet, dixiſſet, vt ibi videre licet, & ex Iſern. ibidẽ inſpicitur, in verſ. conſtitutio, hæc repellit ſororem, vbi non dat rationẽ, quare ſoror excludatur, ſed quare de ea conſtitutio locuta fuerit ibi, *& de nepte non dixit conſtitutio dotata à patruo illa ratione, quia non tenebatur dotare*. Ratio ergo, quæ induxit conſtitutionem ad excludendam ſororem dotatam à fratre, fuit, quia fratri erat onus impoſitum illam dotandi, & non per hoc limitanda erit etiam in fratre conſtitutio, vt tunc excludatur ab ipſius ſucceſſione ſoror, quando ipſam tenetur dotare, & dotat, quia ratio in fratre fuit legis impulſiua, & non expreſſa, nec vnica reddi poteſt, propterea non poterit ab ipſius ratione rectè, ipſius conſtitutionis diſpoſitio, ſimpliciter limitari. put in eiuſdem conſtitutionis interpretatione dixit idem Iſern. qui ex generalitate tex. intelligit fratrem fratri etiam in feudo nouo ſuccedere, ita in præd. conſtit. vt de ſucceſsio-

nibus

nibus,in verb.fratres,ibi ſimpliciter dictum,
& tanto magis : nam ſi ea fuit ratio interpre-
tationis factæ per Filingeriam,|vt dotata de
legato, facto à patre, non excluderetur à ſuc-
ceſſione fratris deinde mortui, quia non erat
dotata de bonis fratris: fortius debet excludi,
quando ex proprio patrimonio fratris imme-
diatè proceſſit dotatio , vt eodem modo,
quo|per Andream erat frater ad fratris ſuc-
ceſſionem admiſſus, quando tractabatur de
feudo nouo, ita in ijſdem terminis ſoror à
fratre dotata,excluderetur,prout dicetur ple
nius inferius,ponderando Iſernię doctrinam
10 in conſtit.in aliquibus. † Nec obſtat doctrina
Iſern.in conſtit.Comitibus, in fin.quia ibi di-
cit ſubuentionem poſſe peti , quando ex debi-
to,per legem impoſito,quis tenetur ad dotan
dum , non autem quando ex præcepto teſta-
toris,de qua doctrina dicemus latius infra in
5.art.de quibus bonis debeatur, & Iſern.in
fin.conſtit,quamplurimum , optimè dicit in
verſ.item non habent, vbi dat ſubuentionem
illis,qui pro neceſſitete maritant : quam opi-
nionem ſequuntur omnes addentes , & ſcri-
bentes in eadē conſtitutione : nā dū Iſer. vo-
luit arguere à diſpoſitione conſtit.Comitibus.
Aduertēdū,qđ licet dicat ex debito teneatur,
noluit illud verbū ex debito apponere, enun-
tiando debitum paragij , vt communiter in-
telligitur,& dicit Cannetius in cap.ſi aliquē,
fol.330.num.53. in cap. at pulcbra , ſed di-
ſponendo adiutorij obligationem non dixit
illis deberi adiutorium , qui mariatnt ex de-
bito,quia boc nec in præcedenti cōſtit.quam-
plurimum, expreſſerat : ſed vt dixi, diſpone-
re volens obligationem in ipſis vaſſallis præ-
ſtandi ſubuentionem per illam conſtit.comi-
tibus,dixit illis , teneri ex debito vaſſallos ad
adiutoriū præſtandū ijs qui faciunt fratrē mi-
litem,ſicut tenentur ijs qui maritant ſorores
occaſione eorum, quæ à communi patre fra-
ter maior babere dignoſcitur: itaque illa ver-
ba ex debito teneantur,continent obligatio-
nem vaſſallorum ad præſtandum adiutorium
pro militia fratris , & nō deſignationem per-
11 ſonarum,quæ debent maritare, † & ex eiuſ-
dem adiutorij ſimilitudine dignoſcitur falſa
prædita propoſitio : nam , ſi vera eſt conclu-
ſio,quòd pro ſororibus maritandis tunc pe-
titur adiutorium,quando eſt feudum; vel feu-
di occaſione,quod fuit patris communis : er-
go non poterit peti adiutorium, quando fra-
ter maritat ſororem , & feudum eſt nouum,
vt dicit Frecc. infra citandus : ergo in feudo
nouo nunquam ſoror,maritata à fratre, exclu
deretur , ſi liceret ab adiutorio ad paragium
arguere,& tamen ſi conſtit. vt de ſucceſſioni-
bus , ſimpliciter fuit intellecta tam in feudo
nouo,quam antiquo,& per conſequens ſoro-
ris excluſio,vt ſequitur,ibi,coniugatę autem,
& dotatæ, intelligitur etiam de feudo nono.
Ergo inuitis |dentibus fatendum erit , quòd
propoſitio prædicta non benè mutuata ſit à
prædicta conſtit. comitibus , nec paritatem
12 adeſſe inter paragium,& ſubuētionem: † eſt
verum, quòd bene procedat argumentum af-
firmatiuum illis, ſcilicet , deberi paragium,
pro quorum dote Baro poteſt à ſuis vaſſallis
ſubuentionem petere , prout optimè arguit
Petr.de Gregor.in præd.tract.quæſt.4. nu.2.
Diuerſa igitur eſt propoſitio, quam dicimus,
quòd dotatio neceſſaria meretur ſubuentio-
nem,& non voluntaria: illa ratione, quia ne-
ceſſaria dotatio eſt illa , quæ oritur ex obliga-
tione feudali,quæ obligatio non poteſt eſſe,
niſi occaſione ſucceſſionis feudi, vt per Frecc.
lib.2.auto.2.num. 19. ab illa propoſitione,
qua dicimus , quòd dotatio voluntaria non
cauſatur excluſionem;tantò etiā fortius præ-
dicta comprobantur , quia ſi ſupponeretur
vera opinio Minad. de qua diximus in prin-
cipio buius repetit. in diſcurſu diſpoſitionis
conſtit.vt de ſucceſſionibus,in vlt.quæſt.ſcili-
cet , quòd dotatio facta à fratre de bonis pa-
ternis,non cauſetur ipſius ſororis excluſionē,
nunquam potuiſſet verificari excluſio ſoro-
ris,& argumentum à ſubuentione ad exclu-
ſionem non militaret etiam ſecūdùm opinio-
nem Minad. quia certum eſt , quòd, quando
tractatur de maritanda ſorore per fratrem,
debet intelligi occaſione feudi paterni, ſed de
13 boc ſatis diximus loco cit. † Remanet igitur
abſoluta quæſtio,ꝙ dos , quæ ſoluitur à fratre
ſorori , vel ſoluitur reſpectu ſucceſſionis pa-
ternę,& tūc dicitur præciſa,& neceſſaria, vt
diximus,vel attenditur , vt dotatio reſpectu
ſucceſſionis fratris,& eſt cauſatiua, quia tam
ipſa ſoror , quàm frater non coguntur illam
efficere ratione prędictæ ſucceſſionis , ſed eſt
voluntaria : & licet voluntaria cauſat tamen
ſororis omnimodam excluſionem à ſucceſſio-
ne feudi paterni,ſiue antiqui,ſiue noui, vt di-
ximus,ratio eſt,vt dixit Frecc.loc.cit. quia,
licet pater nihil babeat , & frater dotem pro-
mittat,illa dos non oritur , niſi ex promiſſio-
ne fratris,& non ex obligatione feudali: vnde
malè Afflict.ſic ſimpliciter tenet in conſtit.vt
de ſucceſſionibus.num.38.verſ. tertiò quæro,
dotationem neceſſariam ſimpliciter cauſari
excluſionem ſororis,vel fœminæ dotatæ , &
non voluntariam,notando boc ex Iſern. loco
relato:& verè in hac re allucinantur Docto-
res noſtri ex vna parte , præcipuè Minad. dū
tenet,fratrem,dotando ſororem de paragio,
non

non excludere ipſam ab ipſius ſucceſſione in
feudo, ſeruata forma conſtit. in §. coniugatæ
autem,& dotatæ,aduerſus quam opinionem
latè dixi ſupra in princ.huius repet. ex alia
Affict.in præd.conſtit.nu.38. dum tenet do-
tationem neceſſariam cauſare exclusionem
ſororis in eadem conſtit.vt de ſucceſſionibus
in d.§.coniugatæ,quæ dotatio non poteſt eſſe
neceſſaria niſi ex ratione obligationis feuda-
lis frater neceſſitetur,quæ eſt in dotatione de
paragio in feudo antiquo,in quo frater ipſam
excluſit,vt ibid.diximus, & tenet Frecc. lib.
2.autor.2.num.19.nec inter ſe iſtas duas pro-
poſitiones contrarias eſſe aduertit Minad.
locis cit.
14 Quare diſtinguendum eſſe cenſeo,quonam
modo dotatio voluntaria ſe habeat ad fœmi-
næ dotatæ excluſionem,vel neceſſaria ad elu-
cidationem prædictæ difficultatis.

Aut enim agimus de dotatione, quæ non
attenditur, niſi vti paragium, & ſic de dota-
tione, quæ venit in conſequentiam excluſio-
nis. Aut de dotatione, quæ cauſatur ipſarum
fęminarum excluſionem.

Dotatio enim, quę venit in cõſequentiam
excluſionis,vel prælationis,eſt illa, quam in-
troduxit conſtit. in aliquibus, vt ſupra dixi-
mus,& conſuet.noſtra ſi moriatur,ſcilicet,in
bonis aſcendentium veluti patris,vel matris,
item ipſis patre, & matre præmorientibus
Aui,vel Auiæ,& huiuſmodi, & tunc aut iſta
dotatio fit per ipſas perſonas,à quarũ bonis,
ipſis mortuis,deinde eſſet paragium propriũ,
excluſis fœminis, ſoluendum,vel ab alijs ip-
ſarum nomine ipſis ratificantibus vel tacitè,
vel expreſsè, & non debet, nec poteſt attendi
dotatio voluntaria,vel neceſſaria reſpectu ip-
ſarum perſonarum, à quibus fit dotatio, ad
hoc,vt fœmina excludatur:ex quo ſemper im
putanda eſt dos illa in paragium, vt dicemus
in §.penul.& fin.& dicit Iſern. in præd. con-
ſtit.in aliquibus.col.12.verſ.quid ſi frater,pa-
tre viuo,& col.penul.verſ. poſſet tamen. Et
ratio eſt,quia tunc illæ perſonæ pręoccupare
videntur onus ipſorum ſucceſſorum, quod à
iure imponitur ipſis mortuis in ipſorum bo-
nis: & quia verum eſt ſemper iſtas fœminas
habuiſſe iam ab ijſdem bonis dotes, & ab ijſ-
dem defunctis,quorum perſonæ repreſentan-
tur per ipſos hęredes, & ſucceſſores, vt dicit
Iſern.locis cit.verſ.ſecundum primam ibi, &
tunc confirmatur illa datio,& ſic erit per viã
imputationis fęmina tunc excludenda, vt per
viam collationis conueniretur, quando eſſe-
mus in feudo diuiduo de iure Longobardo,&
ſolæ fœminę reperirentur ſuperexiſtere ipſi
defuncto, vt dicit Iſern.col. pen. verſ.poſset
tamen in pręd.conſtit.in aliquibus, vt dice-
mus infra in 8.art,de paragij collatione. &
prędicta probantur per tex. in conſtit. quam-
plurimum,vbi pro filia maritanda deberi di-
cit tex.ſubuentionem, prout etiam pro nepte
maritanda declarat Frecc. d. autor. 2. lib. 2.
15 num. 17.† & proinde idem ego crederem,
quando eſset feudum maternum, & mater
maritaret filiam,vt eo caſu debeatur ſubuen-
tio;quia nulla diſpar ratio aſſignari poteſt in-
ter matrem, & patrem quòad neceſſitatem
dotandi,dico neceſſitatem in eius ſucceſsore:
qui excludendo filiam, eandemque ſororem
tenetur dare paragium ex neceſſitate, & per
hoc vaſſalli tenentur pręſtare ſubuentionem
per eandem rationem legis, prout diximus in
conſtit.in aliquibus. Quæ, licet loquatur de
patre,intelligenda eſt de matre,vt arguit Pet.
de Montefort. in fin.apoſtill. quę extat poſt
apparatum Iſern.in pręd. conſt. vt de ſucceſ-
ſionibus,in verſ. quæro nunc quid filia ſoro-
ris,in fin. vbi dicit iddem ius eſse ſtatuendum
in feudo materno, quod eſt in paterno: Sic
enim in ſubuentione arguit Iſern.in prædict.
conſtit.quamplurimum, col.fin. in verſ. quid
ſi militet patruus, vbi id, quod in ea conſti-
tutione dicitur de ſorore, extenditur ad ami-
tam,quia ipſa etiam maritatur ex neceſſitate,
& idem Iſern.in præd.conſt.quamplurimum,
in fin.ibi, *Et quod dicitur pro maritanda
ſorore,vel filia,non limitauit perſonam ma-
ritantium, quibus hæc adiutoria debentur,
ſed portiones*, & paulo poſt ibi, *innuens ta-
citè iddem eſſe in illis, quæ habent eandem
rationẽ, non igitur limitatur perſona mari-
tantis*, & generaliter concludit conſilium
peritorum poſitum poſt ipſam conſtit.quam-
plurimum;in verſ. dubitatur nunquid liceat
Comiti exigere vſque ad fin. præcipuè verſ.
& idem Andr.in conſtit.comitibus. Si igitur
mater dotando, & maritando pręoccupat
onus ipſorum ſucceſsorum,quibus ſine dubio
debetur ſubuentio;ipſi etiam matri maritanti
non debet denegari ſubuentio prædicta. Si-
milem rationem dat Frecc.in pręd. lib.2.aut.
2.num.17.ibi eſt onus ex perſona filij,qui ſimi
liter teneretur, & ibi auus ſequitur pater-
num officium,& dicit Minad.in ſimili in re-
16 pet.conſt.in aliquibus, in 8. not.nu. 10. † Et
facit,nam eodem modo per dotationem fa-
ctam à matre,vel eius ſucceſsore,Iſer.dicit fi-
liam dotatam excludi,quando habuit legiti-
mam portionem, ſicuti quando à patre, vel
patris nomine fuiſset dotata, vel ipſis ratifi-
cantibus de patre dicit Iſern.in præd.conſtit.
in aliquibus,col.11.verſ.quid ſi frater,patre
viuo,de matre dicit ibid. col.pen. verſ. poſset

ſaluari,ibi,*Vel dic,quòd,viua matre,dederat paragium de bonis matris, matre volente, vel ratum habente ,tunc ſecundùm gloſſellam tenerem dictam opinionem, quòd repellatur etiam à materna*, & ibidem paulò poſt dicit per imputationem fieri illam dotationem , ſolutionem paragij , quando nomine matris expreſsè fuit facta dotatio: ſi ergo ex Iſern.eſt vera concluſio, quòd dotatio facta à matre de bonis matris,cauſet excluſionem: quæ,ſi nó eſſet facta, & fieret poſt ipſius mortem per ſucceſſorem, ſubuētio deberetur ipſi fratri dotanti ratione oneris, & neceſſitatis feudalis, quando ipſam maritaret; reſtat firma concluſio,quòd ipſa dotatio, licet voluntaria reſpectu matris; quia non eſt officium maternum, vt eſt paternum,cauſet fœminæ excluſionem, vt dicit idem Iſern. in prædicta conſtit.in aliquibus,col.pen.d.verſ. poſſet vero ſaluari,ibi,*imò idem ſi nomine matris dediſſet,nec probaretur,quod ratum habuiſſet, quia mater non cogitur ratum habere , ſicut in patre ſupra dictum eſt,cùm non ſit maternum officium*,& ſupra dixerat,& ꝙ pater cogatur ratum habere,col.10.verſ.*pater cogitur habere ratum*, vbi de patre, quòd cogatur ad dotandum, & proinde in ipſis perſonis,quæ maritāt fœminas de ipſorum bonis, præoccupando onus ipſorum ſucceſſorum, qui deinde ipſis mortuis, tenerentur ad paragium,non eſſe faciendam diſtinctionem inter dotationem voluntariam,& neceſſariam; ſed æqualiter, quando apud ipſas iam peruenit quantitas legitima,ſemper eſſe excludendas, ſiue pater, vel auus paternus illas dotauerit, ſiue alius quilibet aſcendens , dummodo ponatur caſus in ipſis perſonis, quæ ſi morirentur,ijſdem fœminis verum paragium deberetur,vt diximus in explicatione huius tex.ſupra,& in feudali materia explicat rationem iſtius neceſſitatis Frecc.in prædicta autor. 2. lib.2.num.17.Et faciunt omnes rationes, dictæ per eundem Frecc.loc.citat.num.16. Eſt enim illud onus feudi , & tractatur de legitima debita filiæ, quando excluditur ab illius ſucceſſione: inquit enim Iſern. col. antepen. in d.conſtit.in aliquibus,verſ.dotes dantur,in fin.ipſius col. quòd in hæreditate matris portio filiæ ſtrictiùs debetur; vt ſimiliter excluditur neceſſitas feudalis, quando legitima non poſſet cōpetere, vt dicit Frecc.loc.cit.nu. 19. ibi non tractatur de legitima,aut paragio, cū ſemper in ipſorum bonis iſti fœminæ de iure communi legitima deberetur,& proinde paragium de conſuetudine,ac diſpoſitione con-
17 ſtitutionis in aliquibus, vt diximus. † Ad prædictam quæſtionem de ſubuentione, videas Afflict.in conſtit.quamplurimum, num. 22.vbi in matre tenuit eſſe debitam ſubuentionem , quando ex neceſſitate maritat, & quòd in illis caſibus , in quibus non tenetur dotare,in illis non teneantur vaſſalli ad adiutorium: ſed ſi rectè intueatur,prædicta opinio non procedit , cùm neceſſitas, quæ oritur ex inopia filiæ, non veniat ex obligatione feudali,quæ æqualis ſemper eſt reſpectu ipſius feudi,tam in ipſa filia,quàm in ſorore, quæ licet nominentur varijs nominibus, ſunt eædem perſonæ;cum filia reſpectu matris , vel patris viuētis dicatur; ſoror autem reſpectu fratris, ipſis mortuis.Si igitur conſtitutio eidem dat ius ſubuentionis,mortuo patre, vel matre, & non difficultatur ab Afflicto,nec erit controuertendum ipſis viuis , & præoccupantibus onus ſucceſſorum eſſe ſubuentionem debendam,& deinde ſic deciſum, inueni referentē Ioannem Aloyſium Mormilem , olim Præſidem Regiæ Cameræ in ſuis ſingularibus ad conſtit. quamplurimum , num. 4. in cauſa Elionoræ Brancatiæ Baroniſſæ Martignani Terræ Hydrunti.

18 Aut verò paragium ſoluitur in conſequentiam excluſionis,& tunc non nego paragium eſſe ex neceſſitate debitum, prout omnia alia debita : ſed nego paragium , ſeu dotationem cauſare fœminæ excluſionem; imò excluſio cauſat ipſum paragium neceſſariò propter onus,à conſtitutione, & conſuetudine impoſitum, & confirmari per dotationem dicitur de conſuetudine ipſa excluſio; quia non poteſt,ipſa ſolutione facta , amplius fœmina ad partem aſpirare per viam maſculiationis. Fœmina igitur excluditur per maſculum , & ipſius exiſtentiam cum onere dotandi de paragio,ergo non paragij ſolutio,nec dotatio cauſat excluſionem fœminæ, faciunt congeſta per Minad.in quæſtione illa,an per paragium ſoror excludatur à ſucceſſione fratris in feudo, de qua diximus ſupra: quam diſtinctionē, licet ad alium effectum , refert Morot. in conſ.23.num.2.verſ.ſed licet hæc opinio , ex Caſtren. in l. Titio centum.§. Titio genero, poſt num.8.ff.de condit. & demonſtrat. & in conſi.vlt.lib.2. & ex alijs ibi latè relatis , vbi expreſsè concluditur,dotem, quæ ex ordinatione ſtatuti ſoluitur, fœminæ iam excluſæ, eſſe debiti ſolutionem, quando poſt excluſionem fœminam iubet dotari, & quòd tunc dotatio non cauſat excluſionem. Ex hac ratione concluditur , quòd non poteſt debitum excolui,niſi vel ab ipſo debitore, ita volente, & declarante,quando eſt verus debitor , vel ab ipſius autore; propterea igitur , quando frater non eſt debitor , quia viuit pater, & maritat ſoro-

ſororem de proprio, donare videtur, ita dixit Iſern. in prædict. conſt. in aliquibus, loco cit. verſ. quid ſi frater, patre viuo, col. 11. prout etiam in matre viua, quando non nomine ipſorum patris, & matris fuit facta dotatio à fratre, & ſic quando frater dotat de ſuo, certum eſt, quòd iſta ſoror non poteſt dici dotata de bonis paternis, vel maternis, nec dicitur dotata a patre, vel matre; quia tunc non eſſet dubitadum, ideò non poteſt compenſari, vel ſolui debitum, & hæc ratio eſt, quare dotatio facta a fratre, non computetur in paragio, quia paragium eſt debitum de bonis paternis, vel maternis, & ante mortem patris, & matris non ceſſit, nec venit dies debiti, nec frater eſt adhuc debitor, proinde dotatio non, quia voluntaria, ſed quia non extinguit debitum paragij: non ſatisfacit prædicto paragio, col. pen. verſ. poſſet tamen ſaluari.

19 Alia enim eſt propoſitio, quá dicimus dotatam fœminam repelli, & tunc debet eſſe dotata de bonis ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, & comprehendit dotatas ab illis, de quarum ſucceſſione ipſis mortuis, erit agendum, vel ab alijs ipſorum nomine, vel illis ratum habentibus, vt diximus: & dixit Iſern. loco cit. col. antepenul. verſ. dotes dantur, cum ſeq. Et hoc eſt, quod dixit Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus, col. 10. verſ. extraneus eſt omnis, ibi, *Non obſtat l. ſi pater, quia ibi debent referri ſingula ſingulis, & quod diximus de paterna ſubſtantia, ſemper referatur, quando pater dotauit, quod ſequitur de fraterna, quando frater dotauit eam, ſemper enim, vt propter dotem repellatur a ſucceſſione, requirimus, vt ſi dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur:* & de hac doctrina dicemus infra in 5. art. in verſ. in collaterali.

20 Alia eſt propoſitio, vt illæ fœminæ, quæ debent excludi, ex quo non reperiuntur dotatæ, debeant dotari ab ipſis ſucceſſoribus, qui illas excludunt: & hoc eſt, quod dicit Iſern. in præd. col. antepen. verſ. dotes dantur, ibi, *Sed filius poſt mortem patris, aut matris, hæreditate, vt filiam ſororem ſuam excludat, tenetur dare paragium de illis bonis, ſicut*

21 *portionem legitimam*, † Et hucuſque viſum eſt non cadere dotationem voluntariam, vel neceſſariam ad cauſandam excluſionem fœminæ.

22 Nec in fratre, vt diximus ſupra in terminis conſtitut. vt de ſucceſſionibus. §. coniugatæ autem voluntaria, & neceſſaria dotatio eſt conſiderabilis; quia, ſi opinionem Minad. attenderemus, & Loffredi, certum eſt in fratre non eſſe aliam dotationem neceſſariam, niſi quando ſororem excludit à ſucceſſione, & dotat de paragio, vt millies diximus, & ſecundū eos non excluditur ſoror a fratris ſucceſsione, in qua re ipſum ſupra in principio huius repetitionis oppugnauimus. Voluntaria ex opinione, de qua ſupra, perneceſſe debet ipſam excludere, quando tractatur de fratris hæreditate in feudis, & vltra ea, quæ ſupra fundata ſunt, manifeſtè colligitur ex Iſern. in pręd. conſt. in aliquibus, in pręd. verſ. quid ſi frater, viuo patre, vbi, poſtquam concluſerat, quòd dotatio, facta a fratre, viuo patre, reſpectu paragij competētis in bonis paternis poſt mortem patris dicatur donatio, & in eo non compenſetur debitum paragium, dum deinde reſpondet contrario, ibi, *non obſtat. l. ſi pater, quia ibi debent referri ſingula ſingulis, & quod diximus de paterna ſubſtantia, ſemper referatur, quando pater dotauit, quod ſequitur de fraterna, quando frater dotauit eam: ſemper enim, vt propter dotem repellatur à ſucceſſione requirimus, vt ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, vt repellatur.*

Ergo ex his verbis benè concluditur ex Iſern. quòd ſoror, quæ dotationem donationis cauſa habuit a fratre, licet per ipſam non repellatur a ſucceſſione patris, repellitur tamen à ſucceſſione fratris, & ſic dotationem voluntariam, quia eſt actus donationis, quæ fit nullo iure cogente, cauſare ſororis excluſionem a ſucceſſione fratris, ex mente Iſern. contra prædictam Afflicti, & aliorum concluſionem, prout ſupra diximus.

23 Sed vltimò pro prædictorum confirmatione, quòd nec etiam ſit vera illa propoſitio affirmatiuè arguendo, vt illæ fœminæ, quæ dotantur ex neceſſitate, per ipſam dotationē neceſſariam excludantur ab ipſorum dotantium ſucceſſione: & ſic nec veram ſemper eſſe illam concluſionem, poſitam per Iſern. in præd. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in col. 13. verſ. quid ſi patruus, de qua in princip. huius quæſtionis diximus aduerſus Afflict. vbi ideo repelli ſororem, inquit, à ſucceſſione fratris, quia frater illam tenetur dotare, & quòd conſtitutio de nepte non dixit, quia eam non tenebatur dotare patruus, vt ibi in verſ. conſtitutio hæc repellit: Nā inde ſequeretur, quòd amita deberet excludi a nepotis ſucceſſione, quando ab eo eſſet dotata: nam certum eſt, quòd conſtit. in aliquibus onus æquè imponat dotandi ſorores, ac amitas, ita vt optimè Iſer. in conſtit. quamplurimum tenuerit ſubuentionem deberi pro amita maritanda, ſicut pro ſorore, & ſic declaratur per Regem Carolum, quem ſequitur Afflict. in eadem conſtit. num. 21.

Nec

24 Nec erit ambigendum, amitam ſuccedere poſſe ratione gradus de iure conſtit. vt de ſucceſſionibus ipſi nepoti, prout etiam patruum; quia pro veriori fuit approbata opinio illius gloſæ, quæ tenuit, conſtitutionem enumeraſſe gradus, & non perſonas, ita glo. in verb. non ſuccedunt in prædicta conſtit. vt de ſucceſſionibus, quam ſequitur Iſern. in fin. ipſius conſtit. in verb. iddem ius, quod pater eorum, verſ. ſed certè. Et in Regno ita fuit declaratum per Cęſaream Maieſtatem diui Caroli Quinti in anno 1536. cap. 1. fol. mihi 102. quòd amita comprehēdatur in omni caſu, quo patruus comprehenditur in ipſius cōſtitutionis diſpoſitione, & quòd patruus comprehenderetur, fuit ſimiliter declaratum per Regem Catholicum, vt in Capitulis Regis Catholici 1507. cap. 17. fol. mihi 59. à tergo. Sed tamen attentis veris rationibus poſitis ab Iſern. in quæſt. de patruo dotante neptem, iddem dicendum puto, ſcilicet, per dotationē amitam non eſſe excluſam à ſucceſſione feudi, quando ipſius nepos, ſcilicet, fratris filius, qui eam dotauit, moritur, & ratio eſt, quia licet ipſam dotauerit ex obligatione feudali, & neceſſaria, non tamen dotauit, vt amitam, ſed vt ſororem patris ſui, & ſic implendo debitum ipſius fratris, patris ipſius dotantis, ita in ſimili dixit Iſern. in conſt. quamplurimū. colum. 5. verſ. quid ſi militet patruus, ibi hæc amita fuit ſoror patris maritantis, quam tenetur maritare, ſicut ſi pater viueret: & ibi. vnde ad hoc poſſet dici ſoror neptis, quia Sarra filia fratris Abrahæ, ſoror Abrahæ vocata eſt: & ibi, & ſic nepos maritans poteſt dicere marito ſororem. ſ. patris mei. Conſtat igitur, ꝙ nepos non maritat amitam ex proprio debito: ſed quia eſt ſoror patris ſui, quia filij fratrum ſuccedunt in iddem ius, quod pater eorum, ita conſtit. vt de ſucceſſionibus. §. filij autem fratrum. Sed vera ratio eſt, quia conſtitutio repellit ſororem coniugatam, & dotatam à fratris ſucceſſione, non autem amitam à nepotis, vel filij fratris ſucceſſione: quando enim iſta amita dotata, & coniugata fuit à nepote, ex quo præmortuus fuit primogenitus filius, relicto nepote, ac etiam ſororibus non dotatis, moriente auo, à quo feudum peruenit, tenetur nepos maritare amitam ratione obligationis, ex quo ſubingreditur locum patris ſui, & excludit ſororem patris ſui: vnde ex ea dotatione, quam facit, vti ſoluens paragium, debitum ab ipſius patre, ſi viueret, excludit dotatam à ſucceſſione aui communis, deinde excluſa eſt, & non poteſt tractari de ſucceſſione fratris, ex quo frater mortuus eſt, relicto deſcendente. cuius fuit prima cauſa; imò quia præmortuus fuit auo, & non poteſt tractari de excluſione a ſucceſſione fratris, de qua locuta eſt conſtitutio: ideo etiam data noſtra opinione, ꝙ dos data de paragio à fratre cauſet excluſionem ipſius dotatę, non cauſabit excluſionem amitæ à ſucceſſione nepotis: de iſta perſona expreſſit conſtitutio, quę eſt odioſa, & non militat eadem ratio, quę introducit onus dotādi cū ratione, quæ introducit excluſionem propter dotationem; frater enim excludit ſororem, vt frater, & vt ſororem, illam dotat, & tenetur dotare, vti ſororem: ipſa ſoror propterea, quia eſt à fratre dotata, excluditur à ſucceſſione feudi, ipſo fratre moriente, & ſic omnes termini conſiſtunt infra ipſum fratrem, & ſororem: quia, vti eſt obligatio ſtabilita per feudales diſpoſitiones, & Regni conſtitutiones: ſic infra terminos ipſius obligationis, ſecundùm eiuſdem fines, omnes alij effectus terminantur: at nepos filius fratris dotans amitam, non tenetur dotare, vti amitam, ſed admiſſa ſubingreſſione, quaſi ipſe ſit eadem perſona cum patre, tenetur am tam maritare, ergo debet amita, vti ſoror excludi a ſucceſſione fratris, ſimiliter præſuppoſita ſubingreſſione, quæ in amita ſuccedente non procedit: debet ergo excludi à ſucceſſione fratris, & ratio eſt etiam euidens, quia ſi nepos, qui vti filius fratris debet, & poteſt ſuccedere in iddem ius, quod pater eorum, per iſtam dotationem acquireret etiam excluſionem amitę ab hæreditate ipſiuſmet nepotis, acquireret aliquod ius nouum, quod non habuit pater eius: nam ſi verum eſt, quòd, ſi pater eorum dotaſſet de paragio ſecundùm nos, vel aliter ſecundùm Minad. & Loffred. non curo in hoc: certum eſt, quòd iſta amita non excluderetur à ſucceſſione nepotis, quia eſt verum, quòd non dicitur dotata de bonis nepotis, quemadmodum, quando filia fuit dotata à patre viuente, vel delegato facto à patre per Filingeriam, non excluditur à ſucceſſione fratris, vt diximus ſupra latius: ergo præſuppoſita dotatione, facta a filio fratris, etiam quia habet neceſſitatē dotandi, non per hoc excludetur à ſucceſſione nepotis. Et inſimul non procedit argumētum ab obligatione ſubuentionis ad excluſionem: nam, licet, vt Iſern. dixit in præcitata conſtitut. quamplurimùm, & comitibus, amitam maritans, & dotans, petere poſſit ſubſidium; tamen non per hoc excluditur amita à ſucceſſione nepotis, vt diximus, quia de illa conſtitutione non dixit, & ſi amitam vocauit in obligatione dotandi, vocauit eam vti ſororē, vt diximus, & non vti amitam, & ex his fit abſoluta concluſio, quod dotatio neceſſaria,

vel voluntaria non debeat attendi ad excluſionem,& dari dotationem voluntariam cum excluſione dotatæ,& neceſſariam abſque dotatæ excluſione contra opinionem prædictorum,& hinc fit finis huius quarti articuli,& quæſtionis.

Repet.Par.2.§.5.de Parag.

1 *Paragiũ an debeatur ex conſtit.in aliquibus ſororibus,& amitis de bonis paternis,maternis,& aliorum aſcendentium,ac etiam in feudis ex conſtit. vt de ſucceſſionibus, ac ipſius conſuetudinis,nu.2.*

3 *Paragium deberi ex bonis omnium aſcendentium ex expreſſa diſpoſitione conſuet. ſi moriatur.§.idem iuris ponderatur.*

4 *Conſtit. in aliquibus non procedit in linea tranſuerſali,in quo notatur Molfeſ. par. 4 q.29.nu.12.*

5 *Dotata à patre,vel fratre,excluditur à ſucceſſione patris,vel fratris.*

6 *Frater quomodo dotando ſororem,ipſam inhabilitet in feudo ad ſuccedendum ipſi eidem morienti,etiam ſi per paragium ipſam dotet de paterna ſucceſſione.*

7 *Soror & filia in conſtit.comitibus nominata eadem eſt perſona, & frater ſororem vti ſororem non tenetur maritare, ſed vti filiam patris ſui.*

7 *Petrus de Gregor.notatur in tract.de parag. q.4.in 1.& 2.illat.*

8 *Molfeſius notatur q.29.par.4.num.12.dum à Filingeria colligit paragium in bonis fratris.*

9 *Soror dotata à fratre de feudis paternis de paragio poſt mortem patris,ſi deinde mortua matre relinquente etiam feuda,vellet expectare fratris ſucceſſionem,an poſſit fratri ſuccedere poſt modum morienti in feudis maternis.*

10 *Paragium quando ſoluitur à fratre ſorori, quæ dotatur de paternis, vel maternis quomodo dicatur ſolui,& dotari ſoror de ſubſtantia fratris.*

11 *Soror dotata de paternis à fratre,in maternis petet legitimam,in quibus excluditur etiam à fratris ſucceſſione.*

12 *Soror dotata, & coniugata a fratre de fraternis excluditur a ſucceſſione fratris, etiam in feudo nouo,nedum in materno.*

13 *Paragium nullum deberi in bonis tranſuerſalium,& referuntur deciſiones.*

14 *Molfeſius notatur q.29.nu.2.par.4.de falſa allegatione autorum.*

15 *Sororis excluſio à ſucceſſione fratris de conſuetudine quomodo conformis excluſioni, quæ de conſtit. vt de ſucceſſionibus, dicitur in §.coniugata autem, & dotata.*

16 *Paragium an debeatur de feudo ex pacto, & prouidentia plures Iſern. doctrina declarantur in hac concluſione, & qualiter filij teneantur in feudo ex pacto exequi præceptum teſtatoris.*

17 *Paragium deberi in feudo ex pacto ponderantur Iſer. doctrina.*

18 *Paragium non deberi ſorori, nec in feudo hæreditario,quando eſt excluſa ex tenore inueſtituræ, quia pro maſculis fuit feudum conceſſum, in quo notatur Minado. nec in quocunque genere feudi, quando excluditur fœmina nu.20.*

19 *In feudo ex pacto nouo in hæreditatis neceſſitate, & iuris patrij repreſentatione nõ differre filium ab agnatis reſpectu primi acquirentis.*

21 *Paragium in feudo empto pro ſe,& maſculis,quomodo ſpectet ipſis filiabus ſuper pretio feudi,non autem ſuper ipſo feudo.*

22 *Paragium deberi in quocunque genere feudi,ex quo fœmina non per inueſtituram, ſed per conſtitutionem excluditur ſtantibus maſculis.*

23 *Paragium debetur de antefato, in quo filij vocantur vt filij, & in alijs ſimilibus.*

24 *Dos filiæ in feudo hæreditario,in quo ex inueſtitura fœmina repellitur,quomodo per ſucceſſorem debeatur,vt hæredem in feudo explicatur.*

25 *Succeſſores in feudo nouo quomodo teneantur ad ſolutionem æris alieni.*

26 *Filiæ fœminæ ſtantibus maſculis excluduntur etiam à ſucceſſione bonorum, in quib. vocantur filij vti filij ex prouidẽtia legis, & non iure hæreditario latè diſcutitur quæſtio,attenta* Regni *conſtitutione.*

27 *Filiæ an cum maſculis admittantur ſtante conſtit. Regni in aliquibus in bonis filijs primi matrimonij reſeruatis ex diſpoſitione l.fœmina.§.illud.C.de ſecund.nupt.recitatur opinio communis,& Decij.*

28 *Decius in conſ.87 & 396. oppugnatur in prædicta concluſione.*

29 *Salicet.in l.fœmina.§.illud.nu.4.C.de ſecũ. nupt.declaratur non loqui in caſu maſculorum exiſtentium,& in varijs terminis.*

30 *Decius oppugnatur autoritate eiuſdemmet in conſ.106.vbi contrarium decidit eius, quod in conſ.87.& 396.concluſerat, vbi renunciatio hæreditatis excludit lucrum l.fœmina.§.illud.C.de ſecund.nupt,quando lucrum erat deuolutum ante renũciationem.*

31 *Sta-*

31 *Statutum ſtantibus maſculis fœminas excludens, & conſtit. Regni in aliquibus procedere tam in bonis, quæ deferuntur iure hæreditario, quam iure ſpeciali ex legis prouidentia, & comprobatur nu. 32. autoritate Iſern. & redditur falſa ratio Decij in prædictis conſilijs 87. & 396.*

33 *Filios vocatos ad beneficium. l. fœmina, §. illud vocari vti ad ſucceſſionem paternorũ licet non vti hæredes.*

34 *Succeſſionem ad lucra ex l. fœmina. §. illud. C. de ſecund. nupt. eſſe regulandam ex ratione ſucceſſionis paternæ*

35 *Ingratos filios a ſucceſſione lucrorum ex d. §. illud. l. fœmina, C. de ſecund. nuptijs eſſe remotos, non ex iure ſpeciali, ſed ex regula generali, qua remouentur, & excluduntur ingrati a ſucceſſione parentũ.*

36 *Statutũ per quod ſemel fœmina ex exiſtentia maſculorum excluſa perpetuò excluditur qualiter differat a conſtit. Regni in aliquib. declaratur.*

36 *Deciſio Sac. Conſil. in qua filij vocatis vti filijs etiam non hæredibus, maſculi fœminis præferuntur ex diſpoſitione conſtitutionis Regni, & referuntur acutiſſimæ põderationes* Doctoris *Iulij Mele autoris amiciſſimi ad dictam quæſtionem.*

38 *Iſern. doctrina declaratur in fin. ilib. verbis conſtit. comitibus aduerſus Afflictum, an ſubuentio detur, quando patruus maritat neptem.*

39 *Subuentionis petenda ius trãſit cũ ipſo feudo, quando iam ceſſit dies ipſius, & venit.*

40 *Subuentio in nepte ex primogenito maritanda per auum.*

41 *Afflict. & Frecc. notantur de mala intelligentia doctrinæ Iſern.*

42 *Subuentio an debeatur quando frater maritat ſororem ex legato paterno.*

§.5. *In quibus bonis paragium debeatur.*

AD quintum deueniamus articulum, In quibus, ſcilicet, bonis paragium debeatur? In quo articulo dupliciter dubitari cõtingit: vno modo de bonis in genere, veluti, cùm dicimus bona materna, paterna, & huiuſmodi. Altero modo de aliquibus bonis in ſpecie, & ſic dupliciter hic articulus explicandus nobis erit.

1 Ad Primum, inſpecta conſtitutione Regn. in aliquibus non erit hodie dubitandum deberi ipſi fœminæ, amitæ, ſcilicet, vel ſorori per fratrem, & nepotes, vel filios fratrum paragium in bonis paternis, maternis, vel aliorũ aſcendentium, vt latius dictum eſt in diſcurſu conſtitutionis prædictæ; poſtquam verior, & magis probata opinio eſt illa, vt prædicta conſtitutio intelligatur etiam in ſucceſſione matris, vt latè diſcutit Iſern. in præd. conſt. in aliquibus, in locis ſupra relatis, præcipuè in verb. maritare, & in verb. parentum ſucceſſione. &c. in caſibus, in quibus procedit diſpoſitio conſtit. in aliquibus, in iiſdem terminis, quando, ſcilicet, tractatur de ſucceſſione feudorum vigore diſpoſitionis conſtit. vt de ſucceſſionibus, ſcilicet, in deſcendentibus, ſuccedẽtibus parentibus eorũ, procedet & diſpoſitio prędict. conſtit. vt de ſucceſſionibus, id eſt, vt tam in patris, quàm in matris ſucceſsione ſemper fœmina deſcendens excluſa, debeat habere paragium tam de bonis paternis, quã maternis, vt diximus in diſcurſu prædictarũ conſtitutionum. Et ratio eſt, quia non datur diuerſitas rationis, quare in patre ſic, & in matre non, vt innuit Iſern in præd. conſtit. vt de ſucceſſionibus, in verb. excluſo communi patre, ibi, iddem in matre, & alibi pluries, vt diximus ſupra in art. præced. in ea quæſt. de matre dotante an mereatur ſubuentionem, & idem Iſern. quæſtionem matris in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum, verſ. vnde hic apparet, gloſellam ipſam, diſcutit tam ex ea conſtit. in aliquibus, quam conſtit. vt de ſucceſſionibus, vt ibi videre licet.

2 Et in his quoque deſcendentibus, venientibus ad ſucceſſionem patris, vel matris, vel aliorum aſcendentium vniformis eſt quoque diſpoſitio conſuetudinis, vt teneantur ſucceſſores, ipſis fœminis excluſis, dare paragium de bonis paternis, & maternis, ita dixit tex. conſuet. noſtræ in §. eas autem, ibi, de bonis paternis, & maternis, nam licet in principio ſimpliciter hæc noſtra conſuetudo iubeat maritari fœminas per ſucceſſores ſecundum paragium, & facultates, dum poſtea ponit in dict. §. eas autem in pœnam ſuccedere fœminas, & poſſe petere portiones viriles in paternis, & maternis, per neceſſe erit intelligendum, paragium deberi de bonis paternis, & maternis, vt pœna ſit par delicto, vt in ſimili arguit Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus, in d. verſ. quintumdecimum. col. 10. verſ. eatenus enim pœna, & ſic notat Napod. in hac noſtra conſuet. ſi moriatur. num. 96. ibi, *nota, quod melius expreſſit conſuet. ſi qua mulier, de mulier. haben.*

S 2 *filios.*

filios. vbi expreſsè dixit, dũmodo fratres ipſi teneantur ſorores ipſa de bonis paternis, & maternis ſecundùm paragium, & facultates maritare, ita dixit Napod. in fin. finalis gloſę.

3 Expreſſit conſuetudo id, quod in diſpoſitione prædictorum conſtitutionum erat implicitum iddem, ſcilicet, eſſe in ſucceſſione aliorum aſcendentium obſeruandum. Nam, poſtquam de patris, & matris ſucceſſione onus impoſuerat dotandi fœminas ipſis ſucceſſionibus de paternis, & maternis ſubdit ipſa conſuetudo. *iddem iuris eſt in nepotibus, neptibus, & alijs liberis deſcendentibus, non extãtibus parentibus eorum nepotum, & neptum, ſeu pronepotum, & proneptum,* vt in §. idem iuris hac noſtra conſuet. ſi moriatur.

Iddem iuris, inquit, vt teneantur ſucceſſores, dare ipſorum ſororibus, vel amitis paragium de bonis auitis, & proauitis, dum ſit caſus ſucceſſionis ipſorum proaui, & aui, auiæ, & proauiæ, ex quo prædeceſſerunt parentes ipſorum nepotum, & pronepotum, vt dicit tex. & per hoc benè dixit Capyc. deciſ. 159. in princ. de omnium aſcendentium bonis paragium deberi, & in cauſa D. Iſabellę de Aragonia fuit denegata nepti ſucceſſio auita, ſed datum paragium, vt dicit Ann. alleg. 70. in fin. & dixi ſupra, referendo apoſtillam, manu ſcriptam, explicando verba definitionis vice ſucceſſionis, vbi retuli prædictam deciſionem D. Iſabellæ de Aragonia, & ibi dicitur de paragio debito in bonis paternis, maternis, & auitis.

4 In collaterali linea quonam modo paragiũ ſit, vel dotatio ſtabilienda, videamus in qua linea, quia de ea non loquitur conſtit. in aliquibus, reſtat ſolum, vt ipſam quæſtionem pertractemus, attenta diſpoſitione conſtit. vt de ſucceſſionibus, & ipſa in feudis quaternatis, vt diximus in præcit. diſcurſu prædictæ conſtitutionis, ac etiam pragmaticæ Filingeriæ tam ſecundum ius Longobardum, quam ſecundùm ius Franchorum: quicquid dicat Reuerend. Pater Molfeſius in ſuis Commentarijs quæſt. 29. par. 4. præcipuè num. 12. qui pertractans quæſtionem, an paragium debeatur de bonis fraternis, tractat quæſtionem in primo caſu ſecundùm conſtit. in aliquibus, quæ nunquam tractauit de ſucceſſione tranſuerſalium. Secundo inducit Filingeriam, quæ non tractat, niſi de diſpoſitione conſtit. vt de ſucceſſionibus, & per totam illam quæſtionẽ, neſcio quomodo inuoluit totam machinam. In qua linea concluſiuo modo procedendo in concluſionibus, alias fundatis, dicamus.

5 Primam eſſe concluſionem, quòd quemadmodum quando pater dotat, filia dotata excluditur a ſucceſsione patris per maſculum, & debet eſſe contenta, dote accepta in die votorum. ſic quando fuit dotata a fratre in vita, debet eſſe contenta dote, accepta à fratre in die votorum, & ſic procedit diſpoſitio, & l. Longobard. ſi pater filiam, de ſucceſſ. quam legem interpretatur Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus, interpretando conſtit. vt de ſucceſsionibus. in col. 10. verſ. extraneus, vt, ſcilicet, in ea lege, dum dicitur quòd filia, aut ſoror debet eſſe contenta de eo, quod acceperat in die votorum, nec amplius de paterna, vel fraterna ſubſtantia requirat, quòd, ſcilicet illa verba de paterna, vel fraterna ſubſtantia debeant intelligi referendo ſingula ſingulis, vt, ſcilicet, de paterna intelligatur, quando pater dotauit; de fraterna, quando frater dotauit eam, & ſic verè loquitur principium illius Longobardæ: & hoc expreſsit ibi, quantum ei pater, vel frater dederit: Et hæc ſit prima concluſio, vt ſoror dotata a fratre, ſeruata forma conſtitu. vt de ſucceſsionibus repellatur a fraterna ſucceſsione, ex quo habuit dotẽ de bonis fraternis, & hoc eſt, quod ſequitur ibid. Iſern. in loc. cit. ibi. ſemper enim vt propter dotem repellatur à ſucceſsione, requirimus, vt ſit dotaia de bonis eius, de cuius ſucceſsione agitur. l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. debetur hoc modo dos ſorori, vt excludatur a fratris ſucceſsione, ſed hoc non eſt debitum, vti paragium, vt aliàs diximus: & in hoc ſe inuoluit prædictus Reuerend. Pater.

6 Secunda eſt concluſio, quòd ſi poſt mortem patris frater, qui ſororem excludit a ſucceſſione patris, dotat ſororem ſecundùm paragium de bonis paternis, & feudo; quòd prædicta dotatio de bonis fratris, vel de pecunia fratris, propter onus, ei à conſtitutione impoſitum, inhabilitat ipſam ſororem ad ſuccedẽdum fratri in feudo, quando frater moritur, & ratio eſt, quia, licet frater dotet ex obligatione, quia nõ habet partem, quã habuiſſet ſoror de iure communi, ſi frater illam non excluderet: tamen verè dotat ipſe frater, & adeo dotat ipſe, quòd conſtitutio ipſi fratri dotanti det ſubuentionem, vt in conſtit. quamplurimum, & conſtit. comitibus, & ex pluribus Iſern. autoritatibus, & doctrinis probauimus ſupra in diſcurſu, quem fecimus ſuper conſtit. vt de ſucceſsionibus, in quæſt. fin. Et licet per Filingeriam fuerit declaratum non procedere, quando pater dotat, vel frater de paterna ſubſtantia, illud eſt de legato, facto a patre, quod legatum non eſt de fratris, ſed patris ſubſtantia, & quando frater dotat eam per ſuc-

ſucceſsionem , feudum eſt effectum patrimo-
nium ipſius fratris ; & ſic verè dotari dicitur
ex obligatione à iure,& conſtit. impoſita de
fratris ſubſtantia,vt ibi late diximus, & iterũ
videas Iſern.in locis ibi relatis, præcipuè in
conſtit.vt de ſucceſsionibus, in verb. filij au-
tem fratrum.col.3.ibi,*conſtitutio hæc repel-
lit ſororem tantum, debentem habere para-
gium de bonis fratris, & quia habet portio-
nem ſuam, ſcilicet, paragium dotis fratris,
idcò repellitur hæc neptis,nihil debuit habe-
re de bonis patrui,& de nepte non dixit con-
ſtitutio dotata a patruo illa ratione, quia eũ
non tenebatur dotare*: concludit igitur ex-
preſſe Iſern.quòd paragium, ad quod frater,
excludens ſororem,tenetur,licèt quòad quan
titatem metiatur iuxta facultatem bonorum
maternorum, & numerum filiorum tamen
dicitur de bonis fratris, quia iam eſt, vt dixi,
effectum patrimonium fratris, vt notauimus
latius in præd. quæſt. ponderando alias Iſer.
doctrinas: & per ipſam dotationem excludi-
tur ſoror a ſucceſsione fratris: ſoluitur enim
paragium in pecunia,vt diximus ſupra,& in-
fra dicetur: & dicit Iſern.in præd.conſtit.in
aliquibus, in verb. quintumdecimum. col. 8.
veri. verius videtur, & in verſ. quid ſi frater,
ibi,ad petendum pecuniam, & ibi, paragium
in pecunia: Et ſi rectè inſpiciatur glo.Caroli
in prædicta Longobarda,dum inducit ratio-
nem, quòd ſoror non debeat fraudari, dicit
etiam de ſubſtantia paterna; ſupponendo, quod
ſoror dotata a fratre,mortuo patre,ſecundùm
qualitatem ſubſtantiæ paternæ, repellatur à
7 ſucceſsione fratris. † Vnde non poſſum non
damnare ſententiam Petri de Gregor. in
præd.tract de parag.q.4.in 1.& 2.illat. dum
putat, fratrem teneri ad dandum paragium
ſorori, non ratione paterni patrimonij, ſed
ratione excludendæ ſororis ab ipſius fratris
ſucceſſione,quaſi non ſit eadem perſona ſoro-
ris,vel filiæ,poſitæ in conſtit.Comitibus, &
conſtit quamplurimum, cùm in prima illat.
dicat,dotandam eſſe ſororem, vti filiam Baro
nis, & in ſecunda vti ſororem. Maximè enim
errat in hoc, (pace dictum ſit tanti viri) quia
filia ibi accipitur,quando pater dotat; ſoror,
quando filius,& ſemper agitur de eadem per-
ſona: quod explicat præd.conſtit. comitibus,
ibi,*non minus quàm pro ſororibus maritan-
dis, occaſione eorum,quæ à communi patre
frater maior habere dignoſcitur*: ergo agi-
tur de paragio,quod ex neceſſitate debetur:&
in alio ibidem Petrus æquiuocat, dum putat,
quod,quando frater maritat,vt excludat ſo-
rorem a ſucceſſione ipſius, nõ ex obligatione,
legis,quia illã excludit a paterna ſucceſſione,
quòd tunc poſſit dari debitum ſubuentionis:
quod eſt falſum; quia nulla legitima debetur
ſorori in feudo fratris, ita Frecc. in 2. lib. in
2.autor.num.17.& ſupra diximus, & optimè
eundem reprehendit Cannetius omnino vi-
dendus in repet. cap. ſi aliquem, in §. at pul-
chra,num.præſertim 53. vbi etiam in termi-
nis illius capituli denegat omnino paragium
8 in ſucceſſione tranſuerſalium. † Et ideo non
benè deducit prædictus Reueren. Pater Mol-
feſius dict. quæſt. 29. par. 4. num. 12. a Filin-
geria deciſionem paragij in bonis fratris,cùm
penitus diuerſa ſint inter ſe, & dicit Anna
conſ.6.nu.27.
9 His præſuppoſitis,quæro modo de pulchra
quæſtione, frater dotauit ſororem de para-
gio,iuxta quantitatem debitam pro facultate
bonorum patris, & iam, vt probauimus,ex-
cluditur per hoc ipſa ſoror à ſucceſſione feu-
dorum ipſius fratris;quando poſtquam eſt ef-
fectum feudum fratris, ipſe frater moritur,
quia frater ipſam dotauit, & debet repelli à
ſucceſſione dotantis,vt diximus in prædicta
quæſt.ſi poſt mortem patris; ſoror, quæ iam
maritata reperitur,& dotata a fratre, morien
te matre, quæ ſimiliter relinquit feuda ſua
materna,dicat,ego volo expectare caſum ſuc-
ceſſionis feudorum maternorum fratris, &
nolo accipere paragium in bonis matris, an,
hoc non obſtante, repellatur ſoror a ſucceſ-
ſione feudorum,etiam quæ ad fratrem perue-
nerant ex ſucceſſione materna? Et quòd ad
feuda materna, adhoc, vt ſoror excludatur
a ſucceſſione matris,debeat habere paragium,
iam ex ſuperius dictis fuit millies probatum,
vt dixit Iſern.in conſtit.in aliquibus, & dicit
iſtam eſſe veriorem opinionem.
Similiter non erit dubitandum, quod,ſi eſ-
ſet de ſimilibus ad ſimilia procedendum,vt in
patris paragium, poteſt ſoror denegare ſe
dotari a fratre,quia vult expectare caſum ſuc-
ceſſionis, vt dixit Iſern.in tit. de nst.ſucceſſ.
feud.in addit.fin.col.2.verſ.multo fortius,ſic
deberet poſſe expectare caſum ſucceſſionis in
feudalibus,a matre ad fratrem peruentis, &
interim renuere dotem a fratre ſecundùm pa
ragium bonorum maternorum.
10 Sed vehementer obſtat;quia, ſicut iam di-
ximus,quando frater dotat de paragio, licèt
ſecũdùm qualitatem paternorum bonorum,
ſi non eſſet iſta dotatio,ac ſi eſſet facta de ſub-
ſtantia fraterna, nunquam de iure poſſet re-
pelli ipſa maritata,& dotata à fratre, niſi illa
ratione,quia iam illud feudum paternum eſt
per ſucceſsionem iam effectum fraternum,&
ſic debet excludi ſoror à ſucceſſione fratris:
hæc ratio militat etiam in hoc caſu, quia ſta-

Digitized by Google

tim ac ſoror dicitur dotata à fratre de bonis
fraternis, debet pari modo generaliter exclu-
di a ſucceſsione omnium fraternorum; quia,
vt paternum feudum fraternum efficitur per
ſucceſsionem; ſic maternum effici neceſſe
eſt ſimiliter fraternum. Vnica igitur erit
feudalium ſucceſsio, moriente fratre,
& ab ipſius ſucceſsione ſtante declaratione
pragmaticæ Filingeriæ, dotata à fratre, &
coniugata debet eſſe penitus inhabilis, ita
vt debeat etiam fiſcus, nedum alius remo-
tior agnatus, ad ſucceſsionem admitti. Et ra-
tio eſt manifeſtior, quia in prima dotatione
ſoror a fratre dotata, ſic dictante conſtitutio-
ne, efficitur inhabilis, ex quo tũc poterat, re-
nuendo maritari, & dotari, expectare ſucceſ-
ſionem: quando autem ita eſt a fratre dotata,
& coniugata, non poteſt, niſi legitimam in bo
nis, & ſucceſsione materna petere: quæ legiti-
mæ ſolutio non poteſt facere, vt iſta ſoror nõ
11 dicatur dotata de fraterna ſubſtantia, † & ſic
habebit actionem ad petẽdum paragium pro
quantitate legitimæ de matris ſucceſsione a
fratre: vt dicit Iſern. in præd. conſtit. in ali-
quibus. col. 2. verſ. ſed certè, ibi: Sed tanquam
portionem legitimam: & melius explicat idẽ
Iſern. in verſ. ſuper verbo maritare, in finalib.
verb. verſ. alij approbant in cæteris, ex quo
verè reperitur dotata de fraterna ſubſtantia,
erit repellenda: imò ſi aliter intelligeretur
prædicta conſtitutio, nunquam iſta ſoror poſ-
ſet amplius excludi a ſucceſeione fraternorũ
feudorum, quæ a matre ad illum peruenerũt:
quia cùm iam ſit, & reperiatur maritata, non
poteſt amplius maritari, & dotari. Addo me-
lius, quia non poteſt feudalium ſucceſsio
quòad ipſam ſororem primogenitam diuidi,
vt quòad vnum ſuccedat, quòad aliud non: ſi
verò haberet ſororem vterinam ſecundoge-
nitam, illa debet præferri in feudi materni
ſucceſsione: ex quo iſta non reperitur dutata
à fratre de ipſius fratris ſubſtantia, iuxta præ-
dicta, & facit, nam, ſi alias daretur iſta diſtin-
ctio, nunquam poſſet ſubterfugi, vt ſimiliter
non eſſet faciendum, quando frater haberet
feuda nouiter quæſita, vltra paterna, vel ma-
terna, quod eſſet omninò abſurdum, cùm pe-
nitus efficiatur, & ſit de acquirentis patrimo-
nio illud feudum: vt per Camer. in c. an agna-
tus. q. 22. num. 155. vbi feudum hæreditarium
12 vnitur cum patrimonio ipſius hæredis, † &
probatur; nam, ſi ex generalitate tex. in conſt.
vt de ſucceſſionibus. per Iſern. & veriorem
opinionem fuit dicta conſtit. intellecta etiam
in feudo nouo. Afflict. in deciſ. 293. Ergo per-
neceſſe eius limitatio, ac vniuerſa diſpoſitio
debet intelligi pariter in feudo nouo; quia
vna diſpoſitio, reſpiciens plura determinabi-
lia, debet determinare æqualiter, l. iam hoc
iure. ff. de vulg. & pupill. Igitur dum admittit
fratrem ad ſucceſſionem fratris, admittit etiã
in feudo nouo, dum negat ſororem dotatam,
& coniugatam ſuccedere, etiam in feudo no-
uo. debet intelligi, quia lex non diſtinguit in
fratre, an de illis bonis, vel alijs ſit dotata, &
hanc puto puram veritatem. Et hoc maximè,
quia, ſtante clauſula ordinaria in Regno, in
quo omnia feuda ſunt hæreditaria, verè effi-
ciuntur per ſucceſſionem de patrimonio hę-
redis, de qua re infra proximè dicetur, & ſic
non poterit decedere pro parte vno modo, &
pro parte alio in eadem feudali hæreditate
ipſe frater, & prædicta intelligas, attenta opi-
nione, de qua ſupra diximus cõtra Minad. &
Loffred. alias ſi daretur pro vera opinio con-
tra filium, vel ſororem ſecundogenitam, ꝙ
dotatio de paragio de bonis paternis non cau-
ſet excluſionem omnimodam ſororis in ſuc-
ceſsione feudorum fratris morientis ad ipsũ
fratrem a patris ſucceſsione peruentorum, mi
nus excludetur a ſucceſſione in alijs per ean-
dem rationem, & verè, ſi daretur prædicta
opinio pro vera, nunquam poſſet practicari
diſpoſitio tex. in §. coniugatæ autem, & dota-
tæ, vt diximus in prædicta quæſtione; ac de
diſpoſitione prædictæ conſtitutionis, quòad
iſtum articulum, hactenus ſit dictum.

13 Videamus modò, an de conſuetudine ali-
quod paragium de bonis transuerſalium de-
beatur: & licet ſit hodie ſine difficultate ex
autoritate rerum ſæpe iudicatarum, quòd ſo-
ror maritata, & dotata de bonis paternis, &
maternis non debeat habere aliud paragium
in bonis fraternis, & aliorum trãſuerſalium,
vt latè dicetur in repet. conſuet. ſequẽ. ſi quis,
vel ſi qua. §. ſed ſi morienti, & §. quod autem:
nec hodie de iſta concluſione poſſit dubitari:
quicquid ſenſerit Anna genitor in ſua alleg.
117. qui, ſatis laborando, in contrarium alle-
gauit, & ſuccubuit contra morem ſuum, & in
alleg 81. & per de Franch. deciſ. 87. refert ip-
ſius filius Anna in conſ 45. nu. 70. retuli alias
plures deciſiones in princ. huius repet. dum
de diſpoſitione conſuetudinis tractauimus, &
plenius dicerur in præd. ſeq. conſuet. ſi quis,
vel ſi qua. §. ſed ſi morienti, & §. quod autem.
poſtquam, ex ipſius contextus explicatione
prædicta couclufio optimè comprobetur, etiã
contra ea, quæ nititur demonſtrare Anna fi-
lius in præd. conſ. 45. num. 71. & ſeq. Et præ-
dictas deciſiones allegat; ac ponderationem
facit tex. prædictæ conſuet. de Ponte in tract.
de poteſt. Proreg. in tit. de ſucceſſion. mulier.
num. 6. & ſeq. & in hoc diſcutienda ſunt dicta
per

per Reueren.P.Molfeſ.præd. q. 29.num. 19.
14 par.4. † Nec omittam dictum Reuerendum
inducere ad probandum, quòd ſorori debea-
tur paragium in bonis fratris, deciſionem Ca-
pyc.21.in præd.q.29.num 2.& Piſanell, &
Colut. Coppulam, qui nihil de hoc dicunt,
ſed tantùm amitam non excludi à nepte, filia
15 fratris in ſucceſſione patrui. † Volui tamen
hoc etiam annotare, quod in hoc eſt confor-
mis iſta excluſio, excluſioni introductę per
prædictam conſtit.vt de ſucceſſionibus, vt, ſci-
licet, dotata a fratre de ſucceſſione ac bonis
paternis, & aliorum aſcendentium per cõſti-
tutionem, penitus inhabilitetur ad ſucceden-
dum fratri, & de conſuetudine, fratre exiſten-
te, præferatur frater abſque ſolutione alterius
paragij: ex quo appellatione fratris, ſoror nõ
continetur illa, quæ fuit dotata, vt diximus, vt
dicit tex.in §.quod autem, verſ. in præmiſſis:
& ſicuti etiam ſemel maritata, & dotata de
bonis paternis. non poſſet amplius ſperare
ſe maſculiari in ſucceſſione maternorum, ex
quo iam reperitur nupta, vt diximus in §.10.
de maſculiatione q.8. ſic de iure conſtitutio-
nis ſemel coniugata, & dotata de bonis fratris
iuxta patris ſucceſſionem, quod eſt paragium
de bonis paternis, ſecundùm conſuetudinem
non poterit eſſe habilis ad ſuccedendum am-
plius etiam in feudis, a matre peruentis, ſed
ſolum ad petitionem legitimæ, vt in prædict.
proxima quæſtione concluſimus. Vides ergo
aliqualem paritatem inter prædictas diſpoſi
tiones conſtitutionis, & conſuetudinis, &
aliqualem diſparitatem; & ex his ſatis ſit quò
ad bona in genere, reliquum eſt, vt de ſpecie-
bus bonorum agamus, in quibus detur, vel
non, paragium, ſecundùm diſpoſitionem con
ſuetudinis, & Regni conſtitutionum.
17 Quæro igitur in cuius generis rebus para-
gium debeatur, & cuiuſmodi res eſſe debeat,
ad cuius quæſtionis dilucidationem illam
quæſtionem diſcutere decreui, an in feudo
ex pacto, & prouidentia paragium debeatur;
quam quæſtionem incidenter tractauit Mi-
nad.in repet.conſtit.in aliquibus, in rubr. in
verb.de ſucceſſione, nu. 48. qui dicit à nemi-
ne vidiſſe hunc articulum diſcuſſum, tamen
in ſatis ſimilibus terminis, ſcilicet, emphyteu
ticis tractauit Afflict.in eadem conſtit. in ali-
quibus, num.57.verſ.& ſi diceretur. Exami-
nando igitur doctrinam Minad.loc.citat. erit
Primò aduertendum, dum ipſe adducit con-
tra ſororem Iſern.in conſtit.comitibus, in fi-
nalib.verb.prout ipſum inducit in loco cita.
num.41.quòd, ſcilicet, in feudo ex pacto pa-
ragium non debeatur, ea ratione, quia filij in
feudo ex pacto, & prouidentia non ſunt hære-
des in ipſo feudo, nec in eo tenentur factum
patris habere ratum, quod ſi rectè ponderen-
tur verba Iſern. loc. cit. nihil dicere appare-
bunt; ibi enim tractat quæſtionem, ſi auus, vel
pater relinquat dotem nepti, vel filiæ, an pri-
mogenitus teneatur, & benè dicit in feudo ex
pacto, & prouidentia non teneri filium habe-
re ratum factum defuncti, nec teneri exequi
voluntatem ipſius, ex quo feudum habet
iure proprio, & ſanguinis, quando ex pacto, &
filius fecerit inuentarium, vt in titu. an agna-
tus, dicit idem Iſern. & ideo inquit Iſern. pri-
mogenitus hæres in feudo hæreditario iure
tenebitur dare dotes conſtitutas. C. de rei ven-
dic. l. cùm a matre, ſecus ſi feudum perueniret
ad eũ, ex pacto, & prouidentia in tit.an agna-
tus, inquit enim Iſern. teneri hęredem in feu-
do ad dotes conſtitutas, non tamen negat hoc
in feudo ex pacto, ſcilicet, non teneri ad para-
gium, quando fœmina a fratre excluditur.
Sed quod non teneatur ad dotes, conſtitutas
ex præcepto teſtatoris, niſi in feudo hæredi-
tario, prout de omnibus alijs prædeceſſorum
factis non adimplendis per ſucceſſorem in
feudo ex pacto, ſępiſſimè dixit Iſern & Came
rar.in repet.c.Imperialem, & in cap. an gna-
tus, in princ. num. 16. & ſeq. prout declarat
ipſam doctrinam Afflicti in conſtit. quamplu-
rimum, in 13.dubitat.num. 34. Sed qualiter
verè debeat intelligi prædictæ Iſern. doctri-
næ, dicemus in fine huius § ſeu art. quinti.
17 † Quòd verò Iſern. ſemper tenuerit, deberi
paragium in feudo ex pacto, & prouidentia,
videas illum in tit.de inueſtit.de re alien.fact.
§.quid ergo, verſ. *ſed an tuaſciale pignus*,
vbi ſupponit obligationem in feudo ex pacto,
& prouidentia, propter onus feudi, ſcilicet,
inter cætera pro ſolutione paragij. Petr.de
Gregor.in d.tract.q.3.& alibi pluries, vt etiã
dicit Capyc.in repet.cap.Imperialem.fo.22.
verſ.limita, *niſi vaſſallus vendens, & in his
oneribus feudi non ſit diſtinctio inter feudũ
hæreditarium, & ex pacto*. & ſic vides non
eſſe tactam expreſsè hanc quæſtionẽ, ſed ſup-
poſitam pro indubitata, prout indubitanter
concludit nuncupatim Iſer.in conſtit. ſi quis
poſt litem, vbi agit de aſſenſu ſuper alienatio-
ne perpetua ſuper feudo ex pacto executo pro
onere feudi, ſcilicet, pro paragio ſororis, vel
amitæ. Et onus feudi explicat idem Iſern.in
conſtit.in aliquibus, in verb. quintumdeci-
mum, col.5. verſ. *& haberet rem illam ſoror,
in qua eſſet executio facta perpetuò, cùm
hoc debitum dotis propter feudũ ſit, & onus
feudi contractum eſt. nam vt repellatur ab
habendo feudo, ſorori frater pecuniam dare
condemnandus eſt*, quæ militant in feudo
etiam

Digitized by Google

etiam ex pacto, vt diximus, & ita deduxit in vita militia, Fab. de Ann. in conſi. 6. num. 16. qui concludit in feudo ex pacto, vitam militiam eſſe filio ſecundogenito debitam ex autoritate Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. autor. 3. verſ. ſed cum illis oneribus: ex quo ponit inter onera feudatariorum paragium ſororis, & militiam fratri debitam.

18 Aduertendum etiam erit, quòd, dato, quòd feudum eſſet verè hæreditarium; tamen ſi inueſtitura eſſet concepta pro ſe, & hæredibus maſculis, ex corpore deſcendentibus, quo caſu ex cauſa, & tenore ipſius inueſtituræ fœmina excluderetur, & non poſſet admitti, quod nec eo caſu poſſet benedici, quòd fœmina, quæ nullo iure poteſt ad ipſam feudi ſucceſſionem admitti poſſit prætendere ſe dotari de paragio, quia paragium, vt diximus, competit ipſi fœminæ, quæ excluditur à prælatione maſculi, vel primogenitæ ex conſtitutionis diſpoſitione, ita dicit Iſern. in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum, col. 9. verſ. vnde quantum eſt hæc portio, ibi, *Et tunc, quia fœmina non admittitur cum maſculo loco portionis legitimæ, vult eam ſecundùm paragium maritari*, & col. 13. ibi, *filia, ſi concurreret cum fratribus ad ſucceſſionem, haberet centum: lex hæc priuat eam ſucceſſione*, & hoc voluit Afflict. loco cit. qui nu 56. proponit quæſtionem in emphyteuſi tam hæreditaria, quam ex pacto, ibi pro ſe, & filijs, vel hæredibus, vel liberis, & in fine concludit, quòd filia poteſt agere ad ſupplementum legitimæ: *ſecus putarem*, inquit ipſe, *ſi ex tenore inueſtituræ filiæ fœminæ eſſent totaliter excluſæ, quia tunc tenor inueſtituræ eſſet attendendus*: nec video quonam modo ſucceſſor poſſit teneri ad paragium ei fœminæ, cui ex principio conſtitutionis ipſius, & naturæ nullum ius in ipſo feudo competere poteſt, nec qualitas hæreditaria facit, vt, ſi non præcedat teſtatoris diſpoſitio, hæres teneatur; benè teneretur, quando præcederet promiſſio dotis ab ipſo prædeceſſore, & conſtitutio, vt dicit Iſern. loco cit. & ſic in hoc erit cauendum à Minad. loc. præd. & faciunt dicta ſupra in §. 2. num. 22. ſuper explicatione illorum verborum vice ſucceſſionis, quæ in definitione poſuimus.

19 In eo verò, in quo Minad. neceſſitatē hæreditatis in feudo ex pacto, & prouidētia nouo ponit in filio, & diuerſificat filiū ab agnatis, minus erit ipſius dictis conſentiendum: dum enim agimus de primo acquirente, non adeſt aliqua differentia iuris hæreditarij inter filios, & agnatos, quia verè omnes ſunt primi acquirentis filij, & tenentur habere ratum, & eſſe hæredes primi acquirentis, ita Camerar. in repet. an agnat. num. 26. & ſeq. in prin. Differentia, quam introduxit cap. an agnatus eſt in feudo antiquo, vt in eo ſemper filius teneatur hæres eſſe ipſius patris: ita idem Camerar. loco cit. nu. 29. & in prima oppoſit. in cap. filiorum: & tunc non video ad quid prædictam qualitatem hæreditariam conſideret Minad. cùm filius in feudo antiquo, licet teneatur eſſe hæres ipſius patris, & non poſſit feudum accipere, & hæreditatem repudiare, poſſit per beneficium inuentarij feudum habere præcipuum, vt ibidem dicit Iſern. & Camerar. vbique etiam in cap. Imperialem.

20 §. præterea Ducatus, fol. 101. lit. A. † In omni ergo genere feudi propriè hæreditarij, vt, ſcilicet, habeat in ſequalitatem eſſentialem, & inſeparabilem hæreditariam non accidentalem, iuxta optimam diſtinctionem Camer. in d. cap. an agnatus. quæſt. 14. tunc, prout ſupra diximus, ſi inueſtitura excludat ipſam fœminam, & non conſtet de diſpoſitione prædeceſſoris, non poteſt tractari de paragio, & quando adeſt diſpoſitio, debetur, vt debitum, quia præcedit præceptum teſtatoris, & non vti paragium, vt diximus ſupra cum Iſern. Quando enim excluditur per inueſtituram, non poteſt dari prætenſio legitimæ, ſicuti nec ipſe, qui ſuccedit iure inueſtituræ, non dicitur habere vti legitimam, quia non ex patrimonio defuncti, ita Frecc. lib. 3. in 17. differen. in fin. Et quòd excluſo legitima non competat in ipſo feudo Camerar. c. imperialem. §. præterea Ducatus. fol. 102. verſ. circa ſecundum, lit. H. I.

21 Quando verò eſſet feudum emptum pecunia pro ſe, & maſculis, etiam hæredibus, tunc ratione, qua dicimus in feudo empto pecuniam venire in collationem, iuxta notat. per Iſern. in §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic. & per Ann. conſ. 26. in ea pecunia, vti re burgenſatica competet filiæ paragium, ſicuti alijs etiam ſecundogenitis pars ſucceſſionis, cùm à pari procedant hæc duo, vt dicit Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus, col. antepen. verſ. & ſi verum eſt: & optimè dixit Camerar. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus. fol. 104. lit. N. & ſeque, præcipuè lit. Q.

22 At ſi ageremus, quòd per inueſtituram filia non ſit excluſa; ſed ex præſumpta conſtitutionis diſpoſitione excludatur, vt quia fœmina poteſt ſuccedere: ſed maſculis exiſtentibus poſtponatur; tunc indiſtinctè ſiue feudum fuerit ex pacto, ſiue hæreditarium, ſemper competet peragium illa ratione, quia non per tenorem inueſtituræ, ſed per ipſam con-

ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionis diſpoſitionem excluditur: quæ, quando ipſã excludit, dat ei paragiũ, vt dicit Iſern.loc.cit.& Petr.de Gregor.d.tract.q.4. nu.2.& expreſsè dixit Iſern.in conſtit. comitibus, in repet.col.4.verſ.*amitæ,& ſorori debentur dotes ſecundùm paragium, quia fuerunt excluſæ per morem Francorum a patre,& fratre amitæ; propter quod loco partis earum conſtitutio illa dedit eis paragium dotis:* & faciunt ea, quæ diximus de paragio ex teſtamento,& dicta per Afflic.loco cit.nu. 57.in fin.ibi, *quia illa inueſtitura debet interpretari ſecundùm illam conſtitutionem.* & Anchar. omnino videndus in conſ. 125. Viſis,& diligenter ruminatis actis.num.6.& ſeq. Ex quibus, ni fallor, remanet penitus abſoluta quæſtio, & oſtenſum qualitatem ipſarum fœminarum excluſiuam, in inueſtitura eſſe per conſequens excluſiuam paragij, & non qualitatem hæreditariam, vel ex pacto, & prouidentia, prout in ſimili à legitima, qualitatem hæreditariam, tanquam non neceſſariam, excludit Camerar.in præd.cap.Imperialem.§.præterea Ducatus.fol.101.lit.V. & dum Afflict.in conſtit.in aliquibus. nu.42. dicit, onus dotandi ſororem eſſe onus hęreditarium, illud intelligas reſpectu conſtitutionis illius ſucceſſionis, quaſi iure ſucceſſorio, aliàs malè diceret, ſi proprium ius hæreditarium intelligeretur.

23 Ex prædictis igitur eſt abſoluta quæſtio, de qua aliàs fui interrogatus, quod, licet in antefato, vel alia re filij vocentur, vti filij, & non vti hæredes; tamen per dictam conſtitutionis, & conſuetudinis interpretationem in eo habebunt filiæ, ac ſorores paragium, & ita vidi iudicatum per Sacrum Conſilium in liquidatione paragij, referente integerrimo, & iuſtiſſimo Domino Scipione Rouito, Regio Conſiliario, in cauſa inter Laudoniam Sadeolis meam chariſſimam cognatam, & eius fratrem Aloyſium Sadeolis, in Banca de Figliola, in qua fuit etiam antefatum, in quo filij, vti filij vocabantur, poſitum in liquidatione paragij. idem credo de omnibus, in quibus ſucceditur iure ſanguinis, dummodo fœmina ab ipſius ſucceſſione repellatur per maſculum, ex conſtitutionis, vel conſuetudinis tacita, vel expreſſa diſpoſitione, & de hac quæſtione latius dicetur inferius nu.26.cum ſeq. Et licet in patre ſemper detur obligatio dotandi filiã, etiam ſi ex verbis inueſtiturę filia fœmina excluderetur a ſucceſſione, ratione officij pater-
24 ni, tamen non per hoc ipſius hæres tenebitur ad ipſam, niſi quia tantundem habet in hæreditate, veluti quando in feudo hæreditario fœminæ pęnitus excluderentur, & tunc non dicetur obligatio feudalis, ſed burgenſatica, cùm non veniat in feudali obligatione, ita not. Frecc.in lib.2.autor.2.num.19.quia non eſt loco legitimæ, cùm ex tenore inueſtituræ ſit fœmina omnino excluſa: tenebitur ergo, quia hæres patris.l.2.§.ex his.ff.de verbor. oblig. Et quia habet in hęreditate, cùm per inuentarium feudo hęreditario non conſulatur, quin in eo hęres pro ipſius æſtimatione non teneatur, ſicuti nec etiam in feudo nouo ex pacto,& prouidentia, iuxta latè congeſta per Ann.conſ.5.Camerar.fol.95.lit. F.& 97.lit.
25 E.& in cap.an agnatus, loc.cit. † Sed qualiter in feudo nouo ex pacto reſpectu primi acquirentis teneantur ſucceſſores ad æs alienum, dixi infra in art.6.dum egi de numero filiorũ, ſpectando in liquidatione paragij contra Annam in d.conſ. Et notandum eſt, quòd Camerarius in final.quęſt.in cap. an agnatus. num. 158.loquendo de ęre alieno ſoluẽdo in actione perſonali ſuper toto feudali patrimonio, & burgenſatico, poſtquam diſtinxerat inter feudum hęreditarium,& feudum ex pacto, ponit exemplum in liquidatione paragij, quaſi paragium ſoluatur de feudo hęreditario, & non de feudo ex pacto: ſed ibi Camerar. dat exemplum, quando eſt facienda liquidatio paragij in burgenſaticis, & feudo hęreditario ſimul,& non intrat hanc difficultatem. Et licet Iſern.in conſtit.in aliquibus. in pagina final.col.1.verſ. ſecundùm ſententiam illorũ videatur arguere à prædeceſſore ad hæredem in debito paragij conſtituendo ibi, *quia, ſi mater viueret, non cogeretur dotare: ergo, ea mortua, non tenetur hæres, ſuus filius*: tamen ex quo debetur filiæ legitima, inquit, vti legitimam, non vti dotem de paragio in bonis maternis deberi: hoc in caſu iam conſtat filiabus in eo feudo legitimam non deberi. Sic etiam in conſtit. comitibus. col. fin.verſ. vbi verò Baro.ibi, quia erat obligatus dare ipſe, & ſuus hæres. Tenebitur igitùr, quia poſſidet bona paterna ſeruare onus paternum, non autem vti paragium, vt in ſimili dixit Frecc. loc.cit. Sed vti purum debitum ipſius patris: qui, abſtracta feudali obligatione, tenetur ex officio paterno dotare filiam: quam dotationis obligationem, vti æs alienum recognoſcet in actione perſonali filius,& hæres in feudalibus, quatenus in hæreditate exiſtit, vt in c. an agnatus.per Iſern.& Camer, quemadmodum dicitur de legitima debita ſuper æſtimatione feudi ipſi filio primogenito excluſo per patris diſpoſitionem validam, vt per Camerar. in c. Imperialè.§.præterea Ducatus fol.103.lit.E. & ſeq. Et de hærede, ꝙ debeat dare dotẽ, quã pater filiæ debebat, Anchar.conſ.26.in fin.

26 Di-

26 Diximus ſupra nu. 18. ſorori per fratrem excluſæ a ſucceſſione feudi, ex pacto, competere etiam paragium, item num. 23. in fine, idem eſſe in omnibus, in quibus filij ſuccedunt vti filij, & non vti hæredes, vt ſemper attenta forma conſtitutionis in aliquibus, quæ generaliter loquitur debeat ſorori maſculus præferri, & per conſequens in ea ſucceſſione debeatur ſorori paragium, etiã quod non ſuccedatur vti hæres, ſed vti filius, ita generaliter concludit Minadous in repet. conſtit. in aliquibus, in rubr. in verbo filiorum, num. 29. & ſequen. omnino videndus vſque ad finem.

Sed quoniam in his, quæ deferuntur filijs, vt filijs, & nõ vt hęredibus comperij contrariam ſententiam amplecti, ac paſſim, & ſine dubitatione illam admitti tam in lucris, quæ ad filios tranſeunt ex tranſitu matris ad ſecundas nuptias, ex diſpoſitione l. fœminæ. §. illud, C. de ſecun. nupt. item in dotario antefato, & alijs, operæpretium, duxi hic adnotare id, quod ego ſentio ad hoc ne latius ſerpat ſemel admiſſus error, & in caſus contingentia clarius detegi poſſit ab alijs.

27 Reperio enim hanc quæſtionem in materia dotarij tractaſſe Campagnam in cap. regni mulier dotarium num. 92. per tot. qui autoritate Decij, præcipuè conſi. 87 num 3. & conſ. 396. verſ. & pro fundamento, voluit filiam renunciantem ſucceſſioni patris, vel matris; excludi per renunciationem a ſucceſſione talis lucri reſeruati ex diſpoſitione d. l. fœminæ, etiam ſtante conſtitutione Regni, per quam maſculi fœminis præferuntur: ſed maſculos, & fœminas ſimul admitti, etiam renunciatione non obſtante; ea ratione, quia tale lucrum non defertur iure hæreditario, ſed particulari, ac ſpeciali iure, & ideo nec in renunciatione, nec in diſpoſitione conſtitutionis contineri, quam opinionem tenuit in antefato Vrſillus in addit. ad deciſ. Affl. 314.

28 Sed aduertatur rogo ad fundamenta poſita per Decium in prædictis conſilijs, nec non ad autoritates, in quibus ipſe fundatur; nam illis benè ponderatis euidentiſſimè apparebit ſuam concluſionem non habere iuris ſubſiſtentiam.

29 Primo fundatur deciſio Decij in autoritate Saliceti in prædicta l. fœminæ. §. illud. num. 4, verſ. ſtatuto cauetur, vbi Salicet. expreſsè ponit caſum, in quo moritur primo mater, & ei ſucceſſit maſculus, cui poſtea ſucceſſit pater, deinde pater accepit ſecundam vxorem, & mortuus eſt ſuperſtite vno filio, ex ſecundo matrimonio, & tantum filia fœmina ex primo matrimonio, tenet, quod filia admittatur: ſed videamus an Salicetus diſcutiat, & reſoluat illam quæſtionem, ad quam illum Decius adducit; Decius enim illum refert ad deciſionem quæſtionis, quod per ſtatutum fœmina non ſit excluſa per exiſtentiam maſculorum, & ibi in caſus poſitione oſtenditur contrarium; nam ſi Salicetus ponit caſum in quo ſola fœmina exiſtebat ex primo matrimonio abſque fratre maſculo, per neceſſe ſupponi debet, quod idem Salicet. habuerit pro abſoluto admiſſionem fœminæ, ob non exiſtentiam maſculi, & per contrarium excluſiuam eiuſdem, ſi maſculus extitiſſet, eo maxime, quia nec tractat ibi quæſtionem vtrum fœmina admittatur ob rationem dubitandi conſideratam à Decio in prædictis conſilijs; ſed ex eo, quia leges reſeruantes lucra prædicta filijs primi matrimonij, ob tranſitum matris ad ſecunda vota, non loquebantur, nec diſponebantur de patre, ſed tantum de matre; hęc eſt quæſtio, quæ ibi reſoluitur, vt patet a principio, verſ. quærit gloſa, & quia res eſt luce clarior, non inſiſto in vlteriori probatione, hoc idem dixit Bart. Socc. conſ. 263. capio primum a Decio in conſonantiam Saliceti allegatus, quod vero Salicetus ſit intelligendus maſculo non exiſtente, ponderauit idem Decius in pręd. conſ. 87. verſ. ſecundo reſpondetur, patet igitur ex mente, & verbis vtriuſque fœminam non eſſe admittendam maſculo exiſtente.

Dico amplius, quod Decius loquitur in ſtatuto ſatis diuerſo à noſtra conſtitutione, & magis odioſam diſpoſitionem continente; conſtitutio noſtra, vel conſuetudo nunquam excludit fœminam, niſi maſculo exiſtente, & licet ipſam excludat, non excludit niſi concedendo paragium in bonis, a quibus excluditur, quod eſt ad minus in legitimæ quantitate, item nec eam penitus excludit & perpetuo, ſed licet ſemel excluſa, ſi fiat caſus alterius ſucceſſionis, & maſculus non exiſtat tempore alterius ſucceſſionis, admittitur fœmina, vt in diſcurſu iſtius repetitionis diximus pluries, Decius loquitur in caſu, quo per ſtatutum fœmina ſemel excluſa propter dotem redditur inhabilis ad ſuccedendum, ita vt in caſu alterius ſucceſſionis, etiam quod maſculus non exiſtat, ſemper cenſeatur excluſa, etiam à ſucceſſione fratris, cum igitur maius odium contineat ſtatutum poſitum à Decio, quam noſtra conſtitutio, & conſuetudo imo cum in hoc ſit magis fauorabilis maſculorum, quam odioſa fœminarum, noſtra conſtitutio, quam prædictum ſtatutum, iuxta dicta per Loffred. conſ. 26. num. 9. non licet arguere à dictis ad reſtringendam diſpoſitionẽ

ſtatuti

ſtatuti odioſi, ad inducendam reſtrictionem alterius fauorabilis, vt eſt noſtra conſtitutio, quæ eadem ratione venit amplianda, & non reſtringenda ex prædictis.

30 Secundo, Decius in præd. conſ. 396. nu. 3. fundat ſuã intentionẽ in conſ. Oldr. 194. qui non loquitur in ſtatuto excluſiuo fęminarum, ſed in renunciatione ſucceſsionis, ex duplici ratione, quas Oldra. adducit. Prima, quia hoc lucrum non ſpectat iure ſucceſsionis, ex quo in eo ſuccedunt etiam non hæredes. Secunda, quia hoc lucrum deuoluitur poſt renunciationem, & renunciatio non porrigitur ad futura; támen idem Decius in conſi. 206. in finalib. verbis, in eodem caſu renunciationis firmat, filiam per renunciationem excluſam; ſed quia obſtabat prædictum conſil. Oldrad. 194. reſpondet non obſtare, quia illud poteſt habere locum, quando caſus delationis lucri occurrit poſt renũciationẽ, quia in ea de tali caſu non vr̃ cogitatum, & ita eſſe in caſu, in quo alias cõſuluit, & intelligit de conſ. 87. ſecus (inquit ipſe) quando caſus fuit ante renunciationem, ita intelligendo Oldradum. Si ergo idem Decius firmat ipſius opinionem procedere, quando renunciatio præcedit caſũm delationis lucri; ergo habuit pro abſoluto, quod renunciatio in caſu prædictorum conſ. 87. & 396. comprehendiſſet tale lucrum ſi fuiſſet facta poſt lucri delationem, ergo verè Decius ſentit, & decidit, excluſionem fœminæ non oriri ex eo, quia tale lucrum deferatur ſpeciali iure, & non hæreditario; ſed quia defertur poſt renunciationem, quò fit, vt in caſu quo deferatur ante renunciationem in illa comprehendatur, vt in hoc caſu loquitur Paul. Caſtrenſ. contra filios, allegatus in dictis conſ. à Decio in conſi. 252. incip. viſo puncto ſupraſcripto, & narratis infra lib. 1. qui loquitur in caſu, quo delata erant lucra tempore renunciationis, & ſic nihil de quæſtione. Quæ dubitatio eſt longe diuerſa a noſtra, nam renunciatio ſemel loquitur, & loquitur in caſu ſuo, & non porrigitur ad futura, conſtitutio perpetua eſt, & generalis, & loquitur, vt dixi, de quacunque ſucceſſione patris, vel matris, vt melius infra patebit.

31 Tertio, quia illa ratio, in qua vbique ſe in prædictis conſilijs Decius fundat, eſt falſa, dum inquit, quod ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, debeat intelligi de hæreditate, & non de ſucceſſione, quæ obuenit ex prouidentia legis, etenim vera, & communis eſt opinio, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica admittitur fœmina, etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, etiam quod ſuperſit maſculus; ex eo, quia Eccleſia non tenetur ſeruare ſtatuta laicorum, Surd. deciſ. 95, num. 20. hinc in omni emphyteuſi apta tranſire ad fœminas etiã ex pacto, nunquã ea admittitur in terminis ſtatuti, ſiue conſtitutionis noſtræ, niſi quando deficit maſculus Minado. in loc. in princ. quæſt. allegato Alex. conſ. 9. lib. 1. expreſsè Mandoſ. qui ita dicit cõmuniter ſeruari in conſ. Rom. 22. in verb. admittitur Peregrin. de fideicommiſſ. art. 17. num. 24. Mantic. de tac. & ambiguis conuentio. lib. 3. tit. 8. & lib. 22. tit. 17. num. 23. nouiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 347. num. 13. lib. 2. ex eo, quia ſemper contrahentes videntur voluiſſe ſequi diſpoſitionem ſtatuti, quamuis verba repugnent, Bart. in l. iuſiurandi. §. liberi. nu. 5. ff. de oper. libert. Ceph. conſ. 451. nu. 197. qui concordantes allegat. Præterea in feudo ex pacto, & prouidentia idem Minad. in rubr. dictæ conſtit. in aliquibus, in verbo ſucceſſione. nu. 44. expreſsè inquit ſe magis putare ſucceſſionem hanc, de qua in ea conſtitutioue tractatur tam ad feuda hęreditaria; quam ex pacto, & prouidentia poſſe pertinere; ea potiſsimum ratione, quia in feudis ex pacto, & prouidentia, datur ſucceſſio & lege ſucceſſio defertur, quia pactum, & prouidentia recipiunt interpretationem à lege; quod verò illa lucra deferantur filijs ex prouidentia legis, & ſic eodem modo, prout defertur ſucceſſio feudi ex pacto, & prouidentia, dixit Decius conſi. 130. nu. 2. vbi allegat tex. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. ponderando illa verba, quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia, quem tex. allegat vbique Iſern. & poſt Iſern. idem Minad. loc. cit. num. 43. ad fundandam diſpoſitionem feudi ex pacto.

32 Comprobatur etiam prædicta ſimilitudo inter feudum ex pacto, & prouidentia. Item emphyteuſim, & dicta lucra, quia in cæteris dum Doctores voluerunt decidere quæſtiones in feudo ex pacto, & prouidentia, argumẽto iuris ciuilis diſponẽtis in prædictis lucris, illas fundarunt, vt fecit Iſern. qui dum fundauit filium in feudo ex pacto à patre poſſe propter ingratitudinem exhæredari in titu. de ſucceſſ. feud. in princ. num. 1. adduxit in argumentum l. fin. l. hac edictali, in princ. l. fœminę, in auth. hęres. C. de ſecund. nupt. ſequitur Angelus in auth. de nuptijs. §. & ſuper his, vbi in tex. in illis verbis, ibi, *contra ingratos; inquit not. iſtum tex. ad quæſtionem de feudo, quod feudum non tranſit ad filium ingratum, licet debeatur filio tanquam filio*, item melius idem Angel. in eod. tit. de nupt. in d. auth. §. ſoluto igitur, vbi dixit notandum eſſe ex d. tex. *quod vbicunque aliquid debemus*

filijs,

filÿs vti filÿs, reſeruare, quod ad illud etiam filÿ admittuntur, ſi non ſunt bæredes parentum, vel alicuius ipſorum; dum tamen non ſint ingrati, vt in fin.§. ſubdit ibidem idem Angelus immediatè. *Et per hunc tex. dico, & per l. hac edictali. §. 1. quod licet filius ſuccedat in feudum, etiam ſi patri hæres non exiſtat ratione ingratitudinis, repellitur a feudo;* Item idem Angelus in §. optimè vero. nu. 39. vbi notat, quod illud quod filius lucratur propter tranſitum parentis ad ſecunda non imputatur in legitima filij, & ſubdit, *& per hoc dico, quod vbicunque debet remanere penes filium aliquid tanquã filium, quod illud nunquam computatur in ſua legitima, quoniam tale feudum tranſire debet ad filium, vt filium*; Vera eſt igitur æquiparatio inter iſta lucra, & feudum ex pacto, & ideo prout in ſucceſſione feudi ex pacto, ſeruatur diſpoſitio ſtatuti, ſiue conſtitutionis Regni, eodem modo eſt ſeruandum, in iſtis lucris, & in cæteris, quæ deferuntur ex prouidentia legis, quia conſtitutio noſtra loquitur de ſucceſſione, & non de hæreditate, & in qualibet diſpoſitione debet ſeruari, vt ſupra diximus, & hoc in terminis quæſtionis noſtræ dixit idem Angelus in d. auth. de nuptijs. §. optime vero. num. 38. quem Decius retulit pro excluſione filiæ d. conſil. 396.
„ num. 1. ibi, [not. ſingulariter iſtum tex. iun-
„ cta glo. Dicit ſtatutum, quod filia dotata, pa-
„ tri non ſuccedat, modo pater vxori ſecundæ
„ reliquit plus quam reliquerit filiæ dotatæ,
„ numquid illud plus irritetur, hic videtur ca-
„ ſus, quod non, quia non poterat iſta filia do-
„ tata patri ſuccedere eo inuito, ſicut nec filius
„ ingratus poteſt ſuccedere patri patre inuito,
„ & ideo ſicut filius ingratus non irritat tale
„ relictum, nec etiam filia dotata tale relictum
irritat.] decidit enim Angelus caſum noſtrũ, & loquitur in terminis ſtatuti excludentis omnino fœminam dotatam, & non propter maſculos, directo contra opinionem Decij, nec obſtat reſponſio Decij in prædicto conſi. 396. in fin. verſ. non obſtant allegata in contrarium; dum primo dicit Angelum non loqui in caſu. l. fœminæ. §. illud, quia vana eſt reſponſio; nam diſpoſitio d. l. fœminæ. §. illud, eſt eadem, & ſub eadem ratione fundata cum diſpoſitione l. hac edictali. §. 1. prout tam Iſer. quam idem Angelus in materia ſucceſſionis filiorum, ad iſta lucra illas pariſicarunt, ad excludendos filios vocatos vti filios propter ingratitudinem, vt proximè ſupra dictum eſt, dum igitur ex ingratitudinis argumento arguit deinde Angelus ad fundandam excluſionem filiæ excluſæ per ſtatutum à talis lucri ſucceſſione, ergo vnica eſt omnium diſpoſitio. Secundo dum reſpondet, quod dato, quod hoc diceret Angelus, dicit Decius veriorem eſſe, & communiter approbatam opinionem Saliceti, falſa eſt allegatio communis opinionis: cum inter omnes Doctores in prædictis conſilijs per Decium allegatis nullus ſit, qui in terminis prædictæ quæſtionis loquatur niſi Angelus, ſi rectè autoritates conſiderentur, ergo ſecunpum Angelum erit concludendum, illa potiſſimum ratione, quia cum filij ſint vti filij vocati, & filia dotata vti filia, etiã excludatur à ſucceſſione, in qua vti filij vocãtur per diſpoſitionẽ cõſtitutionis, vt diximus, non poterit ex diſpoſitione legis communis admitti, qui vtrumque ſexum vocauit per l.
33 maximum vitium. † Nec obſtat ex prædictis replicatio Decij in fine prædicti conſilij 396. in fin. quod quia filij ſunt vocati vti filij, per hoc filia non debeat per ſtatutum excludi; cũ vt dixi, nihil faciat ad deciſionem prædictæ quæſtionis, quod filij ſint vocati vti filij. Sed an ſint vocati ad ſucceſſionem parentis; quod vero in lucris prædictis, filij, licet vti filij, ſint vocati, tñ vti ad parentis ſucceſſionẽ, ponderandus eſt in pluribus locis titulus in auth. de nuptijs, qui vbiq; hoc fatetur & primo in §. hinc nos, alia euocat verſ. ſed quanta, ibi, *In reſiduis vero omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſſionem.* vbi tantum filijs primi matrimonij ſeruantur obuenta matri a filio præmortuo ex paterna ſucceſſione, & alia præter paternam ſucceſſionem non ſeruantur. melius, & ſecundo idẽ tex. in d. §. hinc nos, in finalib. verbis, vt penitus oſtenderet omnem diſpoſitionem contẽtam in eo tex. fuiſſe de ſucceſſione liberorum, vel parentum ſubdit, *alÿs omnibus, quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt parentum in filÿs, aut filiorum in parentibus intactis manentibus*, dixerat enim tex. in prædict. §. de modo ſuccedendi per filios in illis lucris, & præcipuè rationem contra ingratos filios vndiq; ſuper iſtis rebus ſernandam, ne in futurum videretur poſſe ad cæteras ſucceſsiones inferri, hoc expreſsè declarauit, prout tertio dixit tex. in ead. auth. de nuptijs §. & ſuper ijs. ibi. *Sed quemadmodum omnium filiorum ſimiliter bæredes exiſtunt, & nõ alÿ quidem ſuccedunt, alÿs vero non, cur non ſimiliter non ipſi alios quidem eligunt, alios verò deſpiciant*; ecce ergo nomen, & reciproca ratio ſucceſsionis inter patrem, & filios ponderata per tex. dum ideo indifferenter filios admittendos dicit ad talia lucra, quia parentes eis indifferenter ſuccedunt, ergo manifeſtè conſpicitur eſſe ſpeciem ſucceſſionis hanc reſer-

uatio-

nationem in iſtis bonis filijs vti filijs factam
ex legis prouidentia.
34 Quarto hoc idem comprobatur ea ratio-
ne,quia vt iſti filij vocarentur etiam non hę-
redes,fuit per eandem auth.de nuptijs ſtatu-
tum ex particulari prouiſione,& inſimul in-
gratos filios excluſos ea ratione generali,quia
ingrati remouentur a ſucceſſione parentum,
& ſic ex prouiſione particulari ſuit ſtatutum
filios ſuccedere vti fillos, etiam non hæredes
35 parentibus, ac ex diſpoſitione generali,qua
ingrati repelluntur eſſe filios ingratos exclu-
ſos,& per hoc ex eo, quod vti hæredes non
vocentur non poſſe in conſequentiam in cę-
teris argui tanquam ex diſpoſitione ſpeciali,
quæ arguit regulam in contrarium, & ex eo,
quod ingrati excluduntur poſſe in cæteris ar-
gui,quia non eſt ſpecialitas, quæ oſtendat re-
gulam in contrarium,ſed in omnibus alijs ſi-
militudinem contra replicata per Decium
in finalibus verbis dicti conſi.396. vtrumque
apertè dixit tex.in d.auth.de nuptijs §.& ſu-
per ijs, vbi ex ſpeciali prouiſione inquit tex.
filios ſiue hæredes, ſiue non hæredes eſſe vo-
catos,item eſſe ſublatam parenti electionem
filiorum,& ingratos ex ordinaria, & antiqua
legum prouiſione reiectos: inquit enim d.§.&
ſuper ijs,ibi, *contra ingratos enim poſitas nō
tranſcendimus leges taliter parentes hono-
rantes,& filios ad pietatem deducentes,ſicut
enim electionem prohibemus, & denuo om-
nibus ſimiliter damus talia premia, ſic ea,
quæ de ingratitudine ſunt non interimi-
mus*. Denuo inquit tex. eſſe filios vti filios ad-
miſſos,& ſic ex noua prouiſione,filios etiam
non hæredes admiſſos, & ingratos eſſe ex an-
tiquis legibus,& non ex ſpeciali prouiſione
reiectos, & per hoc ex qualitate non hæredi-
taria non eſſe argumentum non ſumendum,
ſed ex reiectione ingratorum, prout optimè
arguit Angelus in præcitata doctrina in d.§.
optimè vero,in auth.de nuptijs,ex quibus re-
manet omnibus reſponſionibus, & fundamē-
tis Decij remotis,fundata opinio noſtra, iux-
36 ta quam in Sac.Conſil. referente integerrimo
Conſiliario Scipione Rouito iudicatum ad
ſucceſſionem antefati, in quo vocabantur fi-
lij vti filij fuiſſe fratrem admiſſum, ſororibus
excluſis,ſed conceſſo eiſdem paragio, in ſpe-
cie pro rata antefati,in cauſa liquidationis pa
ragij ſororum de Sadeolis cum Aloiſio Sa-
deolis eorum fratre, pęnes Figliolam Actorū
Magiſtrum.

Hæc ſcripta cum contigiſſet oſtendere D.
Iulio Mele mei, fratrumque meorum amico
probatiſſimo, viro ſummi ingenij, æquè ac
Iudicij,& in omni iure,præſertim feudali ver
ſatiſſimo, ad eorum confirmationem adduxit
locum inſignem Andreæ in cap.1. num. 16.
verſ. vel quod melius, in tit.quæ ſit prima
cauſa beneſ.amitt.vbi in feudo ex pacto,quod
defertur ſpeciali iure,vt ex prouidentia con-
cedentis filius,vel agnatus,licet non ſit hęres,
eſt tamen ſucceſſor in rem,& probat per tex.
in l.etiam ſi in rem.ff.de iur.iur.& qui ſucce-
dit in burgenſaticis dicitur ſucceſſor vniuer-
ſalis, hinc ſucceſſori in rem obſtat exceptio,
quæ obſtabat ei, à quo habet feudum, & ſic
vti verus ſucceſſor habetur à lege idem Andr.
in cap.Imperialem, §. præterea ſi inter duos.
num.77.poſt medium numeri, verſ.vnde po-
teſt dici,de prohib.feud alienat. per Federic.
Igitur idem dicendum in lucro, quod filiæ
defertur ſpeciali iure, vt Decius,& cæteri vo-
lunt,nam ex quo fœmina iure ſucceſſionis il-
lud acquirit,maſculus præferendus eſt,qui ab
omni ſucceſſione, per Regni conſtitutionem
ipſam excludit, & addidit eſſe indubitatum
in terminis noſtræ conſtitutionis, quæ nō di-
ſtinxit bona hęreditaria, vel iura ſpecialia,ſed
ſexum,ad quem reſpexit,& prætulit in omni-
bus bonis,a quo reſpectu,quia reſultat eadem
ratio in bonis, quæ deferuntur ſpeciali iure,
vel hæreditario,ergo idem ius, quinimò quia
fœmina excluditur modaliter,ex Loffredo in
ſolemni conſilio 26. & ſic non ſuccedit, ſed
debet dotari de paragio,abſurdum, & imper
tinens eſſet dicere, quod vltra paragium poſ-
ſet habere hoc lucrum,quia eſſet contra ver-
ba,& mentem prędictæ conſtitutionis,etiam
quia debet dotari de bonis paternis, & ma-
ternis,& hæc lucra ſint de ſucceſſione vnius,
vel alterius,ſufficit ei dos de paragio, ſed non
quod illa lucra capiat vti filia, cum non ſit vo
cata ad ſucceſſionem,ſed excluſa ob exiſtentiā
maſculi a conſtitutione Regni.
39 Veniamus modo ad doctrinam Iſern. in
finalib.verb.conſtit. Comitibus, quam ſupra
promiſimus declarare, & in ea aduertendum
eſt vniuerſam difficultatem illius theoricæ
dependere ex vno verbo,per errorem poſito,
quia verè caſus ab Iſernia poſitus non eſt in
filia primogeniti,éiuſque hæredis, ſed in filia
ſecundogeniti,& quod dicit ibi, ſed ſi pater.
idemque auus huic filię filij primogeniti,vult
dicere filij ſecundogeniti,ſecūdùm caſus po-
ſitionem præcedentem: quod vt clareſcat,ae-
cipiendus erit Iſern.in verſ. vbi verò Baro,
vel Comes: quo loci ponit caſum in auo feu-
datario, dotante filiam filij ſecundogeniti,
eamque maritante, & dicit, ipſum habere
ſubuentionem: iddem ſi promittat dotem,

inquit Iſern. quòd, licet non ſoluat dotem, ſufficit, quòd promittat: ex quo etiam ipſius hæres tenebitur dare illas dotes, & reſoluit in verſ. & ſi decederet, aliam quæſtionem, quòd, ſcilicet, ſi auus, idemq; pater decederet, antequã haberet ſubuẽtionem: filius eius primogenitus, & hæres, in quem transfert actionem hanc habendi ſubuentionem, habebit eã; ex quo iam ceſſerat, & venerat dies ſubuentionis. ff. de verb. ſign. l. cedere diem. Et tunc habebit filius primogenitus, & hæres ſubuentionem, quam vaſſalli eius patri, ex quo maritauit, & promiſit dotem, iam debebant, quia

39 ceſſerat, & venerat illius dies, † & ſic notabis incidenter debitum, ſeu creditum ſubuentionis tranſire cum vniuerſitate feudi in hæredem, eundemque primogenitum, qui debet dotes ſoluere, & Afflict. in conſtit. quamplurimum, num. 36. ponit caſum in filia primogeniti, cùm tamen expreſſe Iſern. loquatur in filia ſecundogeniti, vt vides, prout allegat Apoſtill. ad prædictam conſtitutionem poſt Iſern. apparatum, quæ incip. Et idem Andr. in finalib. verb. ibi, neptis ex filio ſecundogenito, alias malè ſequerentur ſequentia verba in verſ. quamuis. Et credo, quòd Afflictus malè habuerit verbum primogeniti in princ. & fin. huius quæſtionis. Subdit Iſern. in verſ. quamuis, rationem dubitandi, ſcilicet, quòd ille primogenitus, ſi ipſe dotaſſet, & maritaſſet filiam prædictam ſecundogeniti, ipſe non haberet ſubuentionem, vt dictum eſt, quia proximè dixerat in verſ. filio autem fratris, ibi, & ipſe filius tenetur maritare ſororem ſuam, non patruus, de quo non cauetur; vt dicitur latius in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in col. antepen. verſ. quid ſi patruus, vbi clariſſimè dicit, quòd patruus non tenetur maritare filiam fratris ſui, & per hoc denegatur ei ſubuentio, quia non maritat ex neceſſitate feudali, vt ibi dicitur; & ſupra diximus. Habebit ergo primogenitus hæres illam tantùm ſubuentionem, quam pater ipſius debebat habe-

40 re: † quòd verò in nepte dotanda, & maritanda per auum debeatur ſubuentio, quando non eſt filius viuus, intelligit Frecc. & benè in præd. lib. 2. autor. 2. num. 27. & Iſern. in conſtit. quamplurimum, vel qnando filius, idemque pater non eſt ſoluendo; ſubdit Iſer. in verſ. ſed ſi pater. Sequendo eandem caſus poſitionem in filia ſecundogeniti; quid ſi pater, idemque auus huic filiæ, aliàs huius filiæ filij ſecundogeniti, non autem primogeniti, vt dicetur infra, & rectius probabitur in diſcurſu theoricæ: nam illa dictio, ſed ſi, videtur denotare diuerſitatem iuris, & facti, Bart. in l. 1. ff. ne quis eum: tamẽ in eadem perſona, quia dicit huius, vel huic filiæ, ergo non dicit de altera, quam de ea, de qua iam caſum poſuerat, videas modo; quantã facilitate omnia ſequentia verba intelligãtur. Ponit caſum mixtum Iſern. in quo auus non maritat ipſam neptem, & primogenitus hæres non tenetur ad maritandum: ſi enim pater, idemque auus huic filiæ filij ſecundogeniti non nuptæ reliquit, vel promittit dotes inter viuos, quando nubat, vel pro maritagio, primogenitus hæres in feudo, hæreditario iure tenebitur dare dotes has conſtitutas, C. de rei vendic. l. cùm à matre, inquit, primogenitus hæres in feudo hæreditario teneri dare dotes has conſtitutas: quæro quonam modo hic ſi eſſet pater eius filiæ, & eſſet caſus in filia primogeniti, Iſern. poſſet notãdo cauſas obligationis ponderare, quia hæres in feudo, quia feudum hæreditarium, & vocare eum primogenitum, & non patrem huiuſmet filiæ. Et ſi eſſet ipſius pater, quare etiam in feudo ex pacto filius non deberet, & quia hæres patris, & quia pater filiæ recognoſcere onus maritandi propriam filiam, ſi ſupra in auo, in nepte, & ſecundogenito poſuerat neceſſitatẽ maritandi: vnde cum dicit ſecus ſi perueniret ad eum ex pacto tractat, quando patruus vellet ſoluere dotes, à patre legatas, eodemque auo huius neptis: quando enim, quia hæres ſoluit dotes, non dicitur liberalis, quia ſoluit debitum, & non habebit ſubuentionem, inquit Iſern. Patri enim relinquenti dotes, eidemque auo non fuit ſubuentio debita, quia non maritauit, & ſic, vt ſupra dixerat, ſi maritaſſet, dotaſſet, & veniſſet dies debitæ ſubuentionis, & ad ipſam ſucceſſiſſet eius hæres, filius primogenitus; nunc quia ſimpliciter legauit, non debetur, quia non maritauit; *Primogenito, & hæredi non, quia ſi ipſe ex ſe, non ex præcepto teſtatoris patris, eiuſdemq; aui dotaſſet, & maritaſſet, nõ deberetur, quia non ex neceſſitate, ſed ex voluntate eam dotat, ſicut dictũ eſt.* Quomodo igitur iſta verba aliter intelligi poſſunt, quàm in perſona patrui, poteſtne filius primogenitus in propria filia induere hac veſte verborum? Primò, quia patrem, non patrem, ſed hæredem nominat, & primogenitum. Secundò, quia dicit, ſi ex ſe maritaret, non deberetur, vt ſupra dictum eſt: quando enim Iſern. negauit patrem filiæ propriæ non teneri ad dotem, & maritagium? dixerat enim ſupra de patruo; quod non teneatur ad dotandam neptem, filiam fratris ex neceſſitate, dum ſequitur, ſed non dat dotes legatas in paterno teſtamento, eſſe neceſſitatem mandati teſtato-

ris

ris, ſine qua non teneretur ad dotes: quare pater, ſi auus non legaſſet, ipſe non teneretur? Quare legatum aui poteſt facere, vt pater ex præcepto legis non teneatur, ac ſi legatum factum non eſſet: quomodo poſſent verificari omnia verba ſequẽtia Iſer. in quibus dicit hoc in caſu legẽ non ordinare ſubuentionem, ſi expreſsè dicitur pro filia maritanda in conſtit. quamplurimum. niſi cum ſupra dicta textus correctione? Et finaliter dum intelligit cap. Papæ Honorij, & conſtitutionem quamplurimum: quæ loquuntur in nepte, & patre, ſcilicet, intelligi, quando ipſi dotantes patres, vel aui maritauerint, non quãdo auus dotat & patruus maritat; alias, ſi pater maritaret, & auus, non cauſaret ta-
41 lis reſponſio prædictam deciſionem, & hic eſt verus ſenſus huius doctrinæ, & miror Frecciã, & Afflict. non percepiſſe ipſius ſenſum alioquin oculatiſſimos, intellectus Iſer. inueſtigatores: & poſt hæc ſcripta reperi cũ maximo gaudio ſic abſque controuerſia legere prædictam doctrinam, Petrum de Gregor. in præd. tract. de parag. q. 12. nu. 1. vbi dicit, & ponit caſum referens Iſer. in præd. conſtit. comitibus. in patre legante dotes nepti ex filio ſuo ſecundogenito, ex quibus ſequitur, quòd, quãdo ille, qui maritat, & dotat ex præcepto teſtatoris alias teneretur ex propria perſona, quod tunc deberetur ſub-
42 uentio ex Iſer. intẽtione, & circũſcripta veritate cap. Regis Roberti, remanet magis fundata opinio Frecciæ in præd. lib. 1. auctor. 2. nu. 16. Iſern. opinione nedum ei non aduerſante, ſed comprobante, non tamen ſtãtibus dictis ſupra in præiudiis huius repetitionis in diſcurſu ſuper conſtit. vt de ſucceſſionibus in q. fin. ita libenter affirmarem eſſe locũ ſubuentioni in filia, quæ legatas dotes habet ab ipſius patre ex prædicto cap. Regis Roberti, ſtante declaratione facta per Filingeriam, per quam declaratum eſt, quòd frater, ſoluens legatum paternum, & maritans, nõ dicitur ipſe dotare de bonis ſuis prout eſſet quan. do dotaret abſque mãdato de paragio ex obligatione feudi: ſi enim per prædictam Filingeriam non excluditur ſoror, dotata à fratre, de legato patris, & iam probauimus ſororem, dotatam de paragio, mortuo patre, ab ipſo fratre ſucceſſore excludi à ſucceſſione fratris, deinde morientis, & conſtit. quamplurimum, & comitibus loquuntur in eis, qui maritant, & dotãt ex neceſſitate feudali: ergo filia, dotata à fratre ex legato patris, nec excludetur à ſucceſſione fratris per Filingeriam, nec frater habebit ſubuentionem, quia nõ dotat de bonis ſuis, ſed patris, & per hoc non meretur ſubuentionẽ, ex quo illa dos nunquam fuit in patrimonio ipſius dotantis. Iſer. enim, vt diximus, loquitur pro deciſione illius caſus, & non loquitur in caſu filiæ, nam debent intelligi conſtitut. quamplurimum, & conſtitut. comitibus, quando illi, qui maritant, dotant, ſic intelligitur, & allegatur Iſern. in conſtit. quamplurimum, in addit. Petri de Montefor. & aliorum in verſ. & idem Andreas. ſed hic frater non dotat ipſe; ſed ſoluit legatum.

Repet. Par. 2. §. 6. de Parag.

1 *Paragij quantitas eſt arbitraria.*
2 *Paragium minus legitima quando arbitratum.*
3 *Paragium in quantitate legitima, quando liquidatum in S.C. deciſiones referuntur.*
4 *Paragium quandoque liquidatum in quantitate, quæ eſt mediatenter legitimam, & virilem.*
5 *Paragium in virili integra, liquidatum in S.C.*
6 *Arbitrium in liquidatione paragij circa quę verſetur.*
7 *Bona dicuntur deducto ære alieno, & quotuplex bonorum appellatio.*
8 *Aes alienum aliter deduci in liquidatione paragij in feudo ex pacto nouo, aliter in feudo hæreditario.*
9 *Paragium ſimul, & ſemel liquidatur in eadem ſucceſſione in omnibus bonis in ſucceſſione conſenſis, ſcilicet maternis, paternis, item burgenſaticis, & feudalibus, etiam quando eodem tempore ſit caſus plurium ſucceſſionum, a quibus debeatur.*
10 *Paragij liquidatio non fit circa ipſa bona verè, ſed circa eorum æſtimationem, & valorem, ſic etiam in vita militia, ſecus in legitima.*
11 *Tempus quale ſpectandum in prædicta liquidatione bonorum ad finem liquidandi paragij.*
12 *Partem quæ perſonæ non faciant, vel numerum in liquidatione paragij, latiſſimè diſcutitur.*
13 *Defuncti viuo patre deportati, damnati in metallum, hæretici, et fratres minores, & huiuſmodi nec numerum, nec partem faciunt.*
14 *Exhæredatus, qui non admittitur ad partem, an faciat partem in liquidatione paragij.*
15 *Gloſ. in auth. de hæred. & falcid. in §. 1. in verb. oċtuncium declaratur.*
16 *Caſtrẽſis oppugnatur in l. planè §. ſi duobus*

ff.de leg.1.dum vult exhæredatum facere partem fauore hæreditatis.

17 *Exhæredatio filij maſculi non obligat patrem ad inſtituendam fœminam.*

18 *Legitima parentis an tertia tertiæ, vel tertia totius.*

19 *Fratres inſtituti an numerentur in liquidatione legitime aſcendentium, vel ſi aliter eis quid relictum ſit, defenditur cum Suedo negatiua opinio.*

20 *Legitima an detrahatur à bonis ſubiectis fideicommiſſo cum poteſtate diſponendi.*

21 *Paragium non deberi filiabus in feudo ex pacto nouo, in quo ſoli maſculi ex inueſtituræ tenore vocantur.*

22 *Feudi noui ex pacto, & hæreditarij differētia notatur aduerſus Frecciam, & Annã filium, circa ſolutionem æris alieni faciẽdam per ſucceſſorem.*

23 *Feudi ex pacto noui ſucceſſori quare, & quomodo præiudicari poſſit declaratur.*

24 *Donatione facta patri, & filijs contemplatione matrimonij, quare filijs præiudicari poſsit per patrem.*

25 *Donatio quęſita alicui cum tertij beneficio reuocari poteſt accedente dantis, ac accipientis conſenſu, alias ſecus.*

26 *Dom.de Franch.deciſ.368.declaratur.*

27 *Iſern.in conſt.conſtitutionem diuæ memoriæ in princ. ponderatur ad fundandam prædictam quæſtionem.*

28 *Fœminæ excluſæ an faciant partem, & an computentur in liquidatione paragij, vel legitimæ, latiſſimè diſſeritur.*

29 *Fœminas de iure conſtit. vel conſuetudine excluſas, non eſſe penitus extraneas, nec ſimpliciter excluſas.*

30 *Fœminas iſtas, vt ſupra, excluſas facere numerum ad legitimam augendam de triente ad ſemiſſem.*

31 *Paragium ſi eſt minus legitima, illud minus vſque ad legitimam remanet ad beneficium maſculorum, quorum fauore fœminæ excluduntur.*

32 *Legitima primogeniti accipitur à toto feudo in feudo iuris Francorum.*

33 *Fœminæ de conſtitutione, vel conſuetudine excluſæ, faciunt numerum, & partem fauore maſculorum, etiam in taxandis legitimis, ſcilicet, vt ſi dos ſit plus legitima, non noceat fratribus, ſin minus, exceſſus augeat fratrum legitimas.*

34 *Opinionis partiendæ legitimæ, ſecundùm communem praxis, datur per auctorem.*

35 *Renunciantes ſorores, an faciant partem in partienda legitima.*

36 *Conditio viri, & vxoris in liquidatione paragij quomodo attendenda, & in quibus conſiſtat, & qualiter in nupta conſiderãda prædictæ qualitates, nu.37. & quid ſi ſit nupta cum promiſſione paragij debiti, nu.38.*

39 *Conſuetudo regionis ſpectanda in dotibus, earumque quantitatibus liquidandis, & notatur conſuetudo ciuitatis Conſentiæ, vnde Auctor ortundus.*

40 *Mos regionis an poſſit facere dotem minorem legitima, & quomodo.*

41 *Familiæ conſuetudo qualiter, & quomodo attendenda in prædicta liquidatione.*

§. 6. *De paragij quantitate, ac liquidatione.*

AD ſextum articulũ deueniendo circa materiam liquidationis paragij, Prima quæſtio erit, an quantitas paragij ſit certa, ac determinata, an verò arbitraria. Secunda circa quæ verſetur arbitrium in caſu, quo quantitas eſſet arbitraria.

1 Et Napodanus ex conſideratione variarum circunſtantiarum, quæ concurrunt ad liquidationem paragij in gloſ. huius conſuet. in verbo. paragium, nu. 50. arbitrariam eſſe
,, voluit: ibi. *Ergo eſt arbitrarium, & lege non*
,, *eſt determinatum, ſed eſt boni viri arbitrio*
,, *ſtatuendum*, & hoc eſt, quòd in effectu voluit
,, Iſer. in col. fin. conſtit. in aliquibus. ibi, *Cùm*
,, *dicimus, in dando paragio non attendi quan-*
,, *titatem valoris portionis tertiæ, vel etiam*
,, *dimidiæ, ſed illam quantitatem, pro qua poſ-*
ſit pari nubere: eſt verùm, quòd prædictũ arbitrium non excedit portionem virilẽ, quantum, ſcilicet, eſſet, ſi ſuccederet pro numero filiorum in medietate, vel tertia, vt ibid. Iſer. in verſ. vltra verò ſuam portionem: non enim hoc arbitrium eſt lege determinatum, & propterea arbitrarium. l.1. ff. de iur. delib. cap. de cauſis, extr. de offi. deleg. Menoch. de arbi. Iud. caſ. 149. nu. 38. & nouiſſimè arbitrariam eſſe liquidationem paragij dixit doctiſſimus Maſtrill. in deciſ. 107. nu. fin. vbi alios cumulat; & propterea in S.C. habemus ſecundùm ſubiectam materiam varias, ac diuerſas paragij liquidationes.

2 Aliquando minus legitima fuit arbitratũ, vt in hæreditatibus magnatum, vt refert Capyc. decifum ſuis temporibus in ſororibus Mar-

Digitized by Google

Marchionis Vaſti,& Ducis Caſtrouillari, ac Principis Hoſtiliani, ac ſororis Comitis Magdaloni, vt in Apoſt. ad prædictam cõſue. ſub nu.50. fol.94. in apoſtill. quæ incip. An mulier excludatur,& ſic intelligendus eſt Socin.conſ.288.circa primum, vol.2. quem refert Grammat.deciſ.101.nu.67. Et aduertẽdum, quòd de Ponte conſ.65.nu.15.vol.1.negat hanc diſtinctionem eſſe de mente Iſer. & benè dicit,& deciſionem in cauſa Ducis Nuceriæ proceſſiſſe, inquit, quia dotatio, & maritatio fuit facta patre viuente, quo caſu non eſt attendenda quantitas legitimæ, & vltra argumentum inductum à de Pont. loco cit. Iſer.in præd.conſt. in aliquibus inquit, poſſe excedere paragium legitimæ quantitatem quando cum legitima congruè dotari nequiret ſoror ſubdit Iſernia. ſecus in vita militia, quã dat maior frater minori: tunc &c. ſi ergo nũquam reperitur, quòd vita militia debeat liquidari in magnatibus in minori legitimæ quantitate, quæ eſt in hoc minus fauorabilis, non video, quare in paragio debeat introduci tale arbitrium.

3 Aliquando fuit liquidatum paragium in quantitate legitimæ, ita bis iudicatum in Sacro Conſ.referente de Franch.in addit. ibid. quæ incip.circa paragium: adde, quia tranſgreſsio vltra quantitatem legitimæ tunc ſeruatur, quando legitima non ſufficit, vt dixit Iſer.loco cit.& Affl.in præd.conſtit.nu.52.& bis iudicatum refert Maricõd. in addit. ibid. quæ incip. quòd tale paragium ſit legitima, prout, quando reperitur iam nupta, & dotata ab alijs, vel propter pulchritudinem. Napod. in conſuet. ſi qua mulier. nu.25. in fi. & Iſer.quem refert,& ſequitur Petr.de Gregor. in præd.tract.q.32.nu.4. verſ.2. caſu principali: regulariter enim eſſe non poteſt minus legitima, vt latè cumulat de Pont. d.conſ.65. nu.2.ex communi doctrina, & regnicolarum opinione.

4 Aliquando vſque ad illam portionem, quæ
eſt inter legitimã,& virilem, ita vt fuerit habita prò dote congruenti illa, quæ habebat
in ſe legitimam, & dimidiam quantitatis exceſſus inter legitimam, & virilem mediam
viam eligendo, vt fuit liquidatum in S.Conſ.
in cauſa inter Laudoniam Sadeolis, meã chariſsimam cognatam, & Aloyſium Sadeolis
eius fratrem, vtrinque cõiunctum die 19.Nouembris 1618.in Banca Figliolæ: nam legitima fuerat in calculum deducta pro ducatis
1265.virilis in Ducatis 3795. paragium fuit
5 liquidatum in ducatis 2530. Aliquando fuit
liquidatũ pro integra virili portione, prout
deciſum refert Piſanell.in addit.ibid.quæ incip.circa paragium nota.fol.94. & Doctiſsimus Maſtrill.in deciſ.48.& deciſ.107.

Ex his igitur conſtat tam in praxi, quàm per auctoritates Doctorum liquidationẽ paragij eſſe arbitrariam, erit propterea nobis videndum circa quæ arbitrium verſetur.

6 Et veniendo ad ea, circa quæ verſatur arbitrium, Napod. noſter in prædicta gloſa tria tantùm conſiderare videtur. Primò facultates. Secundò dignitatem, & parilitatem viri, ac mulieris. Tertiò numerum liberorum: quæ videtur etiam conſiderare Iſern.in conſtit.in aliquibus, col.8. verſ. hoc denotat, & ibi refert plura iura ciuilia hæc denotantia, l.quæro, ff.de iur.dot.l.ſi filiæ, ff.de legat.3.l. ſiue,& l.cùm poſt,§.gener.ff.de iur.dot.& per eadem iura iſta tria conſiderat idem Andr.in præd.conſt.in aliquibus, col.fin. verſ. vnde ſi inhoneſtè. ibi, attenditur ergo modus facultatum, numerus filiorum,& dignitas, & conditio parilitatis in viro,& vxore, & ibi addit quartum Iſernia, quod eſt cõſuetudo ciuitatis: nam in aliquibus ciuitatibus ſolent dari maiores dotes, ſicut in Apulia, quod eſſe attendendum ibidem dicit Iſer. quæ ſimul quatuor conſiderauit Petr. de Gregor. in præd. tract.q.27. cũ trib.ſeqq. & per relatos à Doctiſsimis Addẽtib.ibid. Et licèt Affl.in præd. conſt.in aliquibus, nu.53. ſex requiſita enumeret; tamen, ſi rectè aduertantur, in eadem ſupra relata incidunt, dum parẽtis mulieris, & viri qualitates in viri, & vxoris parilitatẽ incidant: cum qualitas parentis ab ipſius fœminæ, ac filiæ qualitate ſit inſeparabilis.

7 Bona igitur, ſiue facultates, ex quibus extrahendum erit paragiũ ſunt materia, & ſubſtantia ipſius paragij, quæ aliquando ſubſtãtiam, aliquando facultates Iſer. ac Napod. appellant in gloſ. huius conſuet. ſi moriatur, Napod: in verb. facultatem, nu.69. & latè de hoc verbo facultatum, dicit more ſuo Tiraquell.in repet.l.ſi vnquam in verb. facultatum. Quo loci tam ex auctoritatibus antiquorum, quàm Iuriſconſultorum, facultates, & bona eſſe ſynonyma, comprobat: quæ intelliguntur, deducto ære alieno, vt in ſimili fit in deductione quartæ debitæ vxori in bonis mariti, vt expreſsè conſtituit cõſuet. quartam autem, in tit.de iur.quar. Et in ſpecie de deductione æris alieni in liquidatione paragij Petr.de Gregor. loco cit. in q.28. num.7.

8 Et in hoc attendenda diuerſitas in deductione æris alieni, vt alio modo fiat in paragij liquidatione, quando feudum eſt hæreditariũ: alio modo, quando feudũ eſt ex pacto,& prouidentia; quia, quando eſt hæreditarium, vnica eſt hæreditas, & totum æs alienum detrahitur:

hitur:at in feudo ex pacto non detrahitur,niſi
onus feudi iuxta latè tradita per D.de Frãch.
in deciſ.1.In hac re non eſt difficultas. Et an,
& quomodo procedat hæreditaria qualitas
in feudo ex pacto nouo, dicemus infra,dũ de
numero filiorum tractabimus. Cùm autem
in hac noſtra materia de bonis agitur, ſem-
per erit intelligẽdum de his facultatibus, ſeu
bonis, à quibus eſt paragium deducendum,
ſcilicet,de illius bonis, de quorum ſucceſſio-
ne per paragium fœmina erit excludenda, ſi
de feudo feudum erit appellatione bonorũ,
9 ſicut de alijs;eſt tamen verum,quòd,quando
poteſt concurrere, ſimul excluſio tam à bur-
genſaticis, quàm à feudalibus, itẽ tàm à ma-
ternis,quàm à paternis vnicum erit deducen-
dum paragium, inſpecta facultate omnium
bonorũ, à quibus vnica fit fœminæ excluſio,
Ita videtur innuere Afflict. in rub.conſtit. in
aliquibus.Et Napod.in cõſuet.ſi qua mulier,
in finalib.verb. vbi quærit, an ſint duo para-
gia,an vnum pingue: & in eo,qui habuit vnũ
in bonis paternis,dat aliud,ſcilicet, in legiti-
mæ quantitate,in maternis:at quando ſimul,
& ſemel excluditur ſoror à bonis paternis,&
maternis,nõ debet habere aliud,niſi paragiũ
de bonis maternis,& paternis,nõ dicit cõſti-
tutio paragia, ideo fiet vnica deductio para-
gij,vnitis ſimul omnibus bonis,à quibus ipſa
fœmina eſt excludenda:quæ fit vnico,& eodẽ
tẽpore, vt optimè dixit Camer.in c.an agna-
tus,q.22. quæ eſt final.num.158. verſ.quòd ſi
nulla alia ratione. Vbi etiam feudum hæredi-
tarium vnitur cum toto patrimonio. Et mà-
ximè prodeſt aduertere prædicta: nã,quando
fœmina eſt maritanda,& cõcurrunt ſimul fa-
cultates ampli patrimonij materni,& pater-
ni, computato toto tãquã vnico patrimonio,
facilius poterit ad paragium perueniri, quod
eſt congrua,& pàr patrimonij dos: at quan-
do de vnico patrimonio dos paragij eſt detra
henda in totum, quantum ferunt vires illius
patrimonij, arbitrari poteſt pro parilitate
cuſtodienda,ac deinde in omnem euentũ erit
legitima maternorum inſuper concedenda,
nulla habita ratione veri paragij iam cõceſſi,
cùm non poſſit in iam nupta dari minus le-
gitima,præterquàm in Magnatibus,vt ſupra
diximus,prout in ſimili DD.in c. Raynutius,
extr.de teſtam. de duobus quartis detrahen-
dis,quãdo altera eſt pura,altera eſt ſub cõdi-
tione,vel ad tempus cõcedenda:nõ ſic,quãdo
ſimul, & ſemel vtraque deberetur. DD.in l.
in ratione, §.quod vulgo, ff.ad legem Falcid.
l.quanquam, C.eod.tit. Bal.in l.ſcimus, C.de
inoffic.teſtam.

Bona igitur nõ ſunt vniuerſa bona, ſed illa
tantùm, quæ ad ipſam fœminam ſpectarent,
ſi non eſſet à conſtitutione, vel conſuetudine
excluſa,vt latius diximus in præcedenti art.
Vnde dixit Iſern.in conſtit.in aliquibus. col.
pen.in verſ.et ſi verum eſt, ibi,& licèt alij fra
tres, quòd licèt de iure Frãcorum alij fratres
non ſuccedant in feudo, non per hoc portio-
nes filiorum ſecundogenitorum cedunt in pa
trimonio totius ſucceſſionis, à quo ſunt de-
ducẽda paragia ſororum;quia illæ portiones
cedunt in beneficium fratris primogeniti,ad
cuius beneficium ſunt ſecundogeniti excluſi,
& ſic ſoror non poterit petere quicquam de
portione fratrum excluſorum, quia & ipſa
excluditur. de hoc autem agemus infra in cir
cunſtantia de filiorum numero.

10 Sed & ad prædicta aduertendum erit,quòd
bona ipſa propria non veniunt,ſed valor bo-
norum ad paragium liquidandum: hinc dixit
Napod.in hac cõſuet.nu.50.in fi. quòd ſoror
non debet à fratre habere portionem hære-
ditatis,ſed valorem portionis,vt ſupra etiam
diximus in expoſitione definitionis: hinc di-
xit Petr.de Gregor.in d.tract.de parag.q.28.
nu.5.eſſe ad paragium conſtituendum quan-
titatem redditui feudi ſpectandam,non autẽ
habito reſpectu ad valorem corporis ipſius
feudi,prout quando ſunt præſtanda alimẽta:
ita Cumia in c.ſi aliquem, in verb.maritata,
nu.137.cum ſeq. Quod verò vita,& militia
ſit deducẽda de facultate feudi iuxtà fructuũ,
reddituumq; valorem dixit Affl.in conſt.Co-
mitibus, nu.24.& in alimentis dixit Napod.
in cõſuet.ſi quis habet,quæ eſt prima, nu 27.
in fin.verſ.etiam aduerte. & tamen ita in pa-
ragio,vt in vita militia liquidationẽ facien-
dam pro valore feudi dixit Iſernia præd.cõſt.
Comitibus, in repet.verſ.alij dicunt,ſicut di-
ximus in paragio, & vtrunque in materia li-
quidationis paſificat de Pont. conſ.79.nu.3.
& ſeq.& expreſsè in paragio dixit in conſtit.
in aliquibus, col.pen.verſ.et ſi verum eſt, vbi
dicit æſtimationem faciendam ſubſtantiæ, &
valoris feudi,ibi, *Habens in feudum ſubſtan-
tiam valentem quatringenta*, intelligetur
ergo de valore iuxta fructus, vel redditus
quantitatẽ, & in hoc benè dicit Pet.de Greg
loco cit. Quãdo verò ageremus de bonorum
burgenſaticorum æſtimatione, tunc ex quo
verè excluditur ſoror à portione, ac ſucceſ-
ſione virili, debet omnino fieri æſtimatio, &
appretium omnium corporum cõtentorum
in ſucceſſione:eſt verum,quòd quando valor,
& æſtimatio fit; inter cætera, quæ veniunt in
conſideratione,eſt redditus,qui redditus vno
modo æſtimatur in feudo,alio in burgenſati-
cis,& variatur ſecùdùm varietatem bonorũ,

ex quibus fructus percipiuntur, & hoc iam
quotidie practicamus in Sacro Conſ. & ob-
ſeruãdum in deciſ.Capyc.158. vbi fuit liqui-
data legitima filij in parte bonorum, & vita
militia in parte fructuum, vt ibi nu.8.
11 Quæro etiam circa bonorum circunſtan-
tiam, quòd tempus erit ſpectandum ad liqui-
dationem faciendam ipſorum bonorum,
& hanc quæſtionem duobus verbis tractat
Napod.in conſuet.ſi qua mulier, num.17.in
» verb.de bonis, *Inquit enim de bonis pater-*
» *nis, maternis repertis tempore mortis, ff.ad*
» *leg.Falcid.l.in ratione, in princ. licèt argu-*
» *mentum contra ff.ſol.matr.l.rei in princ. &*
» *vide ibi, ſi autem venderetur, inſpiceretur*
» *tempus contractus, ff.de hæred.vend.l.2. in*
» *princ.facit tex.in l.cùm quæritur ff.de inoff.*
» *teſtam. l.ſi patronum, §.ſi ex duobus, ff.de*
» *bon.liber.* hactenus Napod. Addo Ferr. in
conſuet. Burdegal. §.10. in tit. de teſtam. &
nouiſſimè Craſſ. de legit. q. 11. per alios ibi
relatos ſecundùm communem, & hanc opi-
nionem tenendam Afflict.in deciſ.382.refert
deciſum in Sac.Conſ. quod augmẽtum hære-
ditatis ex cauſa de præſenti poſt mortem te-
ſtatoris nõ augeat legitimam: ſecus ex cauſa
de præterito: & quòd tempus mortis ſit ſpe-
ctandum in ſpecie in liquidatione paragij te-
nuit Petr.de Greg.in præd.tract.q.25.nu.14.
& ibi plures addit doctiſſimus Addens, &
Ann.alleg.70.nu.3.& 4.Cumia in c.ſi aliquẽ,
in verb.maritata, nu.142.prout repetit idem
Pet.de Greg. ibid. in quæſt.28. in final.verb.
vbi ſimiliter Addẽtes diſtinguũt inter dota-
tionem factam in vita patris, & dotationem
poſt mortem, vt in prima tempus dotationis
attendatur, de quo diximus in tract.de renun
ciat. & nouiſsimè tam in paragij, quàm vitæ
militiæ liquidatione eſſe tempus mortis attẽ
dendum, latè, & eruditè diſcutit D.Regens de
Ponte conſ.79.nu.præcipuè 17.& ſeq.& fina-
liter facit doctrina Iſern.quæ parificat datio-
nem legitimæ, quam ſtatuit lex, quando teſta-
tor excludit filium cũ datione paragij, quod
datur, quia lex filiam excludit, vt in vtroque
debeat dari portio medietatis, vel trientis
illorum bonorum, ac ſucceſſionis, quæ habi-
turus fuiſſet filius, vel filia, ſi per legem, vel
teſtamentũ non eſſent excluſi, ita in prædicta
conſt.in aliquibus, col.pen. verſ.et ſi verum,
in fi. & Minad. in repet.præd.conſt.in 7.not.
nu.13.vbi notat Minad.quòd in cauſa Domi-
næ Franciſcæ Siſlar propter fratris moram
in maritando fuit attentum tempus dotatio-
nis, & non tempus mortis, ſed nõ video, quo-
nã modo vna mora poſsit duas pœnas pati,
ſcilicet, augmenti ſtatus, & inſimul fructuum
à die mortis, vel nubilis ætatis, vt dicit Mi-
nad.loco cit.nu.14.& ſeq.

De numero filiorum ſpectando non eſt du-
bium tam per conſtitutionem Regni, quàm
per conſuetudinem, quæ in hoc non correxit
conſtitutionem in paragij liquidatione, vt
12 ſuprà in princ.diximus: vnde videndum erit,
quæ perſonæ filiorum faciant numerum, &
quæ numerum non faciant, & propterea vi-
dendum erit, quæ perſonæ filiorum partem
non faciant.

Et prima erit regula, quòd, qui partem nõ
faciunt, numerum non faciunt de quatuor ad
quinque, Bal.in repet.l.pater filiũ, ante nu.8.
ff.de inoffic.teſtam. idem in l.planè, §.ſi duo-
bus, in 1.& 2.quæſt. ff.de legat.1. & ibi Paul.
nu.8. Bal.in Auth.nouiſſima, q.4.5.6. & ratio
eſt, quia filiorum numerus conſideratur ciui-
liter, non autem naturaliter, ſcilicet reſpectu
ſucceſsionis: idem Bald. in præd.Auth. in 6.
quæſt. ita de Pont.cõſ.68.nu.13.& ſeq.lib.1.
13 Ideo defuncti, viuo patre, deportati, dam-
nati in metallum, hæretici, fratres minores,
& huiuſmodi nec numerum, nec partem fa-
ciunt, Bald.in d.Auth.nouiſsima, q.5.Salycet.
in quæſt.8. & in d.§.ſi duobus, col.vlt. Crot.
in repet.l.reconiuncti, nu.129. Fabian. in re-
petit.Auth.nouiſsima, nu.174.Petr.de Greg.
in ſpecie de liquid.parag.q.29.num.5.& 7. &
ibi Addentes, de Pont.d.cõſ.68.nu.13.& 14.
& Cumi.in cap.ſi aliquem, in verb.maritata,
num.133.& ſeq.
14 An autem exhæredatus legitimè, qui non
admittitur ad partem in paragio liquidando,
faciat partem, & quia nullo modo admitti
ſperatur, non debet de eo dubitari, ſcilicet,
quòd nec partem, nec numerum faciat, cum
pro mortuo habeatur, tex.in §.exhæredatos,
in Auth.de hæred.& falcid.l.1.§.ſed & ſi pa-
truos, ff.de coniung.cum emancip.liber. qui
enim non ſuccedit, alijs partem non facit, l.ſi
poſt mortem, §.liberi, ff.de bon.poſſ. contr.
tab. ſic ex mente Dyn.in l.planè, §.ſi duobus,
Bald. in d.l.pater filium, in pen.quæſt. & eſt
cõmunis, vt teſtatur Iaſ.in d.l.planè, §.ſi duo-
bus, de Pont.præd.cõſ.68.nu.13. & Gratian.
15 diſcept.for.178.nu.2.Et licèt in contrarium
afferatur opinio gl.in Auth.de hæred. & falc.
§.1. in verb.octuncium, quam inducit Ang.
in d.l.Papinianus, §.vnde ſi quis, ff.de inoffic.
teſtam.& Corn.conſ.150.vol.1.col.1. tamen
ſi rectè illa gloſa inſpiciatur, nihil facit ad
præſentem quæſtionem, quia ibi non agitur
de exhæredatis inſtè, ſed de illis, qui legitimã
debent conſequi, poſtquam cum præteritis
de illis mentionem facit; & gloſæ intentio eſt
arguere de augmento partium: dicit enim,
ſicuti

ſicuti quando ſunt vltra quatuor, debetur illis ſemis, & citra debetur illis triens; quid ſi hi duo numeri ſimul bis excedātur veluti decem, an ſimul illis triēs, & ſemis erit illis partiendus? & dicit non, ſed ſolùm ſemis, nec obſtare numerum, quia nihil eſt adeò magnum, quòd propter numerum inſenſibile fieri non poſſit: hæc illa gloſ. quicquid cæteri diant.

16 Nec erit de opinione Caſtrenſ. in d.l. planè, §. ſi duobus curandum, quem ſequitur in conſ. 286. in 2. caſ. vol. 1. dum voluit exhæredatum facere partem fauore hæreditatis, & illius, qui ad ſucceſſionem vocatur vniuerſam, non autem augere partes aliorum in legitima ex regula, quia lucrum, quod alicui aufertur cōtemplatione alterius, illi debeat, cuius contemplatione aufertur, applicari, l. ſi defunctus, vbi Bald. & Paul. notat. C. de ſuis, & legit. Socin conſ. 84. Viſa in 2. dub. vol. 1. & conſ. 241. vol. 2. nu. 10. Quia ſicut demeritum exhæredati non obeſt eis ad numerū augendum, ſic nec eis prodeſſe debet reſpectu ipſius portionis, & probat Corn. d. conſ. 150. col. 1. & 2.

Quæ opinio contra communem in omnibus ſui aſſumptis falſa eſt; nam exhæredatio non tollit portionem à poteſtate cuiuſque exhæredati, ſed potius alienat exhæredatum à ſubſtantia paterna, d. §. exhæredatos, in Authen. de trient. & ſemiſſ. ibi, non vocamus, neque reſpicimus: ſi igitur non aufertur, non procedit regula de applicatione. Præterea Tex. de trient. & ſemiſſ. non conſiderat, niſi in vniuerſum id, quod neceſſariò filijs eſt de paternis bonis relinquendum, vt aut octunciū, aut ſexcuncium liberum impoſſe parētis relinquatur, ac ſub eius libera diſpoſitione; ſecundùm numerum filiorum, ergo inter vocatos erit diſponenda ſemiſſis, & trientis diuiſio. Vltimum eſt verè paralogiſmum, quia eadem ratio, quæ facit ceſſare numerum; ex quo exhæredatus non eſt à iure conſiderabilis, eadem debet facere, vt illius portio non conſideretur, & augeat hæreditatem diuidēdam; nec video quonam modo poſſit portio in numero conſiderari vltra quatuor, vt non proſit, nec obſit ipſis alijs fratribus, quia, ſi non auget numerum, erit diuidendus triens, & ſic de triente quatuor portiones erūt per quatuor filios capiendæ, & quinta in beneficium hæreditatis, & ſic obſtabit cæteris; ſi diceretur augeri numerus de quatuor ad quinque eſſet contra Text. quia conſiderabilis eſſet perſona exhæredati, & augendo debitum pater num de triente ad ſemiſſem, veniret ipſe pater onerandus ab iniuſta filij exhæredati perſona: ergo nullo modo exhæredatus cōſiderandus ſecundùm communem opinionē, vt diximus. Bald. in d.l. pater filium, col. antepunult. & per prædicta Peregrin. art. 38. nu. 11. in fi. & magis communem, & veriorē tenet Grat. diſcept. for. 178. nu. 2. & faciunt, quæ diximus ſupra in expoſitione definitionis, an exhæredatæ competat paragium.

17 Aduertēdum erit etiam, quod portio iſta, quæ deficit ratione exhæredationis, nō mutat naturam rerum, vt per hoc alius ſit iudicandus ſtatus ipſius patris, facta exhæredatione, alius ante exhæredationem, quia nullo modo debet nocere ipſi patri ità, vt ſola portio relinquatur ad beneficium filiorum, & reliquis non exhæredatis vniuerſa legitima debeatur: vnde, ſi reperiatur filius exhæredatus, iſq; ſolus maſculus, nō per hoc erūt filiæ fœminæ neceſſariò inſtituendæ, vel exhæredandæ, vt dicemus infra 3. part. in gloſ. huius conſuet. §. 2. Sed benè in computatione paragij vniuerſa veniet incluſa quantitas legitimæ, & ſic ad minus paragium fœminarum erit in tota legitima, vt diximus ſupra in bonorum circunſtantia.

18 Hinc etiam non minus difficilis quæſtio inter Doctores ſolui poſſet, quæ eſt etiā vtilis non ad paragij liquidationem, ſed ad legitimarū, quādo de portionibus legitimis aſcendentibus debitis eſſet quærendum: quæ quia dependet ex prædictis principijs volui hic inſerere, ſcilicet, quòd, quando adſunt fratres; legitima aſcendentis debeat eſſe totius tertia pars, in qua relatiſſimè remiſit Peregrin. in tract. de fideicom. art. 38. nu. 13. per tot. Quando non fuerunt in aliquo fratres inſtituti, ſed præteriti, hanc veriorem, & optimis rationibus fundatam dicit de Pont. conſ. 68. vol. 1. Marant. conſ. 46. nu. 3. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 159. qui teſtatur de communi: & veriorem, & magis communē, & æquiorem dicit Grat. diſcept. for. 178. nu. 1. Fuit iudicatum in Sac. Conſ. in cauſa inter Hippolytam de Roſa, & Ioannem Dominicum Milonem anno 1606. 17. Nouembris, Actuario Amatruda, nunc Amico, & in eod. proceſſu fol. 17. reperiuntur productæ tres aliæ ſentētiæ in conformitatem prædictæ opinionis in cauſa Dianæ Luccæ cum Marcello Sarno, Actuario Milone, Commiſſario Cadena in cauſa Marchioniſſæ Vaſti, & Comitis Potētiæ, compromiſſario Salernitano, & Ioanne Andrea de Curtis, Actuarius Cæſareus in cauſa Giſottæ Robertæ cū Capitulo S. Nicolai, Commiſſario de Dauid, confirmato poſtea, Cōmiſſario Vitello: ex quibus hodie non erit amplius in Sacro Conſ. dubitandum.

19 Quan-

19 Quando verò fratres eſſent in aliquo inſti-
tuti,itá vt non ſint exhæredati, vel præteriti
Doctores nõnulli, & fortaſſe magis commu-
niter tenuerunt partem facere, vt per The-
ſaur.deciſ.172.Burſat.conſ.115.nu.8.& aſſi-
gnant rationem,quia par eſt cauſa teſtati,vel
inteſtati, cum vtrobique frater ſit vocatus,
Angel.Imol.& Aret.in d.§.ſi duobus.Sed cõ-
tra prædictam opinionem optimè inuehit
Surd.conſ.404.nu.9. verſ. maior eſt difficul-
tas lib.3. Nec obſtat ratio,qua fundantur te-
nentes prædictam opinionem contra Surd.
cuiuſmodi eſt Gratian.diſcept.for.178.nu.8.
ſcilicet,quia hoc modo nimis grauaretur in-
ſtitutus,ſi vltra rem,in qua fratres ſunt inſti-
tuti legitima integri trientis eſſet abſtrahen-
da:nam primò erit fundanda opinio rationi-
bus, & deinde erit cogitandum ſuper incon-
uenientibus,ratio eſt; quia,quando frater di-
ſponit,ſtatim iuris diſpoſitione efficiuntur
duo patrimonia ipſius diſponentis, alterum
liberum,alterum obligatum ipſis, quibus le-
gitima debetur,dum diſponit libere,non po-
teſt diſponere de patrimonio deſtinato parẽ-
tibus, & ſic dum frater habet ex diſpoſitione
voluntatis, non inſtituta turpi perſona iddẽ
eſt,ac ſi nullam habeat inſtitutionem quòad
patrimonium ſublatum iuris diſpoſitione à
libera facultate diſponentis: itaque non vi-
deo,quonam modo in legitima parentum il-
læ res computari debeant,cum nullo modo
ex inſtitutione cauſetur ipſis fratribus inſti-
tutis ius petendi legitimam,niſi turpi perſo-
na inſtituta.Modo reſpondeo inconuenienti-
nam,ſi prius deducantur ab vniuerſo patri-
monio illæ res,in quibus ſunt fratres inſtitu-
ti, deinde de reliquo detrahatur legitima,
nullum ſequitur inconueniẽs, quia ſic de vni-
uerſo patrimonio accipient fratres, tanquã
inſtituti,vti vocati ab inteſtato,nõ grauatur
bis inſtitutus, quia pro rata à portione legi-
timæ illæ res per conſequens veniunt detra-
hendæ, aliàs abſurdum optimè cõſideratum
ſequeretur: ſed hoc modo ſequeretur,quòd,
ſi fratres eſſent inſtituti in re certa, quæ res
abſorberet maiorem partem totius hæredi-
tatis,ita vt auus non haberet integram legi-
timam,& tunc non eſſet iuſtum, vt auus,qui
ſimpliciter in legitima vocatur, à iure ha-
beat legitimam,computata perſona fratris,
qui ad legitimam non vocatur: ergo nõ erit
de grauamine hæredis cogitandum;quia fra-
ter vocatur,vti extraneus,quando tractatur
de diſpoſitione; non inſtituta turpi perſona,
& hanc puto veritatem. Quando verò eſſet
præteritus aſcendens, tunc res ad inteſtatum
deducta,omnes partẽ ſuam conſequerentur.
Anna allegat.100.de Franch. deciſ.163.nu.
13.& in hoc caſu ipſam intelligit.De Pont.in
præd.conſ.68.nu.4. in fi.

20 Et prædicta fundantur ex quæſtione illa,
an, ſcilicet, legitima debeat detrahi de illis
bonis,in quibus eſt factum fideicommiſſum,
hoc modo, vt de illis poſſit grauatus diſpo-
nere, & in caſu, quo non diſpoſuerit vadant
ad aliquos,quia, ſi ſeruaremus regulam ſuc-
ceſſionis ab inteſtato,nõ eſſent iſta bona ob-
noxia legitimæ: quia alij vocantur,& non fi-
lij, vt voluit Bertazol. conſ.7.col.pen.& fin.
& conſ. ſeq. quam opinionem reprobant,
DD. vt per Peregrin. in tract. de fideicomm.
art.36.nu.8.quia potius,quando diſponit ip-
ſe grauatus, purificatur conditio, & quòad
poteſtatem diſponentis res illa efficitur euſ-
dem qualitatis,vti aliæ res liberæ quãdo ve-
rò non diſponit, tunc ceſſat illa res à patri-
21 monio ipſius moriẽtis, quæ faciũt pro quæ-
ſtione,de qua ſupra,quòd in feudo ex pacto,
& prouidentia nouo,licèt pater poſſit diſpo-
nere,non per hoc tollitur, quin ipſi filij,quã-
do ſic proceſſit in inueſtitura, ſcilicet, pro
maſculis tantùm iure proprio debeant voca-
ri,& non teneantur ad paragium in illis, ip-
ſis fœminis, & ſororibus, vt ſupra diximus,
quia,quando pater non diſpoſuit,iſtud feudũ
nõ remanet in hæreditate, licèt de eo potue-
rit pater diſponere, & non diſpoſuit, Iſer. in
cap.1.§.& ſi libellus.in vlt.col.de alien. feud.
pater. in c.an agna. in 3.col. & optimè more
ſuo explicat Camerar. in d. c. an agnatus in
1.quæſt.verſ. quæro primò.nu.24. verſ.ſecũ-
dum caput illorum,nam, ſicut nõ tenetur ad
æs alienum in eo feudo nouo ex pacto,ſic nec
ad paragium,quando nõ debetur, quia ſoror
excluditur ratione inueſtituræ, quæ vocat
ſolos maſculos,vt hæc duo aſſimilat,& æqui-
parat Camerar.in final.nu.repetit.c.an agna
22 tus.nu.158.verſ.quòd ſi vult. Vnde,licèt per
Ann.in cõſ.5.& per Frec.in author.27.nu.10.
teneatur in feudo ex pacto nouo, nihil pro-
deſſe inuentarium, & ſucceſſorem eſſe hære-
dem primi acquirentis, & ſic omnes ſucceſ-
ſores reſpectu primi acquirẽtis, vt tenet Ca-
merar.in repet.c.Imperialem,fol.97.lit.E.&
in c. an agnatus in 1.quæſt. nu.15.& 26. per
tot. per auctoritatẽ Iſerniæ in cap.1.§.& ſi
libellus, de alien.feud.pater.& per alias au-
ctoritates, in locis prædictis cumulatas: ta-
23 men aduertendum eſt,quòd ratio,quare pri-
mus poſſit præiudicare ſuis ſuceeſſoribus
in feudo ex pacto nouo, non naſcitur ex na-
tura hæreditaria ipſius feudi, vt eſt, quando
eſt feudum hæreditarium, quæ dicitur quali-
tas eſſentialis,vt dicit Camerar.in c.an agna

tus,

tus,q.14.fol.450.nu.114. Sed quia filius, &
alij ſucceſſores habẽt feudum occaſione pri-
mi acquirentis, vt dicit ibi Camerar.nu.25.
circa fin.& propter occaſionem nocet eis, &
optimè dixit Camerar. in c. imperialem, §.
præterea Ducatus,fol.96.lit.V.ibi, non vt ea
ratione, quia occaſione primi feudum habe-
mus,ideò ſit hæreditarium, magis autem, vt
propter hanc occaſionem habeat vim hære-
ditarij, vt omnes ita ſint heredes, primò vt
contrafactum ſuum venire nequeant.iſta oc-
caſio non poteſt facere,vt transeant iura paſ-
ſiua in ſucceſſorem, qui ex pacto vocatur, &
non eſt hæres: itaque quando primus diſpo-
ſuit ſuper feudo cum aſſenſu, nocet ſequen-
tibus etiam ſi feudũ eſſet ex pacto, & ſic pro-
cedat in omnibus obligationibus cum aſſen-
ſu ſuper feudo, ſed non tenebitur ſuper fru-
ctibus feudi ſucceſſor, prout eſt in hæredita-
rio, & in hoc non libenter cõceſſerim in opi-
nionem Annæ in præd. conſ.5. & conſ.52.
nu.20.& Frecciæ in præd.autor. quia tã Iſer.
quàm Camerar. loquuntur in præiudicio,
quod facit primus, reuocando ipſam conceſ-
ſionem, vel alienando cum aſſenſu, vt exem-
plificat Camerar. loc. cit. in c. an agnatus,
nu.26.verſ.exemplum.ibi; pone enim primũ
acquirentem ſeruitutem impoſuiſſe cum aſ-
ſenſu, & in c.imperialem, fol.97. lit.A. ibi,
vnde & illud prouenit.ibi,pater,qui illud ac-
quiſiuit, habito aſſenſu Domini, & facit ra-
tio vniuerſalis, quia ideo, inquit Camerar.
ibid.nu.27.poteſt præiudicare quia res, per
quas cauſas naſcitur, per eaſdem debet re-
ſolui: & quia per eaſdem datur ortus, & oc-
caſus,& datur generatio,& corruptio feudo-
rum, vt etiam dicit in c.Imperialem, fol.97.
lit.D.& Anna conſ.52.nu.21.qui,licèt in pũ-
cto contrarium teneat, rationem tamen eã-
24 dem afferæ. Nec obſtat ſimilitudo de dona-
tione, facta filio contemplatione matrimo-
nij,vt ibi nu.22. quia ibi filij veniunt vt hæ-
redes; hic non,ſed vt filij; ex quo formula eſt
ex pacto. Si ergo à primo acquirente fuit ac-
quiſitum, & ei datum, & filio non hæredi cũ
aſſenſu ipſius Domini: ergo omne totũ,quod
contra hanc dationem erit inſpiciendũ,eiuſ-
dem naturæ erit conſtituendum,ſcilicet,cum
aſſenſu Domini ſuper ipſius feudi diſpoſitio-
ne,vt tunc teneatur ſucceſſor ſtare,& non re-
cedere à diſpoſitione primi acquirentis: vt in
25 ſimili dicitur per Bart. in §. Flauius, l. qui
Romæ, ff. de verb. obligat. & latè congerit
Peregrin. in tract.de fideicom.art.51.nu.48.
quòd.ſcilicet,facta ſubſtitutione in beneficiũ
tertij,poteſt vtriuſque conſenſu interuenien-
te tam dantis,ſcilicet,quàm acquirentis, in
præiudicium ſubſtituti reuocari ſubſtitutio,
Anna cõſ.52.vbi latè.Si igitur in feudo ex pa-
cto interuenit cõſenſus,& prouidẽtia dantis,
& recipientis;ergo vtriuſque cõſenſus illi po-
terit præiudiciũ inferre,& nõ ſolus ipſe reci-
piens, prout eſſet, quãdo teneretur ſucceſſor
vti hęres ſoluere æs alienũ,in actione perſo-
nali contractum,etiam ſuper fructibus ipſius
feudi, ac ipſius æſtimatione, vt eſſet in feudo
eſſentiali hæreditario, vt infra dicetur. Nec
26 obſtat,quòd Dominus de Franch. deciſ.368.
tenuerit eſſe computanda talia feuda in legi-
timam, quia illa computatio oritur, ex quo
feudum prouenit ex patrimonio,& donatio-
ne patris in filium,ſicuti eſt in donatione,fa-
cta à patre filio,non autem ex iure hæredita-
rio,vt dicetur infra in articulo imputationis:
Et hæc erat fortaſſe opinio Domini Regen-
tis Villani,quam refert Frecc.in præd.autor.
29.nu.10.in finalib.verb.ex quibus intelligẽ-
dus eſt Iſer. quando dicit, quòd in feudo ex
pacto nouo primus acquirens poteſt omni-
bus præiudicare,& in eo non militat re diſpo-
ſitionem, prohibentem alienationem feudi
paterni, vt in cap.1.de alienat.feud.pater. c.
Titius, ſi de feud.defunct. milit.§.1.§.ſed, &
res, per quos fiat inueſt.vt dicit Camerar. in
præd. c.an agnatus, d.nu.26. loc.cit. quia
nouum non eſt paternum, vt ibi dicit,ſcilicet,
procedere, quando verè primus acquirẽs ſu-
per feudo,validè diſpoſuit; quando verò non
diſpoſuit, non eſſe hæredem ipſum ſucceſſo-
rem,& inuentariũ ei prodeſſe contra æs alie-
num in actione perſonali: probantur etiam
prædicta ex verbis Iſer. in tit. de alien. feud.
pater.§.ſi libellus,nu.11.ibi, *et id,quod quis*
» *quærit, in ſua erit poteſtate, & ſic dominum*
» *habet ſucceſſor,ſi manet in eodem ſtatu,quod*
» *non ſit alienatum*, & paulò poſt ibi,& filius
habebit, ſi voluit eſſe hæres intelligas in ipſo
feudo,vt per Camerar.quando pater nõ alie-
nauit: quod ſi alienaſſet (quod non prohibe-
tur) non poſſet illud habere, & ſic vides de
alienatione loqui Iſern.non autẽ de ære alie-
no: & facit, nam Camer. in c.an agnatus in
q.22. quæ eſt final. circa fin. dum tractat de
ære alieno ſoluendo per ſucceſſores in feudo,
& hæredem in burgenſaticis,non facit aliam
diſtinctionem,niſi inter feudum hæreditariũ
ſimpliciter,& feudum ex pacto, & non ponit
feudum ex pacto antiquum, nec nouum, ſed
ſimpliciter feudum ex pacto ſeparatum à pa-
trimonio burgenſatico,& Anna in repet.cõ-
ſtit. diuæ memoriæ, nu.129. verſ. limitatur
concluſio, vbi æquiparat feudum nouum ex
pacto cum hæreditario in hoc,quia de eo po-
teſt diſponi cum aſſenſu Domini etiam in ex-

tra-

Digitized by Google

traneum,ſupponendo præiudicium in aſſen-
27 ſu. Et vltimò videtur clariſſimè colligi ex
doctrina Iſer.in conſtit.conſtitutionem Diuæ
memoriæ, in princ.vbi tractãdo quæſtionem
de ordinatione defuncti, non volente in feu-
do, vel manente, & poſtquam dixerat nõ va-
lere, quando in feudo viuebatur iure Fran-
chorum,& ſubintelligas in feudo ex pacto,&
prouidentia: ex quo ſubdit, *Si erat feudum
paternum antiquum, niſi conſentiant ſuc-
ceſſores legitimi,vt in c.1.de alienat.feud.pa-
ter.* quod eſt feudum ex pacto ſubdit deinde
Iſern. *Si nouum feudum eſſet,volẽte Princi-
pe,poſſet alienare in alios,nedum inter filios:*
vides ergo,quòd in feudo ex pacto nouo valet
diſpoſitio cum aſſenſu,dum deinde ſubſequi-
tur Iſern.immediatè illa verba. *Item ſi fuit
hæres in burgenſaticis primogenitus, bona
hæredis, legata alijs per patrem, cogitur hæ-
res dare*: in hoc non diſtinguit inter nouum,
& vetus,imò,ſecũdùm proximè ibi dicta, de-
bet intelligi de feudo ex pacto nouo.Audias,
quæ dicit ibidem.*Hoc poſſet euitare hæres,ſi
adierit cum beneficio inuentarij, & tunc nõ
tenetur vltra id,quod habet in burgenſaticis:*
ergo inuentarium prodeſt in feudo ex pacto
nouo. Et de hac digreſſione ſatis redeamus
modo ad rem noſtram.

28 Modo veniamus ad illam difficilem,& cõ-
trouerſam quæſtionem apud Doctores, an,
ſcilicet,paragium, debitum ipſis fœminis,&
ipſæ fœminæ computẽtur in liquidatione le-
gitimæ:item an in cõputatione filiorum ipſæ
fœminæ computentur: & licet apud Docto-
res iſta quæſtio ſit controuerſa, tamen ſi re-
ctè tenorem noſtræ conſtitutionis, ac ipſius
conſuetudinis ad dicta per Doctores veli-
mus accomodare,nullam difficultatem in ea
innenimus,& fortaſſe nullũ Doctorẽ contra-
dicentẽ: quàm autẽ ſit controuerſa iſta quæ-
ſtio,liceat videre ex Peregr. in tract.de fidei-
com.art.38.Theſaur.deciſ.159.vbi octo ha-
bes relatas opiniones, ex Fab. Turrett. in
conſ.97.ex Capyc.deciſ.158.ita vt illos re-
ferre, eorumque fundamenta, eſſet potius
tranſcribere,quàm ſcribere: inter omnes ta-
men non ſunt contemnendi termini, & mo-
dus, quibus hanc quæſtionem tractauit do-
ctiſſimus Præſes Morot. in conſ.23. facto in
eadem cauſa, in qua Theſaurus fecit prædi-
ctam deciſionem,vt ipſe Theſaur. teſtatur in
fine ipſius. Ad cuius quæſtionis ſolutionem
de tribus dicendum erit. Primò,quòd,ſtante
tenore tam conſtitutionis, quàm conſuetu-
dinis iſta dos ſuccedit loco legitimæ,licèt ve-
rè non ſit legitima. Secundò enunciabimus
effectus iſtius concluſionis. Tertiò ponemus
veram opinionem, eiuſque veram praxim
accõmodatam ad noſtram conſtitutionem,
& conſuetudinem.

29 Quoad primum certum eſt, & indubitatũ,
ipſam conſtitutionem, ac conſuetudinẽ non
excludere ſimpliciter ipſas fœminas, ita vt
per hoc poſſit dubitari, ipſas eſſe factas peni-
tus extraneas,prout ſecundùm aliquorum
Doctorum opinionem,diſtinxit Theſaur.loc.
cit.nu.12.& Morot.loc.cit.nu.2. verſ. ſed li-
cèt hæc opinio.& ibi plures cumulat,& hanc
opinionum,diſtinctionem facit Minad.in re-
pet.conſtit. in aliquibus, in 2.not.nu.17. &
Napod. optimè in hac conſuet. nu.105. in §.
& omnia. Sed maſculos præfert, dummodo
teneantur ſorores ipſas dotare adeò non ex-
cluduntur iſtæ fœminæ penitus, vt ſi frater
dicat,ſe illas nolle dotare, ſuccedant ad por-
tionem,prout latè dixi in princip.§.10.in 1.
par. dum de maſculiatione tractaui ex Iſer.
& aliorum auctoritate: ita Iſer. in prædicta
conſtit. in aliquibus, in verb. quintum deci-
mum,verſ.in veteri apparatu:qui poſt longã
diſputationem, an,ſcilicet,fœmina ſimplici-
ter,vel modaliter, vel conditionaliter ſit ex-
cluſa in col. ſeq. dicit, verſ. totum hoc eſſe
hanc diſputationem de lana caprina: conſtat
enim,quòd non ſimpliciter,& purè præfertur
maſculus,quia dicit,dũ tamen: quam dictio-
nem, etiam & expreſſius dixit ipſa conſuetu-
do, quæ vlterius procedit maſculiando eas,
quando infra 16.annum non maritaſſent, vt
diximus latè de maſculatione:quòd verò illa
dictio dum tamen faciat conditionalem ex-
cluſiuam, & in ſpecie per hoc filia nõ cenſea-
tur à legitima excluſa dixit, & ponderauit in
eo ſtatuto Morot. in præd. conſ. nu.8. & ibi
relati per eum: quòd verò ſit loco ſucceſſio-
nis,iam latè fundauimus in explicatione de-
finitionis paragij,& conſtat,quia cõſuetudo,
vel conſtitutio non dat paragium, niſi illis,
quibus competeret legitima de iure ciuili in
bonis aſcendentium: vlterius nedum ex præ-
dictis, ſed ex ipſius paragij interpretatione
iam luce clarius patet eſſe loco legitimæ ip-
ſum paragium non ſolùm ex verbis ſecundũ
facultates: quæ verba etiam conſiderat Mo-
rot.loc.cit.nu.11.vbi alios cumulat, ſed quia
iam penes nos conſtat,quòd paragium, quã-
do eſt liquidandũ,debet neceſſariò capi quan
titas virilis totius hæreditatis ab inteſtato,&
quantitas legitimæ,& infra ipſas duas quan-
titates arbitrium paragij verſatur, vt ſupra
diximus,& dixit Iſern.& omnes in præd.con-
ſtit.in aliquibus,circa finem,attendendo, vt
poſſit per ipſam quantitatem congruè ex-
cluſa dotari, dummodo non ſit minus legiti-

ma,

ma, nec plus virili: iſta interpretatio prudentum, ſemper ſic obſeruata, declarat noſtram legem, ac conſtitutionem habuiſſe ſemper conſiderationem ad ipſam legitimam, dum expreſsè loquendo de filiabus, de numero filiorum attendendo, ac facultatibus expreſsè conſtituat, & ſecundum prædicta benè dixit Theſaur. in præd. deciſ. nu. 11. ſe aliquem Doctorem, contrarium tenentem, non vidiſſe.

30 Quoàd effectus primus à Morot. loco præd. nu. 20. enunciatur, quòd iſtæ fœminæ, faciant numerum de triente ad ſemiſſem ad legitimã augendã, vt ſic vltra quatuor ſemis ſit diſtribuendus, & quod cõmuniter, quando eſt loco legitimæ dos, fœminæ computetur: quomodo autem ſint detrahendæ, inferius dicetur, & in puncto in materia paragij dixit Iſer. in præd. conſtit. in aliquibus, verſ. ſecũdum ſententiam iſtorũ: vbi inter duos diuidit tertiã, & col. antepen. verſ. & ſi verum eſt, expreſsè dicit tantum debere habere iſtam fœminam, quando à lege excluditur; quantum haberet, quando à teſtatore excluderetur, & ſic legitimam, & expreſſius in ead. cõſtit. col. fin. verſ. vltra verò ſuam portionem ibi medietate, vel tertia, & ſic de triente, & ſemiſſe, & in col. præced. verſ. & ſi verum eſt, vbi inter tres maſculos, & vnam fœminam dat tertiam quartæ partis, & ſic quartam partem trientis: & ibi expreſsè notat de Bottis in addit. Et in hoc nec erit dubitandum, cùm millies ſit in liquidationibus paragij deciſum per S.C. & in ſpecie de triente, & ſemiſſe Petr. de Gregor. d. tract. q. 29. nu. 2.

31 Quando dos eſſet minus legitima, vt eſſet in magnatibus illũd, in quo legitima dotem excedit, vadit ad beneficium maſculorũ, qui ſunt vocati, & quorum fauore ſunt fœminæ excluſæ; quia onus eſt ipſorum filiorum ipſas de facultatibus dotare: ſi ergo ſtatim, mortuo patre, ex iuris diſpoſitione abſtrahitur quantitas legitima in vniuerſum ab alio patrimonio ad ipſorum filiorum beneficium, in quo numero filiæ etiam ſunt comprehenſæ, & ab ipſa legitima filia fauore maſculorum excluditur, quia dos ſucceſſit loco legitimæ debitæ, pernecеſſe illud exceſſum debet accreſcere, quãdo adeſſet, vt in maximis facultatibus ad beneficium ipſorum maſculorum: ita dixit Pariſ. loquens, etiam facto teſtamẽto, in conſ. 36. nu. 29. lib. 2. dicens veram, & communem prout communem etiam dicit Morot. loco cit. nu. 21. & ſic voluit Iſern. noſter expreſsè in præd. conſtit. col. antepenul. verſ. & ſi verum eſt in fi. vbi portiones ſecundogenitorum, inquit, quoàd legitimã, & paragium liquidandum ipſarum ſororũ non accreſcere legitimas ſororum, quia ipſæ ſimiliter ſunt excluſæ, ſed cedere ad beneficiũ primogeniti, qui excludit ſecundogenitos, & ſorores: abſurdum enim, inquit, eſt, quòd ſorori accreſcat, quod minori fratri lex auſert; quia priuatio eſt facta ad fauorem ipſius primogeniti: ſic igitur, quando omnes fratres ſuccedunt, eadem ratio militabit reſpectu omnium maſculorum, quæ militat reſpectu primogeniti, quando ſolus primogenitus ſuc-

32 cedit: nam, quando ſolus primogenitus ſuccedit, integra legitima totius feudi eſt ipſius primogeniti cum onere ſoluendi paragia & vitam militiam, Camerar. in c. imperialem, §. præterea Ducatus, fol. 104. lit. V. & ſic iudicatum refert, licèt contrarium allegauit Minad. conſ. 2. in fina lib. verb. vbi fuit iudicatũ, quòd portiones fœminarum dotatarum in corporibus feudalibus non augeant legitimam aliorum fratrum, ſed cedere ad beneficium primogeniti, vt ex Iſer. ſupra dixi: quia ipſis ſecundogenitis non debetur legitima, ſed vita militia, & ipſi etiam excluduntur, prout excluditur fœmina, & valet argumentum à paragio ad vitam militiam, vt ſupra dixi ex de Pont. conſ. 79. nu. 3. cum ſeq. vol. 1. ſi ergo portiones fratrum, qui habent uitã militiam, non augent paragia, ita portiones ſororum non augent uitam militiam: pernecеſſe igitur illa quantitas remanet penes illum, qui legitimæ eſt creditor, vt eſt de iure Franchorum primogenitus, de iure Longobardo omnes maſculi. Quæ computatio perpetua eſſe debet, æquitatem ſeruãdo: ſi enim, inſpecto tempore mortis, fit liquidatio paragij, & ad liquidandum paragium computãtur ipſarum fœminarum, & maſculorũ perſonæ; quia ſic dixit Tex. cõſtitutionis pro numero filiorum, vt dixit Iſer. in fine prædicti verſ. & ſi verũ, & legitimæ quantitates, prout omnes alij iuris effectus ſunt, & eſſe debeant ſemper vniformes cum diuiſione filiorum, quomodo debeat fauore maſculorum diuerſificari, non video, niſi ex maxima iniquitate: vnde non eſt curandum de opinione Rubei in cõſ. 122. nu. 3. vt refert Morot. loc. cit. nu. 23. licèt ipſum expreſsè non impugnet.

33 Ad tertium veniendo, verior eſt opinio illa inter omnes Doctores, quòd ipſæ fœminæ, ſtantibus prædictis, faciant numerum, & partem fauore maſculorum, etiam in taxandis legitimis, hoc modo tamen, vt, ſi dos excedat legitimam, nõ noceat fratribus, ſi à legitima excedatur, exceſſus augeat fratrum legitimã, & hoc eſſe ſemper, & in omnibus obſeruandum, & ſecundum hanc opinionem infi-
34 nitis relatis fuiſſe iudicatum in quadam cau-

ſa

ſa fideicommiſſaria Menochio , & Panciro-
lo, & D. ſcalcio Iudicibus, refert Peregrin. in
tract. de fideicom. art 38. nu. 24. verſ. quo cir-
ca, & Capyc. qui refert praxim, ſic ſeruatam,
& iudicatum in S.C. deciſ. 158. num. 7. quam
ex plurium, & communi auctoritate compro
bat Fab. Turrett. in 1. vol. conſ. 97. num. 68.
& vltimò per Dom. de Franch. deciſ. 549. in
final. verb. & veriorem, & magis cõmuniter
receptam dicit pluribus alijs relatis , Onde-
deus conſ. 1. num. 105. lib. 2. Et aduertendum
in Fabio Turrett. nam primò vult conferri
dotes fœminarum dotatarum , & deinde ac-
cipi dimidiam totius patrimonij, & de ſemiſ-
ſe eſſe dotes detrahendas , quia dotes erant
minores legitima, aliàs fuiſſet computatio no
34 ciua ipſis maſculis , † vt tamen habeas pra-
xim indubitatam, facias in quolibet patrimo
nio diſtinctionem, quam lex facit, abſtrahen-
do à libertate diſponendi trientem , vel ſe-
miſſem iuxta numerum omnium liberorum ,
ac iuxta eundem numerum , quantitatem, &
eius extimationem, quia ſi erunt tres, tertia
pars trientis; ſi quatuor , quarta erit; ſi ſex,
ſexta pars ſemiſſis , & deinceps: quando igi-
tur videndum erit, quomodo filij maſculi le-
gitima erit detrahenda , iam , ſcilicet , ſcis
de legitima , quia reſpectu ipſius legitimæ
non poterit computari in fœmina integra do
tatio , cùm paragium poſſit vſque ad virilem
aſcendere , & ſic in legitima non capit inte-
grum paragium , ſed minor illa quantitas,
quæ eſt in paragio , erit legitima : regulari-
ter enim paragium non poteſt eſſe minus le-
gitima , præterquam in magnatibus, vt di-
ximus : igitur quantacunque dos eſt , quan-
do agitur de liquidanda legitima , oportet
de ea haberi illam rationem, quæ de ea habe-
tur quando paragium liquidatur: ſi ergo,
quando paragium liquidatur in minori quã-
titate paragij , datur quantitas legitimæ ;
quæ ratio vult , vt deinde in liquidatione
legitimæ miſceatur alia quantitas, quàm
ipſius legitimæ ? Igitur dicet filius , ſi vis
ſcire meam legitimam , computandæ erunt
perſonæ , & vniuerſum patrimonium , col
latis dotibus filiarum dotatarum , & de toto
abſtrahenda portio legitima , & ſic pro il-
la portione legitimæ , ſi dos eſt minor , iu-
uabit fratres ; ſi eſt plus , ſola legitima ab
ipſo ſemiſſe, vel triente abſtracta , reliquum
erit legitima filiorum , quę legitima , ſi per
dotationem veniret diminuta , conſuien-
dum eſſet remedio de inofficioſis dotibus vſ-
que ad legitimæ quantitatem : & iſta dif-
ficultas in prædicta deciſione Capicij orta
fuit; quia dotes iam reperiebãtur ſolutæ: quã-
do enim dotes non ſunt ſolutæ , iam detra-
huntur abſque difficultate tam ab inteſtato,
quam facto teſtamento , vt , ſi filij maſculi
ſunt hæredes vniuerſales, paragium erit in-
fra legitimam , & virilem ; ſi in legitima
filij ſunt hæredes , in ſola legitima paragium
verſabitur, vt ſupra diximus in fin. tertij ar-
ticuli : ſi igitur quando inducitur ineſſe pa-
ragium , ſic a iure computatur , quando eſt
iam factum, & tractatur de eius computatio-
ne , nec erit diuerſificandus modus diſtin-
ctionis bonorum , à iure inductus: eò magis,
quia non apparet ratio diuerſitatis inter v-
num, & aliud : & ex his poteſt inuiolabiliter
practicari iſta quæſtio , ſic controuerſa , in
qua , ſtantibus deciſionibus prædictis hodie
non erit amplius dubitandum.
35 De reountiantibus an faciant numerum ,
vel non , hic non erit diſcutiendum , cùm ,
quando per dotationem excluduntur , nihil
de ipſarum renuntiationibus erit curandum,
prout deciſum fuit in cauſa , relata á Minad.
in conſil. 2. in fin. & de Franch. deciſ. 92. vbi
fuit attenta iuris diſpoſitio, & non renun-
ciatio: aut igitur dotatio ipſam excludit , &
non attenditur renuntiatio; aut non fuit ex-
cluſa per dotationem , & renuntiatio fuit fa-
cta ad alicuius beneficium , & tunc ſeruandæ
ērunt regulæ renunciationum , de quibus di-
cemus infra latè , vbi quomodo , & qualiter
ſuccedant illi , ad quorum beneficium fuit
facta renunciatio : quando verò ad benefi-
cium patris legitimæ renunciauit , vel ip-
ſius hęredum , vel quando ad beneficium
fratrum ipſis proderit ipſa renunciatio , &
ibidem videas , aliter ſi totaliter ſe exclu-
dit , nihilo accepto iuxta cap. 2. extra de
pact. tunc nec partem , nec numerum facere
dixit Peregrin. loc. citat. artic. 38. num. 12.
quando validè renunciauit , qui optimè di-
ſtinguit plures caſus : illud tamen circa præ-
dicta aduertendo , quòd ſi renunciatio fuit
extinctiua, tunc non datur amplius locus, vt
faciat partem ; ſi translatiuè , renuntiatarius
admittetur ex ipſius perſona ; quomodo autẽ
cognoſcantur translatiuæ , vel extinctiuæ re-
nunciationes , Anna conſil. 45. & dicemus
in §. 6. de renunciatione in part. 3. huius re-
petit.
36 Conditio viri , & vxoris conſideranda ve-
nit in paragio concedendo, & liquidando, &
iſta parilitas appellatur, l. ſi filiæ, ff. de leg. 3.
l. quæro, & l. cùm poſt, §. gener. ff. de iur. dot.
Congerit latiùs Petr. de Gregor. quæſt. 30. ex
pluribus Hern. auctoritatibus, ibi relatis, vbi
varias parilitates ponit , quæ conſiderari
poſſunt inter virum, & vxorem : nam primò

conſiderauit dignitatem patris dotantis, mariti mulieris, & fratris. Secundò nobilitatem, quæ paritas maximè erit conſideranda in hac Neapolitana Ciuitate, alias facillimè eſſet maritare nobilem cum plebeio, etiam ſine dote, vt plurimum ſuccedit inter illos, quæ paragium non habent. Tertiò reſpectu pulchritudinis. Quartò reſpectu virginitatis. Quintò reſpectu diuitiarum. Sextò reſpectu ętatis: quæ omnia ſequendo veſtigia Petri de Gregor. in pręd. quæſt. 30. latiùs proſequitur Cumi. in repet. præd. cap. ſi aliquem, in verb. maritata, a nu. 143. vſque ad num. 158. Mihi verò videtur prædictarum qualitatum conſideratio nunquam hodie practicari, præter ſolam nobilitatem, quæ quandoque eſt cauſa, vt vir dotet vxorem, de Franch. deciſ. 119. in princ. Difficile enim eſſet tot, tantaſque qualitates vnire in duabus perſonis; propterea videmus paragia liquidari ſecundùm numerum liberorũ, & patrimonij quantitatem, vt deinde condigno viro poſſit ſoror, vel amita nubere: quando enim condigno cum ſola legitimę quantitate non poteſt nubere, poterit vſque ad virilem aſcendere, cùm non videatur poſſe nubere, quando ſecundùm conditionem ſuam non poteſt l. nepos Proculo, ff. de verb. ſignif. & l. plenum §. ęquitij, ff. de vſu, & habitat, Bald. Nouell. de dot. par. 5. col. 3. verſ. ex quo infero, & Iſern. in conſt. in aliquibus, col. fin. verſ. vnde ſi inhoneſto, & indigno, ſcilicet, & inæquali nuberet, non eſſet ſatisfactum.

Non erit propterea omictendum, quòd prædicti DD. conſiderauerunt paritatem inter virum, & vxorem conſtituendam, & benè; non per hoc intelligas, quòd ſorori fędæ, ac deformi par vir ſit concedendus: imò, vt in talis fœminæ nuptijs dos par conſtituatur, neceſſariò erit in dote quantitas augenda: nam, quando eſt pulchra, & ſine dote, virum poſſet inuenire, vel inuenit, gaudet frater hoc beneficio, quia ei ſolam legitimæ quantitatem concedit, vt dixit Iſernia; ſic è conuerſo, quando fœda maior ei dos erit concedenda, vt commodum, & incommodum habeat frater, l. pen. C. de ſolution. & ſic conſiderandæ erunt prædictæ qualitates, vt colligitur ex Iſern. in præd. conſtit. in aliquibus in verb. quintumdecimum col. 9. verſ. per hoc patet, vt not. Petr. de Gregor. d. quæſt. 30. num. 7. qui notat in pulchritudine parilitatem, quando reperitur iam nupta: tu verò ipſam conſidera in ea, quæ erit nubenda, quia non tanta dos in pulchra requiritur, quanta in deformi, & hoc conſiderabis in omnibus qualitatibus iam dictis; quæ ſi adſunt bonæ in ipſa fœmina, minor erit dos neceſſaria: ſi non adſunt, dos erit maior conſtituenda vſque ad virilem, vt dixit Iſern. in d. conſtit. in fin. ad hoc, vt ipſa dos paritatem, & æqualitatem conſtituat, vt ſicut pecunia fuit inuenta ad æqualitatem conſtituendam omnium rerum l. 1. ff. de contrah. empt. Ita ad æqualitatem conſtituendam in matrimonio paragium inuentum, in pecunia ſoluendum: itaque quando prædicta eſſent conſideranda hoc modo, ſemper perneceſſe erit in liquidatione ratio ipſorum habenda, vel potius contrariorum; nam potius contraria conſideranda eſſe cenſerem: ſi enim eſt pulchra, & nobilis, faciliores habere nuptias putanda eſt, quando nuptiæ ſunt contrahendæ, non autem per hoc minorem quantitatem conſtituendam facilè cenſerem, ſecundùm praxim in Sacro Conſilio, quam continuò videmus ſeruare, cùm non viderim in liquidationibus paragij illas, & huiuſmodi qualitates articulatas, ſed, vt alias dixi, ſolas quantitates patrimonij, quod eſt verbum principale, & qualitates ipſarum fœminarum cum numero filiorum, & per hoc æquale paragium pluribus ſororibus, ac vniforme conſtitutum fuiſſe, & conſtitui in dies videmus, cum quo, quæ pulchra eſt citius; quæ fœda nunquam; quę mediocris, quandoque matrimonium cõtrahere poſſit: vnde omnia prædicta ad praxim parum neceſſaria putaui, ideo ea omittenda cenſui: & hoc eſt, quod dixit Iſern. in conſt. in aliquibus in fine, dum in cõſtitutione dotis, facienda per Pręſides ſolùm prædicta notet, verſ. circa materiam, ibi, & dabitur dos ſecundum dignitatem, & facultatem matrimonij, & numerum filiorum, & ſic conſiderando matrimonium in genere, facultatem, & numerum filiorum, abſque tanta ſubtilitate dotem eſſe liquidandam dixit.

37 Quando verò eſſet matrimonium contractum, non negarem ad ipſius fratris, vel ſucceſſoris inſtantiam omnia prædicta eſſe conſideranda ad dotem, & paragium liquidandum, ita vt ad plus vſque ad legitimæ quantitatem minui poſſit ipſa dos: ſicuti quando abſque dote reperitur nupta, vt dixit Iſern. loc. cit. ſic quando iam eſſet nupta, & tractatur de dote, per iudicem conſtituenda, vt omnia iſta ad vnguem debeant ponderari, vt voluit Iſern. in fin. ipſius conſtit. in aliquibus in verſ. vnde, ſi inueniret, quia iam virum inuenit, & non poteſt dubitari, quod ipſum inueniat, & in hoc caſu erit Iſer. loc. cit. intelligendus, non quando adhuc non eſt inuentus:

&

Digitized by Google

& prædicta intelligas etiam, quando eſſet nupta ipſa filia cum promiſſione dotis contingentis, vt, quando datur feudum ſub ſeruitio contingenti, vt tunc omnino omnia præd.cta ſint conſideranda: ſecus ſi eſſet dos certa per ipſam nuptam conſtituta, quia tunc vſque ad virilem, ſi intrat paragium, poterit liquidari, quando legitima non eſſet ſufficiens, vt ſupra dictum eſt: ita eſt diſtinguenda opinio inter Bart. ex vna, & Bal. communem contrariam, an, quando filia reperitur maritata ſine dote, teneatur pater ipſi dotem dare, de qua per Socin. conſil. 57. num. 2. & 3. lib. 4. cùm vera ſit opinio, & communis, Bald. in authen. res, quę, C. commun. de leg. quòd teneatur ipſi dotem dare: eſt verum, quòd non poteſt eſſe minus legitima, vt benè diſcurrit ex communi etiam opinione Doctorum d. authen. res, quę in ſimili ſtatuto, Alex. conſ. 169. lib. 7. num. 6. Quando igitur non eſt promiſſa, non pôt à legitima filia excludi, quando eſt promiſſa debetur cõgruè ẽt ex opinione Bart. Nec obſtat doctrina Iſerniæ in d. conſtitutione, vbi in maritata dat ſimpliciter legitimam, quia Iſern. loquitur quando matrimonium non fuit contractum contemplatione illius dotis certę, vel incertæ, ſed ſine dote expreſsè, vel nulla facta dotis mentione, tunc eſſe legitimam concedendam, alias liquidandum paragium, vt diximus, quę etiam legitima deberetur, quando vir dotaſſet vxorem, vt per Dominus de Franch. deciſ. 119. in princ.

39 Conſuetudo regionis eſt ab Iſern. addita ad paragium liquidandum, ita Iſern. in pręd. conſtit. in aliquibus in penult. col. verſ. item, quòd in aliquibus prouincijs dantur maiores dotes, ſicut in Apulia. Et etiam in Regno Sicilię, vbi, non attento numero liberorum, de conſuetudine ſolet arbitrari dos in tertia tertię portionis, in qua ſoror ab inteſtato ſuc ceſſiſſet, nulla habita conſideratione numeri liberorum, vt notat Petr. de Gregor. in q. 29. num. 4. & q. 31. num. 2. quo loci morem regionis latiùs proſequitur: & in Ciuitate Conſentiæ, digniſſima totius Calabriæ Metropoli, ac mihi ſemper veneranda, vti patria patris mei, mos eſt, & conſuetudo, quòd inter nobiles ad ſummum nan dantur dotes, excedentes ſummã ducatorum quatuor mille in quantumuis opulentiſſimis hęreditatibus, ac de prędicta conſuetudine regionis ſpectanda. Anna alleg. 70. num. 6. Afflict. in conſt. in aliquibus, q. 12. & Iſern. in locis ſupra in princ. relatis, Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſ. 149. in fin. & in conſil. 293. & 168.
40 † vbi adeo morem, & conſuetudinem regionis eſſe attendendum contendit, vt etiam minus legitima poſſit dos filię excluſę rectè a Iudice arbitrari, quod tamen Iſern. in locis prędictis, non concedit, niſi in patre dotante, de quo ſupra diximus in alijs pręter maximas facultates, vt fuit etiam dictum non conceditur, vt mos regionis legitimam excludat, ſeu ipſius quantitatem ad minus in paragio arbitrandam, & ſi benè aduertitur, mos regionis ab Iſern. fuit in augmento dotium conſideratus, cùm dicat in Apulia dari maiores dotes, & hoc tantum eſſe attendendum, dum deinde immediatè ſubſequitur de ea, quæ paruas, & modicę quantitatis dotes habet neceſſe, vt quia pulchra, ſubdit, tunc ſeruamus dictum Caroli, vt non fraudetur legitima ſua; ergo mos regionis, & alię circunſtantię non poſſunt fraudare ipſam fœminam ſua legitima: ſi enim reperitur dotata, de noſtra conſtitutione legitimã debet habere, vnde, quod totum matrimonium cum dotatione non poteſt facere, nec id poterit vnica circunſtantia moris ſcilicet regionis, vt diximus; & contrarij, & auctoritates, quibus Doctores, relati à Menoch. loc. cit. fundantur, loquuntur, quando a ſtatuto penitus dotata excluditur, qui non eſt caſus noſter, cum omnino legitimæ quantitatẽ debeat habere ſecundum peritorum regni interpretationem, ſeqnentium Iſernię doctrinam, & morem regionis, & familię in dotibus dandis conſiderauit Menoch. conſ. 292. n. 7. cum pręced.

41 Sed iuxta prędicta quęro, an ſicut mos regionis, ſic familię conſuetudo attendi debeat in dotibus conſtituẽdis, & Iſern. in prędicta conſtit. col. pen. verſ. quid ſi maiores videtur negare patris familias conſuetudinem eſſe attendendam: ſed ſi rectè ipſius ſenſus percipiatur ibi, negat conſuetudinem ſeruandam quando certę quantitatis dos eſſet conſtituenda contra conſtitutionis normam, quę tot circunſtantias attendẽdas conſtituit, & propterea certam quantitatem inconueniens eſſe; debere, & poſſe attendi, inquit Iſernia, cũ conſtitutio fœminas excludat ab hæreditate, non eſt æquum, vt de ipſius hęreditatis quantitate ratio non habeatur; in cæteris, quando conſuetudo familię eſſet declaratoria conſtitutionis prædictę in ſeruandis prędictis circunſtantijs, Iſer. hoc omnino negat vlterius Iſernia non tractat, ſi familiæ. Item conſuetudo ſit attendenda, quando verè conſtaret de tali conſuetudine: ſed dicit non eſſe attendendum id, quod maiores fecerunt in conſtituenda certa dotium quantitate: at ſi familia ſtabiliret certam quantitatem pro dotibus filiarum, quare non eſſet

Digitized by Google

at tendenda non video; cùm negari non poſſit familiam, conſuetudinem poſſe inducere, vt për Port. latè in communib. concluſ. lib. 6.concluſ.19.Iaſ.in l.omnes populi,num.42. ff.de iuſtit. & iur.latè Tiraquell.quæſt.16.in tract.de primogenit. & Iſern. in §.præterea ducatus,col.2.in fin.& ibi diximus in notis, & dicemus in tract. de conſuetudine Capuanæ,& Nidi in repetit.ſeq. conſuet.ſi quis,vel ſi qua, & videmus hic Neapoli varias nobilium familias,vt Caracciolorum,& Capycio rum varias fœminis de familia dotes conſtituiſſe, montibus familiarum erectis, ad prædictum finem, & non paucæ cum prædictorum montium ſolis dotibus nuptui tradũtur: & ex his ſit finis iſtius ſexti articuli,& liquidationis paragij.

Repet. Par. 2. §. 7. de Parag.

1 *Succeſſores tenentur ſoluere paragium fœminis excluſis actione perſonali condictione ex moribus, vel ex lege ipſis ſucceſſuribus bona poſsidentibus, nu.3.*

2 *Pater, & mater, & alij qui ex diſpoſitione conſtitut. vel conſuetudinis non tenentur officio iudicis tenẽtur ad ſolutionem paragij.*

4 *Actio pro paragio quæ detur contra tertios poſſeſſores.*

5 *Afflict. & Petrus de Gregor. notantur quod Iſerniã male intellexerint in cõſt. in aliqnibus in ver. quintum decimum col.6. verſ. quid ſi deſinat, & oſtenditur Iſerniam voluiſſe dari hypothecariam pro paragio, vt putant prædicti nec actionem contra tertium poſſeſſorem.*

6 *Iſer. theorica declaratur in conſtitut. in aliquibus col.6. in uerb. quintumdecimũ ver. quid ſi deſinat.*

7 *Sententia lata contra debitorem an poſsit exequi cõtra debitorem debitoris in ſubſidium.*

8 *Reuocatoria contra tertios feudi poſſeſſores vel aliorum bonorum pro ex actione paragij an, & quando detur.*

9 *Actionem perſonalem contra tertios poſſeſſores pro paragio non dari, & oppugnatur de Pont. conſ.50. vol.4. nu.5. contrarium ſentient.*

10 *Nap in conſ. ſi qua mulier in verb. de bonis declaratur in actione pro paragio dãda contra tertium poſſeſſorem.*

11 *Aſſenſus pro ſecundo decreto pro oneribus feudi ſoluendis requiritur, ex Iſer. opin.*

12 *Actio pro quantitate legitimæ quando infra eam paragium continetur ex æquitate dari contra tertium poſſeſſorem.*

§. 7. *De actionibus, pro Paragio competentibus.*

Septimus erit articulus diſcutiendus, de actionibus, competentibus pro paragio, & diſtinguendum erit ex dictis in 4.art. Ex quo duplex eſt genus perſonarum, quo ad hoc, de quo agimus, ſpectat; & primum illarum, quæ verum, & proprium paragium, vel generaliter omnes, quæ ex diſpoſitione conſtitutionis, ac conſuetudinis illud debent. Secundum illorum, qui ex conſtitutione, vel conſuetudine non te-
1 nentur; † primi tenentur actione perſonali, ſcilicet conditione ex lege, vel moribus, vel conſuetudine ad ſolutionem paragij. Iſern. in conſtitut. in aliquibus, col.10. verſ. verius videtur, eamque non eſſe in rem ſcriptam idem ibid. col. 8. verſ. hoc denotat nomen paragij, & eſſe verè perſonalem, ipſumque fratrem debitorem ibid. colum. 7. verſic. ſed ſi dicamus gloſam illam, & per prædictas, & alias auctoritates Petr. de Gregor. in præd. tract. quæſt. 38. num. 1. & optimè fundat de iure communi, ſtante ſtatuto ſimili, Ruin. conſil. 140. lib. 4. num. 7. verſ. ſecundò, & principaliter, & ante eum Alex. in conſil. 169. vol. 7. num. 6. Nec a prædictis diſcedit Napodan. num. 27. in hac conſuet. ſi moriatur, ibi, ſcilicet, conditione ex hac lege noua, & latè probat, & vti veriorem etiam in legitima fundat Craſſus lib. ſententiarum, §. legitima quæſt. 14. Et in ſpecie pro paragio actionem perſonalem competere voluit ex noſtris Camerar. in fin. cap. an agnatus, quæſt. 22. num. 158. ubi æquiparat ſolutionem paragij cum ſolutione cœteri æris alieni, & Minad. conſ. 2. num. 5. & 6. ea ratione, quia eſt debitor frater in pecunia, ut etiã infra dicetur.

Nec huiuſmodi actione põt conueniri pater, uel mater, cùm ipſi officio iudicis teneantur, quemadmodum omnes alij, qui ex diſpoſitione conſtitutionis, uel cõſuetudinis nõ ſũt aſtricti ad ſolutionẽ paragij, & ratio eſt, quia

de

de ipſis non loquitur conſtitutio, quæ ex-
primit de fratre, & nepotibus; nec conſue-
tudo, quæ exprimit de ſoluente paragium
ratione ſucceſſionis, ibi, & tenentur ipſi
ſucceſſores: ſi ergo onus eſt impoſitum ſuc-
ceſſoribus, & filijs, ſeu fratribus poſt mor-
tem patris, vel, ſecundùm interpretatio-
nem peritorum, etiam matris, ergo nul-
lo modo poteſt tractari de ipſis perſonis,
quibus erit ſuccedendum, ſed de ipſarum
ſucceſſoribus, ita dixit Napodan. in d. con-
ſuet. ſi moriatur, in §. eas autem, num. 43.
nullo igitur modo iſti tenentur ex diſpo-
ſitione conſuetudinis, vel conſtitutionis:
ſed quia de ipſis nihil conſtituunt, nec im-
mutant; ius prædictum remanet in tactum
argum. l. præcipimus, C. de appellat. fun-
dat pluribus, Petr. de Gregor. in præd. tra-
ctat. & quæſt. nnm. 4. Et ad prædicta de
fratre ad patrem non extendenda faciunt
dicta per Afflict. in conſtitut. fratribus, vbi
conſtitutio, loquens de fratre, quòd poſ-
ſit obligare feudum pro ſorore maritanda
ſine regio aſſenſu, non procedit in patre,
& eſt bona ratio, quare conſtitutio illa lo-
quta fuerit de fratre, & non de patre, quia
frater tenetur actione, & dotat ex neceſſi-
tate, oriente ex feudali obligatione, quod
3 non eſt in patre, † & prædicta procedunt,
quando ipſimet ſucceſſores poſſident bona,
de quibus paragiũ debetur; nam fiet executio
ſuper allodialibus, & in ſubſidium ſuper feu-
do, ex quo eſt hoc æs alienum, onus feudi,
& deinde poteſt deueniri ad ſecundùm de-
cretum, præuio Regis aſſenſu, vt dixit Iſern.
in pręd. conſtitut. in verbo quintum deci-
mum, col. 5. verſ. vel ſecundùm prædictam
gloſam, & in conſt. ſi quis poſt litem, vbi in
ſpecie loquitur de feudo ex pacto, ac de ſolu-
tione paragij.

4 At quando agitur contra tertios poſſeſ-
ſores, vel agendum eſt, quia fratres, vel
prædicti ſucceſſores non poſſident bona,
ſuper quibus paragium ſpectat, & regula-
riter actio pro paragio directa non datur,
ità Iſern. in præd. conſtitut. in aliquibus
Afflict. in deciſ. 162. & ibi Vrſill. in addit.
& dat rationem Petrus de Gregor. in præd.
quæſt. num. 5. quia non naſcitur actio hy-
pothecaria, nec tacita, nec expreſſa pro
paragio, vt dixit Afflict. præd. deciſ. &
in prædict. conſtitutio. num. 34. & idem
Petr. in tract. præd. quęſt. 3. num. 6. Af-
flict. in in conſtit. fratribus num. 14. verſ.
ſed quæro, & refert Grammat. in addit.
ad præd. deciſionem, Afflict. ſic tenuiſſe
Antonium de Alex. Quicquid perfuncto-
riè dicat Anna conſil. 75. num. 14. qui in
paragio, ſicut in vita militia dat tacitam
obligationem feudi, cùm in vita militia
habeamus expreſſam diſpoſitionem, vt in-
fra dicemus, quam non habemus in para-
gio: & prædicta omnia concludit Napo-
dan. in conſuetud. ſi qua mulier, à num.
19. vſque in fin. ipſius gloſæ: qui, licèt
aliquantum diſcurrat, & arguat contra
prædictam Iſerniæ opinionem, reſidet ta-
men in ea, ſcilicet etiam attenta diſpoſi-
tione conſuetudinis, non eſſe onus reale
ſuper rebus ſolutionem paragij, vt num.
23. verſ. ſed certè. Sed eſſe ſolutionem fa-
ciendam in pecunia: bona enim materna,
& paterna ſunt appoſita pro menſuranda
quantitate, non quod ſuper bonis ius reale
conſtitutum videatur, ita concludit num.
24. in fin. per tex. in l. Lucius, ff. alimen. le-
gat. cum alijs, ibi relatis, iuxta ea, quæ ſu-
pra dixerat per eadem iura allegata num. 21.
in fin. cum ſequ. num. 22. verſ. vnde licet.
5 † Illud tamen non erit omittendum, quòd
Afflict. & Petrus de Gregor. in hac re malè
Andream de Iſern. intellexerunt, pace eo-
rum dictum ſit, & non mirum, ſi Afflict.
faciat magnum feſtum contra Iſerniam, di-
cens in præd. conſtit. in aliquibus, num. 34.
vel melius 35. in fin. opinionem Iſerniæ legi-
bus non probari, & Petrus de Gregor. num.
7. in fine, dum tutiorem dat cautelam pro
praxi, forſan ab Iſernia, vt ipſe dicit, poſita,
malè intellecta; ego verò oſtendam paucis,
Iſerniam ab intima iuris ratione non deuiaſ-
6 ſe: † proponit enim Iſer. quæſtionẽ in præd.
conſtit. in aliquibus in verb. quintum decimũ
col. 6. verſ. quid ſi deſinat habere feudum, &
vſque ad verſ. reſpondeo non teneri poſſeſ-
ſorem inducit rationes dubitandi contra
poſſeſſorem, ac ipſis non obſtantibus, optimè
concludit illum non teneri, etiam ſi dictum
eſſet dari dotes de feudalibus bonis, quia
perſonalis actio non ſequitur fundum, l. 1. §.
ſi hæres, ff. de leg. 1 alias de leg. l. nihil, niſi
in cauſa alimentorum, inquit Iſer. quia tunc
eſſent bona obligata, nec obſtare ſimilitudi-
nem inter dotem, & alimenta, & quia
dotis cauſa eſt fauorabilis, quia in dote non
inuenitur cautum, vnde, nec vtiliter trahetur
id, in quo lex deficit, ff. ſolut. matrim. l. ſi ve-
ro, §. de viro. Et ſic non obſtant contraria
prædicta, quia in eis non deficit lex, imò ſpe-
cialiter expreſſit, quòd in rem detur, in
dote non expreſſit, ſicut in alimentis, &
ſic remanet ratio legis, C. de caduc. tollen. l.
1. §. penul. quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet; quia
non expreſſit, noluit. Hactenus Iſern. conclu-

 dit,

dit, iam contra tertium poſseſsorem non dari actionem, quia non reperitur iure cautum. Stante hac concluſione in verſ. quomodo ergo, quærit Iſernia qualiter ſit conſulendum illi, qui dotes debet habere, & reſpondet, quòd aget contra filium, vel nepotem, ſcilicet fratrem ipſius, qui agit, vel filium fratris cum amita, vel ſoror actrix ſupponatur, & fiet executio in bonis eius, vt dictum eſt. hic negatio, quæ in aliquibus codicibus legitur eſt tollenda per ea, quæ immediatè ſequuntur: nam executionem fieri in bonis, ſupponit ipſos conuentos eſse ſoluendo, & habere bona, quæ exequi poſſint, ſequitur in caſu, quo frater, vel nepos non ſit ſoluendo in verſic. quid ſi non ſit ſoluendo. Diſtinguit Iſern. ſummo iudicio, quòd aut iſte ſucceſsor alienauit feudum, quod alius tenet, ſupponendum, cum aſſenſu, & quòd alienatio legitimè proceſſerit, & tunc duobus verbis ſe expedit Iſern. quòd iſta fœmina debet agere reuocatoria contra ipſum poſſeſſorem ſecundùm legem, ff. quæ in fraudem credit. l. omnis, §. Lucius, & vt optimè notat in addit. de Bott. ibid. prædictam reuocatoriam procedere, etiam ſi non probetur, quòd emptor participauit de fraude; ſed de hoc conſulendus eſt Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, inſtit. de action. In hoc nihil contra legem ſcripſit Iſern. & opinio ſimpliciter, ac optimo iure procedit, ſequitur Iſern. ſecundam partem diſtinctionis, quando iſte nepos, vel frater non alienauit, & dicit, quòd ille, qui tenet dictum feudum, vel violenter, vel occupatè, factus eſt debitor dicti fratris, ff. de verb. ſignifi. l. creditores, & l. pecuniæ, §. act.... & hic dat Iſern. ipſi ſorori quatuor remedia: primum, quòd poſſit agi in ſubſidium contra debitorem debitoris, argum. de eo, per quem factum erit, ff. l. fin. ſecundum, quòd poſſit agere contra fratrem, vt agat, & reuocet a poſſeſſore, & erit ago, vt agas ſic, ff. loc. cùm in plures, §. meſsem ad leg. Rod. de iactu. l. 2. §. fin. vel tertium, quòd teneatur frater cedere actionem contra tenentem feudum, ff. de petit. hæred. l. quod ſi in diem, §. Iulianus, prout in ſimili filio, petente legitimam dixit Crauett. conſ. 109. col. pen. quòd quando bona hæreditaria citra factum hęredis reperiũtur occupata, vel inuaſa, quòd hæres teneatur cedere actionem ei, cui legitima debetur. Quartum, in quo veriorem ponit ſententiam Andr. in verſ. verius, vt condemnetur frater ad pecuniam pro paragio, & in executione, ex quo aliud non habet, peruenietur ad iura: nam ius eſt in patrimonio fratris contra iniuſtum feudi detentorem ad auocandum, & relaxari ſibi faciendum feudum ab iniuſto detentore, & per hoc inquit Iſernia, quòd, ſi confiteatur poſſeſſor ſe illud tenere, & iniuſte; fiet executio contra eum in feudo, quia ſucceſſio iniuſta non conſideratur, & eſt, ac ſi eſſet in dominio fratris condemnati, vt in ſimili aliàs fuit deciſum in Sacro Conſilio, vbi in fortioribus terminis poſſeſſor ex cauſa donationis ſine aſſenſu ante mortem Domini feudi fuit moleſtatus vigore capituli ex præſumptuoſa, ex quo erat iniuſtus poſſeſſor, & fuerat interrogatus, ſi habebat aſſenſum, & dixerat ſe aſsenſum non habere iuxta hanc praxim hic ab Iſernia poſitam, licèt de ea mentionem non faciat Afflict. omnino videndus deciſ. 197. Et ſic non habetur ratio de iniuſta poſſeſsione: ſi verò poſseſsor negat, dabitur curator bonis, qui illud reuocet, vt in reuocantem fiat executio, & ſic vides Iſern. laborare in dandis cautelis pro actione exercenda, quando fratri competeret actio auocandi contra iniuſtum poſſeſsorem, & hic curator faciet id, quod deberet, & poſset facere ipſe frater, qui nihil poſset, ſi ipſe valide alienaſset, vt ſupponit Afflict. nam tunc non poſset ipſe idem reuocare alienationem, ſed creditor illam reuocat ex edicto, quæ in fraudem creditorum, quæ actio reſidet in perſona ipſius ſororis, non in perſona ipſius fratris, vt eſset, quando iniuſtus eſſet detentor, qui eſt conueniendus: vnde ex his vides, quã doctiſſimè Iſernia omnia prædicta dixerit, & quam oſcitanter in hoc loqutus ſit ipſe Afflict. & Petr. de Gregor. d. quæſt. nu. 7.

7 † Et quòd ſententia, contra debitorem lata, in ſubſidium mittatur executioni contra debitorem debitoris, tex. eſt in l. ſi in cauſa, C. quand. fiſc. vel priuat. & quæ requirantur, vt poſſit fieri pręedicta executio dixit Guid. Pap. in lectura illius legis nu. 1. & 2. & tex. hic, ab Iſernia relatus in l. a diuo Pio, §. ſed vtrum. vbi contra debitorem debitoris, ſi confiteatur ſit executio, vt dixit latè gloſ. in præd. l. ſi in cauſa in verb. conuencti, C. quaud. fiſc. vel priuat. Vnde ex his non poteſt tergiuerſari intellectus Iſern. quòd non poſſit competere contra tertium iuſtum poſeſseſsorem actio pro paragio, niſi quando poſset procedere ædictum quæ in fraudem ad reuocandam alienationem, in fraudem factam, & ſic intellexit prædictam doctrinam Iſerniæ, Marius Saxus in apoſtill. ad d. conſtitutionem, vt refert eam Camill. Salern. in addit. quæ incip. quoniam

tractat

tractat hic Napod. in conſuet. ſi qua mulier, ſub nu. 18. ibi, *Andreas autem in illo verſ. ſi non alienauit, vſque ibi, quid ſi frater loquitur ? fratre deſinente alio modo poſſidere, quàm via alienationis, & tunc eſt vtendum illo remedio poſito in dict. verſ. cum hoc caſu non poſſit competere reuocatoria, & ſic iſta alteratio, & variatio Andreæ eſt circa iſtum caſum, hactenus illa additio.* Et licèt ibid. fuerint condemnati tertij poſſeſſores, hoc fuit per Iudices declaratum eſſe factum, quia venditio proceſſerat pro valde minori pretio, quam bona ipſa valebant, & quòd ita fuerat articulatum, & probatum, & quòd ita non fuiſſet decretum, niſi venditio pro dicto minori pretio proceſſiſſet, vnde non procedit ſecundùm intentionem Iſerniæ prædicta opinio, prout refert D. de Franch. præd. deciſ. 119. nu. 3. eo magis, quia nec in legitima habetur pro abſoluto competere hipothecariam, vt dicit idem de Franch. ibid. nu. 7. & pro negatiua contra legitimam concludit Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 149. vt per Craſſ. §. legitima, q. 14. qui ex pluribus de communi teſtatur eadem ratione, quia non reperitur iure cautum, vt Iſer. dixit in paragio, & notabis, quod Iacob. Anell. de Bott. in apoſt. ad præd. conſtitutionem immediatè ſequentem ponit, & ſequitur prædictũ intellectum, deſumptum quaſi de verbo ad verbum à præd. apoſt. Marij Saxi, paucis immutatis, ibi, in iſto verſiculo ponitur deciſio verior, quas vidi poſt ſcripta omnia prædicta, quomodocunque ſit, ſaluatus eſt Iſernia ab ineptia, & carentia intellectus,
8 vt dixit præd. apoſt. Marij Saxi, † quatenus verò ſit admittenda reuocatoria ex edicto, quæ in fraudem, cùm ſit penitus ciuile a ciuiliſtis accipiendum: quando enim maior pars bonorum eſt alienata, vel omnia, libenter aſſererem concedendam reuocatoriam, Grammat. deciſ. 101. & dicit Iacob. Anel. de Bott. in præd. apoſtill. cui in cæteris non conſentio in eo, quòd in re vnica alienata reuocanda aſſerit prædicta additio: quando enim fraus non interuenit, & dolus non adfuit, tertios poſſeſſores cõueniri nõ poſſe de iure abſolutũ habeo, & in hoc fundata fuit deciſio prædicta de Franch. 119. in fin. & prædictæ deciſ.
9 665. num. 6. † Nec omitto, quod de Pont. in conſ. 50. vol. 2. nu. 5. licèt, vt ſupra diximus, benè concludat, pro paragio non dari aliam actionem, quàm perſonalem, vel condictionẽ ex conſtitutione, vel lege, tamen in eo, quod dicit ad ſimilitudinem repletionis, quæ fit pro legitima contra legatarios poſſidentes res hæreditarias, iuxta diſpoſitionem l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. Similiter pro paragio dari actionem perſonalem cõtra tertios poſſeſſores, non puto benè dicere, nec ex Bartolo id colligi, ex quo ſecundum opinionem Bart. communiter ſequutam, ſecundùm quòd eam dicit Alex. in fin. in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. quando per legata remanet diminuta legitima, & hæres non poteſt ipſi legitimæ ſatisfacere; verũ eſt, quòd filius agere poſſet contra legatarios poſſidentes, ſed ſi benè aduertitur, dicta concluſio oritur ex diſpoſitione §. repletionem in certis caſibus, ibi expreſſis, vt dicit Alex. in quibus tex. prędictus inbet fieri repletionem ex ſubſtantia defuncti, quam diſpoſitionem non habemus in paragio contra tertios poſſeſſores: imò vt dictum eſt, habemus diſpoſitionem contrariã, quia paragium in pecunia debetur; nec de hoc poteſt dubitari, vt ſupra millies dictum eſt, at legitima, & eius ſupplementum debetur de corporibus hæreditarijs, imò de ſtricto iure deberetur de ſingulis corporibus, ita ex vulgata Doctorum ſententia fundat Craſſ. in d. §. legitima, quæſt. 16. ita vt in hoc in iure habemus expreſſam diuerſitatem inter paragium, & legitimam, & per hoc non eſt ſtandum regulæ, quòd in dubio æquiparentur: & prædicta rectè explicat Peregr. in d. art. 36. nu. 153. vbi dat rationem, quare ſupplementum tranſeat contra tertios, quia eſt onus reale pro rata cuiuslibet rei, vt innuit ibid. in fin. dicti articuli.

10 Nec à prædictis viſus eſt diſsẽtire Napod. in conſuet. ſi qua mulier, in verb. de bonis: qui, licèt inuolutè, & confusè tractet quæſtionem, vt inferius dicetur, non diſcedit ab opinione Iſerniæ, & Afflic. in præd. conſtit. in aliquibus, nu. 35. in fin. docet nihil concludere Napodanum in ea gloſa in fauorem ſororis, & prędictus Marius Saxus in addit. quã ſequitur Camill. Saler. ibid. inquit, quòd Napodanus latè, & cõfusè diſputat, & aut nihil videtur concludere, aut quòd contra tertios poſſeſſores peti non poſſit, tenere tamen ipsũ Napod. non diſſentire ab opinione Iſern. nu. 19. Videtur Napodanus Andreæ opinionem negatiuam impugnare, & deinde paſſim vſq; ad finem deducendo rem ex principijs legũ, ibi relatarum modò in vnam, modò in aliam ſe transfert ſententiam, & ex omnibus ibi dictis illud tantùm rem attingere videtur, dum nu. 23. verſ. ſed certè dicit paragium non deberi de bonis ipſis, ſed in pecunia, vt pluries ſupra diximus, dixit Petr. de Gregor. in tract. de vit. milit. q. 11. in 3. differ. Et ex hoc deducit Petr. non tranſire in tertios poſſeſſores, vt ſupra ex Iſer. diximus, dicit Petr. in d. tract.

d.tract.de parag.q.3.nu. 1. & ſeq. & Minad.
conſ.2. nu. 5. & 6. Modo veniendo ad expo-
ſitionem gloſæ prædictæ, duæ eliciuntur dif-
ficultates; prima eſt, an ex natura ipſius Para-
gij poſſit dirigi actio contra tertios poſſeſſo-
res, & ex ſupra latè fundatis cum Iſern. con-
ſtat fratres eſse meros debitores in pecunia,
& dicetur etiã infra in art.8.& 9. & actionẽ
eſſe merè perſonalem, vt diximus. Secunda
eſt, an ex verbis conſuetudinis elici poſſit ali-
quo modo hoc onus eſſe reale, quemadmodũ
ex Capitu.alienationis actus in vita militia
eſt conſtitutum, & in hoc videtur Napodan.
vim facere, dum tot, tantaſque refert leges, &
modò de demonſtratione, modò de onere im-
ponendo, nihil tamen ad rem: nam paragiũ,
vt dixi, eſt valor portionis, & illa verba de
bonis nec ad demonſtrationem nec ad aliud,
quam ad menſuram debiti explicandam ſunt
poſita, quaſi dixiſſet portionem illorum bo-
norum in pecunia eſſe ſoluẽdam, vt dicemus
art.9, & innuit Iſern. in doctrina relata ibi,
etiam ſi dictum eſſet dari dotes de feudalibus
bonis, quia perſonalis actio non ſequitur fun-
dum, l.1.§.ſi hæres, ff.de leg.1.ergo extra rem
in verbis conſuetudinis vim facere videtur
Napodanus. Si igitur nec ex natura paragij,
nec ex verbis conſuetudinis aliter eſt dicen-
dum, non debemus ab Iſerniæ clariſſima opi-
nione recedere. Et vlterius ponderando re-
gulas inductas à Napod. in loc.cit.quòd, quan
do verè eſſet onus impoſitum pro ſolutione
paragij, non per hoc tranſcendere viderem
ratam valoris contingentem rebus à tertio
poſſeſſore poſſeſſis, vt concluditur etiam in
legitima, & dixit expreſsè Peregrin. in fine
præd.art.36. Sed nec omnino talis ſimilitu-
do põt aptari, nam quando eſt onus bonorũ,
illud onus eſt poſitum in poſseſsione vniuer-
ſorum bonorũ, vt dicitur in l.2.C.de hæred.
vel action.vendit. & tamen non tranſeunt,
nec cum vniuerſitate actiones paſſiuæ perſo-
nales, & faciunt ea, quæ dicentur ꝫ in ſequẽti
repetione in præludijs, dum de vario genere
ſucceſsionum vniuerſalium, vel particulariũ
agemus. In feudo ratio iuris magis expoſtu-
lat, vt ſecundùm iam diſpoſita in vita militia,
ſic etiam tranſeat paragij actio: tranſit enim
de vno ad alium vniuerſitas ipſius feudi, &
licet Napod. in paragio nõ audeat extendere,
non deficit maxima æquitas, cùm certum ſit
paragium, ſicut vitam militiam eſſe onus ip-
ſius feudi. Iſern. in c.quid ergo, col.1.in fin.de
inueſt.de re alien.fact.& in cõſtit.ſi quis poſt
litem, & fundat latè Petr.de Greg. in præd.
tract.q.3.& Ann.conſ.75.& licèt Steph. de
Caiet.in addit.ad dictam conſtit. ſi qua mu-
lier dubitauerit, ſub nu. 22. incip. aduerte,
an in feudo reuerſo ad Dominum, paragium
debeatur ſorori, & cogitãdum reliquerit, ta-
men ſi rectè perpendatur Iſern. in d. conſtit.
ſi quis poſt litem, hoc clarè elicitur, quia te-
net onera feudi debere ſolui de feudo, non
alia debita, ſubdens in verſ.in alijs, ibi &
nunquam feudum Domino aperiretur, quaſi
in oneribus feudi ſoluẽdis non ſit inconue-
11 niens impediri reuerſionem feudi, † quod
verò pro oneribus feudi non requiratur in
ſecundo decreto aſsenſus, non teneo, quia
contrarium dixit Iſern. loc.cit.ex diſpoſitio-
ne ipſius conſtitutionis, tamen ex prædictis
non dubitatur ineſse talia onera in ipſo feu-
do, vt hac ratione poſſit procedere cum iuris
fundamẽto diſpoſitio cap.alienationis actus.
12 Illud tamen non omittendum, quod pro
quantitate ipſius legitimæ ex ęquitatis ratio-
ne eſset aſserere in prædictis ad ſimilitudinẽ
legitimæ poſse dari actionem contra tertios
poſseſsores, quemadmodum pro prædicta
quantitate fuit ad eiuſdem ſimilitudinem de-
ciſum tranſmitti paragium per ſororem mor
tuam ante nubilem ætatem, de Franch. deciſ.
618.in fin.& hoc innuit Afflic.in præd. dec.
162.vbi in fi.nu.7. verſ.fuit igitur votatum,
tenet malè egiſse contra tertios poſseſso-
res mulierem illam pro paragio, ſed debebat
agere pro legitima innuens expreſsè paragiũ
pro quantitate legitimæ poſse peti contra
tertios poſseſsores, & faciunt ea, quæ ſupra
dixi, in expoſitione diffinitionis in verb. vice
ſucceſſionis, verſ. ego verò. An etiam detur
pro legitima actio contra tertium poſseſso-
rem: vltra prædicta videas Portium dec. 37.
nu 6.lib.2. pro affirmatiua Ceuall. de cõmu.
contr.commu.quæſt.692. Puteũ deciſ. 137,
Suarez in l.quoniam in prioribus, ampliat.
11.num.11.cum ſeq.Gratian. diſcept. foren.
cap.198.num.19.& 20. Et ex his ſit abſolutus
iſte ſeptimus articulus de actionibux, com-
petentibus pro paragio.

Repet.Par.2.§.8 de Parag.

1 *Collationis, quæ ratio fuit inducenda.*
2 *Collatio in ſolis deſcendentibus procedit, de iure tamen Longobardo, etiam in ſucceſſione fratris, nu.3.*
4 *Collatio inter ſorores, eaſdemq; filias ſeruatur, quando ſolæ ſine maſculis ſuperſunt parentibus, ſecus ſi agatur iuxta diſpoſitionem, & actum conſuet. ſi qua mulier inter vterinum, & vterinam, num. 5.*

6 *Col-*

6 *Collatio facto teſtamento datur,& quando.*

7 *Collatio quando datur facto teſtamento in ſucceſsione bonorum antiquorum, item in feudis ex pacto,vel hæreditariis.*

8 *Collatio procedit inter filias fœminas, itē inter vterinos,quādo mater cōſtat,quod voluerit ſeruare inter liberos æqualitatem, diſponendo,prout ius vult.*

9 *Collatio non procedit,quando filij ſuccedūt tanquam vocati à conſuet. vel a conſtit. & ex ſucceſſorio iure,non autem ex voluntate teſtatoris, & teſtator diſpoſuit de quibus potuit.*

10 *Collatio non arctat ſuccedentem titulo ſingulari.*

11 *Pretium feudi empti non venit in collationem,quando conſtat, quod pater voluerit inter liberis in vniuerſali ſucceſſione burgenſaticorum ſeruare æqualitatem.*

12 *Dos à filia accepta,quæ habet fratres cōſanguineos,licet æqualiter filia inſtituatur à patre non confertur,quia extranea facta eſt dotatione.*

13 *Collationi locū non eſſe in antiquorū ſucceſsione,etiam dato,quod teſtator voluerit inter liberos æqualitatem ſeruare, & quomodo bona antiqua in vita accepta conferenda ſint.*

14 *Collatio omnis ceſſat inſtituta filia dotata vniuerſaliter ſi frater tantum habuit à patre quantum ſufficit pro legitima, vel pro portione antiquorum.*

15 *Inofficioſæ donationes, vel diſpoſitiones pro rata legitimæ.vel bonorum ſubſidij reuocantur, non autem fit collationi locus etiam in bonis antiquis, quando in vita fiunt.*

16 *Collatio habet locum,etiam ſi inter filios inſtitutio inæqualis proceſsit, dummodo inæqualitas habeat quota hæreditaria proportionem.*

17 *Collatio non procedit in ſucceſsione fratris, & quomodo ſuccedat ſoror nupta iam in capillo, ad Afflict. in deciſ. 161. per deductionem paragij.*

18 *Collatio quomodo in ſucceſsione fratris tollatur, & notatur Molſeſius in 4.part. quæſt. 21. num.4.qui deciſ. Afflict. 161. refert ad fundandam collationem in ſucceſsione fratris.*

§.8. *De Collatione Dotis.*

OCtauus ſuccedit articulus diſcutiēdus de collatione dotis, in qua collatione, ſiue Ius ciuile, ſiue cōſtitutionis vt de ſucceſſionibus, (vel etiam Lōgobardorum ſpectemus ſecundùm Napoda.) vniformis ſemper diſpoſitio in hoc conſpicitur,vt,ſcilicet,inter filias, inſimul dotatas, vel non dotatas,quando fit caſus ſucceſſionis ab inteſtato,detur collatio ipſarum dotium:
1 conſtituta enim eſt ratio collationis ad hoc, vt inter ipſos ſucceſſores, quibus æqualis de iure ſucceſſio pollicita eſt, inuidia non oriatur,l.1.ff.de collat.bonor.l.cùm pater, §.dulciſſimis,de lega.ſecundo,& quia in omnibus, quæ ad ius ciuile ſpectant, facilis eſt reſolutio, quærentibus neque videar ciuilia tranſcribere non neceſſaria, illa omnia omittam, ad ius ciuile remittens me,illa tantùm attingens, quæ in hac materia circa conſuetudines aliquid noui habere videntur.

2 Illud enim certum eſt, quòd de iure ciuili non procedit collatio, niſi in ſolis aſcendentium ſucceſſionibus inter ipſos deſcendentes ſucceſſores,l.ſi emancipati. & ibi DD. C. de collation. Afflict.in deciſio.161. Bald. in præd.rubr.de collat.C.Craſſ.de ſucceſſ.ab inteſt.lib.2.art.collatio quæſt.4 reprobata opinione illorum,qui contra ſentiunt,dicentiū etiam in aſcendentibus habere locum collationem ibid.q.7. Inducta eſt enim,vt æqualitas inter liberos ſeruetur. l. fin. C. commun. vtriuſq.iudic.Vitalis Nemanſienſ.in tract.de collat.in 2.cap.de perſon. in princip. Dixit quoque Anto.de Alex.ad conſuet.ſi quis, vel ſi qua,ad §.quod autem,ſub num.303.in add. quæ incip.Sed quæro, an ſoror, & procedit in illa dote,quæ peruenit ex ſubſtantia illius, de cuius ſucceſſione agitur.l.vt liberis. C.de
3 collat.& dicit Anton. loc. cit. † Sed tamen de iure Longobardo aliter conſtitutum videtur,quia l.ſi pater filiam in Longobard. de ſucceſſ.& Carolus ibid. videntur admittere collationem,etiam in ſucceſſione fratris, ita in glo.in verb.in cònfuſum dicit Carolus ibi, *Nota filiam,& ſororem coniugatam mittere dotem in confuſum:* ſic etiam dicit tex. in d.l.ſi pater filiā, ibi, *aut frater ſororem:* quare ſi Napod.loquutus eſt ſimplicitar, non eſt loquutus,niſi per verbum filia, & ideo tā

Afflic.

Afflic.loc.cit.in præd.deciſ.161.quàm Anto. de Alex.illam ſic,& rectè intellexerūt, omittit enim verbum ſororis,& per verbum filiæ loquutus eſt Napod.

4 Et obſeruandum eſt,quod Napod.hic in glo.ipſi ſucceſſores,nu.31. poſuit collationē in caſu,quo non adſunt maſculi,prout poſuit caſum conſtit.vt de ſucceſſionib.in verſ. filiæ autem,quia,alias maſculis exiſtentibus,non poteſt dari caſus de conſuetudine, ac conſtitutione,quæ loquuutur de ſucceſſione filiorū vnius,& eiuſdem matrimonij: quo caſu procedit prærogatiua ſexus cum onere dotandi, vt poſſit eſſe collationi locus, quia tunc excluduntur penitus dotatæ ex ijs, quæ ſupra aliàs diximus, & in principio huius repetitionis.

5 Quando verò ageremus de ſucceſſione inter filios diuerſi matrimonij, tunc non erit incongruum quærere, an eo caſu, quando tractatur de ſucceſſione vigore conſuetud. ſi qua mulier,inter fratrem vterinum, & ſorores vterinas habere poſſit locum collatio ex eo,quia tunc militat ratio collationis inductiua,ex quo tractatur de ſeruanda æqualitate inter filios ſuccedentes matri, quam habere locum indubitanter teneo: nam, ſi ex præd.conſuet. ſi qua mulier oēs filiæ admittantur ad ſucceſſionē,etiā dotatæ,qn̄ non adſunt fratres cōſanguinei,qui ſint vtrinq; coniuncti: quo caſu non pōt tractari de excluſione fœminarum, quæ ſiue ſint dotatæ, ſiue nō ſint dotatæ,nunquam excluduntur, niſi adſit maſculus;qui de iure illas tenetur dotare,qui in hoc caſu non poteſt eſſe niſi vtrinque coniunctus,& vterinos illas non excludit, vt ſupra pluries diximus, & dicit hic Napodan. in d.glo.ipſi ſucceſſores: ſoror dotata per hoc cum fratre vterino concurrit ad ſucceſſionē matris,& ideo non erit deneganda collatio, & non procedit diſpoſitio tex. d. conſuet. ſi qua mulier,quia ea loquitur,vt dixi, exiſtente caſu, quo ſoror propter prærogatiuam maſculi poſſit excludi,non autem in vterino, vt eſt tex.in conſuet.ſed ſi morienti,ibi,quæ habeat fratres conſanguineos, & licet iſta ſoror haberet fratrem conſauguineum tantùm, non poteſt eſſe caſus excluſionis, quia oportet,vt poſſit ſuccedere matri,& vterque eiuſdem matris ſit filius, & inſuper cōſanguineus vt præferatur cuiuſmodi non poteſt eſſe,niſi vtrinque coniunctus, iſte igitur erit caſus collationis inter fratrem,& ſororem, ex quo datur etiam æqualis ſucceſſio ab inteſtato; probatur optimè de iure ciuili,quia ſi hoc caſu nihil eſt immutatum, remanet diſpoſitio iuris antiqui,l.præcipimus. C. de appellatio. Quod vero ita ſit de iure ciuili eſſet ſuperfluum fundare, ſundat tamen Ioan. Seporta in tract.de collatio.n.104.& Vitalis Nemauſiens.in præd.tract.de collat. q. 2. quibus in locis non dubitatur dotem, a matre profectam, dum de materna agitur ſucceſſione ad ſeruandam æqualitatem inter filios eſſe conferendam.

6 Sed prædicta ab inteſtato procedunt,eaq; non multum difficultatis habere videntur, ex quo in omnibus a iure ciuili propoſitiones deſumi poſſunt ad caſus,de conſuetudine occurrentes decidendos, vel etiam de iure conſtitutionis, quòad ſucceſſionem feudorum; Et in ipſorum terminorum applicatione illa ſolùm ratio ſemper erit ſpectanda, quę ipſam collationem induxit, vt ſemper, ſcilicet, inter liberos æqualitas ſucceſſionis conſtituatur.

Ex teſtamento verò per Auth.ex teſtamento.C.de collation.& ex §.illud, in Authen.de triēt.& ſemiſſ.fuit admiſſa de iure ciuili collatio dummodo non probetur contraria voluntas defuncti teſtatoris contra collationē, & ſic quaſi ex præſumpta voluntate teſtatoris videtur inducta,dixit Vitalis in prædicto tract.in princ.num.14.verſ.ſeptimum ius.

7 Hinc ad materiam conſuetudinis occurrit quæſtio decidenda,an,ſcilicet,quando tractatur de medietate bonorum antiquorum,item quando agitur de ſucceſſione feudorum, & pater,vel alius aſcendens,vel mater in nouem partibus antiquorum facit ſuum hæredem ex teſtamento inter ipſos liberos, qui vocantur ad ſucceſsionem illarum partium,vel ipſorum feudorum:tam hæreditariorum,quam ex pacto,& prouidentia poſſit,vel debeat dari collatio,ex dictis in præd. Authen. cùm ab inteſtato non ſit dubitandum, vt diximus, & dicit tex.conſtit.vt de ſucceſsionibus.§. filiæ autem. Et dubium facit pro collatione,quia ſucceſsio,facto teſtamento, debet regulari, ac ſi eſſet ſucceſsio ab inteſtato in medietate, vel alijs partibus, quæ à diſpoſitione teſtatoris ſubtrahuntur per conſuetudinem,vt expreſsè dicit tex.in conſuet.& ſi teſtator, & ibid. dicetur.

8 Sed diſtinguendi ſunt caſus;& primus eſt, quando non datur caſus excluſionis fœminarum dotatarum, vt quia non adſit maſculus conſanguineus, qui eas teneretur dotare, & poſsit excludere,& tunc ſi mater ita diſponat inter filios vocatos æqualiter cum filiabus,vt quia eſſet caſus,in quo vterini ſolùm adeſſent,iuxta tex.in conſuet. ſi qua mulier, vt ſupra dixi,quæ procedit,etiam facto teſtamento,vt optimè dicit de Franch. deciſ.639. nu.19.

nu.19.vſq; ad fin.vel pater inter filias fœminas ita diſponat,vt oſtendat ſe voluiſſe inter filios in vniuerſa ſucceſsione bonorum exiſtentium in diſpoſitione ipſius teſtatoris æqualitatem ſeruari, & habebit locum collatio dotis,niſi in contrarium appareat de voluntate diſponentis parentis, iuxta prædict. Autben. ex quo ſemper inſtituendo filios eo modo, quo vocarentur ab inteſtato, præſumitur, quòd teſtator voluerit iddem, quod ius vult,vt diximus ſupra in ſimili de paragio, debito facto teſtamento ſupra art. 3. in fin.verſ.reliquum eſt,& dicit Iſern,in doctrina infra citanda,in fin.§. præterea Ducatus, in vltima addit.de prohib.feud.alien.per Federic.

9 Aut verò teſtator vſus eſt arbitrio ſibi à iure,& conſuetudine conceſſo,ſcilicet,diſponendo de decima ipſa fœmina in antiquis: item maſculus de medietate antiquorum, ac de alijs, abſtracta legitima, faciendo ſibi hæredem ex teſtamento illum,qui non vocatur, vel vnum ex filijs in ijs meliorando. vel de Burgenſaticis, (omittendo diſpoſitionem feudorum,in quibus viuitur iure Longobardo,& ſuccederent omnes fœminæ maſculis non exiſtentibus ad ſimilitudinem burgenſaticorum,vt dictat conſtitutio vt de ſucceſſionibus) & boc caſu,ex quo iſti, qui ſuccedunt,ſuccedunt in feudo iure ſucceſſorio feudali,& ex iure proprio, non ex intentione teſtatoris, vt in feudis dicit glo.in conſtitu. præd.vt de ſucceſsionibus,in verb.ex vtroque parente, & Iſern.loco cit. Et in medietatibus, & alijs portionibus ſuccedunt agnati, & filij, ex beneficio conſuetudinis, etiam iure proptio,& non ex voluntate teſtatoris, ceſſat ratio collationis introductæ ex tacita voluntate, ac præſumpta ipſius teſtatoris, quia hic ceſſat voluntas teſtatoris, nec poteſt expreſsè teſtaior diſponere: ergo nec tacita erit volũtas attendẽda, tex.eſt in l. Lucius. §. pen.ff.ad municipal. l.ſi fortè. ff. de caſtrenſ. pecul.l. 2. C. ſolut. matrim. & Iſern. loc. cit.
10 † & alia ratione,quia ſuccedens titulo ſingulari,non tenetur conferre tex. & ibi glo. &
11 DD.in l.patre.C.de collation. † Et prædicta omnia fundanrur ex doctrina Iſern.in cõſtit.Imperialem. §.præterea Ducatus, in 2. addit.de prohib.feud. aliena.per Federic.vbi tractat quæſtionem,an pretium feudi empti ſit per primogenitũ conferendũ ad beneficiũ aliorum filiorũ: nam, licet eam quæſtionem incipiat,allegando prædictam authen. ex teſtamento,C.de collat.quaſi videatur tractare quæſtionem illam facto teſtameuto ex iuribus,quæ allegat: non per hoc intelligas eſſe locum præd.quæſtioni,& collationi, quando inter filios pater de burgenſaticis non ita æqualiter diſpoſuit, vt veriſimiliter poſsit iudicari,& piæſumi, quod voluntas patris fuerit velle inter filios æqualitatem ſeruari, vt not.Iſern.in præd.addit.ibi, *Item lex,& conſuetudo dans feudum præcipuum non negat alios filios tantundem debere habere de bonis patris,vt non ſit inter fratres inuidia.C.de bon.quæ liber. cùm oportet,* vt in finalibus verbis iterum replicat ibidem Iſern.& in princ.dum dicit;*cùm pater non dixerit,non debere conferri:* Si igitur ex voluntate patris conſtat de inæqualitate. ſcilicet,alio hærede inſtituto in burgenſaticis,& filijs ſecundogenitis legitima relicta in ipſis burgenſaticis,non poterit dari caſus ipſius collationis, ex quo iſti non vocantur ad omnia bona ex intentione teſtatoris, quia tunc ipſi admittuntur,quando ſunt vocati ex intentione teſtatoris, ad alia bona:& vniuerſaliter,& tunc illud pretium venit, vti contentum in hæreditate burgenſatica, in quo filij non vocantur,aliàs ſi vocarentur, eſſet locus,vt diximus,collationi,ex quo tex.in d. §.illud, tũc procedit, quando teſtator voluit inter liberos æqualitatem ſeruari in omnibus bonis. Ita optimè colligitur ex dictis per Camerar.in præd.cap.Imperialem, fol.104.lit.Q.& probat tex.in l.illud. C. cõmun.vtriuſq.iud.& glo.in Authen, ſed quãuis,in verb.diminuere.C.de rei vxor. act. vbi inſtitutis cum filia extraneis tollitur collatio,vt dicit glo.& Dub.poſt eam in l.patre. C.de collat.vbi quando non ſuccedunt omnes vniuerſaliter,non datur collatio; quia nemo confett, niſi ſuccedat in vniuerſum ius.

12 Quando verò datur caſus excluſionis ipſarum fœminarum, vt quia exiſtente maſculo conſanguineo, qui babet ius dotandi, & excludendi ipſam fœminam,reperitur inſuper ipſa dotata a patre,tunc,licet à patre inſtituatur in teſtamento vti maſculus (dico in patre: nam in matre nõ poteſt in nouem partibus cum maſculis inſtitui, vt latè diximus in §.10.nu.33.) & tũc ex quo eſt inſtituta filia,non vti filia,ſed vti extranea, vt dicit Anton.de Alex.in addit.quæ incip. bic loquitur de patre,ſub nu.30 t.ad cõſuet. ſi quis, vel ſi qua,& latè diximus in præd.quæſt.de maſculiat.non erit locus collationi, quia inter filios, & extraneum non datur collatio dotis, nam filia non ſuccedit iure filij, & quòd in extraneo,& filijs ceſſet collatio.l.fin. C.commu.vtriuſq.iudic.Angel.in l.illam, in fin.C.de collation.& melius Alex.poſt Paul.

&

& Salyc.in l.ſi emãcipati.C. de collatio. & ꝙ
filia,quæ excluſa eſt per ſtatutum , ſi inſtitui-
tur , inſtituatur vti extranea,& nõ vti filia,
probat Craſſ.in tract.de ſucceſſ. ab inteſt.lib.
2.art.collatio q.6.nu.3. & dicit Vitalis Ne-
mauſienſ.in præd.tract.q.25. & glo.in præd.
l.patre.C.de collat.

13 Sed non erit omittendum dubitari poſſe,
quod ſi intentio patris fuit in bonis antiquis
æqualitatẽ inter filios ſeruari,quia illos ſim-
pliciter vocauit ad omnium antiquorũ ſuc-
ceſſionem,vt in eo patrimonio,quando repe-
riretur aliqua ex filiabus a matre ,vel patre,
vt diximus, in vita dotis cauſa habuiſſe de
bonis prædictis antiquis aliquid , quòd tunc
teneatur conferre cum aliis filijs dotem ac-
ceptam eo modo,quo ſupra diximus, ex quo
poteſt aſſignari ratio diſpoſitionis tex.prædi-
ctæ Authen. & pręſumitur , quòd ex mortis
occaſione teſtator fuerit oblitus de collatio-
ne ordinanda,ad hoc, vt inter filios æquali-
tas ſeruetur. Sed aduertendum melius eſt,
quòd quando aliquis ex filijs in vita , & per
viam contractus habuit aliquid ex bonis an-
tiquis ſine fraude, ita vt ſecundùm conſue-
tudinem potuerit pater diſponere, dum po-
ſtea per patrem de omni ipſius hæreditate
inter filios ita diſponitur,vt collationi locus
eſſe poſſit tam ab inteſtato,quàm ex teſtamen
to,vt infra dicetur : procedet collatio , quæ
fiet in hęreditate vniuerſali,ac libera, tanquã
ſi nõ eſſent illa bona, de quorũ collatione agi-
tur antiqua,ſed nouiter quæſita : quià in alia
medietate non poteſt teſtator in vltimis vali-
dè diſponere , & tollitur ei penitus poteſtas.
Succedetur ergo ab inteſtato in portionibus:
& dicat quicquid velit teſtator in vltima vo-
luntate;in cęteris,quando erit locus collatio-
ni accepta in vita conferentur,alias non: &
ſic in iſtis acceptis fiet collatio in patrimoniũ
liberum , non autem conſuetudinis ſucceſsio
ab inteſtato in aliquo tolletur , vel turbabi-
tur,ac ſi nulla collatio eſſet facienda . Ceſſan-
te autem ratione collationis , & æqualitatis
prædictæ præſumptæ per teſtatorem , ceſſat
14 collatio, † & facit ad hoc,quia quando filius
habet ex re certa , vel aliter ex patris volun-
tate tantum,quantum ſufficit pro legitima,
quæ ei de iure neceſſariò debetur,tunc filia,
vniuerſaliter inſtituta , non tenetur illi dotẽ
conferre,ita Salyc.in l.emancipatus . num.2.
C.de collat.tantum habere intelligas, quantũ
habuiſſet, etiam ſi illa dos non fuiſſet ſorori
data,Bal.in d.Authen.ex teſtamento,& dicta
Baldi declarat Vitalis loc. cit. q. 13. Si ergo
cęteri fratres habent tantum de bonis anti-
quis , quanta eſſet eorum legitima in con-
tractibus inter viuos , & conſuetudinaria
medietas in actibus vltimæ voluntatis ,
quantum habere debuiſſent, ſi illa dos non
eſſet data , vel aliud , tunc ceſſabit colla-
tio: Vnde,ſi a patre ſunt profecta bona, no-
uiter quęſita, vel per dotem , vel aliùd in
aliquem ex filijs,vel inter viuos antiqua non
in fraudem , ex quo ad medietatẽm anti-
quorum, quę remanent tempore mortis ,
medietas remanet integra penes ipſos filios
ex computata portione , & legitima , filiæ
debita in ea medietate , tunc non erit colla-
tioni locus .

15 Si verò quòad legitimam computandam
in nouiter quęſitis , vel in antiquis, in vita
diſpoſitis , quæ etiam in patrimonio libero
computantur.in legitima , quę de iure com-
muni debetur,cum Inter viuos nõ ſit aliquod
per conſuetudinem immutatum , ſi igitur in
aliqua certa re,vel aliter alij non habent tan-
tum quantum aſcendit legitima , vel bonorũ
ſubſidium debitum in prædictis bonis,& alij
in vita habuiſſent alia bona antiqua , vel in
vltima voluntate bona nouiter quæſita ad
ſupplendam legitimam potius ex regulis de
inoſſiciofis dotibus,vel donationibus , quàm
ex regulis collationis procedendum eſſe cen-
ſerem ; vnde ſi reperiatur filia , vel ſoror do-
tata,& vltra paragium tantum filia habuerit,
vt re,data in dotem, computata nõ appareat
remanſiſſe filio,& fratri tantum , quantum
ſuppleat legitima,reuocatur dotatio pro con
currenti quantitate legitimæ.l.ſi totas.ff.de
inoffic.donation. Quod autem in bonis anti-
quis,qoando pater diſponit non in fraudem
debeat,prout in omnibus alijs ſeruari titulus
de inoffic.dot.& donat. ac ſi illa eſsent in pa-
trimonio libero , facit concluſio , quæ hoc
optimè probat,poſita per Peregrin. de fidei-
commiſ.art.36.nu.8. contra Bertazol. conſi.
7. col. pen.& fin. vbi legitima debet detrahi
de illis bonis , in quibus eſt factum fideicom-
miſſum,vt liceat de illis grauato diſponere,
& ſi non diſponat , ſuccedant aliqui ſpecia-
liter vocati : nam cùm diſponit teſtator , res
illa purificata conditione , efficitur de patri-
monio diſponentis : ſic in caſu noſtro , licèt
in vita poſsit teſtator liberè, & in vltimis nõ
poſſit,in vita tamen tenebitur ad legitimam
in illis bonis ipſius filijs .

16 Sed & ſi inter filios inæqualiter de quotis
tamen hęreditatis fuerit diſpoſitum ex inten
tione teſtatoris, non puto à ratione prædictę
Authen. aberrare, ſi iuxta partium diſtribu-
tionem collationi quoque locum darem:con-
ſtat enim ex intentione teſtatoris inter filios,
g. licèt in partibus diuerſis vniuerſaliter inſti-

tutis

tatis præter expreſſam voluntatem teſtatoris in cæteris æqualitatem ſeruandam, vt ſi de vniuerſa hæreditate quartam vni, medietatem alteri, & huiuſmodi teſtator reliquerit. Sic in oĩbus sẽper teſtatoris voluntas ſit ſeruanda, quando expreſsè noluit collationem prohibere, d. Authen. ex teſtamento, & d. §. illud, & per DD. in l. quoties. C. de hæred. inſtit. Semper enim, dum æqualitas inducitur, datur collatio: quando verò collatio inæqualitatem induceret, eadem ratione ceſſabit, vt dixit tex. in l. fin. C. commun. vtriuſq. iud. per quem omnia prædicta probantur, & faciunt ea, quæ infra dicemus in ſeq. art. de imputatione rerum acceptarum per vltimam voluntatem, & poſt omnia ſcripta reperi Gomez. in l. 29. nu. 5. Thauri. omnino videndum, nam omnia, quæ ſupra diximus, optimè, & ſummo ingenio comprobat, ſed prædicta crederem vera, quando ille, qui habuit maiorem partem in inſtitutione deberet bona accepta conferre, non autem ille qui minorem; nã tũc credendum eſt, quod propter hoc talem teſtator ſeruauerit inæqualitatem.

17 Et licet ex prædictis non ſit collationi locus, niſi quando agitur de ſucceſſione deſcendentium, quia inæqualitas inter eos de iure reprobatur, tamen aliqñ non deeſt poſſibilis modus æqualitatis inducẽdæ inter tranſuerſales, moritur enim frater, relictis duabus ſororibus altera nupta, altera in capillo. Quærit Affl. quid ſit agendum inter illas, & quia, vt dixi, inter tranſuerſales non eſt collationi locus, inquit Affl. dec. 161. ſororẽ in capillo habere prius in bonis defuncti fratris vnũ paragium, & deducto paragio ambas ſuccedere æqualibus partibus; quia illud paragium dicit eſſe, ſicut æs alienum per conſt. in aliquibus, quam deciſionem nimis inuolutè, & obſcurè refert Affl. & melius eandem refert Ant. de Alex. in addit. ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verſ. quod autẽ, in addit. quæ incip. Sed quæro, an ſoror, ſub nu. 302. vbi dicit fuiſſe iudicatum, quòd filia ante omnia detrahit, quod ſibi ex hac conſuetudine debet frater ex bonis paternis, tanquam æs alienum, conficiendo inuentarium, & ſic habebit tantundem, ſicut filia nupta; reliqua verò diuiduntur inter eas: Si verò non faceret inuentarium, ex quo actiones confunderẽtur, non poſſet prædictam actionem exercere. Item facto inuentario, non poterit habere, niſi tantundem pro paragio, reſpectu bonorum relictorũ a patre, non autem computando bona fratris, cùm in fratris bonis proprijs nõ detur paragium: & dum Affl. dixit in bonis defuncti fratris, intelligas ad fratrẽ à patre peruẽtis, prout Ant. de Alex. dixit in bonis patris, differt à collatione hic modus, quia nõ reducitur ad æqualitatem hæreditas fratris, ſed patris, & illud paragiũ tollitur, ac ſi eſſet quodlibet aliud æs alienũ à fratris hæreditate, tex. eſt quaſi in terminis in l. fi. de collat. dot. iſta enim non ſuccedit patri, ſed fratri, ideo creditrix eſt ipſius fratris, ex quo patris dotem non habuit.

18 Et prædicta practicari poſſunt nedum in fratris hæreditate, ſed in hæreditate cuiuſcũque, qui à patre hęres relictus eſſet, relicto filiæ paragio, ſi deinde cũ ſorore nupta ſuccedatur, vt dixi, ex quo nulla eſt ratio, niſi meri, æris alieni perſecutio, ex quibus patet malè in materia collationis inductã eſſe præd. Affl. deciſionẽ a Reu. P. Molfeſ. in 4 p. q. 21. nu. 4. ſuorũ Cõmentar. iunctis ijs, quæ. n. 5. dicir eſſe in ſucceſſione fratris locum collationi, & dum inducit Lucã in l. fi. in verſ. promiſſorũ C. quan. & quib. 4. par, ad cõcluſionem illam, qua dicit ſorori competere paragiũ in bonis fratris: hoc nũquã cogitauit Lucas, dicit tñ, ꝙ debet eſſe dotata de bonis fratris, vt à fratris ſucceſſione repellatur, de qua re latiſſimè diximus ſupra in præludijs in diſcurſu cõſtit. vt de ſucceſſionib. aduerſus Federicum Viuald. & ibi latè dictum eſt, & de hoc Octauo articulo ſatis ſit.

Repet.Par.2.§.9.de Parag.

1 *Imputatio, qua ratione reperta per ius ciuile, & in quibus bonis procedat in legitima, & nu. 20.*

2 *Dos, vel donatio propter nuptias imputatur indifferenter in legitimam, & quare, & nu. 13.*

3 *Imputatio, & collatio quomodo à ſimili procedant, & quomodo differant, & quomodo ab imputatione ad collationem poſſit argui, & non è contra. nu. 4.*

5 *Collatio quare facilius admittitur per iura quam imputatio, & de ratione vtriuſque, ſcilicet imputationis, & collationis.*

6 *Imputantur ſine dubio ea, quæ veniunt per vltimam voluntatem item inter viuos, quando donans voluit imputari.*

7 *Paragium an debeat ſoror habere titulo dotis, an verò ſufficiat illud habere abſq; titulo dotis, ad gloſ. Napod. hic a num. 61. vſque ad nu. 66.*

8 *Paragium in bonis paternis à fratre acceptum excludit ſororem à ſucceſſione fratris, quod ex intentione Napod. colligitur.*

9 *Paragium ſolutum dicitur quando ſit ſolutio in cauſam paragij,licet non fiat dotis nomine, & hoc nõ habere dubitationẽ.*

10 *Capitulum emergentium quomodo ad quæſtionem adductum non bene faciat,& de ipſius ratione, & nu. 17.*

11 *Imputari quando debeat in legitimam, quantitas depoſita per patrem abſq; expreſſione,ſeu nomine legitimæ.*

12 *Navodanus nu.64.difficultatur in eius dictis dum arguit à collatioe uad imputationem,ac in eo,quod de ſimplici donatione imputanda dicit,& nu 16.*

14 *Donatio ſimplex à patre facta, quando ab initio valuit,non imputatur in legitimã, niſi expreſſerit pater imputandam, vel quantitas correſpondeat quantitati legitimæ,nu. .*

18 *Capitulum emergentium non procedit in dotatione facta per patrem,ſed per fratrem,& in hoc notatur Napod.loc.cit.*

19 *L.quod autem in ſtipulatione.ff.de iur. dotium,declaratur.*

20 *Filia excluſa per ſtatutum non comprehenditur in ratione imputationis per legem in legitima reperta.*

21 *Dotatio facta per filiũ viuente patre, vel matre nõ excludit ſororem à ſucceſſione.*

22 *Dotatio facta à patre non excludit filiam à maternis, licet filia ſe dixerit dotatam de vtriuſque,quando pro maternis quoq; non erat dotatio ſufficiens.*

23 *Dos data à patre filiæ an imputetur nepti ex ea in legitimam in bonis aui, & qualiter iſta quæſtio practicabilis ſit de conſuetudine Neapolitana.*

24 *Dos data ab Auo filiæ an imputanda nepti ex ea in paragium,latè diſcutitur.*

§.9. *De Satisfactioue,& prius de ea,quæ venit per viam imputationis.*

Reſtat Nonus, & vltimus articulus pro complemẽto huius tractatus, diſcutiendus ſcilicet, de ſatisfactione ipſius paragij: omnia enim, quæ hucuſque dicta ſunt, dicta ſunt ad finem deueniẽdi ad hoc,de quo modò quærimus: ſolutione enim eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.inſtit.quib.mod.toll.oblig.in prin. Ad cuius ſatiſfactionem, quia triplici via poteſt deueniri in triplex caput ipſum diſtinguemus. Primum eſt de imputatione; nam ante omnia videbimus,quando petẽs paragium excludatur per viam imputationis,vt imputando res à teſtatore,vel defuncto acceptas,à quo paragium poteſt prætendere, vel melius a cuius bonis poteſt paragium prætendere,ac ſimul de collatione,ac compentatione agemus,quę affinia remedia ſunt ipſius imputationis. Secundũ, quando aliqua eſt imputatio,quæ non totaliter ſuppleat paragij quantitatẽ,an & quando ſupplementum peti poſſit. Tertium,omnibus prædictis ceſſantibus,quomodo deueniatur ad veram paragij ſolutionem.

Et priuſquam deueniamus ad ea, quæ tangunt diſpoſitionẽ conſuetudinis,prænoſcenda ſunt nonnulla breuiter de iure ciuili pro ijs quæ infra dicenda ſunt.

1 Imputatio igitur de iure communi reperta fuit,ex quo cùm filius deberet accipere de parentis ſubſtantia legitimam portionem, ac de iure Digeſtorum,& Cod. ſufficiebat patri illam filio cõcedere quocunq; relicto titulo. l.Papinianus.§.ſed ſi mortis.ff.de inoff. teſta. l.omni modo.C.eod.tit.& ius Authẽ. in §. 1. de trient.& ſemiſſ. inde ſuccedebat, vt filius imputaret in ſuam legitimam omne id, quod à defuncti parentis ſubſtantia in ipſius poſſe aderat,vt infra dicetur: an verò prædicta iura ſunt correcta per Auth.nouiſſima. ibi, dicunt Doctores. An autem vera, vel non, ſit prædicta opinio,alias memini me dixiſſe. Videas tamen apud Coraſ in repet.l.filium,quẽ habentem in tract.de leg.nu.82.Sufficiat nobis dicere,filios inſtitutos imputare in legitimam omnia ea,quæ de iure Codicis faciebãt legitimã, quę ſunt omnia,quæ ex teſtamento patris capiebat filius.d.l.omni modo.& l.ſcimus in prin.C de inoff.teſt.l.etiã.§.ſi debita. l.ſi libertus.§.libertus.ff.de bon.libert. Deuenitur tamen ad prædictã imputationẽ: quando ſupponitur validitas teſtamenti,quod erit ſi filius etiam in re certa eſt inſtitutus,& non præteritus,per glo.in l.3.§ ſed vtrum. ff. de minor.& omnium opinione firmat Craſ.lib. recept.ſenten.§.legitima.q.20.nu.1.& q.42. nu.2. Quęcunq; enim ex defuncti patrimonio capiuntur ex vltima voluntate, imputantur vt ibi.Econuerſo omnia, quę ex diſpoſitione inter viuos capiuntur, regulariter non imputantur,ita Craſſ.d.§.legitima.q.23.Coral.in d.l.filium,quem habentem,de legit.nu. 105.in 3.regul.cum ſeq. ex quibus limitationes colligi poſſunt, quas non proſequor ne videar ciuilia tranſcribere non neceſſaria.

2 Dos autem,& dotatio propter nuptias imputatur in legitimam,etiam ſi pater expreſsè eidem integrã legitimã reliquerit,qñ eſt inſtitutus extraneus hæres.d.§.legitimã.q.24. nu. 5.per tot.Craſſ. Videtur enim dos data propter neceſſitatem,quam habet pater, quæ eſt

ex

ex obligatione naturali, & ciuili neceſſitate,
non autē ex mera liberalitate, ideo inquit
Craſſ.ibi videtur cōpēſare Coraſ, d.l. filius in
c.de legitima.nu.129.verſ.quem etiā, & facit
ad præd. Affl.dec. 138. & de hoc dicetur in-
fra, dum de imputatione legatorum agemus.
3 Vltimò erit præmittendum, an, ſcilicet,
valeat argumētū a collatione ad imputatio-
nem, quod non modicū iuuat ad explicatio-
nem huius materiæ pro ijs, quę de cōſuetudi-
ne ĩ dicēda sūt, & gl.in l.illud.C. de collatio.
regulā ponit affirmatiuā contrariā.ſ.ab impu
tatione ad collationē, ea, videlicet, conferri
debere, quæ imputantur in legitimā: ex diſpo
ſitione inter viuos: quā regulā expreſſis ver-
bi ponit tex.in d.l.illud. Et ꝙ illa lex nō lo-
quatur. niſi de donatis inter viuos, patet, tum
quia ſupponit æqualitatē inter collationē, &
imputationē, & certum eſt collationē non
procedere in relictis in vltima volūtate: ergo
perneceſſe eſt intelligendus tex. loqui de ijs,
de quibus collatio fieri pōt.arg. l.qui teſtamē
to, in prin.ff. de teſta. Itē qa loquitur de ſuc-
ceſſione ab inteſtato, in qua ſucceſſione, vt plu
4 rimū relicta non præſupponuntur, † & quod
procedat argumentū ab imputatione ad col-
lationem, & non econtra Ann.cōſ.26.nu.11.

Econuerſo non procedere argumentū à
collatione ad imputationē, dixit iddem tex.
in d.l.illud, & ex eo colligunt vniuerſi DD.
poſt glo. vt per Craſſ.in pręd.tract.lib. 2. de
collat.q 8. vbi de vtraq; regula, & argumen-
to loquitur, & ſic nō oīa, quæ cōferuntur im-
putantur in legitimam, ſed tantum illa, quæ
imputari per leges expreſſum reperitur. d.l.
illud, & prædictas duas regulas non habere
difficultatem, inquit, ex pręd.l.illud, de Pont.
conſ.122.nu.6.vol.2.
5 Vnde rationem quærnnt DD. quare faci-
lius cōcedatur per iura collatio, quam impu-
tatio de his, quæ inter viuos acquiruntur, &
Craſſ.in d.lib.2.de collat.q.8.inquit, hoc ideo
eſſe, quia legitima eſt odioſa, cū per ipsā filius
ab vniuerſa excludatur hęreditate, & tu ad-
das, & per imputationem deuenitur ad inæ-
qualitatē eam, quæ poſſibilis eſt inter filios,
& extraneos hæredes, hoc eſt ad legitimā, per
collationē verò deuenitur ad ęqualitatē ſuc-
ceſſionis conſtituendam inter ipſos filios, &
aperitur via ad ſucceſſionē: itē collatio ori-
tur ex præſumpta voluntate teſtatoris, qui iā
declarauit in cæteris æqualitatē ab inteſtato
moriēdo, vel aqualiter diſponēdo; imputatio
vero fit ex iuris neceſſitate, nō attēta teſtato-
ris vulūtate: aperitur.n.via ad ſucceſſionē p
collationē, vt per Craſſ.loc.cit. & per imputa
tionē tollitur ſucceſſio: ideo nō mirū, ſi cum
ſtrictioribus regulis ſit imputatio, & largio-
ribus collatio ſtabilita, valeat affirmatiuè ar-
gumentū, ꝙ ea, quæ imputātur ex ijs, quæ in-
ter viuos acquiruntur. a maiori ad minus de-
beant cōferri, non è cōtra: imputatio.n.ori-
tur ex quo illa quæ imputantur, ſunt verè de
ſubſtantia defuncti: per legē dēclaratā: colla-
tio autem fit ex voluntste præſumpta, vt dixi
ipſius moriētis: ſi ergo imputatio regularetur
ex collatione, ſolutio legitimæ regularetur ex
volūtate teſtatoris, qui cùm habeat animum
excludēdi filiū, reduceret rem ipſius legitimę,
& quantitatē ad puros athomos: qnia igitur
legitima deducitur ex iuris diſpoſitione, be-
nè ex iutis pùra diſpoſitione erit imputatio
facienda, collatio venit ex diſpoſitione præ-
sūpta teſtatòris, & in dubio ſit, qñ inter filios
ad ęqualitatē peruenit, & è cōtra negatur, qñ
deueniretur ad inæqualitatē, Craſſ.d. q. 8. in
prin. l.illud quæ eſt finalis, C.cōm.vtriuſ.iud.
6 † Et p̄dicta de voluntate patris, & teſtatoris
intelligas, qñ agimus de donatione inter vi-
uos valida, & alijs diſpoſitionib. inter viuos:
ſi verò ageremus de actu in vltima volūtate,
vel de donatione iualida, q̄ hēt vim relicti, &
morte cōfirmatur, quo caſu vti relictū impu-
tatur, vel in actu donationis inter viuos eſ-
ſet expreſsè voluntas, quod velit imputari,
tunc benè erit ſeruanda voluntas. l.ſi qñ §. &
generaliter. C.de inoff.teſt. ita Craſſ. in d.§. le-
gitima.q.23.nu.3, & 11. cū præcedentib. qui
teſtatur de communi ex Rip.in l.in quartam
nu.142. cū ſeq. & tunc non tam imputatio,
quàm potius ſolutio facta intelligitur in illā
cauſam, qñ in actu donationis dicitur. quod in
legitimā imputetur. l.ſi nou mortis cauſa. ff.
de inoff.teſt. cum concor.

Quibus breuiter de iure cōi præmiſsis, vi-
deamus, an regulæ imputationis p̄dictæ poſ-
ſint aliquo modo in parsgio aptari, ac in pra-
xim deduci: & ſciendū eſt dupliciter de impū
tatione diſceptari pro eo, quod ad cōſuetudi-
nē ſpectat. Altero modo de imputatione eo-
rum, quæ dotis nomine, & ţit, dotis data sūt
in paragiū. Altero, de his, quæ data ſunt alio
titulo, quàm dotis nomine. Ad quorū expli-
cationē deueniā facilius, ſi gloſam Napod. in
hac conſuet. ſi moriatur explicabo. à nu. 61
7 vſq; ad n.66. in gl. paragium. † Quęrit.n. Na-
pod. *ad hoc, vt mulier excludatur a ſucceſ-
ſione patris, vel fratris, an ſufficiat habere
paragium abſq; tit. dotis, puta pro ſubſten-
tatione, ſeu pro iocalibus, vt moris eſt, an
requiratur titulus dotis, hoc eſt, vt habeat
in dotē, & nomine dotis, ita quod requiran-
tur tria ad paragium, ſcilicet, paritas per-
ſonarum, paritas diuitiarum, & titulus do-*

tis, vt in conſtit. Regn. vt de ſucceſsionib.
8 *§. coniugata autem, & dotata,* † proponit
Napod. quæſtionē in ſolutione paragij, quod
debetur a fratre ſorori in bonis paternis: &
ſupponit vnum, de quo diſputauimus ſupra
in diſcurſu conſtitut. vt de ſucceſſionibus, in
quæſt. fin. quod, ſcilicet, dotata de paragio
in bonis paternis per fratrem, excludatur
à ſucceſſione fratris, quando præceſſit titu-
lus dotis, cùm dubitet in caſu, quo titulus
dotis non præceſſit: quo caſu arguit Napo-
dan. ex conſtitutionis verbis: ſi enim requi-
ritur, quòd ſit dotata, ergo requiritur titulus
dotis, & omnia, quæ ſequuntur vſq; ad verſ.
è contra tendunt ad fundandam opinionem
illam, quòd, ſcilicet, titulus dotis requiratur.
9 † Proponit Napod. è contra argumenta, per
quæ videtur velle concludere, nō eſſe neceſ-
ſarium titulum dotis: nã, inquit ipſe, ſi conſti-
tutio non obligat ad aliud, niſi ad ſolutionem
paragij, & ad maritandum ſorores, vel ami-
tas ſecundùm paragiũ, ſufficit, ꝙ paragiũ ſol-
uatur abſq; titulo dotis: hoc argumẽtũ benè
concludit, quando ſolutio fit in cauſam para-
gij, & non credo, ꝙ in hoc caſu ſit aliqua diſ-
ficultas, vt etiam ſi non conſtituatur verus ti-
tulus dotis, dummodo ſolutio fiat in cauſam
paragij, ꝙ iſta ſolutio excludat filiam, & ſo-
rorem: nam, licèt nō præcedat titulus dotis,
non poteſt negari, quòd paragium etiam ſit
ſpecialis titulus, & ſic dummodò in cauſã pa-
ragij fiat ſolutio, etiã ſi non fiat in dotis titu-
lum, benè fateor oriri ſororis excluſionẽ, cũ
nomen paragij ſit elegans nomen, continens
ſub ſe totam ipſius eſſentiam, vt diximus in
princ. & hanc opinionem tenuit primò Iſer.
in conſt. in aliquibus, in ver. quintumdecimũ
col. 8. verſ. qudi ſi frater vult dare dotes de pa
ragio, vbi cũ plur. ſeqq, cõcludit, non eſſe ne-
ceſſarium verum, & proprium titulũ dotis, ad
hoc, vt ſoror habeat paragiũ, ſed conſtitutio-
nem attendiſſe, & proſpexiſſe frequentiã; quia
frequenter mulieres deſiderant viros: Et li-
cet ſine matrimonio non ſit dos, dotis nomen
fuiſſe appoſitum, vti conſequutiuum matri-
monij; quia, licèt ſine matrimonio nō ſit dos,
præſumitur tamen quis vxorem non ducere
ſine dote, ita formaliter dicit Iſer. loc. cit. verſ.
duo ergo iubet in præd. conſtit. in aliquibus,
ex verbis enim Iſer. ibi, licet excludatur a pa-
ragio, ſubſtantia ipſius dotis. ſ. matrimonium,
vt non neceſſarium, ſed impulſiuum, non
tamẽ dubitatur ibi ſolutionem fieri ex cauſa,
& nomine dotis, vel paragij: dũ dicit in verſ.
& cùm dos datur. ſeu relinquitur. ibi. *& ſic
frater tenetur dare paragium ſorori pro
dotibus, & maritagio, hoc non eſt finale, ſed
impulſiuum, illud habet, etiam ſi non ma-
ritetur, &c.* & hoc eſt argumentum, quod ad
viuum refert Napod. noſter nu. 63. pro cõtra-
ria parte ibi. quid. n ſi non vult maritari, ſed
caſtè viuere. & ſic dixit Iſer. loc. cit. verſ. ſi. n.
10 habere debeat paragiũ pro dotib. † Hucuſq;
Napod. Iſerniæ propoſuit argumenta pro,
& contra diſpoſitionẽ iam factã in cap. emer-
gentiũ, vbi mos ille tollitur, vt. ſ, licèt non ſe-
quatur titulus expreſſus dotis, q̃n enim ſeque
batur tertiaria. & matrimoniũ, & omnia, quę
dotẽ poterant conſtituere, & amplius daban
tur quãtitates pro honorabili vita ducẽda, ꝙ
iſta ſoror intelligeretur dotata, ad hoc, vt ex-
cluderetur à ſucceſſione fratris, & fiſcus poſ-
ſet admitti, de quo latius diximus in diſcurſu
conſtit. vt de ſucceſſionib. Ex hac diſpoſitio-
ne non poteſt colligi quæſtio noſtra, de qua
dubitatur, an, ſi per patrem fiat donatio filiæ,
debeat illã imputare in paragium: *ibi*. n. iam
frater eſt debitor paragij, in bonis paternis,
maritat, & dat quantitatẽ, hoc eſt, p̄ręſumptũ
paragium: ergo ſi frater non maritaret, & fa-
ceret ſorori donationem inter viuos, quod
debeat haberi ſoror pro dotata, nō dicit illud
11 capitulum; † imò ſimpliciter ſi deponeretur
pecunia abſq; alio titulo expreſſe donationis,
in ipſo patre eſt receptũ deberi imputari in
legitimã. Coraſ. in d. l. filius, nu. 108. verſ. ſed
nec illud, qui refert DD. in l. ſi ff, de pecul. le-
gat. Quę opinio limitatur sm̃ aliquorum opi-
nionem, & intelligitur, q̃n ſimpliciter tradita
abſq; titulo ſupplerent legitimã; ſecus ſi ma-
iora, vel minora eſſent, quia tunc præſumerẽ-
tur donata. Craſſ. in lib. ſenten. d. §. legitima.
q. 23. n. 13 Si ergo ſimpliciter tradita, q̃n cõ-
currit inæqualis quantitas, non facit imputa-
tionẽ in legitima, quare in paragio illã debe-
mus admittere: durat igitur difficultas, q̃n
pater non eſt adhuc debitor paragij, vt dice-
mus, & dat pecuniam ex cauſa donationis fi-
liæ inter viuos, & ſic procedit opinio Piſa-
nelli poſita in apoſt. hic imarginali, ſub n 61.
quæ incip. an ad excludendum, vbi concludit
ſufficere fratri depoſitare dotem, ad finem, vt
ſoror excludatur, vt diximus in §. 10. de ma-
ſculiatione, nu 67. Verè tamen frater depoſi-
tat pecuniam pro paragio, & dote, & ſic ex-
cludit ſororem.
12 Vltimum argumentum, in quo ipſius opi-
nionẽ videtur fundare, ꝓponit Napod. n 64.
in verſ. prærerea. Quo loci inquit, *nõne ſi ad-
mitteretur ad ſuccedendum deberet cõferre
paragiũ, cùm ſiue donatio ſit ob cauſã dotis,
vel donationis propter nuptias, vel ob cau-
ſã militiæ, ſiue ſit donatio ſimplex, cõferrẽ
debet, niſi ſimplex donatio fiat emancipato,*

vt

vt not.C.de collat.Auth. ex teſtamento, & quod ibi notatur.

In quo argumento Napod. arguit à colla-
tione ad imputationem: quod argumentum
ex ijs,quæ diximus, expreſsè a iure improba-
tum eſt. l. illud. C.de collat. cum plura con-
ferantur, quæ imputentur, & non omnia,
quæ conferuntur,imputari debeant,vt etiam
ex omnium Doctorum ſententia fundat de
Pont. conſ. 122. num. 6. volum. 2. Et qua-
liter ſit in paragio practicanda collatio, &
imputatio,dicemus infra. Et pōderando exē-
13 pla ipſius Napodan.in imputatione. † Nec
ſubſiſtere videntur: nam, licèt data ob cau-
ſam dotis,vel donationis propter nuptias,vel
ex cauſa militiæ, imputentur, prout ex com-
muni ſcribentiū calculo,Craſſ.in §. legitima.
q.24. & doctrina in Auth. nouiſſima, & Au-
14 then.ex teſtamento: † tamen in ſimplici do-
natione difficultas eſt: quando enim donatio
valuit a principio, nec indiget morte ad con-
ualidationem,non imputatur in legitima,
niſi à patre in actu donationis dictum ſit. Pi-
cus in l.in quartam,num.187. verſ.ſeptima
concluſio eſt, Rip.in d. l. in quartam, num.
143.cum ſeq.& num.160.& ſeq. Ruin.num.
18.& nu.23.& teſtatur de communi Coraſ.
in d.l.filium,quem habentem,num.106. cum
ſeq.Couarr. in cap. Raynaldus. §. 2.num.6.
Vaſq.in §.30.uum. 253. de ſucceſſ. creat. &
dicit Craſſ.d.quæſt.23.nu.4. Et quando non
valuit, & defenditur in vim relicti, imputa-
tur in legitimam;communem dicit Alex. in
l.illam.C.de collat.Ruin.in l.in quartam,nu.
45.& magis communem, & veriorem dicit
Craſſ.loc.cit.nu.6.

Et in ſpecie, quòd valeat donatio ſimplex
inter patrem, & filium cum iuramento, &
per hoc non ſit imputanda in legitimam, cō-
munem eſſe Doctorum ſententiam dicit Pic.
in d.l.in quartam num.188. & ibi magis cō-
munem dicit Socin.iun.num.128.& alij plu-
15 res,relati per Craſſ.loc.cit.num.11.† Quan-
do verò ſimplex donatio eſſet tantæ quanti-
tatis, quæ aſcenderet ad legitimæ ſummam,
tunc ex intentione dantis, videretur in cau-
ſam legitimæ facta donatio. Bart. in l. 1. ſi pa-
rēs.ff.ſi a parent. quis fuer.manu.& ibi dicit
eſſe communem Rip. in l. in quartam.num.
146.Vaſq.d.§.20.num.254. & communem
omnium eſſe ſententiam poſtremo teſtatur
de Pont.præd.conſ.122.nu 6. vol.2.

16 Ex his igitur patet, non benè per Napod.
concludi ſimplicem donationem eſſe impu-
tandam in paragium, ſed imò contrariam
ſententiam eſſe veriorem, & magis commu-
nem à legitima ad paragium arguendo.

17 Nec obſtat, quòd in marito dicit Napod.
nu.65.ibi,quocunque enim titulo: quia in
hac ratione fundatum fuit præd. capitulum
emergentium,ex quo,ſcilicet,quando in ma-
trimonio dantur bona,vel pecuniæ viro, &
non dicit ex cauſa dotis recepiſſe, ſed quia
non fuiſſet ducturus vxorem ſine dote, vide-
tur re vera ex cauſa dotis recepiſſe.l.fi.§.1.ff.
quæ in fraud. cred. Andr. in præd. conſt.in
aliquibus. col. 11. linea 34.& ibi addita.

18 Sed vlterius conſiderando diſpoſitionem
præd.cap.emergentium,declarantis ſororem
haberi pro dotata in præiudicium fiſci, rectè
poterit in contrariū argui,quòd in præiudi-
cium ipſius patris,dantis dotem, item ſuorū
hæredum,& ſucceſſorum non habeatur pro
dotata,vt optimè deducit Anna in conſ.8.pō-
derando verba Iſerniæ in final.verb.tit. de
nat.ſucceſſ.feud.ac per D. de Pont. conſ. 10.
nu.33.vbi propterea dicit,dict.cap.in patre
non eſſe intelligēdum; Quare dum ex diſpo-
ſitione contentorum in præd,cap.arguit Na
pod.in patre non rectè arguit, imò, attentis
prædictis,quando pater, qui poteſt ſoluendo
in cauſam paragij, ſe liberare, ac ipſius hære-
dem,contentatur ſoluere liberam pecuniam,
faciendo filiæ donationem, nec exprimendo
in cauſam paragij, non video quare debeat
imputatio fieri: quando enim ſoluit para-
gium, recognoſcit iuris neceſſitatem,quando
vult expreſsè donationem facere, declarat ſe
nullo iure cogente velle rem illam ad filiam
deuenire ex nomine ipſo donationis. l. 1. ff.
donat.& ad prædicta, optimè hoc dicit in
ſimili Barboſ.qui alios allegat in l.ſi cûm do-
tem.§.ſi pater,num. 8. verſ. & implicat con-
tradictionem.ff.ſol.matrim.Fabian. in Auth.
præterea.nu.65.C.vnd.vir,& vxor, glo. iun-
cto tex.in l.Titia §.qui in vita,in verb. veri-
ſimile,& ibi per Imol,ff.de lcg.2. Quod verò
quando libera voluntas elicitur, non debeat
admitti imputatio,colligitur ex Craſ.& alijs
ſupra relatis in donatione ſimplici.q.23.in
§.legitima,facit l.1.C,de ſolut.l.donari.ff. de
regul.iur. Et licet pater de iure communi te-
neatur ad dandam dotem filiæ, non tenetur
ad paragium, nec ei legitimam debet, vt aliàs
diximus,ideo ſi in legitima eſſet facilis impu-
tatio admittenda: illa datio licet volun-
taria ex diſpoſitione iuris, coacta datio, &
non voluntaria interpretatur. l. qui liberos.
ff.dc rit.nupt.l.fin. C. de dot.promiſſ. quia
in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. l. rem
legatam. ff. de adim.legat.prout optimè di-
cit Coraſ.d.l.filios.nu.107.& prædictis locis
Craſſ.q.24.nu:1.& ſic quando pater neceſſi-
tatem noluit cognoſcere,ceſſant omnia præ-

dicta,tanto fortius in paragio, in quo pater nec eſt, nec futurus eſt, debitor, ſed ipſius ſucceſſores.

19 Nec obſtat tex.in l.quod autem in ſtipulatione,& per illum tex.Bald.ff,de iur.dot.qui videtur probare,quòd ſtipulatio facta à patre ſubintelligitur dotis nomine, quia ibi contrariũ probatur,ibi enim dicitur ex præcedentibus legibus inetie conditionem nuptiarum in promiſſione,dotis nomine, facta a ſocero,genero,vel ſponſo. Subdit deinde hanc declarationem non eſſe neceſſariam, quia in donatione, quæ fieret genero nomine filiæ, ſimiliter prædicta conditio ſubintelligeretur,& hoc dicunt illa verba tantundem, & ſic ſupponit reſpectu filiæ eſſe donationem ex cauſa nuptiarum, & non intelligi pro dote,niſi fuerit dictum.

20 Præterea comprobantur prædicta; nam imputatio fuit inducta aduerſus illos,qui querelam inofficioſi teſtamenti intentabant,vt l. illud in princ. C.de collat. l. quoniam nouella.l.omni modo cum omnib.ſeqq.C.de inoffic.teſtam.& dicemus infra, dum de imputatione relictorum agemus iſta, cui paragium competit, non habet querelam, vt diximus ſuper glo.in verb.ſuccedunt. nu. 84. Nec requiritur, quòd aliquid ei relinquatur, & ſi nihil ei relinquitur, ſeruatur diſpoſitio conſuetudinis: quare nullo modo perſuadere mihi poſſum in paragium aliud, quam ipſam dotem,vel nomine paragij conceſſum, eſſe imputandum,cùm in legitima,vt dixi,datum ob neceſſitatem imputetur in debito neceſſario: at in paragio, quando ex cauſa paragij non datur,ſi daretur imputatio, veniret imputanda data voluntaria in eo, quod ex neceſsitate non debetur,cùm & ſi filia poſſit patrem cogere,quando eſt ætatis nubilis ad ipſam dotandam, non poteſt ipſum cogere ad paragium, & cum in illam cauſam non dat, non poteſt intelligi voluiſſe ſoluere debitum proprium,cùm non teneatur donare,ſed dotare: & ſi ex quantitatis ſumma concurrẽte, cùm legitima arguunt DD.imputationem in donatione ſimplici,non video quare nõ debemus eam negare, quñ non ſoluit pater in cauſam dotis,vel paragij. Faciunt dicta per Iſer. in conſt.præd.in aliquibus, in verb. quintũdecimum.col.10.verſ.quid ſi frater,patre viuo,& col.13.verſ.poſſet tamẽ ſaluari, in fin.

21 † Vbi quñ filius ſoluit,viuente patre, vel matre,intelligitur donare,quñ dotat ſororẽ, niſi expreſsè nomine patris,qui habet neceſſitatẽ tunc temporis dotãdi,vel vt de bonis matris, vel ipſis ratum habentibus, dotauerit, ita vt, ẽt mortuo patre,vel matre,teneatur dare paragiũ,& ſic dos ſoluta ab eadẽ perſona in tẽpore,quo nondũ tenetur, licet nomine dotis non imputatur in paragiũ, quanto magis nõ debet imputari,quñ nõ nomine dotis,& ſic titulo neceſſitatis pater dotat,ſed titulo liberalitatis,& ad prædicta faciunt dicta per Vrſil. dec,178.n. 14. Et vltimò facit argumentũ d. l.illud.§.1.verſ.ea.n.tñmodo.C.de collat.vbi ea tñ imputantur ex his, quæ conferuntur, quæ per iura ſpecialiter,vt hoc fieret,expreſſum eſt.Ergo ſi expreſſio legis requiritur in legitima ad arguendum de datione ad imputationem, quantò magis in paragio, de quo nulla lex eſt loquuta,& in quo ceſſant omnes rationes,ex quibus imputatio eſt introducta.

22 Sed dum ſupra diximus abſolutè,quòd,quñ præceſſit dotatio,facta a patre, debeat imputari in paragio: contra prædicta facit deciſ. Afflict.178.nu.3,vbi fuit deciſum, quòd filia dotata a patre de bonis paternis, & maternis poſſit petere legitimam in bonis maternis,& ſic negat imputationem fieri: ſed ſi benè aduertitur ibi Affl.nu.12.verſ.nonũ dubium,tenuit ex diſpoſitione l.fi.C.de dot.promiſſ.nõ eſſe dotatam ibi ipſam filiam de bonis maternis,& ſic notandum, ꝙ imputatio debet fieri in paragio,ſpectante in bonis paternis,non autem maternis, vt tenet Napod. ibi allegatus in conſuet.fin.nu.132.de iur.quart. nam ibi ſupponit Napoda. dotes non fuiſse ſufficientes ad paragium paternorum, & maternorum, & proinde dari ſupplementum, vt infra dicetur, dum de ſupplemento agemus: imò ex Napod. clariſſimè colligitur imputatio,poſtquam deuenit ad ſupplementum: ex quo præſupponit dotem fuiſse minorem paragio, & melius in conſtit.vt de ſucceſſionibus,in verb.filiæ autem, ibi, Nam dos profectitia,de bonis patris exiſtens, excludit à ſucceſſione: duo ergo requirit, quòd ſit profectitia,& in cauſam dotis ſit profecta.

23 Magna eſt difficultas inter Doctores de iure cõmuni,an dos,data à patre filiæ,quãdo ipſa filia præmoritur patri,imputetur in legitimã ipſi nepti ex prædicta filia,& aduertendũ in hac quæſt.licet inter Bar.& Bal.ſit maxima cõtrouerſia in l.in quartam. Nã opinio Bar.fuit affirmatiua,quam DD. communiter ſequi dixit Picus ibi nu.382.& veriorẽ,& receptiorẽ dicit Fernandez ibi art.3.nu.101.& alij latiſſimè relati per Craſs.in d.tract. q.24. nu.6.& negatiuam tenuit Bal.in l. illam. nu. 7.C.de collatio.licèt diſtinctionis fœdere cõcordentur ſecundùm Ripã in d.l.in quartam nu.198.in cuius difficultatis ſolutione latius diſtinguit Craſ.d.§.legitima.q.24.n.7.cũ ſeq. In Ciuitate noſtra oẽs prædictæ difficultates

ceſsant

ceſſant: nam aut agimus de imputanda iſta dote in legitimam iſtius neptis, quando non exiſtente aliquo maſculo, qui potuerit ipſius matrem excludere, vel ipſam, ipſa ſola reperiatur, quòd debeat ſuccedere, ita vt ei debeatur vera legitima, ac de iure communi ſit res decidenda, & tunc non ſumus in prędictis difficultatibus, ex quo non poteſt dari caſus, quòd filia, quæ dotatur, & nuptui traditur, remaneat in poteſtate, cum ſtatim per nuptias efficiatur ſui iuris, non obſtante quòd emancipata non fuerit, vt in conſuetud. ſed et mulier, de qua latè per D. de Franch. deciſ. 546. num. 12. & ſeq. vbi habetur pro emancipata, quòd verò quando dos datur filiæ emancipatæ, quòd tunc penitus non debeat per neptem imputari, Bart. & omnes, vt ait Picus in d.l. in quartam, num. 226. in 9. quæſt. Bart. & num. 234. & refert, & ſequitur Craſſ. loc. cit. num. 7. Hæc ſunt conſideranda in pluribus in materia collationis, vel imputationis, vt in tot. tit. ff. & C. de collat. bon. & de collat. dot. Et hanc conſiderationem in indiuiduo poſt hæc ſcripta reperi Minadoum facientem in repetit. conſtitut. in aliquibus in 4. notab. num. 6. circa fin. ibi, præterea dum pater dotat filiam, vbi, ſtante prædicta emancipatione, tenet, quòd pater videatur donare ipſi filiæ dotem, §. accedit, C. de rei vxor. act. nec reddere, niſi ex pacto, vt in auth. ſed quãuis, C. de rei vxor. act. Et facit id, quod dicit
24 Capyc. deciſ. 176. num. 4. † Aut agimus, ſi debeat iſti nepti imputari in paragium, & caſu, quo eſſet locus excluſioni, quia propter maſculum eſſet ipſius mater excluſa, & nec iſto caſu poterit tractari de imputatione, cùm ipſa neptis non ſit ipſa creditrix nec legitimę, nec veri paragij, quia, vti fœmina, fuit excluſa ipſius mater, & per conſequens ipſa, etiam vti ex radice infecta, ita Napodan. in conſuet, ſed ſi morienti, num. 302. & ſeq. & ibid. apoſt. quæ incip. circa iſtam gloſam, & diximus ſupra, vt expreſsè dicit Hern. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, col. 13. in quæſt. de patruo ibi, vnde ſecus in filia ſororis dotatæ, ibi tunc obſtaret eis id, quod obſtaret illis ex quarum perſona volunt admitti: & amplius conſidero, quòd de conſuetudine iſta neptis, quando frater extitit ipſius matris, vel ipſius filij, ac deſcendentes præexiſtunt tempore mortis aui, non conſideratur à conſuetudine neptis ex filia per ſe, ſed poterit conſiderari vti hęres, vel ſucceditrix ipſius matris, vt ſi eius matri debebatur paragium, vel ſupplementum ipſa illud iddem in ſpecie poſſit prętendere, cum per ſe nunquam conſideretur, vt dixi, ſiue ſit filia filiæ dotatæ, ſiue non dotatæ, dummodo non fuerit maſculiata eius mater, quia tunc, vti filię maſculiatæ admitteretur, vt dicit ibi Napod. in præd. gloſ. parentum in conſuetud. ſed ſi morienti, num. 302. & ibi additio præd. quæ incip. Circa iſtam gloſam. Quòd vero neptis filia ex ſe non conſideretur, patet ex tex. huius conſuet. ſi moriatur, vbi diſpoſita ſucceſſione deſcendentium in infinitum in ſtirpes, & per ſubingreſſionem in princ. cum prælatione maſculini ſexus, cum onere dotationis, & pœna maſculiationis, vt in §. eas autem cum præcedentibus. Subdit conſuetudo iddem eſſe iuris in nepotibus, & alijs, nõ extãtibus parẽtibus eorũ, in §. iddẽ iuris, cui ſtatim ſubſequitur §. *Et omnia, quae dicta ſũt de nepotibus, pronepotibuſque, intelligantur de deſcendentibus ex maſculis:* ergo filia quando relinquit aliam filiam, vel filios, ſiue maſculum, ſiue fœminam relinquat, ſiue vnum, ſiue plures, ſemper erit ipſius deſcendens, vti ex fęmina incognitus à conſuetudine, ſi eſt incognitus nec paragium per ſe competere ei, nec legitimam patet, cùm ab ea eius mater quoque fuiſſet excluſa, certum, & indubitatum erit: vnde non poteſt cadere quæſtio de imputatione, nec in legitima, nec in paragio, cùm ex prædictis imputatio fiat cum illis, qui vel legitimæ, vel paragij ſunt creditores, & iſta dixi potius pro cognitione terminorũ, quàm vt ea neceſſaria putarem.

Repetit. par. ij. §. 10. de Parag.

1 *Dos data ab auo nepti, ex filio an in putanda in paragio debito ipſi nepti per filiũ in ipſius filij ſucceſſione, quãdo poſt mortem aui pater moriatur ipſius neptis, & an etiam conferenda in caſu ſucceſſionis tractatur, nu. 10. & 11. quid de iure conſtit. & conſuetudinis, & num. 13. & 14. per totum.*

2 *Dos data ab auo nepti, ex filio quando filius eſt pauper cenſetur data filij contẽplatione, & quod filio diuite exiſtente ſimiliter preſumatur filij contemplatione, num. 3.*

4 *Dos data à matre, vel auia materna cenſetur filiæ contemplatione, & venit in collationem.*

5 *L. dedit dotem, ff. de collat. intellectus dati per Menoch. conſ. 183. num. 25. reprobantur, & alius intellectus tollitur, nu. 6. & 7. datur alius intellectus.*

7 *Contemplatio qualiter accipienda in d. l. dedit dotem, et quomodo à DD. ſentiatur.*

9 *Contemplationem non oriri ex diuitijs, vel paupertate filij in prædicta l. dedit dotem, ſed ex alijs concernentibus aui uoluntatem quando auus non tenetur dotare neptem aduerſus Cephal. conſ. 105.*

12 *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus quomodo admictat dotium collationem.*

13 *Dos data ab extraneo non importatur, quia videtur donata qualiter intelligenda ratio ab Iſern. data in conſt. in aliquibus in verb. quintumdecimũ uer. quid ſi frater, et an dos, quæ non donatur debeat imputari.*

14 *Subuentionem habere auum quando dotat neptem ſicut quando pater filiam.*

15 *Paragium liquidandum in uirilem eſſe iuxta regulas uirilis ſucceſſionis liquidandum prævia collatione, ac legetimã in eo contentam iuxta regulas legitimæ eiuſque imputationem, & quomodo praxis iſtius liquidationis tractanda declaratur.*

16 *Dos data ab auo nepti quatenus in legitima debita filio patris ipſius neptis debeat imputari auctoris declaratio, & quando imputanda ex opinione Baldi num. 17.*

§. 10. *In quo agitur ad intellectum l. dedit dotem ff. de collat. bonor. an, & quando dos, data ab auo nepti, ſit in ſucceſſione filij conferenda, vel in legitima nepti debita, imputanda.*

1 QVero etiam an dos, data ab auo nepti ex filio ſit imputanda in paragio, debito ipſi nepti in ſucceſſione ipſius filij; quando, præmortuo auo, & facto caſu ſucceſſionis in perſona filij, ac patris iſtius neptis, moritur pater, relictis maſculis, & fœminis, & inter cœteras iſta filia, & nepte, iam ab auo dotata, an etiam debeat habere paragium pro quantitate legitimæ in bonis ipſius patris, vel debeat computare dotem ab auo acceptam, quaſi illam à parte receperit per tex. in l. dedit dotem, ff. de collat. bon. & quia concluſio de iure communi maximam habet in ſe difficultatem, ponam ipſam concluſiuo modo in materia collationis, ſcilicet, an debeat conferri in ſucceſſione patris. Secundò in imputatione, vt ad noſtram materiam applicari deinde poſſiit.

2 Principalis concluſio eſt, quòd, exiſtente filio paupere, auus dotem det filij contemplatione, d. l. dedit dotem: quippe officium aui circa neptem ex officio patris, erga filium dependet, & quia pater filiæ, ideò auus propter filium nepti dotem dare debet. Salycet. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Bald. in authen. res, quæ, C. commun. de leg. Roman. in l. 1. ff. ſol. matr. Soccin. ſen. conſ. 33. vol. 3. num. 16. qui de communi teſtatur, Brutius conſil. 56. Rip. l. 1. ſolut. matrim. num. 74. Socin. iun. in d. l. 1. ff. ſol. matrim. num. 192. qui etiam de communi teſtatur: obligatur enim pro filio pater, & ſic vti fideiſſor, & filius vti principalis; qui, quando eſſet ſoluendo, fideiuſſor non teneretur, vt dixit Rip. loc. cit. concludit Cœphal. conſ. 105. num. 59. Aut ergo non tenetur auus dotare, aut tenetur propter filium Cæphal. d. conſil. 105. num. 37. & ſic intelligitur d. l. dotem dedit, filio inope exiſtente.

Et licèt nonnulli teneant d. l. dedit dotem, procedere indiſtinctè ſiue diuite, ſiue paupere filio exiſtente, prout ex Bart. Socin. in l. 1. ſol. matr. num. 49. poſt Bald. conſ. 223. 3. vol. & Barthol. de Capua in quadam apoſt. in d. l. dotem dedit, prout refert Socin. Iun. d. l. 1. num. 192. in fin. non tamen in ipſorum ratione negant, auum propter filium teneri, itaut ipſe filius dare videatur, itaque aliter intelligi non poteſt quocunque modo intelligatur d. l. dedit dotem, cum ſemper dos intelligetur à filio profecta:

Et in ſpecie, quòd dotet auus filij contemplatione, quando filius eſt pauper ſecundùm veriorem ſententiam, arguendo ex d. l. dotem dedit Cæphal. d. conſ. num. 37. & Alex. in l. in quartam, ff. de leg. falcid. in l. qui aliena, §. interdum, num. 4. ff. de acquir. hæred. idem conſil. 138. lib. 5. conſ. 31. lib. 4. & conſil. 89. num. 6. eod. lib. ſequitur Menoch. lib. 3. præſumpt. 17. num. 3. Rip. in d. l. in quartam, num. 204. Crauett. conſil. 219. num. 8. Qui de communi teſtatur Cucchus tract. de leg. pag. 52. nu. 36. Coraſ. in l. frater à fratre in 1. par. num. 68.

Nec obſtat ratio contrariorum, dicëtium, auum teneri filio, inope exiſtente, & propterea dotationem eſſe factam ad ſe liberandum ab ea obligatione dotandi non filij obligatione, vt dicit Menoch. conſil. 183. num. 14. quia ſemper verum eſt, auum, vti fideiuſſorem, & acceſſuriè teneri, & propterea num-

quam

quam potuit dici, quòd non tenetur filius, idemque pater iſtius neptis, & ſemper auus dicetur ſoluere ex filij obligatione, vt dicit Cæphal.d.conſ.105.num.59. per d.l.dotem dedit. Et ſic præſumetur dos ab auo ad filiũ, & breui manu a filio ad neptem perueniſſe ſecundùm rationem Cyn. in l. ſcimus, C.de inoffic. teſtam in 5.quæſt. Alciat. præſumpt. 117.reg.1.& Cæphal.d.conſ.num.22. & Menoch.d.conſ.183.nu 4.

3 Quòd verò etiam filio diuite exiſtente, verior ſit opinio, quod, ſi auus dotem det, in dubio cenſeatur filij contemplatione dotare: & per hoc procedant omnia prędicta dicunt omnes DD.ſupra relati, Cęphal.d.conſ.n.30. & Barthol. de Capua, & Socin. ſupra relati hoc maximo, & indubitato fundamento,

4 †nam mater, & auia materna non tenentur dotare filiam, vel neptem, l.neque mater, C. de iur.dot.& tamen ſi auia dotat neptem, cenſetur dotaſſe cõtemplatione filiæ, & ſi neptis velit ſuccedere matri, debet illam conferre, ita eſt text. in l.an liberis, C. de collat. & ibi notat Riccard.Malumbr.Mart.Syll.Alberi. de Roſat.prout dixit Alciat.d.præſumpt. 17. reg. 1. ſequitur Cęphal. d.conſ. num.31. qui num.38 Hoc confirmat argum.tex.in l.profectitia in princ. ff.de iur. dot. vbi dos profecta ab auo pręſumitur profectitia, & talem fuiſſe ſenſum Alex. in d. l. in quartam, num. 27. prope fin. in dict. l. qui in aliena, §. interdum, num.4. verſ.ſed reſponde, & ibi laſ. prope fin. & eſſe de mente Ripæ in l.1.num. 74.ſolut. matr. ſiue ſimpliciter dotatio præceſſit, ſiue filij nomine, ſemper filij contemplatione præſumetur dotatio, vt per Cęphal. loc.cit.num.40.& 41. autoritate Bart.in d.l. dedit dotem, & d.conſ.131. & aliorum ibi relatorum, & in collatione Menoch. d. conſil. 183. num. 26. admittit omnia prædicta per tex.in d.l. vt liberis, licèt contrarium teneat in imputatione, vt decebimus. Vnde indubitanter concludendum collationi eſſe locum etiã dato filio diuite tempore ipſius dotationis, & ſic in vtroque caſu defendit, ſequendo Cęphal.Barboſ.in l.1.par.4.num.118. cum præcedentibus præcipuè nu.113. in princ. verſ. neque enim primò obſtaret, vbi ex legis poteſtate fieri hanc tranſlationem obligationis dixit. Nec obſtant fundamenta cõtrariorum, dum dicunt data ab auo præſumi in dubio neptis contemplatione, & dicit Menoch.d. conſil. num.15. & num.32. nam intelligitur in illis, in quibus neque pater, neque auus per patrem tenebatur ex d.l.dotem dedit, ſic eam generaliter intelligendo, vt dicit Cęphal. d. conſ.num.41.verſ.non obſtant contraria, &

Alex.conſ.138.vol.5.n.1.& 3.

5 Nec minus obſtat intellectus datus per Menoch.ad d.l.dotem dedit, d.conſ.183. nu.25. autoritate Ruini d. l. in quartam, num.59.in fin. qui dicunt collationi locum eſſe, quando dos eſt reuerſa ad patrem, quaſi à contrario non reuerſa, non ſit conferenda, vel loqui, ad hoc vt poſcit pater exigere dotem. Nam per primum intellectum potius confirmatur prædicta noſtra opinio, quia cùm ibi tractetur de collatione facienda per patrem, dum ſuccedit auo, dotis ipſius filiæ relictæ, dicit illam dotem non eſſe conferendam per patrem, niſi reuerſam ad eum: ergo quando tractatur de conferenda dote ab ipſa nepte, & pęnes eam reperitur, eadem ratione debet conferri, & per ſecundum intellectum confirmatur noſtra opinio; nam ſi ibi conceditur actio patri ad dotem petendam: ergo ſi ad ipſum reuertitur, profectitia eſt, ſ.dos a patre, & ideo conferenda.

6 Nec obſtant ſolutiones Doctorum, qui dicunt dictam l. dedit dotem loqui in caſu claro, quando, ſcilicet, iam conſtabat filij cõtemplatione fuiſſe dotem relictam per illa verba (per me filiæ) nam, ſi non eſſent alia verba benè poſſet talis intellectus ſubſtineri; ſunt tamen alia verba ſequentia (dare debet) ita vt non per voluntatis actum, vt illi dicebant, prout eſſet, ſi expreſsè voluiſſet filium contemplari, ſed per ſolam neceſſitatem dandi dotem concludit lex, pręſumi filij ratione, dotem eſſe datam.

7 Hinc fit ſi rectè, vt dixi, conſideratur ratio d. l. dotem dedit, & Doctorum, qui dixerunt, quòd in caſu, quo pater tenetur, ſiue ſemper teneatur, vt Socin. & cęteri dixerunt, ſiue filio inope, vt cęteri, & communis, dotem eſſe filij contemplatione datam, non eſſe intelligendam contemplatione liberam, prout leg. fin. C. de vſufruct. de qua ſi auus non teneretur, loquerentur: ſed de contemplatione iuris: lex enim intelligit talem dotationem eſſe ab auo factam, filij ratione, non ob amorem erga filiam, non ob liberam voluntatem ipſius aui, ſed ob ſolam neceſſitatem, in aui perſona repoſitam dotandi neptem dependentem a neceſſitate patris dotandi filiam, aliud non conſiderando, quod optimè Barbo.dixit legis poteſtate fieri hanc trãſlationem obligationis.

8 Vnde in prima contemplatione, in aui voluntate repoſita, poſſunt intelligi omnia argumenta concludentia teſtatoris voluntatem contemplandam, & conſiderandam, an.ſ.voluerit, vel non, talem contemplari, & ſic de ea voluntate dubia diſputare: quando enim eſt

eſt coacta, non eſt voluntas, l.non dicitur, ff. de regul.iur.& propterea contemplatio perſonæ filij non eſt in patris uoluntate, quando dotat ex neceſſitate, quia filius tenetur, cùm lex indifferenter intelligit, filij ratione datam, quia officium aui circa neptem dependet ab officio patris circa filiam, & quia pater filiæ ideo auus nepri dotem dare debet, excluſa penitus omnis voluntatis conſideratione, vt dixi.

Quam rationem, & verba dictæ legis non ponderantes DD. prædicti dicebant, quòd, quando auus ipſe tenetur, debet præſumi velle id, quod ipſe debet, & ad quod tenetur non filij, ſed ipſiuſmet debitoris contemplatione: nam, licèt non contempletur filius ab auo, quia attendit ſe liberare ab obligatione, qua à iure aſtrictus eſt: tamen ius hanc dotationē conſiderat, tanquam à neceſſitate filij dependētem, vt per hoc filius dare cēſeatur, & hęc diſtinctio omnium DD. opiniones cōcordat: nec enim alia fuit ratio illorum, qui in filio paupere contemplationem in ipſius perſona poſuerunt, niſi quia tunc propter filium auus tenebatur, vt ex Menoch.d.conſ.n.14.

9 Remanet, vt dixi per prędicta, volūtas aui conſideranda in ijs tantùm caſibus, in quibus non tenetur, in quibus erit per indicia procedendum ipſius voluntatis: vnde patet malè ſenſiſſe Cęphal.d.conſ.nu.28.qui tenuit prædictā diſtinctionem de diuite, & paupere eſſe neceſſariam ad affectionem ipſius aui, & volūtatem noſcendam, cùm per illam qualitatem non inferatur ad affectionem ipſius aui, ſed ſolùm ad neceſſitatem dotandi, vt dixi: quid.n. commune habet affectio in neptem cum diuitijs, vel paupertate filij?

Patet igitur ex prædictis (licèt cum difficultate) primæ quæſt. concluſio. ſ. quod in caſu, quo eſſet locus ſucceſſioni ab inteſtato, moriēte filio, debeat collatio fieri ipſarum dotium datarum ab auo nepti ex filio, quaſi profectitię ſint ab ipſo filio.

10 Secunda eſt tractanda quæſtio, an ſcilicet, debeat imputari in legitima, debita nepti in bonis patris: & in hac re licèt in collatione difficultatem habuerit Meno. in præd.conſ. 183.vt prædiximus, nō tñ in imputatione dubitauit cōtrariam aſſerere ſententiā, vt dicit Menoch.d.cōſ.n.26 illa ratione, quia nō valet argumentum a collatione ad imputationē ex opinione Ruini in l.in quartam, nu.56. Itē alia ratione ex eodem Ruino ibid. n.57. quia diuerſa eſt ratio inducēs collationē, à ratione inducente imputationem, nam quoad collationē debent conferri, non ſolùm quæ capiūtur per cauſā immediatā, ſed ēt per cauſam remotā, & mediatā, ac dicūtur profectitia, q̄a eſt fauorabilis collatio, vt ſupra diximus, quoad imputationē in legitimā; ſecus eſt in imputatione, quia tūc ea tātū imputantur, & dicūtur ꝓfectitia; q̄ immediatè ſolū ex patris pſona capiūtur, ſm Bar.in l.cū oportet, C.de bon.quæ libe.ſed cōtrariā opinionē.ſ.quòd in legitimā debitā ipſi nepti in bonis patris debeat ſimiliter imputari tenuit Alex.conſ.31. vol.4. qui loquitur in ſpecie in filia, quę debet habere talē legitimā ex forma iuris, vel ſtatutorū: quādo ſumus in dubio, an præceſſerit dotatio cōtēplatione ipſius nepotis, & præſumi filij cōtēplatione, omnes DD. tenere dicit additio authoris reprobi, ibi lit.A. & magis cōmunē eſſe dixit Craſſ. in d § legitima, q.25. ſed ibi loquitur de imputanda ipſi patri in legitima, in bonis ſui debita: de quo infra dicetur, tenet tñ cōmunē in eo, quod dicit eſſe in dubio

11 datā filij contēplatione. † Sed mihi non placet iſta opinio, illa potiſſimū ratione, quia nō reperitur iure expreſſum debere imputari, & in regno in materia conſtitutionis hoc abſolutū eſſe, vel ēt de conſuetudine teneo nō eſſe imputandā dotationē, factam ab auo in paragio, debito in bonis patris, quia tā ab hæreditate aui, quando fit caſus, quòd iſta ab aui ſucceſſione debeat excludi, quam in bonis patris, quando fit caſus ſucceſſionis in bonis ipſius patris ſemper paragiū ipſi nepti deberi certū eſt, vt late ſupra pluries dictū eſt. Et colligitur ex autoritate Iſern. in conſt. vt de ſucceſſionibus, in verb filiæ autem. Vbi ad hoc, vt excludatur filia a ſucceſſione patris, debet eſſe dotata a patre, ibi, ſed ſi non eſſet dotata de bonis patris, non excluderetur maior coniugata, & dotata ab alio, quam a patre, & in cōſt. in aliquibus col. 2. ſuper verb. maritare, verſ. quod viſum eſt antiquis, ibi, quia dotata excluditur a ſucceſſione dotantis tātū: excluſio.n. oritur ex imputatione, vt dicit in d.cōſt. vt de ſucceſſionibus, in verb. filij ſūi fratrum, col.3.verſ quando iure frācorū, ibi, *& quia habet portionē ſuam.ſ.paragium dotis fratris ideo repellitur*, & ab imputatione arguit ad collationem conſt. vt de ſucceſſionibus in §.filiæ autem, cū primò inducit excluſionem de iure Francorum in dotata primogenita; deinde de iure longobardo collationē, & ſic dotē ꝓfectitiā imputari voluit, & deinde conferri: ideo Iſern. in d.conſtit. in verb. collatis dotibus, expoſuit profectitijs de patris ſubſtantia, vt etiam dicit glo.in ead.cōſt.

12 in ver.filiæ aūt, † non tamen ex quo conſtitutio admittit collationem inſimul cum imputatione per hoc credas, quòd conſtitutio ſolas dotes, quæ debent imputari, conferri voluerit:

rit: quia conſtitutio noluit nouum ius in hoc ſtatuere, ſed tantùm diſcernere ius Francorum à iure Longobardo, vt videtur dicere gloſ. in d. §. filiæ autem, erit ergo collationi locus ſecundum diſpoſita à iure communi, & imputatio non admittetur, niſi quando ex propria ſubſtantia patris dos peruenerit, & hoc eſt, quod dicitur, quòd dotata debet eſſe dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur: dotata ergo ab auo, non excludetur a ſucceſſione patris, & ratio eſt euidens: nã ſi fuiſſet factus caſus ſucceſſionis aui, vt quia fuiſſet pater pręmortuus, viuo auo, & deinde neptis deberet ſuccedere auo, nonne per illam dotationem excluſa fuiſſet a ſucceſſione Aui? quomodo vnica dotatio poteſt cauſare plures exclusiones, niſi expreſſe dicatur dotata de bonis paternis, maternis, & auitis, vt ſolet hic Neapoli fieri in dotationibus ſimilium perſonarum; vel eſſet fatendum, quòd iſti nepti, quando fieret caſus ſucceſſionis aui, iterum deberet habere paragiũ, vt diximus in bonis, aui quaſi illud fuerit de bonis patris.

13 Nec obſtat autoritas Iſern. in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum in verſ. quid ſi frater, viuo patre: vbi inter alias rationes, & argumenta, quæ proponit Iſer. ad concludendum imputari non debere dotem, datam à fratre, viuente patre in paragium debitum poſt mortem patris ipſi ſorori in bonis paternis, inquit, quia extraneus quando dotat, videtur donare, leg. 1. §. accedit, C. de rei vſor. act. & in verſ. extraneus, dicit omnem eſſe extraneum, qui non habet in poteſtate, quaſi auus paternus: per hoc non videatur donare: ſed ſi rectè perpẽdant ibi dicta Iſerniæ, non concludit per hoc in auo, vel altero, qui habet dotatam in poteſtate, quòd vnica dotatio, ab auo facta, excludat à ſucceſſione patris, ſed benè, quòd teneatur reddere dotem in caſu ſoluti matrimonij, & ſtipulatio cenſeatur facta ad beneficium dotantis, iuxta §. accedit. Ex hoc non infertur ad excluſionem a ſucceſſione alterius, quàm dotantis, ſed bene per donationem excluditur imputatio, vnde valet ibi illud argumentum eo modo, quo ab Iſernia inducitur, vt eo ipſo, quòd frater dotando donat non poteſt ſoror excludi per donationem illam à paragio paternorum; ſed non è contra, ſi non donaret, & ſtipularetur, ſibi reddi deberet excludi iſta ſoror à paternis; nam tantò minus debet excludi quanto minus dotem habere dicitur, quando fratri eſſet reddenda in caſu reſtitutionis quam ſi tale pactum non eſſet. Concludo igitur, quòd iſta dos nõ debeat imputari in aliud paragiũ, quàm in paragiũ in bonis aui, aliàs ſequeretur, quòd vnica dotatio, vel vnicum paragium excluderet dotatam à ſucceſſione alterius, quam dotantis contra ea, quæ pluries diximus in diſcurſu ſucceſſionum tam vigore cõſtitut. in aliquibus quam conſtit. vt de ſucceſſionibus, quam huius noſtræ conſuetudinis, & diximus hic in articulo quinto.

14 Vltimò cõtra prædicta facit argumẽtum, nam ſicut quando dat dotem pater pro filia, ſic auus pro nepte, filia filij, tanquam ex neceſſitate iuris maritans, poteſt petere ſubuentionem à vaſſallis, ita Iſern. in conſtit. comitibus in fin. & alij, quos ſequitur Frecc. de ſubfeud. in lib. 2. autor. 2. num. 17. qui in ſpecie inquit ex d. l. dedit dotem, ex perſona filij auum teneri: ergo ſi auus fungitur uice filij debet per tale paragium, vel dotationem excludi a ſucceſſione filij ipſa neptis: & ibi Frecc. declarat. quòd fortè filius prędeceſſit in vita patris, vel ſi filius ſit pauper, nec poteſt de ſuo dare dotem: ſed facilis eſt reſponſio: nam non nego, quòd auus debet habere ſubuentionem, quando maritat neptem, quia in omniũ aſcendentium bonis poteſt dari paragium, & non infertur, habuit ſubuentionem dotans, ergo excluditur ab alterius ſucceſſione, quàm à ſucceſſione ipſius dotantis: nam inquit Pet. de Greg. in d. trac. q. 4. n. 2. ꝙ illis perſonis tãtũ debetur dos de paragio, ꝓ quarũ dote pōt Baro petere ſubuẽtionẽ: ergo quãdo auus dotat, dotat, & habet ſubuentionem, quia neptis debet habere paragium, & filio inope exiſtente, non habet, nec poteſt a filio, eiuſdemque patre ſperare paragium: quando deinde moritur auus, & ſuccedit filius. ſ. pater iſtius neptis; bona auita efficiuntur bona paterna, a quibus, patre deinde moriente, non poteſt excludi neptis eius filia: quia ſunt alia bona, & non dicitur dotata de bonis iſtius patris, vt latè probauimus ſupra in princip. huius repetit. in diſcurſu conſtitut. vt de ſucceſſionibus, in ea quæſtione an illa, quæ habuit dotem a patre excluditur à ſucceſſione fratris. Ex Iſernię auctoritate in pragmatica filingeria, allegata: requiritur igitur, quòd ſit dotata de bonis ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, vt dixit Iſer. in conſtit. in aliquibus, in verb. quintumdecimum, vol. 12. verſ. dotes dantur, ibi. *ſed filius poſt mortem patris, aut matris hæreditate vt filiam ſororem ſuam excludat, tenetur dare paragium de illis bonis: ſicut portionem legitimam, & alia*, quę ibi ſequuntur: ſi igitur in computatione, ſeu imputatione legitimæ de iure non eſt expreſſum, quòd debeat imputari, remanet indubitabilis concluſio, dotem, ſcilicet; ab auo datam, non eſſe imputandam in paragium,

Digitized by Google

gium, in bonis patris debitum; nec per eum à patris ſucceſſione neptem excludi: & facit viua ratio: nam quando pater moritur iſta filia excluditur nunc à ſucceſſione patris per maſculos: ergo nunc debet dotari de paragio ſecundùm facultates, & bona, à quibus excluditur: iſta bona ſunt patris modo, de his ergo debet dotari, vt excludatur, vt ibid. ſequitur, Iſern. nam, vt prædictum eſt, quòd ut repellatur dotata, debet inſpici, vtrum ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate, & ſucceſſione petitur repelli.

15 Prædicta verò de collatione, & imputatione interius conſiderando, non erit extra rationem conſiderare dupliciter. Naturam ipſius paragij, prout pluries ſupra diximus. Altero modo, attenta quantitate legitimæ, & tunc erit de eo tractandum ad ſimilitudinem legitimæ, & non erit tractandum, niſi de imputatione iuxta regulas iuris communis de imputatione loquentes, & ſecundùm iſtã declarationem intelligendus eſt ſemper Iſer. in prædictis locis, quod paragium debetur, vti legitima de bonis, ſcilicet, pro quantitate legitimæ, vt in tranſmiſſione: item in actione contra tertium poſſeſſorem ſupra diximus, & infra dicemus in onere imponẽdo in ipſo paragio iuxta l. quoniam in prioribus, quæ omnia intelliguntur iuxta quantitatem legitimæ, ita Bart. in l. lucius, §. maritus, ff. ad Trebell. quem omnes ſequuntur, vt teſtatur Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 12. n. 2. communem, & receptiſſimam ſententiam dicit Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 250. & per prædictos, Craſſ. q. 41. & dicit Iſer. in d. rõſti. in aliquibus, verb maritare, ibi, *paragium, vt portio, quam habet de bonis, quod habere debeat ſine aliquo onere ad exemplum debiti bonorũ ſubſidij, C. de inoff. teſta. l. quoniam*, & in verb. quintumdecimum, col. 12. in verſ. ſecundùm ſententiam in fin. & verſ. dotes dãtur, ibi, ſicut portionem legitimam: & hoc declarat expreſsè Iſer. in ead. conſt. in aliquibus in d. verb. quintũdecimum, col. 9. in prin. verſ. ibi. *vnde quantum eſt hæc portio, paragium iſtud eſt eiuſdem iuris, ſicut legitima iure natura, & ſine onere habeat liberè, C. de inoffic. teſtam. l. quoniam*, tantùm enim eſt dicere, quantum eſt hæc portio, quantum pro quantitate huius portionis, ſecundũ prædictam DD. communem opinionem.

Quando verò in ipſius paragij liquidatione eſt ſumenda virilis, & liquidanda quantitas vera virilis, vti cæteris maſculis competens, erit ad ipſius virilis liquidationem veniendum ad puram, & veram collationem, prout ſi in virilem ipſam fœminam ſuccederet, & ſic virilis facta prius collatione omniũ illorum, quæ ſecundum regulas iuris eſſent conferenda, & collatis illis, quemadmodum erunt etiam conferenda, data cæteris fratribus, deuenitur ad notionem veræ virilis alias multa abſurda venirent cùm poſſet eſſe, vt ſi non daretur collatio in liquidatione virilis, & vellet iſta, quæ non poteſt, nuptias contrahere cum legitimæ quantitate; liquidari facere dotes vſque ad virilem, poſſet plus habere, quam maſculus, & hoc modo tranſcenderet virilem, ſi maſculi conferrent, & ipſa non: in ſumma æquitas maxima fugerit, vt legitimã, in paragio cõtentam, iuxta regulas legitimæ, virilem iuxta regulas virilis, cœteris maſculis debitæ, habeat iſta fœmina; quando verò eſſet facienda liquidatio, vt ſolet in ſola legitima, ſimpliciter per regulas imputationis erit procedendum ad liquidationem, & ſic in omnibus procedendum ab ipſa quantitate legitimæ excluſiue vſque ad ipſam virilem, ſi enim iſta conſtitutio, & conſuetudo eſt facta in fauorem maſculorum, quòd præferantur, nõ debet retorqueri in eorum læſionem, vt detur plus, quam haberet, ſi ſuccederet fœmina. Ita Iſer. in ſtad. conſt. in aliquibus, verſ. vltra verò ſuam portionem: & in ea portione liquidanda concurrit æquitas, & militant omnes rationes introducentes ipſam collationem; vnde ſic poſſet intelligi Napo. ſupra, dum voluit arguere à collatione ad imputationem in paragio, ſcilicet, quãdo paragium in virili eſſet liquidandum: & prædicta notabis, quia á nemine vidi tacta.

16 Vnum tamen non omittam, licèt extra rẽ, & materiam paragij, quòd dum DD. communiter dicunt, dotem, datam ab auo nepti, eſſe imputandam in legitimam, debitam filio in bonis aui, & ſimiliter in caſu ſucceſſionis cõferendam, prout de communi teſtatur Gabr. commun. concl. lib. 3. de iur. dot. con. quinta, & addentes reprobi ad conſ. 71. Alex. lit. A. vol. 4. & latè refert Craſſ. d. tract. q. 25. iuxta declarationem, quam ipſe Craſſ. facit ibi n. 2. ſcilicet, quando auus dotat, filio inope exiſtẽte, non autem filio diuite, quod Bald in auth. ex teſtamento, col. fin. C. de collat. tenet contrarium per text. in l. dedit dotem, quẽ reprobat Rip. in d. l. in quartam, nu. 202. ego tamẽ cenſeo, non eſſe ita ſimpliciter prędictam cõcluſionem intelligendam, ſed cum aliquali moderatione, & æquitate. Quid enim, ſi auus tantùm det pro dote ipſi nepti ex filio, quantum aſcenderet legitimæ quantitas, debita filio in bonis aui, erit ne iſte filius reijciẽdus ab vniuerſa hæreditate aui, eiuſque patris, ex quo iam habuit legitimam? maximè ſi habet

iſte

iſte filius alios nepotes,& proprios filios,& iuris ratio expoſcit,quando omnia deficerêt, vt ſit aliqua proportio à legitima,debita iſti filio reſpectu totius patrimonij auiti, quæ ad ſummum erit ipſius patrimonij integer triēs ad legitimam debitam in bonis patris,ipſi filiæ,& prædicti aui nepti,itaque erit,filio non exiſtente, ſoluendo triens ipſius trientis ad ſummum, & iuxta numerum liberorum minus: itaque potius crederem eſſe ſolutionem factam ab auo ipſi nepti computandam ipſi filio,quando filius eſt diues, quàm quando eſt inops, quia tunc auus videtur fungi officio paterno,qui tunc verè,& cum effectu tenetur ad hoc,vt in ipſius legitima imputari debeat; quia per ipſam ſolutionem,auus facit, vt non diſcedat quantitas illa dotis à patrimonio patris,quæ diſcederet,ſi ipſe non dotaret, quaſi ſit facta vera ſolutio nomine veri debitoris, ſiue præſumptiuè,ſiue expreſsè.l. in pupillo. ff.de ſolution.quàm in ſpecie in hac ratione adducit Barbola ex Gomeſij opinione in l.1. par.4.nu.120.verſ.& facit. ff. ſolut. matrim. At quando pater non eſt ſoluendo, licèt auus teneatur,non tenetur tantùm, & ſimpliciter ratione ipſius patris: nam cum effectu pater non tenetur,quia non eſt ſoluendo, & ius illum excuſat,& per hoc nō poteſt dici ſoluiſſe auus ad tuendum patrimonium patris, cuius inane eſt, ſed ad tuendum officium paternum.l.dedit dotem.ff.de collat.& ibi glo.& dicit Barboſ.num.113.in fin.d.l. 1. par. 4. ff. ſolut.matrim.& ſic magis profectitium à patre deberet videri, quando pater poteſt ſoluere,& ſoluit auus, quàm quando pater eſt inops: quia tunc verè vtile negotium gerit ipſius patris,quia vêrè liberatur pater per talem ſolutionem.l.ſoluendo. ff. de negot. geſt. quaſi dicat pater,quando ego ſum inops, ius me tuetur,vt tu tenearis.& potes cogi.ideo,ſi tu ſoluis,ex neceſſitate non debet iſta neceſſitas mihi imputari in bonis,quæ non habeo, quia hoc modo eſſet dotatio, facta à me patre inope, & per talem dotationem ad inopiam ſimiliter poſt mortem aui filius, idemq; pater redigeretur. Itaque maximè ex prædictis dubitarem de prædicta communi concluſione: ſi enim auus verè pro patre ſolueret, haberet actionem recuperandi dotem. datam nepti à filio,quaſi creditor filij factus, & non teneretur auus de iure ipſe, vt dicit tex.in d.l.dedit dotem. Et ad minus omninò ſimpliciter non poteſt intelligi prædicta concluſio,ſed pro illa quantitate,pro qua vtile, & neceſſarium negotium gerit auus ipſius filij,ſcilicet,pro quantitate legitimæ, pro qua poſſet neptis, quando filius illam legitimam, vel portionem poſſideret ex iuris diſpoſitione aſtringi,quaſi pater cogatur habere ratum id,quod auus fecit, quando pater habuit neceſſe facere,vt in ſimili dicit Iſern. in præd. conſtit.in aliquibus col. 10. verſ. pater cogitur,& in hac quantitate conſiſtit dos, in qua reſtringitur officium paternum, vltra illam non eſt officium paternum, & auus fungitur officio proprio,argumen.d.l.dedit dotem.ff. de collat.bonor.facit tex.in l. profectitia. §.ſi filiusfam.ibi,eatenus,quatenus auus eſſet dotaturus neptem ſuam. id enim in rem aui
17 videri verſum. ff.de iur. dot. † Imò ego indifferenter ſequerer opinionem Bald. in d. Autſſen.ex teſtamento num.38. verſ. Tertiò quæro,quòd non ſit imputanda illa ratione; quia,licet ſit contemplatus filius,non per hoc ipſa dos eſt in bonis filij,quam neptis habuit, niſi quando eſſet reuerſa ad ipſum filium,iuxta d.l.dedit dotem, vt apertè probatur in l. filium emancipatum. ff. de collat. bonorum, & in l.1.§.fin.in fin.ff.de collat. dot. Vbi filius emancipatus non confert dotem, quam ipſius filia habet dotata ab auo, quia non eſt in bonis ipſius filij,ſed neptis, vt dicit Cuiac. tract. 4. ad African. vbi explicat d.l.filium. tanto minus ergo imputabit, cùm difficilius imputentur res, quàm conferantur ex prædictis; ſi ergo ex prædicto tex.non confertur dos per filium, ergo nec imputabitur: intelligenda igitur eſt prædicta concluſio,quando iam eſſet reuerſa ad ipſum patrem, eundemque filium, & ipſam haberet, & ad hoc bene facit tex.in d.l.dedit dotem in fin. quæ dicit dotem reuerſam eſſe filij exhæredati, & ipſam habere ex bonis patris, quando verò non eſt reuerſa, è contrario non erit penes filium de bonis patris, & ſic malè Rip. loc. cit. in l. in quartam reprehendit Bald. dum dicit allegare prædictam l. dedit dotem, & probare contrarium, cûm hoc modo optimè probet, & dicit prædicta Barboſ. in d.l. 1. par.4.num.120.verſ.item conſequetur.ff. ſol. matrim.licet non ita clarè,vt per hoc in caſu reuerſionis non factæ imputationem expreſsè neget, ſed implicitè id aſſerit, dicendo dotem reuerſam eſſe imputandam illa ratione,de qua dixi,quia ſatis videri poteſt penes filium eſſe dos illa, quam ſi filius ex ſuo diſſet,tanto minus eſſet in bonis habiturus.l. pupillus.ff.de ſolution.ex autoritate Gomeſ. in l. Thauri 29. num. 16. ad fin.ex ſic in effectu concludit,ſecundum ea,quę iam diximus: & de imputatione datorum inter viuos hactenus dictum ſit.

Repet. Par. 2. §. 11. de Parag.

1 *Imputantur in legitimam omnia ex vltima voluntate accepta ex iudicio teſtatoris ex hereditate.*

2 *Filiam pater non tenetur inſtituere quando adeſt maſculus de iure conſtitutionis vel conſuetudinis.*

3 *Pater de iure communi tenetur filiam dotare ad arbitrium ipſius patris.*

4 *Barboſ. in l. 1. part. 4. num. 10. in fin. oppugnatur in eo, quod tenet patrem teneri filiæ dotem competentem dare etiam vltra legitimam.*

5 *Relictum, ſeu legatum factum filiæ per patrem cui dos pater debebat an cenſeatur relictum animo compenſandi latiſsime diſceptatur, & concluditur negatiuè contra comunem.*

6 *L. titia §. quod in vita, ff. de leg. ſecundo ponderatur, & retorquetur pro opinione contra communem.*

7 *L. huiuſmodi, §. cum pater, ff. de leg. primo pro communi ſimiliter adducta diſpungitur.*

8 *L. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrimonio nouiter ex auctoris intentione expenditur, ac num. 9. tollitur verborum diſpunctio poſita per Cuiaccium lib. 3. obſer. cap. 16. & infra num. 19. repetitur prædictus intellectus.*

10 *Compenſationem non induci, niſi quando legatum ſit dotis nomine, & non eſſe debitum neceſſarium, & voluntarium adhoc conſiderandum oſtenditur.*

11 *Barboſæ ſolutio ad tex. in l. ſi pater pro filia: ff. de collat. dot. in d. l. ſi cum dotem §. ſi pater, nu. 35. cum ſeq. ff. ſol. matr. oppugnatur, & reijcitur.*

12 *Legatum ſimpliciter factum per patrem filiæ intelligi pro dote non eſſe verum aduorſus Barboſam defendicur d. §. ſi pater, nu. 35. & ad id expenditur tex. in l. quod autem in ſtipulatione, ff. de iur. dot. & l. tali facta ſtipulatione in fin. eod. tit.*

13 *Legatum factum genero per ſocerum filiæ nomine abſque expreſsione quod ſit dotis nomine differre à legato eodem modo dotis nomine facto eidem ab eodem.*

14 *Compenſationem præſumi in debito neceſſario, & non in voluntario, male colligi ex aut. præterea C. vnde vir. & vxor. per Doctores, vel ex imputatione in legitimam.*

15 *Debitum voluntarium non præſumi compenſari non verè probari per iura à DD. allegata, ſed ponderandum animum relinquentis ad compenſationem inducendam.*

16 *Debiti voluntarij, & neceſſarij ad compenſationem ex opinione communi Doctorum ponderantur rationes an alicuius ſint momenti ad fundandam dictam diſtinctionem.*

17 *Legatum nomine dotis, vel quartæ factum compenſatur cum quarta, & dote, & non aliter ex mente Napo.*

18 *Compenſatio ſiue debiti voluntarii, ſiue neceſſarii cum legato non eſt admittenda, niſi concurrant habiles termini ad compenſationē inducendum, vt. ſ. de ſola quātitate ad quantitatem.*

20 *Confuſione ex inſtitutione facta ipſius filiæ per patrem quando tollatur actio de dote contra patrem, & quid in ineunda ratione legis falcidiæ an debiti confuſi ratio habeatur.*

21 *Legatum quando præſumatur relictum animo compēſandi cum paragio, vel vita militia de paragio n. 22. item cum medietate antiquorum, uel portionibus conſuetudinariis, nu. 45.*

23 *Paragii debitum non eſſe hereditarium probatur, & nō deſcendere à defuncto ad heredē, ſed eſſe propriū ipſius filii, & alterius, qui ad illud tenetur, et n. 31. il 2. 41. 42. & 43. & ad hoc ponderatur conſt. in aliquibus nu. 44. vbi idem in vita militia, et differre à legitima, et quartis, n. 32.*

24 *Compenſatio cum legato non admictitur illius debiti, quod tempore mortis nō exiſtit, ſed incipit ab herede deberi, & poſt mortem, nu. 34.*

25 *Annæ oppoſitiones, & reſponſiones in conſ. 120. aduerſus deciſ. Afflic. 138. tolluntur ad confirmationem deciſionis prædictæ, cuius ratio noua ponderatur per auctorem, nu. 29.*

26 *Vita militia non regulatur ſecundum naturam alimentorum, & nu. 27.*

27 *Compenſatio contra alimentarium non poteſt obiici.*

28 *Compenſatio vitæ militiæ cum legato feudi non admictenda tanquam inter diuerſa conſiſtant creditum, & debitum.*

30 *Anna notatur prædicto conſ. dum male reprehendit Affl. prædicta deciſ. 138. in allegatione Alberici C. de rei vxor. act. in princ.*

31 *Afflicti ratio, quæ ſit in prædicta dec. 138. & Anna notatur, qui aliā dicebat eſſe ex com-*

Digitized by Google

communi Doctorum auctoritate.

33 *Compenſatio non admittitur legati ſpeciei cum credito portionis fructuum.*

34 *Gloſ.in l.ſi cum dotem §.ſi pater, ff.ſol.mat. in verb.tãtum in finalibus uerbis expenditur aliter quam ab Alberic. & Bart. & Anna intelligitur,ac nu.35.*

36 *Imputationis tam inter viuos,quam in vltima voluntate recepta cum legitima paragio,& vita militia ratio diſcutitur,& quando deroganda.*

37 *Imputatio quare fuerit à iure reperta, & aduerſus quas perſonas.*

38 *Imputatio deneganda in paragium, vel vitam militiam relictorum ſimpliciter, & non in eam cauſam validè demonſtratur arguendo ex ratione quare paragium, & vita militia debeatur.*

39 *Aeſtimatio an debeatur facta inſtitutione feudi,remiſſiuè.*

40 *Filij in feudo, ſiue ex pacto, ſiue hæreditario quomodo ſuccedant & quando pater non expreſſe diſpoſuit, vel valide cum aſſenſu in ipſo hæreditario.*

46 *Debitum quod ab alio debetur, quam à teſtatore non compenſandum cum legato.*

47 *Portio antiquorum, uel medietas debetur à teſtatore contra opin.Buccin.*

48 *Legatum certorum bonorũ antiquorum an compenſandum cum medietate debita ipſi legatario, ac etiam proximiori,uel filio,& quid ſi ſub nomine portionis eſſet legatum,nu.52.& 54.excluditur imputatio compenſatio,& collatio.*

50 *Bonorum antiquorum diſpoſitio nõ eſt præſumẽdi,niſi expreſſe per teſtatorẽ fiat, & in dubio præſumitur teſtator diſponere de portione libera, ſic etiam interpretanda inſtitutio,ac generalis diſpoſitio.*

51 *Portiones antiquorum non eſſe ſubiectum habile ad recipiendam compenſationem cum legato demonſtratur, & quia in ipſis non poteſt dari uoluntas diſponẽs, nec potẽtia diſponendi etiam quia in ipſis ſucceditur ab inteſtato, quo caſu non habet locum imputatio nec collatio legati.*

55 *Donatio inter uiuos nec imputatur,nec cõpenſatur cum portionibus conſuetudinis quæ debentur ex ultima uoluntate,& nõ ex diſpoſitionibus inter uiuos.*

§.11.*De relictis in legitimam,vel dotem imputandis, vel compenſandis, in quo latè explicatur illa concluſio, an relictum cenſeatur animo compenſandi cum debito neceſſario, vel voluntario: & quid in vita militia, paragio, & alijs portionibus, de conſuetudine debitis?*

1 Secundũ eſt genus relictorum in vltima volũtate quoad imputationem declarandũ: in quo hanc conſtituo regulam, omnia ſcilicet imputari, quæ ex iudicio teſtatoris ex hæreditate percipiuntur, l.omni modo, l.titius, C.de inoff. teſtam. & latius cumulat Anna conſ.120.nu.11.Coraſ.d.§.legitima, q.20. in princ.qui alios refert,& licet in filio ſit opus,vt habeat aliquid iure inſtitutionis, vt ibi dicitur,quia alias teſtamentum eſſet nullum, & ſuccederet ab in-
2 teſtato: † hoc non eſſet in caſu noſtro in filia,& ſorore neceſſarium, ſtantibus maſculis; cùm à legitima etiam formaliter excluſa cenſeatur, nec teneatur illi pater legitimam relinquere, vt diximus cum Napod. in gloſ. in verb. ſuccedunt infra par.3.§.2. & fundatur prædicta regula ſecundum Coraſ. in d.l. filium,quem habentem,num.99.& præcipuè num.101.quia filius in legitima eſt creditor neceſſarius ex iuris diſpoſitione citra factum aliquod patris,gloſ.in l.ſi quis legatum, ff.ad leg.Cornel.de falſ. ideo cenſetur legatum reliquiſſe pater quodcunque animo compenſandi, ideoque imputatur ex ratione authent. præterea,C.vnd.vir,& vxor: de qua ratione inferius dicetur.

Quare ad explicationem quæſtionis, an legatum cenſeatur relictum animo compenſandi cum paragio,debito filiæ poſt mortem patris,congruum eſſe putaui,ſm̃ terminos iuris ciuilis,quæſtionem tractare in patre, ſimpliciter legãte filiæ,quæ eſt dotis creditrix, deinde ſm̃ terminos conſuetudinis quæſtionẽ per-
3 ficere in paragio. † Et, vt ſupra alias dixi, nõ dubitatũ, quòd pater teneatur iuxta veros terminos de iure ciuili dotare filiam ætatis nubilis: quæ dotatio aliqua non aſtringitur neceſſaria circuſtantia,ſed ſm̃ qualitatẽ,& poſſibilitatem,& melius patri videtur,tenetur eã dotare l.quod liberos,ff.de rit.nuptiar.l.quę

ro,& l.ſiue generalis, ff.de iur.dot. & pluries
ſupra diximus, & dicit Paul.de Caſtr. cóſ.35.
vol.2. verſ.5. ibi, ſed reſpondetur, & D. de
4 Frāch.dec.616.† Quicquid dixerit Barboſ.in
l.1.par.4.n.10.in fi. vbi tenet patrē teneri ad
dotādum filiam, etiam vltra legitimam, ſi ea
ſufficiens non ſit iuxta qualitatem perſonæ;
nam tex.in l.ſi filię, ff.de leg.3.non dicit illas
qualitates, & circunſtantias eſſe ſeruādas cō-
tra voluntatem expreſſam patris, ſed ex præ-
ſumpta voluntate, qui arbitrio tutorum iuſ-
ſit dotem filiæ dari, quemadmodum Alex.in
conſ.169.n.7.lib.7.in ſpecie noſtræ conſuetu
dinis,& ſic ex præſumpta ſtatuti mente; ꝙ ve
rò pater teneatur dare filię fœminę pluſquā
eſt debitū legitimę, & ſic pluſquam maſculo,
contra l.maximum vitium, nūquā mihi per-
ſuadere poſſum:eſt verum,quòd ex circunſtā-
tijs poſſet pater cogi ad dotem conſtituendā,
attēta qualitate patrimonij vſq; ad legitimā
in vita ipſius filiæ,& ſi aliquid plus detur, to
tum erit ex æquitate,quòd datur cū iure non
ſit fundatum, ne melioris ſit conditionis fœ-
mina, quàm maſculus, & probatur ex eadem
auth.res,quæ, per quam Barboſ.dicit prædi-
ctam opinionem efficaciter probari;nam illa
auth. nititur ex præſumpta voluntate diſpo-
nentis:at quando expreſsè voluntas eſſet de-
clarata, quòd non tollatur fideicommiſſum
per dationem dotium,quando ipſis liberis ſo
luta fuit legitima,& quod tunc ceſſat diſpoſi
tio dictæ Auth. optimè dicit per prædictam
rationem Molin.de primog. lib.4. c.6. n.11.
iunctis ijs,quę dicit n.13. & melius ante eum
Couar.variar.reſol.lib.3.c.6.n.10. verſ.3.per
5 totum cum ſeq. † Quando.n.quæritur an re-
lictum,factum per patrem,cenſeatur filiæ fa-
ctum animo compenſandi cum debito dotis,
DD. communiter concludunt, quòd ex quo
pater in dote eſt debitor neceſſarius, ex iu-
ris diſpoſitione; cenſeri debeat animus com-
penſandi, ita in ſpecie in obligatione dotan-
di filiam dicit ex communi DD. ſentētia Bar
boſ.in l.ſi cùm dotem, §.ſi pater, n.5. verſ.1.
& nu.35. cum ſeq. & Bart.& Alex. & cæteri
in l.huiuſmodi, §.cum pater, ff de legat.1. &
ſm Alex.ibi num.5.in 3.limit.ſupponendum
eſt, filiam nubilis eſſe ętatis ad obligationem
iuris formandam, Barboſ.loco cit.n.30.in fi.
qui conatur probare prædictam concluſionē
legibus, & rationibus,quæ id minimè proba-
re videntur, vt infra patebit.
6 Primò per tex.in l.titia,§.qui in vita, ff.de
legat.2. quam tex.nouè, vt ipſe dicit, intelli-
git Barbo.d.§.ſi pater,in l.ſi cùm dotem,n.7.
ff.ſol.matrim.vbi videtur probari,quòd ſi te-
ſtator putauit efficaciter dotem exegiſſe à ge
nero,quamuis filia nō conſenſerit, & hoc ita
exiſtimās legat dotē filiæ,inducatur cōpenſa-
tio ex iuris diſpoſitione,quia inquit Barboſa
non poteſt dici compenſatio induci ex præſū
pta volūtate teſtatoris;q̃a cùm non credebat
ſe eſſe debitorem dotis, nō potuit habere ani-
mū cōpēſādi: ſed rñdetur,ꝙ licèt in ea ſpetie
teſtator non habuerit animū cōpenſandi, ex
quo non credebat ſe eſſe debitorē, nō tñ pōt
negari ex intentione ipſius teſtatoris fuiſſe ſe-
mel tm̄ dotem ſoluere, ex quo dotis nomine
reliquit legatū:& videtur legatū factū credi-
tori eius,qđ teſtator dēt, vt tex.dicit in l.cum
pater.ff.de iur.dot.vbi ſufficit ſemel dotē da-
ri:ſiue.n.efficaciter.ſiue inefficaciter dotē exe
giſſe patrē ſupponamus,nō cōtrouertitur ip-
ſū eſſe prædictæ dotis debitorem ipſius filiæ,
& ex ea cauſa legatum proceſsiſſe, ergo ſemel
dos debita danda eſt,vt optimè dicit idē Bar-
boſ.ibi d.nu.38.in fin.vbi alios allegat.
7 Secundò tex. inducitur in l. huiuſmodi. §.
cùm pater.ff.de leg.1.vbi promiſſio præceſſit
dotis nomine, & deinde eadem centum eſſe
legata ſupponuntur: ergo legatum eſt factum
creditori eius,quod ipſi debetur, & dotis no-
mine, vt ſupra diximus, proceſsit legatum:
quare non eſt dubitandum,an vtrunq; deberi
poſſit: & hunc eſſe verum intellectum dixit
Imol.prout refert Alex.ibi in princ. 3. limit.
Nec dubitandū iſtū patrē eſſe debitorē neceſ-
ſariū, ex quo vltra naturale debitū, proceſſit
promiſſio, quia origo inſpicitur in hoc decla
rando, vt optimè fundat Crau. conſ.131.nu.
15.vel quia cogi poterat ex neceſſitate legis
non obſtante promiſſione, reſtat neceſſarius,
vt per Barboſ.d.§.ſi pater.nu.35. Nec obſtat
ponderatio,quam facit Barboſ. loc. cit.d.nu.
35.ſcilicet, illam dictionem eadem oſtendere
identitatem quantitatis, & non ſubſtantiæ,
quia eſt contra tex.in l.mutuum.ff.de reb.cre
dit.vbi in mutuo dicitur nō reddi iddem, li-
cet in eadē quantitate,& pondere,& menſu-
ra. Illa ergo dictio,eadem,demonſtrat ex eadē
cauſa legatū proceſſiſſe, aliàs diceretur eadē
quantitas,non eadem res.l.Titiæ.§.eadē res.
ff.de leg.1.omnino videnda, & probatur ex
verbis centum eadem: nam, ſi illa dictio,ea-
dem, ſignificaret quantitatem, eſſet ſuper-
flua in tex.nam ſuffeciſſet dicere centum, er-
go neceſſariò,vt aliquid operetur ad ſubſtan-
tiam referenda identitas.
8 Tertiò inducitur tex.in l.ſi cùm dotē. §. ſi
pater.ff.ſol.matr.& ibi poſt gl. Bar.& omnes.
Barboſ.in ſpecie notat,qđ abſq; aliqua ſpeci-
ficatione,facta in legato,à patre filiæ facto, q
eſt debitor dotis, & pro dotis quātitate cen-
ſeatur inducta cōpēſatio, Cuiac. in loco infra
citand.

citand. intellexit in eo tex. legatum factum dotis nomine:Sed rogo attendatur,nam tex. ille aliter eſt intelligendus,quàm hucuſq; à cæteris Doctoribus eſt intellectus,nec vnquã cogitauit author illius hoc dicere, quod ex eo Doctores eliciunt : in eo enim tex. quæritur, an vxori, cùm pater dotem exegiſſet, danda ſit actio aduerſus virũ, & benè inquit tex. *Si pater filia abſente,de dote egerit, & ſi omiſſa ſit de rato ſatiſdatio,filiæ denegari debet actio,ſiuè patri hæres extiterit, quaſi confuſis actionibus ſiuè in legato tantum acceperit, quantum doti ſatis eſſet:* ſi enim pater inefficaciter exegit à viro dotem,effectus eſt vir ipſius patris creditor propter illã malam dotis exactionem, & inefficaciter factam,vt ſupra num.6. diximus in ſimili, & tenebitur pater dotem exactam reſtituere ipſi viro; igitur lucro viri cedit totum id, quod filia à patre accepit,qui à viro dotem exegit: nam illa pecunia eſt prius viro debita,& deinde vxori, quæ eſt legataria; nam creditor præfertur legatis, ideo dato quod bis ipſa filia ex intẽtione teſtatoris deberet exigere iuxtà tex.in §.qui in vita ſupra relato: non per hoc deciſio illius tex. erit aliter facienda,cũ reſpectu ipſius viri de quo text. loquitur ſẽper debeat vxor excludi ab actione contra virum,quando penes eam ex bonis debitoris ipſius viri, qui eſt pater tantùm peruenit,quantùm ſatis eſt doti: vnde deciſio illius tex. non benè inducitur in hac concluſione, cùm ſiuè bis, ſiuè ſemel ſolutio ex intentione teſtatoris eſſet facienda ipſi filiæ, ſemper quando tantum accepit,ſemel ex bonis patris,qui dotem exegit, excludetur ab actione contra virum,cùm voluntas teſtatoris patris non debeat præiudicium inferre ipſi viro,patris creditori,l.non debet alteri,
9 ff.de regul iur.† Dum verò Cuiac.lib.3.obſeru. cap.16. putat, literam illius tex. corrigendam ibi, *lucroq; eius cedit,ſi tantùm ab eo conſequuta ſit, quantùm ei*, itaut dicere velit, *lucroq; eius cedit, ſi amplius ab eo conſequuta ſit,quam ei*. Crederem ego poſſe ſenſum illius tex. ſecundùm intentionem Cuiatij ſaluari abſque violatione literę:nam non dicit tex.lucro vxoris, & filiæ cedere id tantum quod cum dotis quantitate concurrit, ſed lucro cedere ipſius filiæ legatum, ſi tantum ab eo acceperit,quantum ei,hoc eſt, ſi prius acceperit quantitatem concurrẽtem ipſius dotis,ſibi à viro debitæ,& per patrem exactæ, quaſi conditionaliter loquatur tex. pro concurrenti quantitate,admittendo ſimpliciter compenſationem, & excludendo filiam ab actione contra virum: quæ compenſatio lucrum excludit, & ſic lucro cedat ſi (ſubaudias prius) tantùm conſequuta ſit: nam ſi prius quantitatem dotis acceperit, legatum cedit lucro ipſius filiæ,quaſi id, quod ſuper eſt,quantitati compenſandæ cedat lucro ipſius filiæ,non quod lucro poſſit cedere id, quod eſt infrà quantitatem, ſed id, quod habet,poſtquàm quantitatẽ iam conſequuta ſit,cùm id,quod compenſatur, non poſſit lucro aſcribi, gloſ.in l.mulier,§.cùm proponeretur in final.verb.ff.ad Trebell.

10 Conſtat igitur ex prædictis abſoluta concluſio, quòd, quando quis eſt debitor dotis, & legat dotem,ſiuè ſit debitor ex legis neceſſitate, ſiuè ex contractu, ſemper ex ipſius diſpoſitione,& voluntate cõſtare eo ipſo,quòd dotis nomine reliquit,reliquiſſe id, quod debet,& ſic ſemel deberi iuxtà tex. in §.primũ, verſ.ſciẽdum,C.de rei vxor.act. qui loquitur in debitore voluntario, & per dicta iura in l. huiuſmodi,§.cum pater,ff.de leg.1.& l.Titia §.qui in vita,ff.de leg.2.qui loquuntur etiam in patre,optimè dicit,& ponderat Alex.in d. l.huiuſmodi,§.cùm pater .n.3.verſ. ſed ſi dicit, lego pro dote,ita Ruin. conſ.138. in fin. vol.4.vbi procedit etiam in hærede patris, quando pro dote vtroq; diſpoſitio proceſsit Quando verò ipſe pater ſimpliciter legauit, non dicendo nomine dotis poſt promiſsionẽ dotis,vtrũq; deberi, inquit tex. apertiſsimis verbis in l.ſi pater pro filia,ff.de collat.dot.& dicit Cuiac.lib.3.c.16. in final. verb.obſeru. quẽ textum diuinatiuo modo ſic generaliter, & ſimpliciter loquentem, Bart. & ſequaces voluerunt intelligere loqui,quãdo aliud erat in promiſsione, aliud in legato, vt ſcilicèt in dote promiſſa erat ſpecies, in legato pecunia,vel è contra in d.l.huiuſmodi,§.cùm pater in princ.ff. de legat.1. vt dicit Alex. ibid. num.3.verſ.vnde tenendo,& vt diuinatiuum reprehendit Barboſ. loco citato num.37. & tenet Barboſ.loco citato num.14.cum præcedentibus,& ſeqq.cùm, vt dixi, text.ille loquatur in legato,ſimpliciter facto,in contrarijs ſit factum legatum nomine dotis, & ſic non eſt veriſimile, quòd teſtator velit duplicem dotem ſolui,ſed quando ſimpliciter legauit, & non dixit nomine dotis, coniectura eſt manifeſta, quòd teſtator vtrumq; voluerit ſolui iuxtà tex. in l.vnica,§.primum,verſ. ſciendum,C.de rei vxor. act.

11 Nec obſtant põderationes aduerſus præd. l.ſi pater pro filia, ff.de collat. dot.factæ per Barboſ.in d.§.ſi pater,nu.35.circa fin.cũ ſeq. Vbi per quinque ſolutiones nititur difficillimum prædictum tex.effugere;nam omnes alias ſolutiones ipſe optimè euertit: dum ve-

rò in fin.nu.42.ponderat ibi non compenſari
ſimplex legatum,quia filiæ præteritæ eman-
cipatæ,vel exhæredatæ, eſt relictum ſequẽdo
Iaſ.intellectum, non benè dicit:nam eo mo-
do,quo ipſe ſoluit, intelligẽdo tex. dextruit
illum,cum vult mentem teſtatoris extrinſe-
cus declarare aliter, quàm tex. ponderauit:
non benè intelligitur lex illa, ſubaudiẽdo id,
quod lex, & ipſius autor exprimendum non
eſſe neceſſarium putauit.Secundò confundi-
tur ex tex.l.Titia cum teſtamẽto, ff. deleg.2.
§.qui in vita, vbi eſt etiam filia exhæredata,
& tamẽ tex. ſe fundat in legato,dotis nomi-
ne relicto, dum dicit non eſſe præſumendum
teſtatorem voluiſſe duplici pręſtatione dotis
hæredem onerare, prout iddem in filia non
emancipata,nec exhæredata dixit l.cùm pa-
ter,ff.de iur.dot.ergo,contrarium erit in le-
gato ſimplici,ſtandum igitur eſt regulæ tex.
in d.l.vnica,§. primum,verſ. ſciendum, C.de
rei vxor.act.

12 Nec eidem diſtinctioni obſtant ea,quæ di-
cit, idem Barboſ. in dicta l. ſi cum dotem
§.ſi pater dicto num. 35. & ſequenti poſt
Alex. in dicta l. huiuſmodi, §.cùm pater, ff.
deleg.1.nu.3. dum tenent,quòd, quando pa-
ter ſimpliciter legat filiæ, quòd intelligatur
pro dote,vt per Bal. per illum tex.in l.quod
autem in ſtipulatione,ff.de iur. dot. quia ibi
non agitur de legato patris filiæ facto,ſed de
ſtipulatione,cũ viro inita; in qua patet pro-
mittit viro ipſius filiæ, quantitatem, inquit
tex.quod & ſi non dicatur nomine dotis,ſub
intelligitur cum genero; vel melius ibi agi-
tur de conditione, quæ ineſt in ſtipulatione
dotis nomine, vt dicitur in l.ſtipulationem,
quæ propter cauſam ſupra ibi in eod.titul.
ſcilicèt,ſi nuptiæ ſequutæ fuerunt:propterea
inquit tex. quòd in ſtipulatione non eſt ne-
ceſſaria dotis adiectio, adhoc vt contineatur
cõditio prædicta,inquit tex.quia dato,quòd
fuiſſet ſimplex donatio,etiam in donatione
intelligitur prædicta conditio, ſi nuptiæ ſe-
quutæ fuerint,& in l.tali facta ſtipulatione
in fine legatum fuit de ſoluendo genero filiæ
nomine,& dicit eſſe facta illa centum de do
te,& ſic eſſe auctam dotem, quòad actionem
filiæ dandum: quò verò ad virum eſſe legatis
imputandam,vt ibi legit,& declarat optimè
Budeus in illis verbis ibi legatis referre, &
ſic probat contrarium vterq; tex.nã l.quod
autem fatetur eſſe donationem,& l.tali facta
fatetur,& probat eſſe legatum. Stat igitur
noſtra concluſio: quòd verò in vtroq; textu
illud argumentum nõ ſubſiſtat;ſic probatem
nam quæro, ſi pater promiſiſſet filiæ dotem
in ſpecie,& deinde legaſſet genero ſoluendã
quantitatẽ, nomine filiæ eſſet ne facta com-
pẽſatio,ſi in prima promiſſione eſſet ſpecies,
& in legato quantitas, & è contra? & certè
non, vt infrà dicemus: & tamen non poſſet
negari, ſemper deciſiones prædictorum iu-
rium vniformiter procedere,vt,ſcilicèt,filiæ,
facto diuortio,cõpetat actio dotis,d.l.quod
autem,& in ſtipulatione cõtineri prædictam
conditionem,ſi nuptiæ ſequantur in d.l.tali:
quid enim genero pater poterat promittere
niſi ex cauſa nuptiarũ filiæ illud promittat,
ità illum text. allegat,& intelligit Ruin.con-
ſil.138.vol.4.num.2.& alij ibi allegati;quòd
verò filiæ voluerit donationis, vel dotis no-
mine dare,dixit tex.non eſſe neceſſariũ: quia
in donatione tantundẽ dicit in d.l. quòd autẽ
in ſtipulatione,quia conditio nuptiarum ita
in dote,vti in donatione ſubintelligitur: er-
go in eo tex.vt dixi,contrariũ probatur eius,
ad quod per Bald.& alios ponderatur: reſpe-
ctu verò filiæ,& patris ad cognoſcendum an
doti,vel donationi ſit referenda ſolutio: re-
ſtat regula firma, quam fundauimus.

13 Probatur etiam diuerſum eſſe legatum,
factum per ſocerum genero ſoluendũ, filiæ
nomine, abſque expreſſione dotis à legato,
facto per eũdem eidem eiuſdem filiæ nomi-
ne cum expreſſione dotis nomine: nam pri-
mo caſu abſolutè, & abſque difficultate ſoli
viro legati competit actio, vt d.l.tali facta,
in fin.ff. de iur. dot. at quando dotis nomine
in ſecundo caſu eſt factum legatum ſoli fi-
liæ, actio competit l.ſeruo legato, §.2.ff.de
legat. 1.

Nec obſtat tex.in l.Titio centum §. Titio
genero, quia non ſimpliciter viro actionem
dari dicit,nec eſſe abſolutum legatarium,ſed
propè eſſe,vt legatarius dici poſſit, vt legati
habeat actionem quomodocunq; ſit vix Pa-
pinianus ipſum legatarium dicit eſſe,ſed ip-
ſam filiam,cuius intereſt eſſe dotatam,quan-
do nomine dotis: ſi autem non eſſet legatũ
nomine dotis,abſolutum eſſet viro actionem
dari,& filiæ,poſt exactionem facto diuortio,
& ſic ſemper firmatur prædicta opinio.

14 Nec ſimilitudo quartæ legitimæ, & quar-
tæ viri,& vxoris ex Authen.prætereà,C.vnd.
vir, & vxor fundat prædictam diſtinctionem
debitoris voluntarij,& neceſſarij, nam ex di-
ſpoſitione iuris,quemadmodum lex nõ quæ-
rit aliud, niſi mederi inopiæ viri, & vxoris,
quod habeant ex patrimonio coniugis diui-
tis quartam;quocumque modo habeant,ſuf-
ficit,vt quartã ex dicto patrimonio habeãt,
ideo benè per iura fuit ordinatum, legata
eſſe imputãda,vt dicit Anna conſ.129.nu.31.
& ſeq.prout etiam in legitima,& è contra
in

in Falcidia, quia non agitur de inopia hære-
dis,ſed de onere inſtitutionis , adhoc vt in
poſſe hæredis aliquid exiſtat ex inſtitutione
facta , ideo legata non imputantur,& omnia
alia,quæ obueniunt,iure inſtitutionis veniũt
imputanda in quartam,ff.ad leg. Falcid.ita
Barboſ. in prædicto §.ſi pater.in l.ſi cùm do-
tem num.12.ff.ſolut.matrim.& Coraſ.lib.3.
Miſcell.cap.1.num.8.qui propter hunc tex.
dubitat de prædicta communi diſtinctione .
Et probatio formalis eſt,quòd imputatio in
legitima oriatur ex prædicta ratione ; nam
non inſpicitur,ſi legatum eſt rei,vel ſpeciei,
vel pecuniæ; quia ſemper verum eſt,illa eſ-
ſe de patrimonio teſtatoris,& ſatisfieri legis
intentioni : ſi enim debitum legale eſſet ali-
cuius certæ ſpeciei,tunc aliter eſſet dicendũ,
vt infra dicemus, & per hoc differẽtia eſt in-
ter compenſationem, & imputationem quò
ad hoc,quia imputatio ſufficit penès impu-
tantem eſſe tãtùm de bonis defuncti in com-
penſatione debet præexiſtere debitũ ex vna
parte,& creditũ ex alia,vt optimè dicit Bar-
boſ.in d.§. ſi patet num.16. per tot.vbi de
15 quarta Trebellianica . † Dum verò Barboſ.
d.§. ſi pater nu.6. verſ. tertio modo ad pro-
bãdum excluſionem compenſationis in du-
bio in debitore voluntario allegat tex. in l.
creditorem 87.ff.delegat.2.in eo tex.hoc nõ
probatur, quia ibi non eſt factum legatum
ſimpliciter quantitatis,prout erat creditor:
creditor erat in pecunia,& legatum erat rei:
vnde repugnãt regulæ cõpenſationis, quæ in
omnibus creditoribus ſeruãdæ ſunt, vt dicit
idem Barboſ. & benè loc.cit.num.8. & infrà
latius dicemus,verſ. ex prædictis etiam;In
tex.in l.qui dotem 47.ff.ſolut.matri.expreſ-
ſum ibi eſt dictum legatũ cedere in cauſam
dotis, quia dixit, & prohibuit, ne dotem ab
hæredibus peteret ſic etiam tex.in l.mulier,
quæ de viro,ff.de condit.inſtit. in l.ſi compẽ-
ſando debiti, C. de hæred.inſtit. ponderatur
volũtas ipſius diſponentis circa compenſa-
tionem : nec diſtinguitur circa qualitatem
debiti,ex quo ibi debetur res,& datur portio
hæreditatis, & ſupponitur animus compen-
ſandi. Videtis igitur ex prædictis non pro-
bari in iure aliam diſtinctionem, niſi puram
regulam compenſationis, & voluntatis di-
ſponentis,qui ſi cùm poteſt in cauſam debi-
ti ſoluere,non vult ſoluere,ſed donare,quia
donationis ſpecies eſt ipſum legatum,& non
dixit, nec expreſſit,imò dixit contrariũ,quia
legauit, vel inſtituit, manifeſtiſſimè demon-
ſtrat voluiſſe vtrumque ſolui : ſi verò ſub no-
mine debiti fecit legatum ,vnicum debitum
ſoluere voluiſſe erit intelligendus d.§. pri-
mum,verſ.ſciendum,C.de rei vxor. act. cum
alijs ſupradictis: implicare enim videtur cõ-
tradictionem,vt donare quis velit, & ſolue-
re debitum , vt dicit Barboſ. optimè loc.cit.
num.8. & prædictam rationem militare tàm
in debitore voluntario , quàm neceſſario, vt
ipſi dicunt, & hoc non poſſunt negare .
Remanet igitur optimè fundatum in iure,
ex legibus allegatis prædictã diſtinctionem
non probari .
16 Videamus modò, ſi militat aliqua ratio ,
ex qua poſſit prædicta diſtinctio colligi, vt
ex iuris neceſſitate prædicta compenſatio
interpretatiua oriatur præter teſtatoris vo-
luntatem:& primam rationem prædictæ di-
ſtinctionis dedit Imol. in d. §. ſi pater poſt
princ. ex l.rem legatam,ff.de adimen. legat.
quòd,ſcilicèt, in neceſſitatibus nemo libera-
lis exiſtit, quaſi debitor ex iuris neceſſitate
ſit minus debitor, quàm debitor, qui ſe obli-
gauit : nec video quonam modo in perſona
ipſius debitoris debitum legale operari de-
beat compenſationem pluſquam debitum
voluntarium ex cõtractu: nam maior neceſ-
ſitas generatur in liberalitate excludenda
in mente ipſius debitoris quando ipſe debet
ex neceſſitate contractus, quàm quando de
bet ex iuris neceſſitate : & facit illa conclu-
ſio magis communis, quàm dicimus, quòd ſi
debitor mulieris promittat dotem ipſius vi-
ro, licèt ſit debitor voluntarius, cenſeatur
compenſare voluiſſe cum proprio debito, &
illius ratione promiſiſſe: quando verò dona-
ret ſimpliciter, vel legaret, vtrumq; debebit,
etiam ſi donaret eidẽ creditori, vel legaret,
vt dicit Barboſ.latè in l.1.par.4.nu.58.ver.
ex quo intellectu : vnde potius titulus dotis
eſt,qui excludit donationem, quàm debitum
neceſſarium,vt ipſi dicunt, cùm in mente de-
bitoris,licèt voluntarij, quãdo adeſt titulus
dotis,excludatur dotatio, quando ſimplici-
ter donatio præſumatur l.fin. vbi gloſ. ff. de
petit.hæred.facit etiam l.etiam, ff. de com-
penſat. quam allegat prædicta gloſ. quæ ex
dictione, etiam, difficiliorem videtur facere
compẽſationem cum debito naturali,quàm
cum debito ciuili, & propterea nec ipſemet
Barboſ. prædictæ rationi acquieuit loc. cit.
num.6. in fin. verſ. ſed hæc ratio non eſt con-
cludens, quia procederet, inquit, ipſe quãdo
conſtaret teſtatorem , vti debitorem neceſ-
ſarium legaſſe: quo caſu non dubitarem etiã
in legato debitoris voluntarij iddem eſſe, ſi
diceret, ego ſum debitor talis, intantum le-
go ei tale legatum, vti ipſius debitor , vt
voluerit, ideo debitum ſoluere. Secundò ipſe
Barboſ. ibid. num.7. ex Decio in Auth. præ-
tereà

Digitized by Google

tereà num.11.& alijs,ibi relatis,dat rationē,
quod tùm neceſsitas debiti ſit per iuris di-
ſpoſitionem inducta,& in hoc ſit grauàtus in
vno debitor , debeat in alio releuari iuxta
tex.reg.in l.eum,qui in princ.ff.de iur.iuran.
vt ſemper cenſeatur relictum legatum ani-
mo compenſandi cum debito neceſſario,in-
de colligit,prædictam compenſationem ma-
gis induci ex legis diſpoſitione,quàm ex vo-
luntate teſtatoris, expendendo nouiter tex.
in d.l.Titia,§.qui in vita . De qua pondera-
tione ſupra diximus,& Couar.in c.cùm offi-
cij nu.2.verſ.eamq; rationem. Sed nec præ-
dicta ratio militat in prædictis,vbi in patre
fundauimus,æquè ac in alio obligato ex vo-
luntate ponderari voluntatem diſponentis ,
vt in dubio quando non conſtat vtrumque
voluiſſe ſolui, ſemel tantùm eſſe ſoluendam
dotem,quando nomine dotis præceſsit obli-
gatio,& ſolutio,& è contra vtrumque,quan-
do non expreſsit nomine dotis eſſe factum
legatum d.l.vnica,§.primū,verſ.ſciendum,
17 C.de rei vxor.act. † & prædicta ſunt de mē-
te expreſſa Napod.qui neq; in hoc nos dere-
liquit in cōſuet.quartam infrà de iur.quart.
num.66. in gloſ. ſed vbi habet liberos, vbi
inquit, *quòd quoties legatur aliquid ſub a-
liquo nomine,ſemper videtur legari ſecun-
dùm naturam illius expreſſi , vt in legato
nomine dotis,quod non debet duplicari,ſci-
licèt,vt valeat,vt legatum,& debeatur dos,
vt not.in d.§.qui in vita,ſic ſi eſt legata
quarta conſtituta, ergo ſecundum naturā
conſtitutionis*. Ex quibus vides Napod. aſ-
ſimilare dotem quartæ, & tamen nō dubita-
tur, quòd quarta nō oritur ſimpliciter ex iu-
ris diſpoſitione, ſed ex mera conſtitutione,
& contractu cum iuramento, & eſt volunta-
ria, ita dicit Napod. in dicta conſuetudine
num.15. verſ.& nota,quòd ex ſola conſtitu-
tione mulier lucratur quartam, & ſic nō fa-
cit diſtinctionem Napod. de uoluntario , &
neceſſario debito, ſed ſolùm delegato facto
eiuſdem rei,quæ debetur , prout quādo cre-
ditori id,quod ei debetur,legatum eſt,utibi
num.67.inſtit.delegatis,§.ex contrario, l. ſi
autem 29.ff.delegat.1.l.legaui 25.§. contra
autem,ff.de liber.legat cum concordan.
18 Ex prædictis etiam illud penès me erit ab
ſolutum,ut tàm in compenſatione,quæ indu-
citur ex diſpoſitione iuris, ut dicunt prædi-
cti in debito neceſſario,quàm in compenſa-
tione debiti uoluntarij,sēper debeat ſeruari
regula compenſationis,ut de ſpecie ad quā-
titatem, & è contra non admittatur cōpen-
ſatio,ita optimè fundat Couarr.in c.cum of-
ficij extr.de teſtam.per l. fin. ubi gloſ. com-
muniter recepta,C. de compenſat. vbi alle-
gat Bart.in l.huiuſmodi,§. cum pater,ff. de
leg.1.& Couar.loc.cit.ex Soccin. auctorita-
te tenet ab hac opinione non eſſe receden-
dum in iudicando, & in conſulendo, & com-
muniorem etiam teſtatur Surd. conſil.112.
nu.61. & 62.vol.1. & iddem,quando vtrūq;
eſſet in ſpecie nu.63. & alios plures cumu-
lat Guttier, par.3. cap.5. num.34. de tutel.
Sequitur Barboſ. in d.§.ſi pater num.15. per
text. in l. quod dicitur, ff. de impenſ. in re-
bus dot.fact. Ruin.conſ.137. nu.8. lib.5. Io-
ſeph Ludou.deciſ.Peruſ.15.num.6.validiſsi-
ma enim eſt præſumptio,excludens compē-
ſationem, quando debitor ſpeciei relinquit
quantitatem,& è contra , vt dixit Barboſ.d.
§.ſi pater nu. 15. verſ. non obſtat tertia ra-
19 tio,ibi,quinimo illa coniectura . † Dum ue-
rò ſupponunt DD. in præd.§.ſi pater,& poſt
eos Barboſ.à num.14. uerſ.expenditur cum
pluribus ſeqq. in eo tex. agi de compenſa-
tione, & confuſione crediti ex cauſa dotis
ſtante intellectu, de quo ſupra diximus, non
benè dicunt,nam in eo tex.non conſideratur
compenſatio, uti repoſita in mente teſta-
toris, uel ſub natura compenſationis , ſed
ſolum agitur de æſtimatione rerum peruen-
tarum in poſſe filiæ, ſiuè ex legato , ſiuè
ex inſtitutione à patrimonio patris ad hoc,
ut excludatur dummodò tantùm ualeant ,
quantum doti ſatis ſit , & licèt text. di-
cat compenſandum eſſe in dote, non per
hoc agitur de illa compenſatione regula-
ri , ſed ibi uerbum compenſandum , ex-
plicandum, quaſi contraponendum in ip-
ſa dote ad excludendam uxorem ab ipſa
actione , itaque illa uerba tantùm accepe-
rit, quantum dotis ſatis eſſet , intelligan-
tur de æſtimatione rerum peruentorum ,
ita ut ſiue res ſint legatæ , ſiue quantita-
tes , dummodò tantùm acceperit , exclu-
detur: quia , ut dixi, iſta compenſatio ori-
tur ex legis diſpoſitione ad beneficium ip-
ſius mariti , qui eſt creditor patris, qui ab
eo dotem exegit , & hoc modo intelligen-
do prædictum textum euitari poſſent mul-
tæ amaritudines , & difficultates , de qui-
bus per Barbóſ. in eo à num. 17. & ſeq.
& per alios Doctores : & prædicta con-
firmantur ex intellectu Alex. num. 4. in
l. Papinianus , prout dicit Barboſ. ibi in
dicto §. ſi pater num. 17. & Paul.de Caſtr.
20 ibidem num.2. † & ſic reſpectu confu-
ſionis , uel extinctionis actionis de dote
aduerſus patrem ; & patris hæredes , di-
ſtinguendum erit inter uniuerſalem inſti-
tutionem , ut tunc procedat confuſio in

totum

totum. l. vt debitũ. C. de hæred. act. iuxta de-
clarationem tex. in l. ſi vxor tua. Cod. de bon.
autor. Iudic. poſſid. at ſi in parte eſt hæres, in
parte confuſio procedat, & pro parte, ad co-
hæredes ſpectante, habebit actionem. l. ſi ab
eo. C. de nego. geſt. quando verò eſſet expreſ-
ſus animus compenſandi etiam in parte hæ-
reditatis compenſabitur debitum. l. ſi com-
penſando debiti. C. de hæred. inſtit. At in
ineunda ratione legis Falcidiæ alia ratio cre-
diti licet confuſi eſt habenda, vt in totum
debitum, & æs alienum ſit deducendum re-
ſpectu legatariorũ, niſi cõtraria appareat vo-
luntas teſtatoris. l. ſi debitor. l. quod de bonis.
§. quod auus. ff. ad leg. Falcid. prout optimè
declarat Barboſ. d. §. ſi pater. nu. 19. Reſpectu
verò ipſius viri alia ratio habetur, quia ſuffi-
cit hoc tantum inſpicere, an penes ipſam le-
gatariam, vel hæredem vxorem tantum ex
bonis patris ſit, quantum dotis ſatis ſit iuxta
regulam, qua dicimus hæredem in tãtum te-
neri, confecto inuentario, quantum extat pe-
nes eum de bonis defuncti, in quo caſu non
attenditur, niſi pura æſtimatio, quia omnia
illa bona ſunt debita prius viro creditori pa-
tris, & deinde legatarijs, & ſic deducendum
eſt æs alienum: quæ deductio ſit generaliter.
non attentis regulis compenſationis. l. ſi vni-
uerſa. C. de legat. l. 1. §. ſi is qui. ff. ad Trebell.
quia ſiue res, ſiue pecunia perueniat in poſſe
filiæ pro ipſarum rerum æſtimatione reijci-
tur ab actione contra virum, qnando tantum
peruenit ad eam de patrimonio patris, quan-
tum ſatis ſit doti, vt diximus.

21 His igitur de iure communi præmiſ-
ſis, non erit nobis difficilis reſolutio ipſius
quæſtionis, an ſcilicet, legatum factum per pa-
trem filiæ, vel alteri, cenſeatur factum animo
compenſendi cum paragio debito per ipſius
ſucceſſorem maſculum, vel primogenitum
ſuper bonis paternis, vel maternis vigore
conſtit. in aliquibus, & conſtit. vt de ſucceſ-
ſionib. & noſtræ conſuet. & ſimul, & ſemel
tractabimus multiplicem quæſtionẽ de vita
militia, an de legato facto per defunctũ agna-
to, vel coniuncto ex parte patris, vel matris,
an ſcilicet ipſis coniunctis cenſeatur factum
animo compẽſandi cum medietate antiquo-
rum debita ipſis ex diſpoſitione conſuet. & ſi
teſtator, vel cum nouem partibus debitis fi-
lijs ex diſpoſitione conſuet. ſi qua moriens,
vel medietate etiam debita filijs ſimiliter in
bonis antiquis.

22 Et loquendò primò in paragio, in quo vi-
detur exiſtere maior difficultas, aduertendũ
eſt, quòd, dato, & non conceſſo, quod de iure
communi pater ſimpliciter legando filiæ, vi-
detur legare animo compenſandi cum debi-
to dotis, quod non eſſe verum ſatis ſupra
probatum eſt, ratio illa, & ſimilitudo non
procedit in paragio, quia in Regno pater nõ
tenetur legare dotem ipſius filiæ, nec tenetur
ipſe poſt mortem ſuam illam dotare, ſed hæ-
res, & ſucceſſor in bonis: vnde quia in debi-
to dotis de iure ciuili debet etiam hæres id,
quod defunctus debebat, & illud debitum
neceſſarium tranſit in hæredem, poſſent pro-
pterea procedere ea, quæ dicunt Caſtren. cõſ.
35. Videtur dicendum vol. 2. Crau. cõſ. 131.
num. 14. vol. 1. Ancharan. conſ. 26. in 2.
dub. Ruin. conſ. 138. vol. 4. quia hæres, & de-
functus ſunt vna, eademque perſona, vt dicit
Ann. conſ. 120. nu. 37. & quia hęres eſt debi-
tor ex facto, & obligatione ipſius defuncti, vt
23 not. Guttier. par. 3. c. 5. nu. 20. de tutel. † In
paragio non eſt verum, quòd hæres teneatur
hæreditario nomine: nam ſi poneremus ca-
ſum in feudo, in quo ex pacto, & prouidentia
ſucceditur, & in quo ius paſſiuum ipſius de-
functi non tranſit in ſucceſſorem, non per hoc
minus debetur paragium ipſis fœminis ex-
cluſis, quia, vt ſupra fundatum eſt, tam vita
militia, quam paragium debetur, ipſis exclu-
ſis à ſucceſſione tam in feudo ex pactò, quàm
in feudo hæreditario: ſi igitur vna diſpoſitio
conſtit. in aliquibus, ſimpliciter diſponens,
debet ęqualiter in omnibus determinare tam
in feudo ex pacto, quàm alijs, non erit ergo
ratio hæreditatis, ſed alia, & vnica ratio, quia
ratio hareditatis nullo modo aptari poteſt in
feudo ex pacto, & prouidentia, ergo neceſſa-
riò fatendum eſt, debitum paragij, & vitę mi-
litię non eſſe debitum hęreditarium, & eſſe
loco portionis, quam ſoror deberet habere,
vel frater ſecundogenitus, vt per Iſern. in
princ. repetit. conſtit. comitibus, & Petr. de
Gregor. in tract. de vit. milit. q. 6. optimè etiã
dixit Anna pater alleg. 23. & nos ſatis dixi-
mus ſupra in 5. art. verſ. *quæro igitur In cu-
ius generis rebus*, vbi fundauimus debitum
paragij non eſſe debitum hęreditarium, vnde
ſtantibus his terminis, non poteſt practicari
quæſtio compenſationis, cùm debitum hoc
dotandi non tranſeat in ipſum ſucceſſorem,
vti hęredem ipſius defuncti, nec ex perſona
defuncti, ſed ex propria perſona, vt fatendo
contraria reſoluit Anna in conſ. 120. nu. 38.
licèt in puncto contrarium teneat, ſupponẽ-
do eſſe debitum hæreditarium, debitum vitę
militiæ. Patet etiam, quia alio modo ius do-
tandi exiſtebat penes defunctum, alio modo
exiſtit penes ſucceſſorem, vt ex ſupra dictis in
pluribus conſpici poſſet: quòd verò debitum
dotis in feudo ex pacto non tranſeat a patre

ad

ad primogenitum, dixit Iſern. in conſtit: Co-
mitibus, in fin. de qua doctrina pluries ſupra
diximus, & in feudo hæreditario debet pro-
cedere diſpoſitio, aliàs debebitur, vt ſimplex
æs alienum, vt etiam ſupra dictum eſt, & ſe-
cundùm prædicta in vita militia fuit in Sac.
Conſil. deciſum, vt refert Afflict. deciſ. 138.
& ſequitur abſque aliqua controuerſia Do-
minus Georgius in alleg. 9. num. 35. & ſeq.
Ea præcipuè ratione, quia non debebantur
ab ipſo teſtatore, ſed ab eius hærede, ſcilicet,
ſucceſſore, quæ ratio militat in paragio: nam,
licèt pater teneatur filiam nubilis ætatis do-
tare, non tenetur de paragio, & non tenetur
ei nec legitimam, nec dotem relinquere, cùm
ceſſet officium paternum eo mortuo, ſtante
prouidentia conſtitutionis, & conſuetudinis,
ad aliquid pater non tenetur: ideo extingui-
tur obligatio patris per mortem, & incipit
naſci obligatio ſucceſſoris. arg. l. in cauſa. ff. de
minor cum teneretur alias officio Iudicis, ip-
ſe filius ſi patris obligatiò inſpiceretur, & ta-
men videmus, quod tenetur iure actionis:
24 † cùm ergo pater legat, legatum accipit vi-
res, patre mortuo, quo tempore non eſt debi-
tor, non benè poteſt de compenſatione agi:
nam non exiſtit debitum ipſius teſtatoris eo
tempore, quo incipit vires legatum accipere,
prout eſt in omnibus legibus, & autoritati-
bus per DD. in hac materia allegatis. Et quod
quando non teſtator, ſed eius hæres eſt debi-
tor legatarij, non procedat præſumpta com-
penſatio. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 5. nu. 6.
vbi latius cumulat, & hanc opinionem pro-
bat poſtremo Excouar. de ratiocinijs cap. 30.
num. 31. & Barboſ. d. §. ſi pater. num. 31. Niſi
expreſsè hoc dixerit teſtator: quo caſu non
eſt dubitandum, vt dixit Afflict. in fin. præd.
deciſionis, & latè proſequitur Anna d. conſ.
120. num. 40. & conſ. ſeq. num. 10. qui eſt Me-
noch. & Crau. conſ. 131. in fin. volum. 1. Et ſe-
cundum hanc rationem proceſſit deciſio, quę
in fine prædicti conſilij per Annam refertur:
non autem quando ſimpliciter præceſſiſſet
legatum.

25 Nec obſtant reſpõſiones Annæ in præd.
conſ. dum primò nititur ipſam deciſionem
effugere cum expreſſa voluntate diſponentis,
quia ipſam fateor, vt iam dixi, quando teſta-
tor expreſsè voluit compẽſari, quia tunc nec
regulæ compenſationum attenduntur, ita
Guttier. qui alios allegat in d. lib. 3. de tutel.
cap. 5. num. 38. Secundò fundatur Anna in
autoritate Vrſilli, qui maximè fundatur in
ſimilitudine inter vitam, & militiam, & ali-
menta autoritate Frecc. in lib. 3. in 19. diffe-
rentia. num. 2. vbi dicit, ex quo datur annuum
quid, quod extinguitur morte ipſius ſecun-
dogeniti, eſſe loco alimentorum: quæ ratio,
& ſimilitudo non procederet in paragio, cùm
ſit vera portio valoris, quæ datur perpetuò,
vt in diffinitione diximus: nec per hoc abſo-
luta eſt æquiparatio cum alimẽtis, vt expreſ-
sè dixit Iſern. in princ. repet. conſtit. comi-
tibus, qui ex hoc dixit, ex alia ratione alimen-
ta de iure communi deberi, & ex alia vitam,
& militiam ex diſpoſitione illius conſtitutio-
nis, & proinde expertorum Regnicolarum
opinione, quam probat, etiam ſi non egeat
ſecundogenitus, & habeat aliunde, tenet de-
bere eum conſequi à primogenito vitam, &
militiam, ſicut paragium ſoror excluſa loco
partis, ſibi debitæ, à qua excluditur, & licèt
cum vita ſecundogeniti extinguatur vita
militia, non per hoc minus metitur, & liqui-
datur cum quantitate legitimæ, vt dixit idem
Iſern. in ead. conſtit. comitibus in d. repetit.
col. 3. in princ. ibi, *Alij dicunt, ſicut diximus
in paragio*, eſt verum, quia habet vita duran-
te, habet tamen introitus integros ipſius le-
gitimæ portionis, ac redditus. vt dixit Petr.
de Gregor. in tract. de vit. milit. q. 7. & per
totam, & Iſern. in fin. conſtit. aliquibus, verſ.
quid ſi maior in fin. verb. ibi, ſecus in vita
26 militia. † At ſi eſſent prædicti redditus ali-
menta, metirentur ſecundùm qualitatem
inopiæ ipſius perſonæ creditricis: quando
verò quis eſt creditor fructuum, & ei ſit lega-
tum ſpeciei, vel quantitatis, non procedit cõ-
pẽſatio, vt infra dicetur, & generaliter quòd
compenſatio nõ admittatur, niſi in caſu, quo
poteſt fieri ſolutio, Bald. in l. compenſationes
27 num. 22. C. de compenſatio. † Et in ſpecie,
quòd contra petentem alimenta non poſſit
obijci compenſatio, tex. eſt in l. in ea. C. de
compenſat. quæ notanda ſunt pro vita mili-
tia. Et hinc redditur falſa ratio, qua fundatur
idem Anna in præd. conſ. nu. 39. dum putat,
quòd, quando habet aliunde, vnde ſe alat ip-
ſe ſecundogenitus, & tanto magis à patre ex
alia cauſa non debeat conſequi vitam militiã,
quia hęc ratio ab Iſern. & alijs poſt eum ibi-
dem reprobatur ex prædicta Regnicolarum
opinione, & videmus quotidie in liquidatio-
nibus vitæ militiæ, nam pater relinquit om-
nes filios hæredes in burgenſaticis, licèt di-
tiſſimi ſint ex alijs paternis bonis filij ſecun-
dogeniti, non per hoc excluduntur à vita mi-
28 litia, † itaque quando in caſu prædictæ deci-
ſionis pater reliquit aliud feudum, non poteſt
de vno feudo ad aliud fieri compẽſatio, cùm
in quolibet feudo ſecundogenitus teneatur
ratione feudi vitæ militiæ ad ſeruitium per-
ſonale, quando caſus ſuccederet, & ſic vide-
tur

Digitized by Google

tur etiam realis in feudo ipſa præſtatio, & verè onus feudi, vt dixit Hern.d.conſtit. comitibus, & congerit latè Anna d.conſ. num. 32. & ſuper fructibus feudi paterni, vt dicit Petr.de Gregor.in tract.de vit.milit.quæſt.5. & q. 3. & ceſſat inter diuerſa compenſatio
29 præſumpta, vt ſupra diximus. † Notanda eſt etiam ratio, quæ nec in prædicta deciſione ab Afflicto ponderatur: quia ibi pater acquiſiuerat illud feudum de nouo, cum poteſtate diſponendi inter filios, & ſic dando, & legando illud ſecundogenito, legatarius ſuccedit ex tenore inueſtituræ, & non facit pater iniuriam primogenito, vt ponderat Vrſill. loc. cit.num.5.

30. Quando & tertiò Anna conatur euertere Afflicti rationem, ac inſimul probare, eum malè Albericum allegaſſe in princ.C.de rei vxo.act.col.3.in princ. dubito non parũ, hoc iddem ipſi accidere, quod in Afflicto notat: Afflictus enim ſupponit, patrem non eſſe debitorem vitæ militiæ, & licet officio Iudicis teneatur non teneri ad vitam militiam officio Iudicis, ſed ad alimenta, & primogenitum ſucceſſorem teneri iure actionis ad vitam militiam, & conditione ex lege etiam reali, ex cap. alienationis actus, Petr.de Greg. de vit.milit.quæſt.9.dum ergo allegat Afflic. Albericum optimè facit; nam licet compenſentur alimenta debita officio Iudicis, non per hoc compenſari poteſt vita militia, quæ debetur iure actionis, & licèt pater relinquat aliquid, bene compenſabuntur in illo relicto, vt dixi, alimenta, officio Iudicis debita, non autem vita militia, quæ ab hærede iure actionis debetur: vnde dato, quòd hæres, & defunctus eſſent eadem perſona, & onus eſſet hæreditarium, vt dixit Anna loco cit. num. 37.non procedit, qnia debetur iure actionis, & non officio Iudicis ipſa vita militia, prout eſt etiam paragium, quod iure actionis debetur, & ſic alimenta debita per patrem officio Iudicis non excludunt vitam militiam: & licet pater debeat alimenta, non debet illa ſuper feudo, vt debet ſecundogenitus paragium, & vitã militiã, ergo benè Affl. allegat Albericum, & illa dictio negatiua debet verè ſuppleri, in ea, vt dicat, ideo non videtur relicta animo compenſandi, cùm a patre officio Iudicis militiam petere non poterat, Barboſa autem in d. §.ſi pater. num. 42. verſ. ex qua colligendum, intelligit Albericum, & Afflictum locis citatis, quòd in debitore neceſſariò, ſiue debitor ſit, qui poſſit conueniri iure actionis, ſiue officio Iudicis ſemper præſumi debeat legatum factum animo com-
31 penſandi: † & ideo Afflict. fundat deciſionẽ in ea ratione, quia non tenebatur legans, nec Iudicis officio, nec iure actionis ad dandam vitam militiam: ideo non videri relictũ animo compenſandi, & in hoc Anna num.3.reprehendit Tiraquellum, & dicit Afflictum non fundare in hoc prædictam deciſionem: ſed ita ipſum Afflictum in ſpecie, vt Tiraquell. de primogenit. quæſt.75. num. 3. allegat etiam Guttier. par. 3.cap.5. de tutel. num.7.vbi allegat eundem Afflict.in conſtit. Comitibus.q.14.quem etiam allegat Baez de decim.tutor.cap.5.nu.17.& Scipio Bucinus in cõſuet.& ſi teſtator, in addit. magna, quæ incip.circa hanc conſuetudinem, verſ.ſed nota, quia vidi dubitari de facto fol.174.Barboſ. in d.§.ſi pater.num.31.poſt omnes prędictos.
31 † Quòd verò hoc debitũ tam paragij, quam vitæ militiæ incipiat à die mortis defuncti, vltra prædicta optimè fundat Petr. de Gregor. in tract.de vit. milit. q. 6. & oritur clariſſimè ex diſpoſitione tex.in conſtit. comitibus, vbi debitum oritur occaſione eorum, quę à patre communi habet frater, & ſic in perſona ipſius fratris fundatur debitum occaſione ſucceſſionis: ſi igitur totum feudum in primogenito eſt legitima, & nihil alijs pater debet, ſed frater ipſe paraginm fœminis, & ſecundogenitis vitam, & militiam, non video quonam modo poſſet dici hoc debitũ originem habere ex cauſa de præterito ante mortem patris, non enim reperimus, quod pater teneatur filiæ, vel ſecundogenitis vitam militiã, & paragium relinquere, quemadmodum eſt in legitima, & alijs, ex quibus reſoluuntur obiectiones, & replicationes factæ per Annam d.conſ.nu.31. cum ſeq. Quòd autem totum feudum cum prædicto onere debeatur primogenito, vti legitima, fundat Petr. de Gregor.in d.tract.de vit.milit.q. 3. vbi latè, & Frecc.in lib.3.in 19.differ.num. 2. Et licet hanc opinionem reprobet, & benè Camerar. in repet.cap. imperialem, fol.102.lit.G.cum præcedent.vbi fundat totum feudum non eſſe legitimam primogeniti.fol.101. lit. V. affirmat tamen in ipſo feudo ſecundogenito aliquam non competere portionem, ſed ſolùm illam præſtationem ſuper fructibus natis poſt mortem defuncti, & ſic nullo modo poteſt prædicta obligatio habere cauſam pręcedentem, & de præterito, prout in decima, tutori debita, ponderat Guttier.in d.tract.de tutel. par.3.cap.5.num. 20. in fin. & ſeq. vbi creditum tutoris probat incipere in vita teſtatoris, ex quo teſtator relinquit tutorem, contra quem tenet Excouar.cap.30.num.31.
32 de ratiocinijs, cum ibi relatis. † Vnde contraria penitus eſt diſpoſitio paragij, & vitæ mili-

militiæ ab ipſa legitima, vel quartis debitis
patrono, vel coniugi inopi: quia illæ deben-
tur à moriente ipſis filijs patrono, & coniu-
gi, & non ab hærede eorum; hæc, ſcilicet, pa-
ragium, & militia non debentur à defuncto,
& debentur ab eius ſucceſſore, nec etiam vti
hærede, ſed vti excludente prædictas perſo-
nas, ex quibus regulæ compenſationis rema-
33 nent excluſæ, † & in ſpecie, quod legatum
ſpeciei non compenſetur in dubio cum cre-
dito portionis fructuum, licet ex iuris diſpo-
ſitione fundatum ſit creditum prædictum,
Guttier. in d. par. 3. cap. 5. de tutel. num. 34. &
ſeq. quæ eſt punctualis deciſio pro vita mili-
34 tia. † Et ſic ſtat regula glo. in §. ſi pater, in l. ſi
cum dotem. ff. ſol. matrim. in verb. tantum, in
final. verb. ſcilicet; non præſumi compenſa-
tionem cum debito, quòd incip. poſt mortem
quam glo. neſcio, an Alberic. poſt Bart. in d.
§. ſi pater, verſ. vltimò oppono, & Anna loc.
cit. rectè intellexerint, dum putant ſolutionē
eſſe de contrario ibi proximè allegato, ſcili-
cet, l. huiuſmodi. §. qui ſeruus. ff. de leg. 1. qui
textus, licet multum conſideretur, non facit
ad caſum, de quo ibi nec poſſum videre, quo-
nam modo pro contrario allegetur, & quo-
modo ſolutio, à gloſa data, poſſit congruere
illius literæ: ſed intentio illius gloſæ non eſt
allegare. §. qui ſeruus, ſed §. cùm pater, qui in
exemplari ipſius debebat eſſe vnitum cum
præcedenti. §. qui ſeruus, nec contrarium ad
id, ad quod ipſi dicunt, allegatur. nam cum
gl. videret d. §. ſi pater maximè obſtare tex. in
l. vnic. §. primum. verſ. ſciendum. C. de rei vx.
act. poſt varias ſolutiones datas, in ea ſolutio-
ne videbatur reſidere gloſa, tanquam vltima,
ſcilicet, quòd in d. §. ſciendum non erat exa-
cta dos, prout erat exacta in d. §. ſi pater, in
hoc gloſa replicat, allegando contrarium, nō
quod contrariū allegetur in principali quæ-
ſtione, ſed contra hanc ſolutionem de tex. in
d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruus aliàs. §. cùm pa-
ter, vbi dos non eſt exacta, & tamen alterum
exigitur, quaſi dicat gloſa, non eſſe veram ſo-
lutionem, ſcilicet, quòd ideo in d. §. primum.
verſ. ſciendum vtrunque debeatur, quia non
erat exacta dos, & dat contrarium de tex. in
d. §. cùm pater, quem verè vult allegare, vbi
alterum debetur, & non eſt exacta dos, & ſic
reddit glo. ad alias ſolutiones fatendo contra-
rium, & tollendo illam vltimam ſolutionem,
quòd ibi non erat exacta dos in d. §. primum,
& dat duas alias ſolutiones dicti contrarij,
ſcilicet, §. primum, verſ. ſciendum: Vltima
quarum, in qua reſidet gloſa, eſt, quia in d. §.
primum, debitum incipit poſt teſtamentum:
at in §. ſi pater inceperat ante teſtamentum:
nam dos non debetur, niſi ſoluto matrimo-
nio: at ſic poſt mortem, & tamen ſi poteſt
dari debitum, quod incipiat deberi poſt mor-
tē, & habeat cauſam obligationis præcedētē,
35 hmōi eſt reſtitutio dotis, † vnde cōfunditur
Anna tam in intellectu ipſius gloſæ, quàm in
realitate ſolutionis, & firmatur noſtra opi-
nio, etiam dato, quòd debitum habeat cauſā
præcedentem, & in eo, quod de quarta dicit,
nihil eſt, quia quartam tenetur relinquere ibi
teſtator, quod non eſt in caſu noſtro. Et hanc
ſolutionē approbat Alberi. in d. §. ſi pater. nu.
2. verſ. ſed dic, qđ refert, vbi licet quis debeat
aliqd cōſequi poſt mortē alicuius, diſtinguit,
quod aut illi teſtator tenetur relinquere, &
cenſetur compenſare velle, aut non tenetur,
ſed creditor tantùm debet recipere, & non
præſumitur, vt in d. §. primum, verſ. ſciendū.
Vbi, licet vxor debeat recipere, non tenetur
ei maritus relinquere, & per hoc non cenſe-
tur animus compenſandi, huiuſmodi eſt ca-
ſus noſter, cùm pater non teneatur relinque-
re paragium, vel vitam militiam, reſidet ta-
men quicquid ſit, Alberic. cum glo. in ea opi-
nione, quòd compenſatio non præſumitur
in debito, quod incipit deberi poſt mortem,
& teſtator non tenetur relinquere.

36 Dum verò Anna in præd. conſ. num. 11.
conatur per viam imputationis in vita mili-
tia ſecundogenitum excludere, quaſi debeat
legatum, ſimpliciter factum in vitam militiā
imputari ad ſimilitudinem legitimæ, quod
argumentum etiam in paragio militaret,
nec video, quonam modo, ſi compenſatio,
excluditur, imputatio non debeat eadem ra-
tione excludi, & licet in legitima omnia re-
licta imputari debeant, ratio eſt, quia eodem
tempore, & ab eodem teſtatore debetur legi-
tima bonorum; quæ, cùm ſoluitur, non tam
imputatio dicitur, quàm ſolutio: vera enim
imputatio eſt, quando dos, vel donatio pro
pter nuptias, vel ſimilia, in vita data, imputā-
tur in quartam, debitam, vel legitimam, vt
dicit tex. in l. quoniam nouella, C. de inoffic.
teſtam. vt ſic data inter viuos, ex quo per ne-
ceſſitatem dari videntur, & quaſi coguntur
illa facere, voluit lex, quòd ea in legitimam
imputarentur, at legata, & alia, quæ ex
ſubſtantia teſtatoris proueniūt, ſunt de quar-
ta bonorum prouenta ex ſubſtantia defuncti
ad excludendam inofficioſi querelam. l. omni
modo, ibi, id, quod minus portione legitima
ſibi relictum eſt, & ideo, quādo agimus de ve-
ra, ac propria imputatione. non tractamus de
relictis in vltima voluntate, ſed de acceptis
in vita: vnde ſic procedit diſpoſitio l. penul.
in princ. C. de collat. vbi omnia, quæ impu-
tantur

tantur in quartam, inquit, conferri ab inte-
ſtato, & tamen legata, & omnia imputantur,
& non conferuntur l. in filiam, la 2. l. à patre,
C. de collat. Paul. in l. 1. C. de collat. Dec. in
Authen. ex teſtamento, eod. tit. in princ. quia
intelligitur de vera imputatione, non de ſo-
lutione, quæ eſt, quando in vltima voluntate
habet quartã tot. tit. ff. & C. de inoffic. te-
ſtam. præcipuè l. Papinianus, §. quoniam au
tem quarta, ff. de inoffic. teſtam. Ratio igitur
imputationis eſt, quia ſoluitur eodem tẽpore
verè id, quod tunc debetur, vt dicit Alberic.
in d. l. ſi cùm dotem, §. ſi pater nu. 2. verſ. ſed
die, quod refert: at quando in vita fieret do-
natio inter viuos, non cauſa mortis, ex quo
in vita non debetur legitima, non fit impu-
tatio, niſi expreſſum ſit debere in quartam
imputari l. ſi non mortis cauſa, ff. de inoffic.
teſtã. l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inof
fic. teſtam. & latè diximus ſupra, & tamen
inter donationem inter viuos, & cauſa mor-
tis, vel legatum, non eſt alia differentia, niſi,
quia illa inter viuos præſtatur in vita, alia
præſtatur poſt mortem: ſic etiam dicendum
in paragio, & vita militia, nam illa non de-
bet defunctus, ſed eius hæres, & verè illa
dotata de paragio dicitur dotata de bonis
fraternis, quemadmodum ſecundogenitus
habet alimenta de fructibus feudi, qui na-
ſcuntur poſt mortem; & ſunt verè bona ip-
ſius fratris primogeniti, vt latè probauimus
ſupra in illa quæſtione, an dotata de para-
gio excludatur à ſucceſſione fratris in prin-
cipio huius repetitionis, iuncta diſpoſitione
pragmaticæ Filingeriæ: ſi ergo ad transfe-
rendam ſolutionem de tempore ad tempus
neceſſaria eſt ſpecifica eſpreſſio in ipſa quar-
ta, quando inter viuos donat pater per præ-
dicta iura; ſic etiam de perſona ad perſonam,
ſcilicet de perſona ipſius defuncti ad ſucceſ-
ſorem, qui in hoc non tenetur nomine hę-
reditario, debet fieri expreſſio tanto magis,
quia valet argumentum de tempore ad per-
ſonas, & è contra, ita Euerard. in ſua centur.
in loc. 37.
37 Omitto etiam iſtas imputationes, ex prę-
dictis iuribus non eſſe repertas, niſi aduer-
ſus illas perſonas, quæ habent ius quærelan-
di teſtamentum, vt omnia iura exclamant,
iſta regula non poteſt militare in illis, qui
tale ius habere nõ poſſunt, vti eſt fęmina ex-
cluſa, maſculis exiſtentibus, vel ſecundoge-
niti in feudo iure Francorum, vt aliàs di-
ximus, quibus ius querelæ non competit.
38 Vltimò aduertatur ratio irreſragabilis, &
loquamur in ſucceſſione feudorum prius;
iſtæ portiones dantur verè iſtis perſonis lo-
co portionum, ad quos ſuaderent in ipſis
feudis, ſi admitterentur, vt cęteri ad ipſam
ſucceſſionem, vt latè ſupra diximus in prin-
cipio huius repetitionis in diſcurſu Conſtit.
in aliquibus. Si ergo dantur per ſucceſſores
ratione excluſionis, & non quia pater debet,
vt in legitima, & in portione virili legatum
non computatur; quare debet computari
in paragio, & militia; quæ magis ſubro-
gantur ipſi portioni, quam legitimæ; nam
poſt mortem patris omnes filij vocantur v-
triuſque ſexus: & ſic dum fœmina a maſcu-
lo excluditur à virili, debet ei maſculus pa-
ragium, dum ſecundogenitus à primogenito
habet vitam militiam: ergo ſi in virili non
imputatur legatum, quia nec confertur tot.
tit. de collat. ff. & C. remanet etiam à para-
gio imputatio excluſa, niſi teſtator expreſ-
ſerit: Si ergo aliquis ex filijs, quando ſuc-
cederetur ſecundùm ius Longobardum, ha-
buiſſet legatum alicuius rei, non excludere-
tur à portione ſucceſſionis feudi, nec etiam
minus in totum ſuccederet primogenitus, ſi
habuiſſet aliquod legatum à patre, ſiue ſit
hęreditarium, ſiue ex pacto, quia non poteſt
pater diſponere abſque aſſenſu, vt per Iſern.
in §. præterea Ducatus, in princ. de prohib.
feud. alien. per Federic. & in cap. omnes fi-
39 lij, ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer.
ſic etiam dicendum in portionibus loco vi-
ris ſubrogatis, vt eſt paragium, & militia.
Et licèt, quando eſpreſsè diſponeret, eſſet
diſcutienda illa quæſtio, an inſtituto in feu-
do debeatur ęſtimatio, vt per Ann. alleg. 127.
& in fine, vbi eius filius in addit. tenet non
deberi æſtimationem, & ſic fuiſſe deciſum
in cauſa delli Suriani in anno 1582.
40 † Quando verò non datur diſpoſitio patris
in feudo hæreditario, nec in corpore validè,
nec eſpreſsè in eius æſtimatione, quę in feu-
do hæreditario eſt in diſpoſitione teſtatoris;
vt per Camerar. in §. præterea Ducatus de
prohib. feud. alienat. & per Ann. alleg. 25.
& 26. & de Franch. deciſ. 1. per tot. Filij ſuc-
cedunt iure ſucceſſorio feudali. Ann. in pręd.
alleg. 127. num. 29 ſi igitur teſtator nihil di-
ſpoſuit, & ſimpliciter legauit, & non dixit
pro paragio debito, cùm paragium debeatur
ſuper feudo, vel ratione feudi, & veniat etiã
iure ſucceſſorio feudali, & nõ ex diſpoſitio-
defuncti, non poteſt fieri imputatio, quia nõ
ſoluitur debitum, cùm de re, vel ſpecie ad a-
liam diuerſam non fiat ſolutio, nec bona pa-
tris ſunt debita filiæ pro paragio, vel vita
militia filio ſecundo genito, prout eſt in
quartis, & legitima, ergo omninò excludi-
tur, eò magis quia, cùm potuiſſet pater lega-

re pro dote, voluit ſimpliciter legare,vt d. l.vnica §.primum,verſ. ſciendum, C. de rei vxor.act.& faciunt omnia iura,de quibus ſupra diximus, in legato, ſimpliciter facto per patrem, quòd nomine dotis non debeat intelligi, & ſi in ea ſpecie,in qua pater eſt verè conſtitutus debitor præcedente promiſſione, & eius hæres debet teneri iure hæreditario,tam validè difficultatur, an legatum, ſimpliciter factum,intelligatur pro dote, an vtrumque debeat habere filia, vt in iuribus ſupracitatis, quantò magis in caſu noſtro,in quo pater nihil promiſit,eius obligatio cum morte extinguitur,non tenetur hæres nomine hæreditario,ſed quia ſucceſſor;non venit ad hæreditatem iſtam ea voluntate defuncti:
41 † nam,licèt inter Doctores ſatis probabiliter dubitetur, an onus filiam dotandi, quod ſpectat ad patrem de iure communi,tranſeat ad eius hæredem,vt dicit Soccin.in conſ.57. num.4.lib.4. & inter Bart. & Bald. ſit controuerſia. Bald.enim, & Alex. in l.ſi ſocer.in princ.ff.ſolut.matr. tenent non teneri. Bart. contra in l.ſi marito, §. ſi voluntate num.9. & ibi Paul. num.9. ff. ſolut.matrim.vt notat Soccin. loco citato, & communiorem Bart. opinionem dicit Barboſ. in l.1. in 4. par. num.5. & 6.ff.ſolut.matrim.illa opinio procedit de iure communi:quando verò per ſtatutum eſt prouiſum, quòd ſucceſſores teneantur dotare, qui filias excludunt innuptas, tunc non hæreditario nomine, ſed quia accipit portionem filiæ, tenentur dotare ex forma ſtatuti, ita Soccin. optimè in d. conſil.57.num.8. in fin. vbi in ſimili ſtatuto, nõ vt filius, & hæres dicit teneri,ſed vti poſſidens bona patris, vel melius vti poſſidens portionem, ad ſororem ſpectantem, vt ibi dicit Soccin. & probatur in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo ius hæreditarium
42 tranſire non poteſt. † Similiter probatur, quòd hoc onus non ſit hæreditarium: nam licet mater de iure non teneatur dotare filiam, & ſic, ceſſantibus neceſſitatibus, ſecundùm opinionem aliquorum, nec dotem debet mater ipſius filiæ,vt latè probat Barboſ.in d.l.1.par.4.num.81.verſ. vlterius,& ſexto. Et tamen,licèt in matre ſit aliqua differentia inter eam,& patrem,imò magna,vt ibi in hærede autem matris, vel patris, vel melius in bonis maternis, & paternis nulla ſit differentia quò ad ſolutionem paragij,vt quotidie practicamus. Nec Iſerniam iſta difficultas fugit in præd. conſtit. in aliquibus col.14. verſ. ſecundùm ſententiam iſtorum,vbi quęſiuit,ſi mater non teneretur viuens,quomodo eius filius teneri debet, & dicit teneri, vti ad legitimam,tu ſubintelligas, quando eſt caſus legitimæ, ſic etiam vti ad portionem, quando eſſet caſus ſucceſſionis, aliàs malè diceret Iſern.cùm quotidie videamus ſic in patris, vti in matris ſucceſſione vſque ad virilem poſſe paragium arbitrari, vt dicit idem Iſern. in fin. ipſius conſtitutionis, & aliàs ſupra diximus.

43 Vltimò comprobatur; nam, ſi eſſet iure hæreditario filius debitor dotis,prout pater eſt obligatus officio Iudicis,ipſius hęres quoque ſimiliter officio Iudicis teneretur: & tamen tenentur iure actionis ſucceſſores, vt diximus ſupra in ſeptimo articulo.Quòd verò in perſona patris ſit quaſi debitum, latè dicit Barboſ.in l.1. par.4. nu 20. verſ. neq; obſtat d.§.cùm proponeretur,& dicemus infra, dum de ſupplemento agemus in fin.ſeq. articuli.Tenetur igitur ex his omnibus ſucceſſor proprio nomine, & non hæreditario: dico proprio, ſcilicet, ſucceſſorio,quia ſucceſſit ad bona, quæ erant ipſius ſororis poſt mortem patris, vel matris, & non vti hæres,vt diximus. Ex quibus abſolutè ſemper dicerem, quando aliàs non conſtaret de voluntate patris, quòd voluerit pro dote ſoluere,non eſſe nec imputandum, nec compenſandum cum paragio,vel vita militia, quando legatum eſt de bonis burgenſaticis in paragio, ſcilicet, & vita militia ſuper feudalibus,cùm penitus ſint inter ſe diuerſa; quia legatum eſt de bonis hæreditarijs, & burgenſaticis, & à diuerſo patrimonio paragium tollatur cum vita militia, ſcilicèt à feudalibus, & ſic militant plures rationes ad excludendam prædictam opinionem in vita militia,& paragio debito ſuper feudalibus, quàm in alijs: non tamen per hoc contrarium aſſero in alijs bonis, cùm ſemper ceſſent rationes imputationis, ac compenſationis, & militet illa præſumptio,quòd,ſi voluiſſet teſtator dixiſſet legare pro paragio: quæ expreſſio in legitima non eſt neceſſaria, quia ſoluitur, vt dixi, legitima per legatum ſimplex,& naturaliter procedit ſolutio,quia non ſoluitur aliud pro alio: at inter diuerſa, prout eſt legatum, quod eſt donatio, & paragium, quod debetur ratione illius ſucceſſionis, à qua excluditur, non procedit ex iam pluries dictis, & ſic comprobat praxis communis ſeruata in liquidatione paragij feudalium, & burgenſaticorum, vbi ſimul æſtimãtur burgẽſatica,& feudalia,& ex omnibus ſimul ſumitur paragium,vt refert Camerar. in fin. cap. an agnatus, num.158. circa princip. intelligendo in feudo hæreditario, alias ſecus in feudo ex pacto, & ſucce-

dit

dit prædicta praxis, ex quo de vniuerſo patrimonio æs alienum erat detrahendum, iuxta ibi tradita, & per D. de Franch. deciſ.1. Qua detractione facta æris alieni ſumitur paragium: & fortius omnia prædicta militant in vita militia, in qua ſolùm patrimonium feudale venit appretiandum: Item & quando legatum contineret feudalia, vt in deciſ. Affl.ct. & validè procederet: quia cum aſſenſu, vel poteſtate diſponendi, vt ibi in feudo hæreditario diſponitur, ſemper militabunt prædictæ rationes, quia licèt extinguatur vita militia quò ad illud feudum legatum, & in burgenſaticis legitima, in alijs feudis remanent iura paragij, & vitæ militiæ.

44 Præterea conuincitur contraria opinio, & noſtra cum omnibus prædictis comprobatur, per tex. in conſtit. in aliquibus, quæ conſtitutio primò admittit ad ſucceſſionem maſculos, & fœminas: eſt verum, quòd maſculos fœminis præfert; & hanc prælationem dat, *dum tamen ſorores, aut amitas, fratres, aut nepotes pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero ſecundùm paragium debeant maritare*, & ſic expreſsè ponit debitum maritandi in perſonis fratrum, & nepotum, & per hoc onus eſt ipſorum maſculorum excludentiũ: quod verò hoc onus ſit penitus alienum ab hæreditate, & quòd oriatur in perſonis ipſorum ſucceſſorum, nulla habita conſideratione obligationis paternæ, ſic probatur: nã conſtitutio illa determinat paragij debitum tàm in burgenſi, quàm in Francho, quàm in Longobardo, & continet omnium feudalium, & burgenſaticorum ſucceſſionem, vt ibi. *cuiuſcunque conditionis fuerit Franchus, ſcilicet, aut etiam Longobardus miles, vel burgenſis*, vt latè diximus in principio huius repetit. in diſcurſu ſuper dicta conſtitutione facto. Dum igitur vna determinatio reſpicit plura determinabilia, æqualiter determinat l.iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. æqualiter in feudalibus, ac burgẽſaticis diſponit obligando maſculos ad dotandum ſorores, aut amitas: ergo quò ad obligationem dotandi eiuſdem naturæ eſt obligatio in burgenſaticis, ac in feudalibus, & per conſequens cùm conſtitutio præcipuè debeat intelligi de feudis ex pacto, & deinde de hæreditarijs imò cùm feuda potius ſecundum naturam eorum dicantur ex pacto, quàm hęreditaria, vt dicit optimè Camerar. in repetit. cap. an agnatus in 1. oppoſit. num. 37. & in 1. quæſt. latè: & quòd feuda iure ſucceſſorio, & non ab inteſtato, vel ex teſtamento capiamus, idem Camerar. d.cap. an agnatus num. 148. Si ergo ſecundùm propriam feudorum naturam conſideramus paragium debitum per ſucceſſores nullo modo poſſunt practicari regulæ imputationum, vel compenſationum, nec debitum hæreditarium, nec diſpoſitio morientis; ergo, ceſſantibus diſpoſitionibus expreſſis teſtatorum, in quibus aliqua diuerſitas inter feuda hæreditaria, & ex pacto conſiderari poſſunt, præſumendus erit in dubio diſponens voluiſſe diſponere, prout ius naturaliter diſponit, vt in ſimili dicit Camerar. dicto cap. an agnatus in princ. nu. 38. naturaliter igitur fœmina ſuccedit cũ maſculo, & ſi concurrat maſculus præfertur: quæ excluſio non eſt totalis exeluſio, ſed præfertur maſculus, quia dotem dat, alias non prefferretur, vt dicit Affli.ct. in d. conſtit. num. 25. cum ibi notatis; omnia ergo iſta non ceſſant naturaliter per legatum, ſimpliciter factum, cùm ſint penitus diuerſę perſonæ, & obligationes, & res, vt patet in feudo, ex pacto, ergo in omnibus eadẽ natura obligationis erit ſupponenda, vt diximus: eſt verùm quòd circa liquidationem, & ſolutionem æris alieni, item circa expreſsè diſpoſita per teſtatorem diuerſificantur liquidationes, vt dixi: & ſic attenta propria natura obligationis dãdi paragium, non poteſt practicari imputatio, nec compenſatio, nec ſolutio, quando ſimpliciter legatum procedit, non declarando, quòd pro dote, vel vita militia illud ſit relictum: concludendo igitur ex iam dictis in dotis debito poteſt, licet cum tot difficultatibus cum aliqua ratione dari compenſatio, quia pater eſt debitor, & ipſius hæres, vti hæres: item eſt creditrix etiam hæredis, vti hæredis legataria: quod hic in paragio non eſt, quia nec pater debet paragium, nec ſucceſſor, vti hæres, ſed vti ſucceſſor, & ex propria perſona ad illud tenetur: ergo potius donatio eſt præſumenda, vt ſonat natura legati, vt ſupra diximus §.1. inſtit. de leg. quàm ſolutio debiti alieni niſi exprimatur: at in legitima, & aliis quartis eſt pater verè debitor, & vt dixi legãdo adimplet propriè abſq; alia expreſſione onus, ſibi à lege impoſitũ: ſic in vita militia dicimus, quod diximus in paragio in feudo vita militia admiſſa eſt ſimpliciter, & indiſtinctè tam hęreditario, quàm ex pacto, vt ſupra etiã diximus ex generalitate cõſtit. Comitibus: & quia propria natura eſt ipſius feudi, vt ſit ex pacto, ergo eadẽ ratiocinatione concludendũ cũ Afflicto, prout in paragio iã dictũ eſt. Et prędicta cõprobãtur per verba ipſius conſuetudinis noſtrę dũ expreſsè dixit,

& tenentur ipſi ſucceſſores, & ſic ſucceſſorio
nomine dat obligationem ſoluendi paragiũ,
& maritandi: quod verbum, ſucceſſores, ſic
generaliter nõ arctat obligationem ad onus
hęreditarium, ſed purum ſucceſſoriũ, vt dixit
Camer. in pręd. c. an agnatus circa fin. n. 148.
Et ex his ſatis ſit de quæſtione imputationis
paragij, ac vitę militiæ, & eorundem com-
penſationis cum legato, ſimpliciter facto
tàm in feudis, quàm burgenſaticis, licèt plu-
ribus, quàm putaueram.
45 Ex prædictis igitur facilius ad aliarũ por-
tionũ quęſtiones deuenire poſſumus, an ſcili-
cet præſumatur legatum factũ animo com-
penſandi cum portionibus conſuetudinis, &
ipſas libẽter tracto, licèt extra terminos, ſint
ipſius paragij materiæ, ex quo eadem quaſi
ratione conſtare videantur, & Scipio Bucci-
nus in addit. ad conſuet. & ſi teſtator in ad-
dit. quæ incip. circa hãc conſuetudinẽ f. 174.
verſ. ſed nota quia vidi dubitari, pro cõpen-
ſatione allegat Paul. de Caſtr. in Auth. præ-
tereà in 2. quæſt. C. vnd. vir. & vxor. vbi, ſtã-
te ſtatuto, quo maritus lucratur aliquã partẽ
dotis, ſi vxor legat aliquid marito, quòd de-
beat cõpenſare in ea parte dotis, quã defert
ſtatutum: & hæc opinio poſt Bart. à Do-
ctoribus ibid. communiter ſequitur. Et licèt
Bald. veriorem dicat opinionem contrariã,
non tamẽ ipſius opinionem fundat in ratio-
nibus, quæ aliquo modo faciant ad deciſionẽ
noſtræ quæſtionis, cùm deciſionem fundet
in qualitate, & natura ipſius lucri, quaſi pro-
ueniat ex pacto viri, & aliter vt ibi; nam in
caſu noſtro nõ poteſt negari iſtas portiones
deferri ex prouidentia conſuetudinis nullo
facto hominis intermiſſo: nec poteſt dubi-
tari has portiones venire ex cauſa lucratiua,
& ex pura ſucceſſione, vt de cauſis lucratiuis
dicemus infra in repet. conſuet. & ſi teſtator
& dicit tex. in conſuet. ſi qua moriens infra
de mulier. haben. fil. ibi, iure ſucceſſionis, vel
titulo lucratiuo: vnde licèt in præd. quæſt.
ſtante ſtatuto, inter Doctores ſit aliqua dif-
ferentia opinionum, & communis ſit pro cõ-
penſatione, tamen inſpectis rationibus con-
tra communem per eos ponderatis conſpi-
ciuntur illæ in portionibus conſuetudinis
non militare quare omnes Doctores viden-
tur conſentire pro præſumpta compenſatio-
ne fundantes ſe, quia iſtæ portiones obue-
niunt ex diſpoſitione ſtatuti.
46 Contrariũ tamen tenuit Buccin. loc. cit. &
fundat ſe, quia iſtæ portiones non debentur
ab ipſo teſtatore, ſed à tertio, ſcilicet, poſſeſ-
ſore bonorum: vndè quando debitum ex iu-
ris diſpoſitione non debetur à teſtatore, ſed à
tertio, licèt ex facto teſtatoris non ſit præ-
ſumptio cõpenſationis, ita ex Dec. in præd.
Auth. præterà; magis tamen cõmunis con-
traria eſt opinio, prout aſſerit Couar. in c. cũ
officij de teſtam. nu. 6. eã ratione, quia tenent
hæredem ad illã teneri, & non legatarios, li-
cèt Couar. opinionem Decij ſequatur: quic-
quid ſit in ea, vera eſt concluſio illa, quòd, qñ
eſt etiam debitum neceſſarium; ſi tamen non
debetur à teſtatore, legatum non præſumitur
animo cõpẽſandi, prout latè ſupra fundauim⁹
47 ex Afflicto, & alijs. † ſed difficultas eſt aptare
prædictos terminos, noſtræ quæſtioni: nam
non puto verũ id, quod Buccin. dicit. teſtato-
rem non teneri ad relinquendum medietatẽ
proximioribus; nam, licet per tex. in cõſuet.
& ſi teſtator. dicatur medietatem perueni-
re ad proximos, non per hoc excludi-
tur; quin, ſi teſtator relinquat ipſam me-
dietatem prædictis, non adimpleat onus, ad
quod ex intentione cõſuetudinis tenetur, vt
videtur tenere Napod. in d. conſuet. & ſi te-
ſtator nu. 25. verſ. perueniat. ibi, & dic per-
ueniat non tantum titulo inſtitutionis, &
nu. 30. ibi, *& ſic poſſet teſtator hanc medie-
tatem iis proximioribus relinquere*. Nec
vim facio in verbis, ſed in intentione legis,
cùm in liberorum portionibus in maſculo,
tex. in conſuet. ſi aliquis moriens ponat ne-
ceſſitatem relinquendi, ibi. *vſque ad medie-
tatem tenetur liberis relinquere*: at in fę-
mina in conſuet. ſi qua moriens in ſola deci-
ma antiquorũ permittitur diſpoſitiò, abſq;
eo, quòd imponat neceſſitatem relinquendi
nouem partes ipſis liberis, cùm inter liberos,
& liberos à fęmina ad maſculum non ſit, nec
debeat conſtitui aliqua differentia: vnde non
putarem rationem prædictã ſubſiſtere, cùm
vere, ſi à teſtatore ad filios, & agnatos debeãt
peruenire portiones prædictæ, nõ poteſt vi-
deri extra mentẽ conſuetudinis diſponere,
imò adimplendo id, quod à conſuetudine ſta-
tuitur, ſi ipſis portionẽ relinquat: eſt benè ve-
rũ, ꝙ nõ tenetur, ex quo lex ipſa facit. vt por-
tiones perueniãt cũ in ijs auferat conſuetudo
48 potentiã diſponendi, vt infra dicetur. † Quid
dicamus, diſtinguendũ erit, quòd aut legatũ
conſiſtat in bonis antiquis, in quibus teſtato-
res pro illis portionibus nõ habẽtius, nec po-
teſtatẽ diſponendi, & licèt vni ex coniunctis
fiat legatũ bonorum antiquorũ ſpeciale, tunc
pro medietate erit legatarij ſimpliciter, & a-
lia medietas inter oẽs erit diuidenda, ex quo
non valet diſpoſitio, & non poteſt permitti
præſũpta cõpenſatio de medietate vnius rei
ad medietatẽ alterius rei, quia de re ad rẽ, nec
de pecunia ad rem non ſit compenſatio, nec
ſolutio,

ſolutio,vt ſupra fundauimus in verſ. ex prædictis etiam illud penes me; ex communiori, & veriori Doctorũ opinione, vt per Couar. in c. cùm offici; extra de teſtamen. & latè comprobat Guttier.in c.5.par.3.nu.34. in tract. de tutel. Surd. conſ.412. num.61.& 62. vol.1. Barboſ. in d.§. ſi pater nu.15. Diuerſa enim eſt obligatio aliarum quartarum, & legitimæ, quia illæ ſunt, & debentur de bonis in genere ipſius teſtatoris hæc debentur ſpecificè de illis bonis antiquis, quaſi ex fideicommiſſo,vt dicemus in repet.cõſuet.& ſi teſtator.Si igitur iſta præſumpta compenſatio eſt regulanda cum regulis compenſationum,& compenſationes ſunt regulandæ per regulas ſolutionis,vt,ſcilicet,in illis permittatur compenſatio, in quibus poteſt fieri ſolutio,vt dicit optimè Bal. in l.compenſationes num. 22. C. de compenſat. remanet excluſa iſta præſumptio, quando ſimpliciter legatũ proceſſit de re ſpeciali,& particulari.

49 Quando verò relinqueret ſub nomine portionis conſuetudinis, tunc procederent dicta ſupra in contrarium per Doctores, ex quo videtur adimplere voluntatem conſuetudinis, eiuſq; diſpoſitionem,& in hoc procederet ſimilitudo à legitima, & cæteris iuris communis portionibus,data,ſcilicet,paritate terminorum,poſſet tamen controuerti prædicta concluſio hac ratione; quia cùm teſtator habet à conſuetudine poteſtatem diſponendi, aut in totum diſponit teſtator expreſsè de alijs bonis, & ſimiliter de bonis antiquis, ita vt quaſi inofficiosè aduerſus conſuetudinem diſpoſuerit, & veniant proinde proximiores aduerſus voluntatem teſtatoris: & tunc benè crederem, quòd illis debeat fieri imputatio portionis bonorum antiquorum relictæ, vt in ſimili dixit Ant. de Alex. in addit.quæ incip.Quid ſi maritus in conſuet. de iur.dot.quæ incip.hæredeſque mariti: de qua quæſt. ibi,videbimus; ſufficit enim,quòd adſit vniformitas inter debitum, & relictum,quod eſt recipere functionem in genere ſuo, vt latè vltra prædicta congerit Barboſ. in l.1.par.4 num.152. verſ.Secunda igitur declaratio eſt, vbi quando debitum cum legato non recipit functionem, non præſumitur compenſatio: & ad ſimilitudinem legitimæ ſaluatur diſpoſitio teſtatoris:

50† quando verò teſtator non diſpoſuit de cæteris,non eſſet abſurdum tenere,quòd in illo legato voluerit illum coniunctum meliorare: nam in ijs,quæ expreſsè diſponit,ſeruanda eſt voluntas expreſſa ipſius teſtatoris: in medietate autem etiam tacitè videtur ſecundum quod ius vult velle decedere ab inteſtato; l.conficiuntur, §. 1.ff. de iur. codicill. Ideo diſpoſitionem intelligo ſpecificam; nam in inſtitutione hæredis non includetur medietas antiquorum non liberam:nam, cùm ſubiectum diſpoſitionis faciendę per teſtatorem ſit patrimonium liberum, & dicat per hoc inſtituiſſe hæredem in omnibus bonis, ſcilicèt,de quibus poteſt diſponere, dum excipitur in teſtamento ſecundùm ſolitum ſtylum teſtamentorum, præter ab infraſcriptis legatis, exceptio debet eſſe de regula, vt l.1. & ibi Dec.ff.de regul. iur.& propterea legata debent etiam intelligi de bonis,& patrimonio libero, vnde ſemper tenerem, quòd teſtator vti voluerit poteſtate diſponendi,& quòd diſpoſuerit de patrimonio libero, niſi adamuſſim iuxtà limites conſuetudinis diſponeret,vt tunc videatur adimplere diſpoſitionem ipſius conſuetudinis,& non aliter: ex quo cùm poteſtas diſponendi ei deſit, in omni alio modo relinquendi pręter modum à conſuetudine impoſitum debeat præſumi perneceſſe ipſum diſponentem de patrimonio libero voluiſſe diſponere,vt ſic pro validitate legati præſumatur, l. quoties contra ff.de reb. dub.l.ſiunt l.contraxiſſe,ff eodem. Et ratio eſt manifeſta; quia,quando in alijs portionibus de iure communi ſit imputatio, lex hoc ſpecialiter expreſſit,& in ſpecie in quarta debita ex diſpoſitione Authen. præterea ſimiliter: ſi lex non dixiſſet,non admitteretur,vt dicit Bald. ibi num.7 in princip.

51 † Prętereà diſpoſitio teſtatoris in ipſis legatis de iure communi loquendo valet,& procedit,& deinde datur quærela inofficioſi reſcindens teſtamentum; & per hoc ad defendendum teſtamentum imputationes, & ſupplementa ſunt reperta l.omni modo, C.de inoffic. teſtam. At in caſu noſtro non procedit prædicta ratio; quia iſta medietas antiquorum eſt ſegregata à commercio in vltima voluntate,vt etiam nouem partes in fœmina cum filijs moriente: Vnde ratio ſaluationis teſtamenti non militat in caſu noſtro: quia in ea ſuccedũt proximiores ab inteſtato,& dicit Napod. in conſuet. & ſi teſtator nu.26. & legatum ex teſtamento,& ſic abſq; facto coniunctorum ad eos perueniunt portiones,& non poteſt practicari compenſatio,

52 vt dicemus. † Item, ſi ex præſumpta voluntate diſponentis in omnibus prædictis datur compenſatio,non poteſt dari, nec præſumi in iſtis portionibus,in quibus in vltima voluntate non datur poteſtas diſponendi extra limites conſuetudinis, poſſet tamen teſtator expreſsè prohibere petitionem ipſis coniunctis,dando eis legatum,quo caſu eſſet ſeruan-

da diſpoſitio l.qui dotem 47.ff.ſol.matr. l.cũ
ab vno ff.delegat.2.cum concord.quia dene-
garetur legati petitio, & prædicta probãtur
à Barboſ.latè d.§.ſi pater, per Crauet.cõſ.r31
vol.1.nu.16.qui loquitur in fideicommiſſo
nu.20.& ſeq. cùm ergo nõ ſpecificat, & poſ-
ſet, ſi vellet, teſtator hoc declarare, & de iure
non poteſt diſponere in prædictis portioni-
bus, ſequitur tam ex præſumpta voluntate
excluſa compenſatio ex §.primũ verſ. ſcien-
dum l.vnica C.de rei vxor. act. quam ex eo,
quia ſi aliter diſponeret, quam vt ius vult, &
conſuetudo, legatum eſſet nullum, & inuali-
dum, tum etiam ex quo indiuidua eſt teſtato-
ris voluntas; quæ aut nulla in totum, aut in
totũ valida debet eſſe perneceſſe, & per con-
ſequens pro validitate legati interpretatio-
nem faciendo, vt ſic potius valeat quam pe-
reat ſemper de libera portione diſponere vo-
luiſſe credẽdus eſt teſtator, & in omnibus ar-
gumentis, quæ à iure poſſent deſumi, nun-
quam in hoc ſimilitudo capi poteſt, vt ſumus
in caſu noſtro, in quo in ipſo legaro ceſſat di-
ſpoſitionis poteſtas in ipſo diſponente, nam
benè poteſt legando teſtatore exiſtente lega-
to valido in alijs caſibus fieri compenſatio,
lege iubẽte, ac imputatio in quartis, & legi-
tima, quia in legato ſeruatur diſpoſitio teſta-
toris, & præexiſtit legatum, & deinde, ſtante
validitate ipſius, deuenitur ad imputationẽ
ex præſumpta voluntate: at quando per ſe
diſpoſitio non exiſtit, niſi in patrimonio li-
bero, non poteſt excludi coniunctus ab ea
parte, in qua quaſi ex fideicommiſſo ſuccedit,
& ſuccedit ab inteſtato; imò, quãdo alias non
appareret ex cõiecturis, quòd voluerit adim-
plere conſuetudinis diſpoſirionem, veluti ſi
eis dimidiã antiquorũ, vel filijs nouẽ partes
relinquant, nunquàm putarẽ dicendũ relictũ
excludere illas portiones: mortuo enim te-
ſtatore, ſtatim in portionibus illis ſucceditur
ab inteſtato, vt dicit Napod. in conſuet. & ſi
teſtator nu.26. & nu.30. in fin. at legatum
debetur, & ttanſit ad legatarium poſt aditam
hereditatem l.à Titio, & ibi gloſ. ff. de furt.
cùm ergo proximior petit legatum, vel po-
teſt petere, quod eſt adita iam hæreditate, iã
acquiſiuit dominiũ ipſius portionis, ab inte-
ſtato, & ſic non preſumitur, quòd velit teſta-
tor compenſare cum eo, quòd tempore, quo
legatũ fit, & perficitur, eſt iam ſublatũ à po-
teſtate ipſius diſponentis, cùm in tẽpore eo-
dẽ non concurrat debitum cũ legato per ea,
quæ in ſimili dicit Barboſ. d.§.ſi pater nu.30
in fin.& dicit Guttier. d.c.5.par.3.nu.45.de
tutel. At in alijs exiſtit debitum, & legatum
quaſi cum debito compenſatur, vt diximus:
iſto .n. tempore dum hæreditas ad heredem,
& legatum ad legatarium peruenit, non eſt
in poſſe ipſius hæredis illa portio, cùm non
ſit inſtitutus, niſi in portione libera, & non
procedunt, nec exiſtunt extrema, ex quibus
compenſatio inducitur, ſcilicer, actio legati
in perſona legatarij contra hæredem, & res,
ſeù debitum in poſſe ipſius heredis, vt poſſit
alterutro eſſe contentus legatarius, vt in l.
pater, ff.de iur.dot.& concord. cùm illã por-
tionem non debeat accipere à manu hære-
dis, vt dicemus in conſuet. & ſi teſtator ſed
iure ſuo perueniat ad proximum ab inteſta-
to, & ſic non petit ab hærede, niſi legatum,
& non procedit exceptio doli, de qua in d.l.
52 cùm pater cum concord. † Et ex his omnibus
remanet abſolutum; legatum non eſſe com-
penſandum, niſi ex modo, quo legatur con-
ſtet voluiſſe diſponentẽ relinquere portio-
nem conſuetudinariam, & non donare, & sẽ-
per in dubio ſtandum proprierati verborũ,
cùm legatum donatio ſit, à defuncto relicta,
ab hærede præſtanda §.legatum inſtir.deleg.
quando implet teſtator conſuetudinis diſpo-
ſitionem non dicitur legatum, quia nec dona-
53 tio eſt, nec ab hærede præſtanda. † Poſtremò
prædicta comprobantur: nam, ſi eſt verum,
prout indubitatũ eſt, quòd in hac medietate
ſucceditur ab inteſtato, non eſt in iure reper-
tum ab inteſtato eſſe locum imputationi, vel
compenſationi, quæ compenſatio in iure
imputationis, eſt per Doctores fundata, vt
ex prædictis tàm de imputatione, quam de
compenſatione licèt colligere: ergo in hac
medietate, & portione, in qua ab inteſtato
ſucceditur, deberet eſſe locus collationi; quia
tunc verè collationi locus eſt, licet etiam ex
teſtamento detur collatio. Authen. ex teſta-
mento, C.de collat.qñ inter ipſos ſucceſſores
voluit præſumptiuè ſeruari teſtator æquali-
tatem, vt etiam ſupra diximus. Ab inteſtato
autem, vel ex teſtamẽto cum tractatur de col-
latione non conferuntur accepta in vltima
voluntate, vt ſupra dixi per l. à patre, C.de
collat.l.filiam la 2. eod. titul. & ita declarat
Paul.Caſtr.l.1.C.eod. Dec. in Auth.ex teſta-
mento in princ.C.eod. & per prædictas au-
ctoritates Gomez.in l.29.Thauri num.4.qui
hunc eſſe verum intellectum dixit prædicto-
54 rum iurium. † Triplex igitur terminus ex-
cluditur; nam non datur imputatio; quia ea
eſt inducta ad tuendum teſtamentarium vni-
uerſalem ſucceſſorem, hic licèt ſit ſucceſſor
vniuerſalis teſtamentarius in ipſius inſtitu-
tione, non includitur iſta portio: ergo non
eſt tuendus in eo, quod non habet; compen-
ſatio nõ procedit, quia ſimiliter fuit inducta
ad

ad tuendum debitorem debiti neceſſarij hic
hæres nihil debet, quia non a manu ipſius
hæredis debet accipi, cùm ſit directa ſuc-
ceſſio ab inteſtato; ergo in ea nihil hæres
teſtamentarius iuris habet: collatio non
procedit, quia non conferuntur legata, & ac-
cepta; imò alia ratione excluditur collatio,
quia collatio ab inteſtato fuit inducta ex pre-
ſumpta voluntate morientis, vt in prædicta
Authen. ex teſtamento, & in Auth. vnde ſu-
mitur in hac portione, non poteſt ſeruari te-
ſtatoris voluntas, quæ per conſuetudinē eſt.
reprobata. Tertiò quia sēper ſeruatur æqua-
litas in eo patrimonio, in quo lex aufert po-
teſtatem diſponendi, etſi aliquid habuit vnus
ex filijs, aut non eſt conferendum, aut ſi de-
beret cōferri eſſet in patrimonio libero con-
ferendum, cùm in vita non arctetur diſpo-
55 nendi facultas. In donatione inter viuos nō
laboro; cùm nec in legitima computanda, &
compenſanda veniat, & vltra alias rationes,
de quibus ſupra, dum de dotatione tractaui-
mus, duobus verbis perficit hanc quæſtionē.
Napod. in conſuetud. & ſi teſtator in verb.
perueniat in princ. num. 25. vbi declarando
modos, quibus medietas dicitur peruenire
ad ipſos proximiores, inquit, *& dic perue-
niat non tantùm titulo inſtitutionis, ſicut
in liberis diximus infra proxima conſuet.
in gloſ. in verb. relinquere, qui ſunt hono-
randi tit. inſtitut. vt ibi, ſed etiam ſi non
inſtituantur; & ſic ab inteſtato non dotis,
vel alio titulo inter viuos l. à filia ff. ad
Trebell.* & alibi: *relinquere autem poteſt
inquit Napod. quod eſt fortè verum, tum-
modò ſine interuallo perueniat*, ita Napod.
in eadem conſuet. num. 30. in fin. ſi igitur
non peruenit medietas ad proximos inter
viuos ex dotis nomine, vel alio titulo inter
viuos, non computabitur acceptum inter vi-
uos cum illa portione, cùm illud, de quo in-
ter viuos diſponit quis, & ſine fraude, non
ſit in aliqua portione ſubiectum ipſius con-
ſuetudini, & non concurrit ex prædictis
in eodem tempore debitum ipſius donantis
cum ipſa diſpoſitione, quia illo tempore
non tenetur, ad portionem, & multa poſ-
ſunt accidere, vt iſte, cui fit donatio, non
ſit ipſe ſucceſſurus ab inteſtato in portione,
& ſic militant omnia prædicta tàm in do-
natione, quam in legatis in hoc caſu: & ex
his ſatis intueri poterit, an rationes, per
Reuerendum Patrem Molfeſium dictæ in
Commentar. par. 2. quæſtion. 13. num. 8.
rectè procedant in legato; cùm ipſe le-
gatum ponat alicuius portionis, non rei
particularis, & deinde quæſtionem ſimpli-
citer diſcutiat, & decidat per rationem de-
biti neceſſarij.

Repet. par. 2. §. 12. de Parag.

1 *Supplementũ paragij regulariter eſt eiuſ-
dem naturæ cuius paragium.*
2 *Fœminæ excluſæ per conſuet. vel conſtit.
à ſucceſſione ab inteſtato, etiã à legitima
excluduntur, & quomodo à legitima ex-
cluſio intelligatur.*
3 *Supplementum legitimæ filiæ excluſæ ab
inteſtato, quam per conſuetudinē, vel con-
ſtitutionē, an debeatur quando in aliquo
fuit inſtituta, & quid de ſupplemento pa-
ragij ibidem.*
4 *Supplementum paragii, & legitimæ quan-
do dandum filiæ iam verè dotatæ, & ma-
ritatæ à patre, & quid ſi pater dotes le-
gaſſet, ibidem num. 5.*
6 *Supplementũ veri paragii dandũ à ſucceſ-
ſoribus quando ab ipſis ſit dotatio, & qñ.*
7 *Supplementum paragii an tranſmittatur.*
8 *Fructus percepti ex fundo pro paragio le-
gato an excōputētur in ſupplemēto ipſius
paragij latè diſcutitur, & num. 9. diſtin-
guitur ex auctoris opinione.*
10 *Fructus percepti iudicio teſtatoris impu-
tantur in quaſi debitum nōn autem in ve-
rum debitum, niſi teſtator expreſſerit.*
11 *Fructus maturati ante conſtitutionē dotis
imputantur, nō autē poſt in ſupplementũ.*
12 *Paragium verũ, & verũ debitum ſoluitur
poſt mortem patris, & tunc prædicta im-
putatio pactũ in ſupplemento excluditur.*

§. 12. *De ſupplemento Paragij.*

DE ſupplemento ipſius paragij
conſequens eſt, vt tractemus,
quòd eſt neceſſarium quando
iſtæ perſonæ, de quibus ſupra
in imputatione, & compenſa-
tione dictum eſt, reperiuntur
habuiſſe in partem ipſum paragium: nam
tunc erit ipſis ſupplementum neceſſarium
quo iure illa tantùm attingere decreuimus,
quæ diuerſa ex natura ipſius ſupplementi
1 conſideranda veniunt, † cùm in cæteris ſup-
plementum ſit eiuſdem naturæ, quando
competit, cuius eſt ipſum paragium, vt in
l. ſcimus §. repletionem, & ibi DD. C. de
inoffic. teſtam. Eadem enim ratio eſt par-
tis,

tis, ac totius l. quæ de tota, ff. de rei vendicatione.

2 Et licèt per conſuetudinem iſtæ feminæ, quibus paragium debetur, ſint excluſæ à ſucceſſione ab inteſtato, & a legitima per conſequens, vt latè infra dicemus cum Napod. in gloſ. in verb. ſuccedunt par. 3. §. 2. DD. in l. parentibus, & l. cùm quæritur C. de inoffic. teſtam. Bald. in l. maximum vitium num. 21. verſic. in contrarium C. de liber. præter Menoch. in caſ. 149. lib. 2. de arbitr. Iudic. Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 10. Tamen prædicta intelligas de legitima formaliter debita, non autem de legitima materiali, ſcilicet, quod non per hoc filia eſt excluſa à portiore in paternis, vel maternis bonis, quæ dotis nomine ad minus debeat eſſe pro quantitate legitimæ, vt ſupra latiſſimè de liquidatione tractauimus, cum in noſtra conſuetudine, & conſtitutione fœmina illa ſit excluſa à ſucceſſione parentum, & in eorum bonis ad minus debeat habere legitimam, vt optimè concludit Alex. volum. 2. conſ. 7. num. 6. & in hoc, in prædicto articulo latius allegauimus Iſern. & aliorum Regnicolarum auctoritates quas congerit de Ponte volum. 1. conſil. 65. num. 2. in fin. & num. 8. & num. 12. Afflict. deciſ. 160. & in conſtit. fratribus num. 11. vſque ad num. 14.

3 Vnde, licèt per Doctores ſit controuerſa illa quæſtio, an filia, excluſa per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato, & per hoc etiam à legitima formali, ſcilicèt per cuius petitionem, & ius poſſit quis reſcindere teſtamentum, videatur per hoc excluſa à petitione ſupplementi, & Angel. de Peruſ. conſil. 105. ſtatuto cauetur poſt plura inducta pro ſupplemento excludat etiam filiam à ſupplemento prædicto, ea ratione; quia, qui excluditur a toto, excluditur a parte: contrarium tenuit Salycet. in Authen. nouiſſima num. 18. qui eſt final. vbi in caſu, quo filia eſſet in aliqua re particulari instituta, tenet quòd poſſit petere ſupplementum legitimæ, & Iaſon in dicta Authen. nouiſſima, & opinionem Salyceti ſequitur Alex. in præd. conſil. 7. vol. 2. nu. 6. licèt Iaſon dicat neminem reperiiſſe tenentem contra Salycet. præter Alex. & vltimo Salycet. opinionem nouiſſimè approbat Fab. Turrett. in 1. volum. conſil. 5. qui hinc inde relatis opinionibus Doctorum, reſidet tandem in opinione Salyceti; ex quibus, ſi, ſtante ſtatuto, excludente fœminas ab inteſtato; quando pater aliquid filiæ relinquit, communior, & magis æqua eſt opinio pro ſupplemento; in caſu noſtro, in quo paragium expreſsè debetur, quòd in ſe continet ad minus quantitatem legitimæ, non poteſt dubitari eſſe ſupplementum filiæ dandum, quando dos, vel alias acceptum non aſcendit ad ipſius legitimæ quantitatem ad minus quando a patre fuit dotata, ita in terminis noſtris de ſupplemento debito, accepta dote non congrua, dixit Salycet. in Authen. res, quæ, C. commun. deleg. Paul. Caſtr. conſil. 108. incip. ſuper primo quæſito in 2. & 5. dubio. Bald. in l. fin. C. de dot. promiſs. & per præd. Soccin. conſil. 57. volum. 4. num. 8. quæ ad minus non poteſt eſſe minor legitima, vt dixit etiam Alex. conſil. 7. volum. 2. & volum. 1. conſil. 69. num. 3. & conſil. 169. num. 7. volum. 7. & Salycet. in terminis conſtitutionis noſtræ ſequutus eſt de Ponte conſil. 65. num. 13. Et hanc opinionem probare videtur apertis verbis Napodan. in conſuet. final. nu. 131. infra de iure quartæ. Vbi *quòd ſi filia fuit dotata à patre cum dote minore paragio, & renunciauit patri bonis paternis, & maternis, & iuraſſet, ad bona ipſius non habere regreſſum, quòd maximè, ſi mater habuiſſet ampliores dotes, poſſit petere ſupplementum paragij, niſi fuiſſet certificata de minori paragio*; & Piſanellus in ſpecie pro ſupplemento legitimæ refert prædictam Napodani auctoritatem in conformitatem etiam opinionis Salyceti, & prædictorum Doctorùm, licèt non alleget, niſi Soccin. conſil. 150. volum. 1. in addit. ad conſuet. ſi moriatur ſub num. 31. fol. 84. quæ incip. vide repetentes in fin. & ad idem, ſcilicet, de legitima allegat prædictam Napodan. auctoritatem Afflict. deciſ. 178. num. 3. & ibi Vrſill. Et ratio eſt manifeſta: nam ex ſupra pluries dictis, quando iam reperitur filia nupta, non per hoc excluditur à legitima, & dicit Napodanus in conſuetud. ſi qua mulier in finalibus verbis; Et Anton. de Alexand. in princip. addit. quæ incip. quando filia. in hac conſuetud. ſi moriatur fol. 93. Et in caſu Napodan. erat iam de paternis dotata in matris hæreditate paragij ſupplementum non poterat eſſe, niſi legitimæ quantitatis, ſecundùm quòd Afflictus dicit in prædicta deciſ. num. 3. in finalibus verbis.

4 Ne tamen prædicta decipiant, intelligas in ijs caſibus, in quibus tractaretur de paragij liquidatione, & admiſſus eſſet in legiti-

mæ

mæ quantitate paragiũ liquidandũ, & non
eſſemus in magnatibus, prout ſupra in liqui-
datione diximus,& intelligas etiam in patre,
cuius onus eſt dotare filias de iure communi,
non autẽ de conſuetudine,ſed officio Iudicis,
vt pluries ſupra diximus, & in eo erit sẽper
arbitrio Iudicis iudicandũ, an pater ſe malè
geſſerit in dotatione prędicta excedendo of-
ficiũ paternũ,acre ipſa decipiendo fiiiá con-
tra expectationẽ,quam lex de eo concepit,vt
diximus in 3.artic.verſ.in proprijſſimum ibi
ex eodẽ princ. & in hoc sẽper eſſe debet ſatis
circunſpectus Iudex in dando ſupplemento
contra dotationẽ factá à patre, ſeruando re-
gulas, ibi dictas, prout optimè concludit de
5 Pont.conſ.65.vol.1.nu.9.10.& ſeq.†Intelli-
gẽdo in verè à patre maritata,& dotata,non
autẽ in legato facto à patre ex cauſa paragij:
nã in eo caſu eſſe non poſſe minorem legiti-
ma dixit ibi de Pont. nu.11. & Affl. in con-
ſtit.fratribus nu.13. in fin. cũ alijs, ibi dictis.
6 † Aliàs ſi ageremus de paragio debito verè à
ſucceſſoribus, erit ſimpliciter de eius ſupple-
mento tractandũ vſq; ad veri paragij quanti-
tatẽ,de quo diximus in c. de liquidatione,&
iuxta hos terminos eſt intelligendũ dictum
Bart.de Capua in addit.in fin.conſtit. in ali-
quibus, quæ incipit in tex. in verbo paragio
vbi dotatę in minori quantitate ipſius para-
gij dat ſimpliciter ſupplementum paragij.
Intelliges prædicta,quãdo non interueniret
renunciatio;quia,ea interueniente,recurren
dum eſſet ad ea,quæ in tract. de renunciatio-
ne diximus infra par.3.§.4.cum ſeqq.
7 † An autem ſupplementum tranſmittatur,
dicas tranſmitti, ſicut paragiũ, de qua quæ-
ſtione diximus ſupra in artic.4.principali,vt
in ſupplemento legitimæ dicitur, quòd trãſ-
mittatur,vt tranſmittitur legitima ſecũdùm
communẽ opinione, relatam per Craſſum in
§.legitima quæſt. 37. prout etiã in omnibus
alijs,ſimiliter dictis de paragio,ea omnia in-
telligas in ſupplemento per prædictum ar-
gumentum de parte ad partem eſſe eandem
rationem,quæ de toto ad totum,quando per-
partem non deuenitur ad totius repudiatio-
nem,& corruptionem,vt innuit Napod. in
conſuetud.fin.de iur.quart. nu.132.vt dixi
mus ſupra in princ. hic.
8 † Quærit Anton.de Alex. in hac conſuet. ſi
moriatur, ſub num.50. in addit. quæ incip.
quando filia maritata.fol.93. An ſi pater re-
liquerit fundum, in cauſam paragij filiæ,
quæ diu non nupſit, & ex fundo collegit
plures fructus, qui extant, & petat filia ſup-
plementum paragij,an teneatur illos excom-
tare, &c. dixit Anton. viſam ei fuiſſe quæ-
ſtionem dubiam: nam ratione æquiparatio-
nis legitimæ, videbatur ei non eſſe fructus
excomputandos, ex quo in legitima fructus
non excomputantur,nec in eius ſupplemen-
to l. ſcimus §. repletionem C. de inoffic. te-
ſtam. Nec obſtare tex. in l.mulier §.cùm pro-
poneretur,ff.ad Trebell. Vbi fructus excom-
putantur in dotem;nam,inquit ipſe de iure
communi;pater non tenetur iure actionis ad
dotandum filiam, ſed officio Iudicis ſecun-
dum veram opinionem, de quo in l. obliga-
mur,§.lege, ff.de action. & obligat. vt etiam
ſupra diximus,ſecus, ſi deberetur dos iure a-
ctionis,vt dicit Bart.in d.§.cùm proponere-
tur nu.2. & infra hic dicemus: At ſecundùm
conſuetudinem hæres, & ſucceſſor tenetur
iure actionis,vt per gloſ. in verb.& tenentur
num.27. & diximus ſupra artic.7. ex quibus
concludit non eſſe fructus imputandos, quia
iure actionis debetur dos,& eius ſupplemen-
tum,argum.l.ſi debitor,ff.ad leg Falcid.Niſi
teſtator hoc expreſsè declarauerit.Redit ta-
men Anton. ad text. in d.§. cùm propone-
retur,& eius regulam,& diſtinguit,quòd aut
habuit legitimam de bonis paternis, & eius
quantitatem,& in cætero quòd ſupra legiti-
mam eſt, debet excomputare fructus, dum-
modò integram legitimam habeat ex ſubſtã-
tia defuncti,& non ex fructibus,& hanc opi-
nionem eſſe modernorum in d.§. cùm pro-
poneretur; credo iſtos modernos eſſe Alex.
9 in d.§.cùm proponeretur:† Quid dicẽdum?
dicas, quòd aut iſta fœmina,cui fuit factum
legatum fundi erat tempore legati,& mortis
patris nubilis ætatis,aut non erat nubilis æ-
tatis,ſi non erat nubilis ætatis, vſq; ad tem-
pus nubilis ætatis erit ſeruanda diſtinctio
prædicta, vt pro portione, ac quantitate
ipſius legitimę filia non imputet fructus:au-
getur enim ex fructibus illa quantitas legiti-
mę,infra dotem comprehenſa.Alex.conſ.69.
vol.1.num.3. quando vero recepit alimenta
à fratre pro reliquo, donec fiat nubilis æta-
tis, & extant fructus, crederem fructus eſ-
ſe excomputandos in reliquo paragio, quod
debetur aliàs, ſi alimenta non habuiſſet,de-
berentur verè pro quantitate legitimæ ipſi
ſorori fructus donec erit ætatis nubilis, vt
ſupra diximus fuiſſe deciſum in S.C.de Fran-
chis deciſ.559.nu.14.licèt in diuerſo articu-
lo trãſmiſſionis,& alij de quibus ſupra in ex-
plicatione diffinitionis paragij in verb. vice
ſucceſſionis diximus,vel alimenta vſq; ad nu-
bilẽ ætatẽ,vt per Barboſ.in l.1.par.4 nu.129.
ff.ſol.matr.Si igitur habuit alimenta, & fru-
ctus iam extant, poterit ſupplere ex eis re-
liquum paragij extra legitimæ quantitatem

quia

Digitized by Google

quia actio pro vero paragio non naſcitur, niſi tempore nubilis ætatis, vt ibi diximus: ſi verò erat iã nubilis ætatis, ita vt iure actionis non ſolùm integrum paragiũ deberetur ipſi ſorori, ſed fructus ipſius, vt etiã latè diximus in loc.cit.in d.verb. vice ſucceſſionis. Et tũc non video, quonãmodo poſſit tractari de excõputatione fructuũ; nã ſi iſti ſorori debetur verũ paragiũ, & integrũ, & etiã ipſius fruct⁹, & iure actionis nõ poteſt de fructibus fieri alia ſuppletio, quia ex re ꝓpria ipſius legatarij naſcuntur: & ſic deducta quãtitate valoris fundi à die mortis teſtatoris, ſatis eſt hæredi conſultũ, ſi pro illa quãtitate debitũ paragij ſit penitus extinctũ, remanẽte in reliquo ius

10 petẽdi ſupplementũ cũ ipſius fructibus: † & probantur prædicta; nã, licèt apud Doctores ſit vera illa conclusio, ſecundùm quod dicit Ant.de Alex.loc.cit.quòd fructus ꝑcepti iudicio teſtatoris imputantur in quaſi debitũ, non autẽ in verũ debitũ, niſi per teſtatorẽ ſit expreſſũ Menoch.latiſsimè in cõſ.183.n.50. vbi in ſpecie latè deducit, quòd, qñ dos debetur verè, & non quaſi, quòd tunc fructus percepti nõ imputantur in dote, & poſt multos allegat Matzar.cõſ.24.col.1.& 2.qui ita iudicatũ fuiſſe teſtatur, & magis receptã ſentẽtiã Ruin.dicit conſ.115.nu.13. lib.2. & latè cumulat poſt oẽs Barboſ.in l.1.par.4.nu.20. verſ.eſt tñ aduertendũ, ff.ſol.matr.ita vt etiã ratione quia iure actionis debetur, fructus nõ

11 venirent imputãdi.† Alia etiã euidenti ratione prędicta fructuũ imputatio excluditur, quę etiã prędicta concluſio intelligitur de fructibus maturatis, & extantibus ante cõſtitutionẽ dotis Corn.cõſ.3.n.3.lib.3.Baez.in tract. de nõ melioran.c.8.n.20.alias poſtea percepti, nec imputãtur, nec reſtituũtur ex traditis per gl.Auth.res,quæ,C.cõmu.deleg.in verb. obligatio ad fin.ita Barboſ.in l.1.par.4.n.72 in princ.ff. ſol.matr. & ſic intelligitur tex.in d.l.mulier §.cũ proponeretur, ff.ad Trebell. Aliàs nõ poſſet præſumi voluiſſe de fructibus expendere ipsã grauatã, vt ex præd.text. deducit Molin.ita etiã intelligẽdo tex.in pręd. Auth.res,quæ,in tract.de primog. lib.4. c.6. nu.15. Si qñ igitur eſt conſtituta dos, ceſſat imputatio prędicta in fructibus ex prędictis: iddẽ erit, qñ debet conſtitui, vt ſumus in caſu noſtro, quia aliquid eſſe factũ, vel fieri debere æquiparãtur, glo.in l.qui cũ alio, ff.de reg. iur.& ibi Dec.c.cũ M.de conſtit. Maran. in ſpecul.par.3.n.103. & hoc forſan voluit dicere Ant. in ead.addit. quæ diminuta cõſpicitur, ibi, & intelligo de fructibus, ſcilicet exactis ante conſtitutionẽ dotis, vt ſupra diximus ex auctoritate prædictorum Doctorũ.

12 Quando igitur pater, nõ tradit ipſe nuptui filiã, & erit faciẽda ſolutio paragii veri poſt mortẽ patris, per ipsũ ſucceſſorẽ non poteſt tractari de quaſi debito, ſed de ſolutione proprij ęris alieni, & veri debiti, ita optimè cõtimè cõcludit de Põt. conſ 65.vol.1.n.9.10. & 11.vnde tũ quia eſt verũ debitum, tũ quia oritur poſt maturatũ debitũ ipſius paragij, & fructus dicũtur oriri ex re propria, nõ poteſt fieri prædicta ex cõputatio in fructibus, ſic etiã, quia prædicta cõcluſio nõ procedit, niſi in fructibus, qui tẽpore ipſius debiti reperiũtur iã extare. & percepti, vt diximus: ex quibus ſit prædicta quæſtio deciſa, in qua Ant. reliquerat poſt tot difficultates cogitandum.

Repet.Par.2.§.13.de Parag.

1 *Solutio paragij eſt faciẽda in pecunia, & in hoc differt à legitima cuius ſolutio eſt faciẽda in corporibus hæreditarijs, num.2.*

3 *Solutionem legitimæ, vt in pecuniam fiat poſſe conſuetudine induci.*

4 *Solutio paragij etiam illius quod eſt infra quantitatẽ legitimæ debeat fieri in pecunia,*

5 *Onus an & quando poſsit in paragio apponi per illud ſoluentes latè diſtinguitur concluditur, num.8.*

6 *Frater in paragio quod ſoluit poſt mortem patris, an poſsit onus apponere.*

7 *Onus à dote data à patre pro quantitate legitimæ quando, & quomodo reijciendum.*

9 *Onus non eſſe reijciendum pactum alla noua manera, vel ſecundum moris magnatum in ijs perſonis quæ ſecundum tales viuunt mores, ſi in dotium traditione apponantur, & num.13. per tot.*

10 *Filia an poſsit de dotibus diſponere, vel teſtari attenta diſpoſitione iuris communis, vel conſuetudinis.*

13 *Deciſ.de Franch.196.cũ theorica Napod.in conſuet.ſiquis, vel ſi qua ſub nu.224.latè diſcutitur circa præſumptam, vel dubiam, vel expreſſam donationem circa dotium reſtitutionem ſtipulandam, & notatur vterq.*

12 *L.vnic.§.accedit C. de rei vxor. act. noua limitatio & ponderatio.*

13 *Soror cui fuit à viro conſtituta dos, an excludatur à ſucceſsione, itẽ latè diſcutitur quando dos ab alio ſoluta ſorori fratris contemplatione liberet fratrem à ſolutione paragij ſorori debiti, vſque ad nu.16. per tot.*

14 *Soror quæ ſine dote nupta eſt ꝓ fratrẽ an habeat paragiũ, & quid ſi alius dotauerit.*

17 *Reſtitutio an cõcedatur fratri minori aduerſus dotationẽ ſororis exceſsiuã, & an ipſi maiori, & quid ſi eſt læſus dotans in æſtimatione rerum dotalium, num.18.*

§.13. *De ſolutione Paragij.*

Eliquum eſt, vt quàm bre-
uiùs fieri poteſt ſolutionis
articulum nonum, & vlti-
1 mum expediamus, † & cer-
tum eſt ſolutionem eſſe in
pecunia faciendá ipſius pa-
ragij, vt diximus in principio, dum diffini-
tionem explicauimus, & melius quàm alibi
dicit Napod. in conſuet. ſi qua mulier nu.23.
verſ. ſed certè iddem voluit Iſern. in conſtit.
in aliquibus, col.9. verſ. ſi non alienauit, vbi
dicit condemnationem fieri in pecunia, vt
inde iuris ordine ſeruato, ad exequutionem
poſſit deueniri. Iddem voluit Anton. de
Alex. in addit. ad hanc couſuet. ſi moriatur
ſub nu.50. quæ incip. quando filia, in princ.
fol 93. & dicit duobus verbis Napod. dicto
num. 50. in fin. ibi, *Sed ex cauſa paragij
frater non tenetur dare ſorori portionem
hæreditatis, ſed valorem portionis.* Et Iſer.
in d. conſtit. in aliquibus col. antepen. verſ.
nos dicimus. ibi, *quantitatem valoris por-*
2 *tionis.* † & in hoc differt à legitima, quæ
debet ſolui de corporibus hæreditarijs, vt
etiam ſupradictum eſt loco citato, & dicit
Craſs. in quæſt. 15. §. legitima, cum pluribus
ſeqq. ita vt etiam ſi pater in pecunia filio
illam aſſignare velit, non poſſit, & frequen-
tieri ſcribentium calculo concludit Craſs.
d.q.15. num. 2. Picus in repet. l. in quartam
num.61. & num. 183. Suarez in l. quoniam
in prioribus ampliat. 11. num. 2. & ſeq. &
alij, ibi relati. Corraſ. in d. l. filius, quem
habentem num.81.

3 Conſuetudine tamen introduci poſſe
contrariam diſpoſitionem annuit Rip. in
l. in quartam quem ſequuntur Moderni om-
nes, vt per Craſs. d. q. 15. num.4. Si enim per
conſuetudinem, & ſtatutum poteſt minui le-
gitima, fortius poterit reduci ſolutio, vt
4 poſſit in pecuniam fieri. † vnde ſiue de pa-
ragio agamus proprio, ſiue de eo, quod eſt
ipſius quantitas infra terminum quantita-
tis legitimæ, non erit ex corporibus facien-
da ſolutio, ſed in pecunia: ſic enim videtur
dicere aperte Napod. in d. conſuet. ſi qua
mulier num.23. ibi, *cum ſufficiat dare in
pecunia*, & ita eſt ſemper interpretatum:
vnde cum deinde in fine dicit paragium eſſe
legitimam in iam nupta nihil mutat de præ-
dicta interpretatione ſolutionis in pecunia
faciendæ: & ſic etiam per conſuetudinem
interpretatiuam eſt introductum, vt dicit
Napod. quæ potuiſſet hoc iddem ex prædi-
ctis in vera legitima facere.

5 † Quæro etiam, an in paragio poſſint ſol-
uentes illud, vel promittētes apponere onus,
vel ſtipulari ſibi reſtitutionem fieri, vel eius
hæredibus in caſu ſoluti matrimonij per
mortem vxoris abſque liberis: qua in re di-
ſtinguendi ſunt caſus particulares, quia faci-
lius difficultas quæſtionis ſolui poterit. Aut
enim agimus de fratre dotante poſt patris
mortem, & ſimpliciter ſoluente legatum
factum ſorori à patre in teſtamento, & in
hoc caſu nullus eſt ſcrupulus, quòd frater
purus debitor non poſſit aliud facere, niſi
ſoluere legatum, à patre in teſtamento reli-
ctum; & ratio eſt, quia nunc frater non di-
citur dotare ſororem de proprijs bonis, vt
latè deduximus ex pragmatica Fllingeria
ſupra in principio huius repetit. non enim
in hac ſolutione ſunt partes fratris in dotan-
do ſororem, & propterea tanquam non do-
tata à fratre ſuccedit fratri morienti in feu-
dalibus, & non ſuccederet, ſi à fratre fuiſſet
dotata de paragio, vt latè ibi probauimus:
& ita dicit in puncto Bald. in l. auia nu.19.
C. de iur. dot. ſcilicet, quòd, quando dos fuit
à patre filiæ legata, non poteſt frater appo-
nere pactum reſtitutionis in ipſius beneficiū,
& ita auctoritate Baldi dicit de Franch. de-
ciſ. 196. nu. 3. & Barboſ. in 4. par. l. 1. nu 136.
verſ. vnde concludit Bald. ff. ſolut. matrim.
& faciunt infra dicenda.

6 Secundus caſus eſt, quando pater nihil re-
liquit, ſed frater dotat ex neceſſitate ſoluen-
do verum, & proprium paragium, & Luc. de
Penn. in l. vnica, C. de impon. lucr. deſcript.
lib. 10. col. penult. & fin. In ſolutione veri
paragij tenet omninò non poſſe onus appo-
nere reſtitutionis ipſum fratrem ad ipſiuſ-
met beneficium, & ita tenuit Blaſius de
Murcono in addit. ad conſtit. in aliquibus
in fine ipſius in apoſtill. quæ incipit, item
quia frater tenetur, ſecus ſi eſſet dos de pro-
prijs bonis ipſius fratris, & ratio eſt, quam
DD. communiter ſequuntur; quia per ipſam
dotem de paragio excluditur ſoror à ſucceſ-
ſione paterna, & datur ei in locum legitimę:
ita Barboſ. in d. l. 1. par. 4. num. 136. ff. ſolut.
matrim. Sic etiam concludit Grat. diſcept.
forenſ. 65. nu. 3. & latiſſimè cumulat ad hoc
auctoritates Iſerniæ Petr. de Gregor. in d.
tract. de parag. quæſt. 35. qui loquitur etiam
de patre dotante in terminis proprijs noſtrę
Conſtitutionis: iddem in omni alio, qui ex
officio teneretur dotare ex neceſſitate iuxta
Iuris diſpoſitionem, ex quo enim dos illa
imputatur in legitimam in ea onus apponi
non poteſt Guttier. in lib. 5. pract. quæſt. 84.
num. 10. eſt tamen aduertendum, quòd cate-

nus ab ipſa dote reijcitur onus, quatenus
7 erit in legitima imputáda,& non aliàs:† vnde ſupponendum eſt,quòd mortuo patre,& facto caſu imputationis,tunc onus reijci debeat, aliàs ſecùs: quid enim ſi filia moreretur ſine filijs in vita patris,vtique poteſt pater de iure communi onus apponere,vt dicit optimè Barboſ. in præd. l.1.par.4.num.136. verſ. vltimò amplia. & dat rationem diuerſitatis inter patrem,& fratrem,& de hoc inferius dicetur ſeparatim, & ita clariſſimis verbis tenet Iſern. in conſtit. in aliquibus col.11. verſ. vnde. ibi, *Vnde quantum eſt hæc portio, paragium iſtud eſt eiuſdem iuris, ſicut legitima iure naturæ,& ſine onere habeat liberè*,C. *de inoff. teſtam. l.quoniam*. Concludit igitur Iſern.quòd pro quãtitate legitimæ relictum à patre propter dotem,filia debet habere ſine onere: non enim loquitur in paragio, quod ſoluitur à fratre poſt mortem patris, ſed delegato pro dote, facto à patre,an pater onus apponere poſſit, vt in præced.verſ. ibid. dicit Iſern. ibi dic, *quòd in legato,ſeù relicto purè propter dotem*, & ſic in eo quantum eſt portio legitima non ſit perneceſſe expectandum matrimonium,vt illud conſequi valeat,& latè cumulat, & probat in legato,facto à patre pro legitimæ quantitate onus eſſe remouendum. De Ponte conſ.65.lib.1.num.4.7. & 17. Sic etiam communiter diſtingunt in ſimili ſtatuto Doctores vt in eo,quòd dos excedit legitimã,poſſit onus apponi: in eo verò,quod eſt infra legitimam, reijciatur onus, & in ea valeat,& ſeruanda ſit diſpoſitio l.quoniam in prioribus,C.de inoffic.teſtam.Guid. Pap. deciſ.613. & ibi DD. moderniſſimi. Craſs. in tract. de legit. quæſt.42.nu.7. & 4. & nouiſſimè iddem concludit Theſaur. Iunior lib.1.quæſt.forenſ.cap.63. num.13. & ita etiam concludit Morot.conſ.19.num.6.Vbi tenet,actionem dotis conſolidari,patre mortuo,in filiam,& reijci ab ea omne onus. Alex. in l.à filia nu.4.ff.ad Trebell.Suar. in l.quoniam in prioribus ampliat.12.nu.3.Mencaca de ſucceſs. creat. §.10.num.260. Et ſic verè intelligunt, quãdo filia moritur poſt factum caſum ſucceſſionis paternæ, quia tunc verè potuit tractari de legitima:item quando filia reliquit filios, & exiſtunt maſculi fratres ipſius ſororis, qui ipſam,& eius filios excluſerunt à ſucceſſione patris,aliàs ſi ipſa fœmina dotata moreretur in vita patris, & ſine filijs ità vt non eſſet ſeruãda excluſio actualis propter dotem à ſucceſſione patris, ac vniuerſa dos poſſit dici, quòd fuerit extra legitimam,quia nullo modo vnquam potuit legitima iſti deberi, cùm præmortua patri fuerit, omninò crederem, quòd omne onus extare deberet per prædicta, & eſſe penitus ſeruandam diſpoſitionem iuris communis in ipſo patre, qui per pactum poteſt ſibi dotem ſtipulari reſtituendam, vel iure patriæ poteſtatis. Authen. Sed quamuis, C. de rei vxor. act. patre autem mortuo dos efficitur proprium patrimonium ipſius filiæ. text.eſt in l.vnica, §. & hoc ex rei vxoriæ, C. de rei vxor. act. Et hæc eſt diſpoſitio tex. in l.fin.§. filiæ, ff. de legat. 2. quæ omnia optimè probantur ex traditis per Barboſ. omninò videndum, & per eum relatos in l.poſt dotem 41. a num.35. vſque ad num.38. verſ. ſuccedit igitur,ff. ſol. matrim. Capyc. deciſ.176. num.11. Hondedeus conſil.75. nu.51.vol.2. Et ratio eſt,quia,quando pater diſponit,& teſtatur de bonis ſuis non tenetur relinquere ipſius filię, niſi legitimam, prout latiſſimè ſupra probauimus in 3. art. in fin.dum de paragio,facto teſtamento,egimus, & ſecundum prædicta regulariter pater poterit grauare filiam fideicommiſſo, vel alio onere extra,ſcilicet,ipſam legitimam, prout latè cumulat Theſaur. moder. in præd. q.63. lib.1. num.1. iunctis ijs, quæ dicit num.12. cum ibid. relatis, & num.5. & Barboſ. loc. cit. num. 34. verſ. ex Bartholo in princ. ff. ſolut. matrim. & num.36. vbi plures refert, & latiſſimè ſcripſi pro Excellentiſſimo Domino Principe Melfictí contra Illuſtriſſimũ
8 Ducem Terrę nouę.† Ex quibus ſatis cõcluſum remanet, quòd, quando fratres dotant de paragio,& dotatio ſit poſt mortem patris, ità vt fratres dicãtur quaſi ſoluere debitum, & adimplere onus,à conſuetudine,& conſtitutione impoſitum, non poterunt alterare dationem dotis, & ſolutionem paragij,ad quod vigore legis coguntur: ita deciſum teſtatur D.de Franch. deciſ.196. & in prædicta dotatione non erit facienda diſtinctio inter quantitatem legitimæ,& quantitatem vltra legitimam; quia,cùm detur paragium loco portionis ab inteſtato,ſicut frater non habet aliquod ius in portione alterius fratris, ita nec in paragio ſororis. Ita Iſer. in præd.conſtit.in aliquibus,col.12.verſ.extraneus.ibi, *Et ſic tanquam portionem hæreditatis conſequitur dotis paragium de bonis patris*. Quando verò pater,qui eſt Dominus rerum ſuarum,dotat, ſeruãda eſt prędicta diſtinctio de legitima; quia,extra legitimam,ad nihilum filio pater tenetur: iddem quando relinquit, vel diſponit in teſtamen-
9 to per prędicta: † quæ tamen intelligas in pactis circa reſtitutionem dotium extraneis à

pacto,

pacto,& conſuetudine, *Allā nuoua manera*, vel etiam inter viuentes more magnatum in pactis extraneis a capitulis moris magnatū, cùm in ijs iam videatur de conſuetudine inter nobiles, vel magnates prædictos poſſe dari dotes cum pactis prædictis,prout de pactis, *Alla nuoua manera*, per Piſanell. in add.ad conſuet.ſi quis,vel ſi qua,ſub nu.224. quæ incip. Tenet Napodanus hic: in qua conſuetudine expreſsè datur poteſtas teſtandi ſecundùm conſuetudinem, in ſcriptis redactam,& inter magnates ſecundum morem magnatum, prout dicit Minad.in conſtit.in aliquibus,in 4.notab.num.3.in fi. verſ.inter Barones autem,vbi in primo capite dicitur, quod quando fuit nupta a patre,& moritur abſque liberis, ex dicto matrimonio dos debet reſtitui patri viuenti,vel præmortuo,eius hæredibus, ſi ab inteſtato moriatur: ſi verò moriatur viuo patre, teſtari non poterit de ipſis dotibus; mortuo patre,de omnibus dotibus teſtari poteſt, vt in ſecundo capite moris magnatum: quando verò dotata a fratribus eſſet,vt in cap.7.poterit ad libitū teſtari: itaque inter hos magnates non erit onus, ſi dos conſtituatur ſecundùm illum morem, quemadmodum non erit onus inter nobiles, ſi more Capuanæ, & Nidi dos ſimiliter tradatur: quia tamen inter Capitula Capuanæ, & Nidi diuerſimodè diſponitur circa reſtitutionem dotium ad dotantem,vel eius hæredes, vel ad mulierē, vel eius proximiores, & per conſequens ſolet diuerſimodè ſtipulari,difficultas eſſet,qualiter ſtipulatio concipi deberet in ſolutione paragij, præſuppoſito quòd ſecundùm nouum vſum eſſet reſtitutio dotiū promittenda:ſed quia hic non eſt locus huius quęſt.hic non dico, cùm latius dicendū ſit in repet.conſuet.ſi quis, vel ſi qua,in tract. ſeparato de conſuetudine Capuanæ,& Nidi.

Ego tñ nunquā recederem ab hac obſeruatione, vt, ſcilicet, in illis fœminis natis ex matrimonio contracto ſecundùm vſum Capuanæ,& Nidi,debeat apponi,vel poſſit apponi per fratres dotantes, & ſoluentes paragium, pactum ſecundùm nouum vſum Capuanæ, & Nidi, iuxta illam indiuiduam formulam,iuxta quam eorum parentes contraxere:in illis verò ortis ex matrimonio cōtracto ſecūdùm morem magnatum ſimiliter debeat obſeruari,quando tales ſunt, dico in magnatibus, vt viuere dicātur more magnatum: non enim poteſt conqueri ſoror, quæ ſecundum talem vſum orta eſt in mundo: dū ipſius parentes,ita etiam matrimoniū cōtraxerunt, ſi ſic & ipſa ſimiliter matrimonium contrahat,dotemque recipiat. Ita Iſer.in ſimili,in §.præterea Ducatus, col.2.in princ. de prohib.feu.alienat. per Federic. vbi attēdi debet, ſi illi de domo ſunt in quaſi poſſeſ-
10 ſione viuendi tali iure † Ex quibus tollitur difficultas, quæ vexat Napod. in præd. conſuet.ſi quis, vel ſi qua, nu.223. & alios Doctores ſupra relatos in materia ſtatuti, an, ſcilicet,filia poſſit de dotibus diſponere, vel teſtari, cùm per Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi,prout ſolent contrahi matrimonia, vt plurimùm, detur expreſsè talis poteſtas diſponendi ſecundùm cōſuetudinem,in ſcriptis redactam,& efficiatur mulier nupta ſui iuris per conſuetud.Sed & mulier.De Frāch. deciſ.546. per tot. quo caſu ceſſant omnia, quæ de iure communi dicuntur circa reuerſionem dotis per l. dos à patre, Gratian. diſcept. forenſ. 382. num.præſertim 4. & 12. cum ſeq. & expreſsè dicit Text. in l.vnica, §.videamus,C.de rei vxor.act. Et in conſuet. ſi qua moriens,& conſuet.ſi aliquis moriens, expreſsè diſponatur circa diſpoſitionem ipſarum dotium,& aliorum filijs exiſtentibus, vel non exiſtentibus: itaque tam attenta poteſtate libera mulieris, quam poteſtate ei cōceſſa de dote diſponenda in prædicto nouo vſu nō ſit hodie in prædictis caſibus amplius dubitandum,& difficultas remaneret in illis perſonis,in quibus prædictæ conſuetudines ſeruandæ nō eſſent,prout videtur præceſſiſſe deciſio prædicta de Franch. 96. quæſo vi-
11 deatur.† Et deinde aduertendum,quod prædicta deciſio maximè fundatur in theorica Napod.in præd.num.224. & propterea aliquantulum erit inſiſtendum in ea; nam mihi videtur in patre, vel matre, vel altero dotante,extra propoſitum induci illam diſtinctionem præſumptæ,vel expreſsæ,vel dubiæ donationis in perſona ipſius ſororis,& filiæ dotatæ,cùm diuerſi ſint termini,in quibus prædicta ſeruanda eſſent: quando enim mulier eſt iam domina ſuarū dotium, & eſt dotata, vel ſe dotat, & interponit aliquem, qui ſibi ſtipuletur reſtitutionem; tunc erit facienda diſtinctio,ſi animo donandi ipſam perſonam interpoſuit mulier, vel non, iuxta tex. in l. Seia,ff.de dot.prælegat. In quo textu notanda ſunt illa verba, *nihil numerauit:* per quę ſupponitur, quòd illa perſona, quæ adhibetur ſtipulationi, non eſt ipſa, quæ dotem numerat: quo caſu, quandò vxor ipſa ſe dotat, & tertium interponit ſtipulantem ſibi reſtitutionem dotium eſt benè facienda prædicta diſtinctio, ſic etiā tex.in l.cùm maritus,§.fin. ff.de pact. dot. prout procedit diſpoſitio l.2. C.de donat.cau. mort. vbi ſoror permiſit ſtipulari de dote reſtituenda,quæ erat iam ſua,

quando ipſa moreretur donationis cauſa mortis faciendæ ipſius fratri: mulier enim numerat dotem, & alium permittit ſtipulari animo donãdi inter viuos, vel cauſa mortis, & expreſsè dicit tex. in l. ſi mulier de ſuo. alias l. mulier bona, in fin. ff. de iur. dot. prout de hac concluſione latiſſimè tractat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 10. Barboſ. in l. quæ dotis 34. num. 13. ff. ſol. matr. tunc enim benè animus ipſius mulieris eſt inſpiciẽdus, vt dixi, hic non eſt caſus, in quo Napod. proponit quæſtionem, nam ipſe ſupponit matrem, vel patrem dotaſſe, & frater dotans ſupponitur à D. de Franch.

Quando verò numeratio dotis fit ab alio, ſiue pater ſit, ſiue extraneus, tunc donãdi animus erit arguendus in perſona illius, qui numerat dotem, ita procedit tex. in l. vnica, §. accedit, ff. de rei vxor. act. ibi, cum donaſſe magis mulieri. Et in patre non præſumitur donatio, ſed potius tacita ſtipulatio de ea dote reſtituenda, prout etiam in alijs, qui habent eam in poteſtate, quãdo eſſet mater, vel alius extraneus de iure ſforum. Et ante prędictam legem præſumebatur donatio facta a matre, quando patiebatur filiam ſibi reſtitutionem dotium ſtipulari, l. 2. C. de iur. dot. Nunc ſimpliciter, quando aliter ſtipulatio non interponitur, d. §. accedit. ergo animus donandi impertinenter ponderatur in ipſa filia, quando alius, ſiue pater, ſiue extraneus eam dotat: ſed potius donatio arguẽnda ex animo ipſorum, qui dotem numerant, iuxta diſtinctionem d. §. accedit. † Sed benè ponderatur tũc eiectio oneris ad ſimilitudinem ipſius legitimæ, iuxta terminos ſupra poſitos, & ſic benè dicitur per Barboſ. in d. l. 1. par. 4. num. 136. ff ſol mat. limitari in prædictis caſibus l. vnicam, §. accedit, C. de rei vxor. act. vbi indifferenter permittitur dotanti incontinenti ſtipulari dotem ſibi reſtitui, procedere, ſcilicet, in ijs, qui verè exercent liberalitatem, non autem in ijs, qui ſoluunt debitum: quod probatur, nouiter ponderando prædictũ §. accedit, hoc modo; cùm enim ibi ſupponitur in caſu omiſſæ ſtipulationis donatio in beneficiũ mulieris; ergo perneceſſe ſupponitur de illis dotationibus loqui tex. quæ ſunt aptæ ad ſuſtinendum actum liberalitatis, ſcilicet, donationis: ergo de his dotationibus, quę, nullo iure cogente, fiunt, intelligendus eſt loqui tex. in d. §. accedit, l. 1. cum concord ff. de donat. per neceſſarium antecedens: alij enim ſunt termini dicere, quod de iure illæ dotationes, quæ ſubrogantur loco legitimę, debẽt eſſe ſine aliquo onere, & per hoc eſſe onera impoſita reijcienda, vt prædictũ eſt: alij ſunt,

12

vt dicamus, quòd filia præſumatur voluiſſe donare fratri, cùm nõ poſſit conſiderari donatio, niſi in ea re, quæ extat in poſſe mulieris tempore contractus matrimonij, vel alterius contractus, ex quo donationis argumentum deſumendum eſt: itaque potius dicetur minus per dotationem accepiſſe mulier iſta ex paterna, vel fraterna ſubſtantia; quia cum illo onere accipit, quam vt ipſa videatur donaſſe: vnde nil mirum, ſi à maioribus tota iſta quæſtio à num. 223. vſque ad verſ. tertium in tex. Napodani fuerit ab antiquis correcta, & ſublata, vt dicit Piſanell. in præd. addit. fol. 136. quæ incip. Tenet Napodanus. qui tenet, debere ſtare in gloſa, ſicut in meo antiquiſſimo manuſcripto extant, prout legitur etiam à D. de Franchis, cum illis verbis, poſt verbum cauſa mortis, poſitis à D. de Franch. ſcilicet, cùm ſit facta mẽtio mortis: quicquid tamen ſit, libenter antiquis annuerem, ſi poſſem, non quod in ſe propoſitio, ac diſtinctio illa de iure nõ procedat, ſed ex eo, quòd, ſtante quęſtione propoſita de matre, & patre dotantibus, ac de ſtipulatione, quæ ſupponitur ibi facta pro reſtitutione dotiũ facienda ipſis patri, vel matri, vel ſucceſſoribus proximioribus ex parte patris, vel matris ipſius vxoris, excluſo eius marito, non benè aptari videtur diſtinctio de tertio adhibito, ac de animo donandi, cùm in ea nullus ſit tertius adhibitus, qui ſibi ſtipulatus ſit reſtitutionem, ſed dotantes met ipſis reſtitui ſtipulati ſint, cùm dotantes non ſint adhibiti, non militent rationes tertij adhibiti, vt diximus: ſed non poteſt negari, quòd ibi dicta ſint de gloſa Napodani, ex quo idem Napod. in conſuet. ſi qua moriens, nu. 32. eadem quaſi verba recitat, & ſe remittit ad dicta in præd. conſuet. ſi quis, vel ſi qua. Et notandum eſt, quòd Napod. in prædicta doctrina conſuet. ſi qua moriens, rectè diſponit, & decidit quæſtionem tertij adhibiti ad ſtipulãdum reſtitutionem dotiũ, nec ſupponit adhibitum fuiſſe à muliere, & ſic eſt benè diſtinguẽdus animus donationis gratia, vel mãdati, vt ibi: item ibi ſupponitur promiſſio facta reſtitutionis ipſi adhibito ab ipſa muliere, vel ſi nõ ſit ipſe adhibitus ſtipulatus, præſupponitur, quòd mulier, ſeu pater eius, quando dotauit eam, fuerit ſtipulatus, adhibito ipſo præſente; quia, cùm quis ſtipulatur pro præſente, ipſe præſens videtur ſtipulari, & videndum eſſe, inquit Napod. ſi ſtipulatio fuit facta iſti tanquam adiecto: vnde optimè omnia cõgruunt de tertio adhibito: ex quo nõ fuit dotantibus facta promiſſio reſtitutionis, nec ipſorum hæredibus, ſed tertio, per mulierem adhibito: quãdo verò eſſet

pro-

promiſſio reſtitutionis, facta ipſis dotantibus, prædicta diſtinctio non militaret, vt diximus: in ea enim ſpecie pater, vel alius fungitur eius officio dotantis, vxor recipit dotationem, tertius adhibitus ab ipſa muliere animo ei donandi, recipit donationem.

13 Et ex his ſtat concluſio, quod aut iſti, qui ſunt ſtipulati, ſunt expoſiti, vel adhibiti ab ipſa vxore, patre dotante, vel matre ipſam filiam, & tunc eſt recurrendum ad prædictã diſtinctionem, ſi eſt tertius mandatarius, vel adiectus, vel donatarius inter viuos, vel cauſa mortis, vt diximus; & principalis præſumptiò donationis, in tertio adhibito erit, quãdo tertius adhibitus eſt coniuncta perſona, ita Barboſ. in l. quæ dotis 34. nu. 16. Aut ſunt dotantes, qui ipſiſmet ſtipulantur dotium reſtitutionem, & tunc non eſſe diſcutiẽdum de donatione, ſed extra conſuetudines, de quibus ſupra, erit interpretatio facienda, prout iuris, cùm ipſi dotantes non ſint ab ipſa muliere adhibiti, vt optimè ponderat Bart. in cõnſ. 127. nu. 2. verſ. nec obſtat: quo caſu, licèt ſint fratres, non præſumetur donatio: ita idem Barboſ. in d. l. 1. in 4. par. nu. 136. in final. verb. vltimæ ampliationis, & reſoluit Affl. in conſtit. fratribus, nu. 5. in 2. q. vbi breuibus diſtinguit dubiam ſtipulationem reſtitutionis dotium facẽdæ de iure communi: Quò verò ad diſpoſitionem, & teſtamentum vxoris, ſequitur opinionem, & diſtinctionem Lucæ de Penn. loc. cit. vt ſcilicet, morte vxoris ſine filijs, dos reuertatur ad dotantem; cum filijs, ipſis filijs reſtituatur, iuxta tradita per Doctores in l. dos à patre, morte viri ipſi vxori; ſed ſemper intelligas, quando verè frater fuit dotans de bonis ſuis: aliàs ſi ſolueret paragium, debitum ſorori, non eſſet tractandum de reſtitutionis pacto, ſed de pura ſucceſſione, ac ſi eſſent, prout ſunt, veræ dotes patrimonium ipſius ſororis per prædicta, & per conſequẽs ſuccedent ei in dotibus prædictis illi, qui ad vniuerſam ſucceſſionem debent ſuccedere, extra caſus à conſuetudine in ſcriptis, vel Capuanæ, & Nidi, vel moris magnatum cõprehenſos, cùm infra illarum conſuetudinũ diſpoſitiones ſit reſtitutioni dotium expreſſè prouiſum, cum ſic ſupponamus eſſe contrahendum matrimonium, vti iam diximus.

13 Quæro cum Napodano hic nu. 58. Quid ſi frater maritauit ſororem, & nullam dotẽ ſibi dedit, ſed fecit ſibi conſtitui dotem à viro, an excludatur ſoror à ſucceſſione, & à petitione paragij? De ſucceſſione non eſt dubium poſt ſubſequutum matrimoniũ ex his, quæ diximus in q. 20. maſculiationis, & faciunt ea, quæ diximus ſupra in §. 3. quo loci, quando ſoror reperitur nupta per aliũ, non poteſt prætendere aliud, quàm quantitatem legitimæ, & de hoc paragio erit hic quærendum, an etiam ab eo ſit illa fœmina excluſa, & Napod. arguit primò eſſe excludendam fœminam, taliter dotatam à petitione paragij, quando proceſſit dotatio contemplatione fratris, videtur n. perueniſſe de fratre ad ſororẽ breui manu. C. de iur. dot. l. licet, §. quoties, ff. donat. inter vir. & vxor. l. 3. §. final. Facit id, quod dicit Iſer. in Conſtit. obſcuritatem, circa fin. & ex ratione cõtemplationis ab ipſo fratre obueniſſe dotes cenſentur, l. cum pater, §. à te, ff. de legat. 2. quem tex. allegat in materia contemplationis Iſer. in §. & ſi libellus, de alien. feud. pater. tex. eſt etiam in l. ſingularia, ff. de reb. credit. & melius in l. profectitia, ff. de iure dot. occurrit enim æquitas, vt id, quòd propter me dederit aliquis, idem videatur, ac ſi ipſe dederim, l. dedit dotẽ, ff. de collat. bonor.

14 Sed contra prædicta obſtat doctrina Iſer. in conſtit. in aliquibus, col. antepen. verſ. vnde ſi inueniret ſibi parem. Vbi auctoritate Caroli in Longobar. ſi pater, in tit. de ſucceſſ. dicit non eſſe fraudandam filiam legitimã portione, ſi parem inueniat, & propter ſtrenuitatem fratris, & valorem, & Carolus de nobilitate, & pulchritudine dicit, nõ autẽ de ſtrenuitate: ſed conciliari poſſent prædicti Patres; nam Napod. loquitur, quando verè, & realiter dotatio proceſſit contemplatione ſtrenuitatis ipſius fratris, & ſic procedãt iura, & rationes per eum allegatæ Andr. & Carol. quando paruo, aut nihilo contentus pro dote vir illam acceperit, vt eo caſu non debeat fraudari filia ſua legitima portione, tanquam ſi, cùm nupta reperiatur per aliũ, in paternis bonis paragium quærat, vt ſupra diximus, vt refert Affl. pluries deciſum in Sacro Conſ. deciſ. 260. Et dum videtur de prædictis dubitare Napod. in eod. verbo facultatem, in fi. d. nu. 58. ibi, ſed contrariũ innuit hæc litera, cùm dicit facultatem: non erit tanti faciendum dictum argumentum, vt à prædictis ſic ſimpliciter debeamus diſcedere, cùm ex dictis in diffinitione paragij ſatis, ſuperque comprobatum ſit facultates, & bona eſſe poſita ad commenſurationem potius quãtitatis debitæ pro paragio, quàm vt per ea cogi videantur ſucceſſores de ipſis dare paragium, vt optimè fundauit, & probauit idem Napod. in conſuet. ſi qua mulier, num. 23.

15 Aliò tamen vergit difficultas huius quæſtionis; nam ſi verè eſt per virũ facta ſolutio

ipſius paragij fratris, vel fratrum nomine dotantium de paternis, vel maternis, & hic nõ eſt caſus dubitationis, quia ſumus in certis: quo caſu ſiue fiat ſolutio per ipſos fratres, ſiue per virum, vel alium ipſorum nomine, ex vulgatis iuris regulis omnia eſſent ſeruanda, ac ſi ſolutio veri paragij facta eſſet, & hic, vt dixi, non eſt caſus noſter, cùm Napod. non ſupponat ipſos fratres promittentes, & virum eorum nomine ſoluentem: quo caſu non dubitatur ſolui per hoc fratris obligationem, l. nullam, & l. manifeſti iuris, cum concord. C. de ſolut. & melius l. ſoluere, ff. de ſolut. cum alijs, ibi per gloſ. relatis: erit ergo quæſtio, ſecundùm quod ipſam Napod. proponit in puris contemplationis terminis: quo caſu aduertendum erit, quod, dum DD. ſupponunt dotes à viris vxoribus conſtitutas, ſemper, & maxima cum ratione ſimul ſupponunt ex parte vxoris nobilitatem, vel pulchritudinem, prout facit Afflict. deciſ. 61. num. 3. Bart. in l. ſi diuortio, ff. de verborum obligat. Pyrrhus Anglebermeus in tract. de donat. cap. fin. Itaque, ſi nobilis, vel pulchra ſit, ſemper erit magis præſumendum, quòd etſi frater, & aliæ circunſtantiæ fuerint à viro contemplatæ, acceſſoriè illæ fuerint res contemplatæ, & principaliter perſona ipſius vxoris, qua cum vniuerſam vitam ducere conſtituit vir, ita vt nõ poſſim conſiderare, fratrem in dotatione ita contemplatum, vt verè potius fratris gratia, quàm ipſius ſororis dotem eſſe conſtitutam credi poſſit: principalis enim ſemper perſona ſororis erit in mente viri: etiam dato, quod eſſet omnibus fortunæ bonis ita deſtituta iſta mulier, vt nullo modo propter ſe, ſed propter fratrem dotem virum conſtituiſſe credamus: tunc nec id crederem factum fratris contemplatione: quia ſi voluiſſet, dixiſſet, aliàs non faciendo vti in extraneo dotante ipſius vxoris contemplatione reſtitutio erit cenſenda promiſſa; ſic etiam donatio ad ipſius beneficium à iure præſumenda eſt, l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act. gloſ. in l. fin. C. de dot. promiſs. Et facit gloſ. in l. profectitia, ff. de iur. dot. nullo modo poterit abſtrahi ab ipſa vxore principalis cõtemplatio; ſiue enim propter fratrem, ſiue propter ſe fingamus dotem conſtitutam, cùm illud, quod ab ipſo ſanguine oriatur, ſit ſemper incolumem: non enim tollitur à fratre, quod ſorori, quia ipſius ſoror eſt, datur: nam datur ſorori principaliter ſecundario, quia habet talem per fratrem; et ſi voluiſſet principaliter dare fratri, ipſi principaliter dediſſet, vt inferius in ſequenti quæſtione dicemus: & ex his nùllo modo iſtam conremplationem adeò conſiderabilem crederem, vt poſsit obligationem fratris, debentis paragium, ſoluere, & liberare. Sed quid, ſi extraneus dotet iſtam ſororem fratris contemplatione, an ex hac contemplatione inducatur ſolutio, & Iſern. in præd. conſtitut. in aliquibus, col. 12. dicit, ad hoc vt profectitia dos dicatur, neceſſe eſſe, vt patris nomine detur, quia ſic primò patri datur, & ſorori propter patrem: at cùm quis vult donare ipſi ſorori, licèt fratris contemplerur perſona, non per hoc tollitur, vt ſupra dixi, quin etiam ſorori velit dare, tex. eſt quaſi punctualis in l. profectitia, §. ſi quis certam quantitatem, ff. de iure dot. cum §. ſeq. nam licèt quis donet patri quantitatem cum conditione, vt filiæ in dotem det, non eſſe inquit profectitiam ipſam dotem, quia obſtrictus eſt, vt det: quando igitur iſte tertius non vult verè donare ipſi ſucceſſori, qui eſt debitor, & ipſius liberationis gratia, & nomine ipſius met, & non ſucceſſoris, & fratris, ſoluit dotem quantumcunque velit donare fratri, ad minus ſi donat fratri, vt ſorori det in dotem, non cenſebitur illa dos profecta à fratre, vt ibi: ergo ſimili modo, & tanto fortius erit in hoc caſu excludenda contemplatio prædicta, cùm nec fratri donare voluerit, ſed ipſius ſorori verè dotem conſtituere: ſi enim verè dat ſorori dotem, & iſta datio pendet ex pura liberalitate ipſius dantis, qui poteſt dare, & non dare, non poteſt dici, quòd contemplatio perſonæ fratris debitoris poſſit cauſare ipſius liberationem, prout eſt contemplatio, de qua in l. dedit dotem, ff. de collat. bonor. vbi cogitur auus propter filium, & per hoc ibi contemplatio facit, vt dos dicatur à filio profecta: hic non cogitur propter fratrem, ſed ſponte in exercendo liberalitatem dotat: & propterea dicitur dos ab eo proficiſci, hic eſt tex. aureus in l. adoptiuum, §. ſi quis pro aliena filia, ff. de iure dot. Ab illa enim videtur dos profecta, qui prius liberalitatem exercet, vt diximus, cùm ſit differentia, quando donaturus fratri ipſius ſororem dotet, vt d. l. profectitia, §. qui det, ſi quis patri donaturus: & hoc exprimat, ac ſi voluit ſorori donare contemplatione fratris: ſemper enim ipſe extraneus liberalitatem exercet in perſonam ipſius ſororis, & non fratris, niſi ſit hoc expreſſum d. §. accedit. Repugnat igitur, vt ſimul liberalitatem exerceat quis, & alienum debitum ſoluere videatur: intereſt enim multum an ſuo, an fratris nomine det, vt ſi ſuo donare videatur; ſi fratris, fratris debi-

tum

tum ſoluiſſe cenſeatur,tex.eſt in l.cùm vxor, ff.de iure dot. qui verè terminat hanc quæſtionem.

16 Nec obſtat ſimilitudo relata à Napodano per tex.in l.venditor, ff.de hæred.vendit. ſimilis eſt tex. in l. ſi hæres inſtitutus, ff. ad leg.Falcid. & in l.poſtulante, in fi.ff.ad Trebell. qui procedunt,& dicunt,quòd quando ex induſtria propria, vel alterius inſcitia aliquis acquirit, non videtur ex hæreditate acquirere: at hic frater non acquirit verè,& proprie,ſed ipſius ſoror,& quomodocunque ſoror acquirat, acquirit propter ſe, & ſibi quærit. Et de hac quæſtione ſatis.

17 Vltimò cum eodem Napod.d.nu.57.quæramus,an,ſi frater minor dotem exceſſiuam ſorori dederit, admittatur ad reſtitutionem aduerſus dotationem, & ſolutionem dotis itam factam,& vnico verbo Napod.quæſtionem abſoluit,dicendo ſic, *Niſi conditio viri patiatur illas dotes, quia tunc minor non eſt deceptus, per not.in l.1.C.ſi aduerſ.dot. & in l.ſiue generalis, ff.de iur.dot.*

Sed prædicta opinio Napodani eget aliquali modificatione, vt dicamus, quòd aut dos exceſſiua fuit infra terminũ paragij veluti vſque ad virilem incluſiuè,& tunc ſit facienda prædicta diſtinctio;aut vir illam meretur,aut non meretur: ſi verò vltra quantitatem ipſius virilis dos proceſſerit,tunc omne totum,quod fuit ſolutum,& datum vltra virilem quantumcumque dos illa par ſit tali viro, & ipſam mereatur ſemper reſtitutio, vel melius actio contra ipſius tutores debet dari, quia in hoc grauarunt ipſum minorem,cùm ex meritis viri nũquam,& vxoris condecentia adeo progredi poſſit quantitas dotis, vt virilem portionem excedat, vt pluries ſupra diximus, & dicit Iſer. in fin. conſtit. in aliquibus.

Sed ad prædictæ quæſtionis ſolutionem erit videndum, an aduerſus dotem exceſſiuam detur reſtitutio ipſi maiori: ad quam quæſtionem Gartia Gall.in tract.de expenſ. c.18. nu.20. ad fin. tenet, quòd ſic: contrarium videtur tenere Pinell. de reſcind. vendit.l.2.fol.49. nu.12.qui videtur concludere ſolis minoribus eſſe ſuccurrendum,vt per Paul.Caſtrenſ.in l.1.C.ſi aduerſus dot. Bal. Nouell.de dot.6.par. priuil.42.& priuil.43. Cagnol. in d.l.2. nu.65. niſi eſſet læſus vltra dimidiam,Bald.in l.2.in repetit.nu.20. Roman.in l.ſi quis cùm aliter,nu.20.ff.de verb. oblig.quam opinionem,ſcilicet, maiori non ſuccurri videtur loco prædicto tenere Napod. poſtquam in minore quæſtionem proponit. Diſtinguamus igitur,quòd aut reſtitutio,& actio dirigitur aduerſus virum conſtante matrimonio,& tunc ſi, inſpecta qualitate viri, dos licèt paragij fines exceſſerit, eſt conſtituta,non erit aduerſus virum danda reſtitutio per ea, quæ dixit Napod. Aduerſus verò tutores ſuccurrendum erit minori;qui,cùm potuiſſent, ſoluendo debitum paragium, adimplere onus, voluerunt terminos iuris excedere, quia eatenus, quatenus pupillus tenetur, eatenus vtile negotiũ ipſius geſtum videtur, non autem vltra debitum, vt in prædictis Doctoribus: ſi verò agitur,ſoluto matrimonio,contra ſororem, tunc omne id, quod excedit quantitatem paragij,per quem potuiſſet ſoror virum cõdignum recipere, reuocabitur per viam reſtitutionis: hanc diſtinctionem ſupponit tex.in l.fin. §.ſi à ſocero, ff.quæ in frau.cred. Vbi dos reſpectu viri, conſtante matrimonio, eſt cauſa oneroſa: reſpectu ipſius vxoris eſt lucratiua,& reuocatur: ſic eadem dos diuerſimode conſideratur, ſoluto, ac conſtante matrimonio: vnde caueas à diſtinctione prædicta Napod. in hac quæſtione ita

18 ſimpliciter diſtinguentis, † alia læſio eſt, quando quis eſt læſus in dotis æſtimatione, vt puta, quia in æſtimatione rerum dotalium læſus eſt,& tunc ſuccurretur ei, etiam ſi infra dimidiam læſus fuerit: ita in prædictis videtur firmare Barboſ. per plures auctoritates vltra prædictas in rubr.ſolut.matrim.in 4.par.nu.25.cum ſeq.& in l.æſtimatis, nu.23. cum ſeq. ff.ſol. matr. omnino ad omnia prędicta videndus,quia plures cumulat;quos,cùm occurrit,videatis: & ex his ſit finis huic ſecundæ Parti, ac tractatui impoſitus,ad laudem,& gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis,Virginiſque Mariæ, cuius feſtiuitas hodie celebratur.

Finis ſecundæ Partis Repetitionis.

LAELII CAPVTI AD CONSVET. PRIMAM, Repetitionis, De ſucceſs. ab inteſt.

PARS TERTIA.

In qua explanantur nonnullæ gloſæ extrauagantes.

Repet. Par. 3. §. 1.

1 *Foriudicatus an veniat mortui appellatione. Expenditur gloſ. Nap. in conſuet. ſi moriatur, ſub num. 3.*
2 *Anteſatum per mortem ciuilem mariti an per vxorem lucretur, & ibid. quid in reſtitutione dotium.*
3 *Conſtitutio foriudicatorum bona, an infra diſtrictum attendenda, vel conſuet. & alia circa ipſius intellectum, & an inducat nouum ius circa modum ſuccedendi.*
4 *Foriudicato an ita ſuccedendum prout in alijs in ſucceſsione feudorum, vel aliorum, & an etiam conſuetudo attendenda: & quid ex diſpoſitione gratia conceſſa ſuper ampliatione ſucceſsionis feudorum.*
6 *Conſuetudinis diſpoſitio tam circa prælationem ſexus, quam circa diſtinctionem bonorum ſeruanda in ſucceſsione foriudicatorum, & quò modo.*
7 *§. Sed ſi morienti diſpoſitionem admittentem ſubingreſsionem in infinitum, non eſſe ſeruandā in ſucceſsione foriudicati.*
8 *Conſtit. foriudicatorum bona circa reſtrictionem graduum in ſucceſsionibus tollitur per gratiam Neap. conceſſam, tollentem confiſcationem bonorum.*
9 *Conſtit. foriudicatorum per gratiam Neapolitanis conceſſam, confiſcationem tollentem, quomodo cum conſuetudinis diſpoſitione quandoque practicari poſsit oſtenditur.*
10 *Succeſsio foriudicati ceſſante vltimo capite, vnde vir, & vxor, vadit etiam ad fiſcum, vltimum ſucceſſorem, nec foriudicatus habet bonorum diſpoſitionem, etiam attenta gratia prædicta confiſcationem tollente.*
11 *Parentum appellatione an ſoli aſcendentes, an verò cæteri coniuncti contineantur in prædicta conſtit. foriudicatorum bona. & ibi 1. quid de iure Longobardo.*
12 *Proximiores per ingreſſum an à ſucceſsione bonorum antiquorum de conſuetudine excludantur.*
13 *Proximiores an poſsint per ingredientem monaſterium fraudari per diſpoſitionem factam in aliorum beneficium, etiam vltra portionem conſuetudinis, vbi deciſio S. C. allegatur.*
14 *Succeſsio ex diſpoſitione conſuetudinis in bonis antiquis cuiuſmodi ſit naturæ, & an feudo ex pacto, & prouidentia aſsimilanda, item bona antiqua an poſsint alienari per delictum.*
15 *Succeſsio in feudo ex pacto, an ſit vera ſucceſsio.*
16 *Filijs quomodo, & qualiter agnatis in feudo ex pacto per prædeceſſorem præiudicium inferri valeat declaratur.*
17 *Iſerniæ theorica declaratur in tit. qui ſucceſſores teneantur.*
18 *Molfeſius notatur in par. 2. de bonis, q. 4.*

§. 1. *In quo explicatur gloſ. 1. conſuet. ſi moriatur, & eius materia.*

EXpeditis difficultatibus, & quæſtionibus, quæ ad prælationem, & ſucceſſionem deſcendentiū ſpectant, prout in noſtra cōſuet. ſi moriatur. reliquū eſt, vt gloſas ipſius percurramus, & ex eis, quæ alicuius difficultatis exiſtūt, declaremus eodem ordine, cum ipſamet gloſa,

Na-

Napod. procedendo, & cæteris omiſſis.

1 In gloſa moriatur, ſub nu. 3. quærit Nap. hic, † an mortui appellatione, foriudicatus contineatur? & ſoluit, reſpondens tunc habere locum Conſtitutionem Regni foriudicatorum, quæ verba, ita conciſe prolata à Nap. nobis anſam dederunt pluri mæ dubitationis, an, ſcilicet, voluerit hic Nap. excludere ius, & modum ſucceſſionis, introductũ per conſuetudinem, vt quando quis foriudicetur, penitus non ſit tractandum de iure conſuetudinario, vel induxerit Conſtitutionem prædictam ad probandam illam concluſionē: quòd foriudicatus veniat mortui appellatione, & id videtur poſſe colligi ex illa dictione, alias quaſi per ipſam Conſtitutionem ex ſpeciali diſpoſitione mors ad ciuilē referatur, *alias in dubio ſermone* (inquit ipſe) *appellatio mortis ad naturalem refertur, ſiue proferatur à lege, ſiue à teſtatore, ſiue à contrahente*, vt ibi; quando verò eadem ratio militat iddem erit, vt dixit idem Nap. infra in conſ. quartam autem in verb. poſt mortem, ſub nu. 46. de Iur. quarr. vbi expreſsè dicit, & intelligit tam de ciuili, quā

2 de naturali morte, † & licèt D. de Franch. concludat, & benè in dec. 689. antefatũ non lucrari per mortem ciuilem mariti, Nap. in prædicta gloſ. poſt mortem, non tractat de lucrifactione quartæ, ſed de aſſecuratione, & petitione dotiũ, & quartæ, quia per mortem ciuilem eſt factus caſus reſtitutionis, vel aſſecurationis dotium, & quartæ, vt concludit idem de Franch. deciſ. 562. & Nap. expreſsè dicit ſub d. nu. 46. ibi ex his videtur pro veritate tenendũ, quod in omnibus caſibus, in quibus, conſtante matrimonio, poteſt peti dos, poteſt etiam peti quarta, & ſic tractat etiā conſtante matrimonio, de quartæ petitione non poteſt ergo ſupponere per ciuilem mortem matrimonium eſſe ſolutũ, & per hoc dicit in principio, licèt tunc non ſimpliciter ſit iddem, & ſic diſtingues, quod aut loquimur, ſi licet vxori petere dotem, viuente viro, & ciuiliter mortuo, tāquam vergente ad inopiam, & poterit petere, etiam antefatum; & quartam; aut quærimus de lucrifactione antefati, & tunc debet intelligi de morte naturali, prout eſt regulariter intelligenda, vt in conſ. viro mortuo de iure dot. in verb. mortuo. quod verò mors ciuilis non æquiparetur morti naturali, nec è contra, niſi in caſibus à iure expreſſis, Caſtil. ex communi Doct. ſententia, lib. 3. c. 12. nu. 23. & quando eundem operetur effectum, omninò quòad caſum, de quo agitur, vel mens diſponentis ſuadeat, alias non aſſimilatur morti naturali: idem ibid. nu. 25. ac in cōditionibus implendis non æquiparari ciuilem mortem naturali, idem ibidem, nu. 32. qui ibi latiſſimè tractat ſucceſſionem maiora-

3 tus, & fideicommiſſi. † ſed redeundo ad cōſtitutionē foriudicatorum bona, videtur dici poſſe, quòd Conſt. illa nihil diſponat poſitiuè circa ſucceſſionem, ſed tantum negare confiſcationem in fiſco, quando adſunt parentes, & liberi vſque ad tertium gradum, & hunc intellectum ſequitur Bart. de Capua in eadem conſt. ver. & quod hic dicitur, vbi Andr. ne dum poſitiuè diſpoſuiſſe negat, ſed imò parentes pro aſcendentibus intelligendo, negat admitti ad feudorum ſucceſſiones, niſi quatenus in Conſtit. vt de ſucceſſionibus admittē ſi ſint; imò fortius probatur talem eſſe intellectum Bar. de Capua, quia dicit nouum inducere contra ius commune conſtitutionem prædictam, cum ius commune det ſucceſſionem vſque ad tertium gradū in bonis damnatorum, in Auth. bona damnatorum, Cod. de bonis præſcript. & à tali ſententia non videtur diſcedere Iſer. in verb. aſcendentes, & expreſſius per gloſam Marini, & optimè fundat Cumia in repet. cap. ſi aliquem, in rub. ſub nu. 66. in ſimili antiquitus deſcendentes vſque ad tertium gradum erant priuilegiati ad excludendum Fiſcum, vt in l. Papia, in 3. capite, Coraſ. lib. 2. c. 23. nu. 10. miſcellaneorum; ſed & And. in principio prædictæ conſt. videtur aliter conſtitutionem ipſam intelligere, dum dicit iſtas leges inniti iure Romano, quaſi diſponat idem, quòd Auth. bona damnatorum, & fundat gloſ. in illis verbis velut damnatorum, dum prædictam Authent. refert, de qua notandus eſt modus, quo loquitur Barthol. de Cap. in Auth. n. vt nulli iudicum, vnde prædicta Authentica deſumitur, nullum adeſt verbum de tranſuerſalibus, in Auth. bona dānatorum collaterales expreſsè vſque ad tertium gradum cum alijs nominātur Bart. illam in aſcendentibus, & deſcendentibus expreſsè retulit; ſed vlterius cogitando videtur, quod Conſt. prædicta nihil diſponat de modo ſuccedendi; ſed quia per Conſtitut. vt de ſucceſsionibus, erat ſucceſsio vſque ad tertium gradum, ideo vſque ad tertium prædictam reſeruationem fuiſſe factam, ita Cumia loc. cit. cap. ſi aliquem, in rubr. num. 87. Vnde ſtante extenſione facta vſque ad gradũ trinepotis in eo capitulo, ſcilicet, vſque ad ſeptimum, vt ibi, ſic dicit ſubintelligendam prædictam conſtitutionem ex præſumpta mente condentium legem prædictam, quæ doctrina facit, nam dato, quod circa foriu-

foriudicationem bona nihil inter ciues per gratias fuiſſet immutatum, vt inferius dicetur, ſtante prorogatione ſucceſſionis, in feudis facta in Regno per gratias, quòd ſecundùm eandem ſit prædicta Conſt. foriudicatorũ bona intelligenda; ſed an prædicta doctrina Cumiæ ſit vera inferius dicetur, nu. 5.

4 Vnde ex prædictis videretur dicendum, quod non ſit ex conſtitut. foriudicatorum bona diuerſificandus modus ſucceſsionis in foriudicato, & relatio Napod. prædicta ſit per hoc intelligenda ad mortem potius ſignificandam, ac inducendam ſucceſsionem ab inteſtato in hoc caſu, vt ſic, quemadmodum in feudis, de quibus expreſsè diſponit, nihil dicit, nec immutat ſucceſsionem, ſic in conſuetudine quoque ſit dicendum, ita vt nec additum, nec detractum ſit prædictis diſpoſitionibus per prædictam conſtitutionem foriudicatorum bona, & Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, ſub num. 244. aliqualiter videtur prædictum intellectum ſupponere, dum inquit, quid de foriudicatis, reſpondeo, habere locum hanc conſuetudinem in bonis maternis, ſicuti in feudo debito ex pacto, & prouidentia, vt in conſuet. foriudicatorum bona; in paternis autem, & à ſe quæſitis, dic, vt dixi ſupra proxima conſuetudine, & ſic voluit ad ſimilitudinem feudorum materna bona diſponi, & an iſta ſint vera, & quomodo in paternis nõ detur, vel debeat dari eadem prouidentia, & alia plura circa intellectum huius Theoricæ, inferius hic dicetur in ſeq. quæſt.

5 Sed contra prædictum intellectum vrget ratio; nam ſi verum eſt conſtitut. foriudicatorum bona, non ſolum loqui in feudis, imò verius loqui in burgenſaticis, ex mente glo. fin. in ead. conſtit. quam ipſemet Cumia ſequitur in prædictæ repetitionis rubr. nu. 66. & in burgenſaticis conſtitutio dicat veluti damnatorum, implicando ſimilitudinem Auth. bona damnatorum, prout glo. ibidem etiam aduertit, videtur contra mentem conſtitutionis intellectus, quo dicitur non diſponi ſucceſsionem in bonis foriudicati per illum tex. ſed tantum dici foriudicato eſſe vti mortuo ſuccedendum, nam eo ipſo, quòd dicit veluti damnatorum in Auth. prædicta immutatur, & reſtringitur ſucceſsio vſque ad tertium gradum, non video quare etiam ſecundùm conſuetudinem non debeat intelligi reſtricta ſucceſsio in foriudicatorum ſucceſsionibus vſque ad tertium gradum, tantò magis, quia conſuetudines nihil diſponunt circa determinationem graduum, circa ſucceſsiones, ſed circa diſtinctionem bonorum, ſupponendo proximitates in gradu ſucceſsibili, & ſic hoc caſu erunt gradus ſucceſsibiles, præſuppoſita diſpoſitione prædictæ conſtitutionis: & prædicta comprobantur per Annam alleg. 135. num. 8. qui auctoritate. Affl. in prædicta conſt. num. 13. tenet, quod ſucceſsio, quæ ſit foriudicato, non ſit ſucceſsio, vt hæres, ſed ex beneficio ſtatuti, ita ut ſucceſſor in feudo non teneatur creditoribus hæreditarijs, niſi habeant aſſenſum, unde non conſentirem libenter eidem Cumiæ in prædicta repetitione, num. 87. in uerb. mortis, in eo quod dicit de præſumpta, & uerisimili mente condentium prædictam conſtitutionem, prout ſupra diximus, eſſe, ſcilicet, extendendum in foriudicatorum ſucceſſione vltra tertium gradum, nam uerisimilitudo tollitur per euidentem rationem; nam ſi eſt verũ eam diſpoſuiſſe, etiam principaliter in burgenſaticis, in quibus certò ſciebant condentes poſſe ſuccedi uſque ad decimum gradum, & tamen arctauerunt in tertio, ad ſimilitudinem ipſius iuris communis in Auth. bona damnatorum, in quo licet aliàs ſucceſſio vſque ad decimum progrediatur, ipſam in foriudicatis ad tertium arctauerunt, & per Irnerium in collateralibus, quaſi ex ſpeciali gratia tollendo à faucibus fiſci bona ipſa, fuit reſtricta ſucceſsio in ipſo tertio gradũ cognationis, ergo omnino dicendum eſt, voluiſſe diſponere ſucceſsionem, ipſam conſtitutionem, & licèt in feudis procedat argumentum, & mens præſumpta à Cumia conſiderata, in burgenſaticis non procedit, niſi dicas, ipſa burgenſatica fuiſſe, tanquam minus principalia diſpoſita ſub ratione ipſorum feudalium, prout inuenimus diſpoſitionem factam de balio in feudalibus, fieri ſub ratione, & regulis ipſorum bonorum feudalium, & inſimul ipſum eſſe tutorem in burgẽſaticis, prout optimè dicit Afflict. in rubr. conſtit. minoribus, quæ ratio licèt non tollat in feudalibus præſumptionem condentium illam conſtitutionem ab ipſo Cumia inductã in feudalibus, tamen non per hoc non remanet in burgenſaticis reſtricta ſucceſsio, ut prædixi, in quibus ex prædicto argumento diſpoſitio gratiæ eſſet attendenda.

6 Sed non eo procedit diſpoſitio conſtitutionis prædictæ foriudicatorum bona, vt velimus ex hoc inuoluere diſpoſitionem conſuetudinis circa prælationem ſexus maſculini, ac diſtinctionem bonorum, ſed quaſi ſit modus ſucceſſionis per conſuetudinem ſtabilitus quoad gradus remanente diſpoſitione prædictæ conſtitutionis, vt ſic infra illos

los gradus debeat ſeruari diſpoſitio cõſuetudinis noſtræ, prout optimè fundat D.Franchis deciſ.563. & licet ibidem dominus de Franch.tractet quæſtionem ſuppoſito priuil. Neapolitanis conceſſo, nos idem illo remoto affirmamus præter quàm in graduum reſtrictione, cum cõſuetudo nõ diſponat circa proximitatem graduum, ſed tantum proximiores admittat, prout optimè concludit de Pont.conſ.69.nu.8.

7 Et ſecundùm iſtum intellectum crederem etiam per conſequens eſſe excludendam diſpoſitionem tex.in §.ſed ſi morienti: & §. quod autem, circa ſubingreſſionem in infinitũ in ſucceſſione foriudicati, cùm hoc modo admitterentur proximi vltra tertiũ gradum illa ratione, quia, cùm excludat etiam deſcendentes vltra tertium gradum, in quibus non dubitatur ex dictis in tex.ſupra dari etiam de iure communi in infinitum ſubingreſſionem, tanto magis debeat excludi ſubingreſſio in tranſuerſalibus, in quibus vltra tertium gradum in Auth. de hæred. ab inteſt.§.ſi verò neque fratres nõ admittitur, & per hoc erit tam ex ſimili deducto ex prædicta Auth.bona damnatorum, quàm ex expreſſa diſpoſitione prædictæ conſtitutionis excludenda vltra prædictum tertium gradum ſubingreſſio.

8 Sed prædicta proximè de graduũ reſtrictione non procedent, ſtante gratia Neapolitanis conceſſa per Regem Cathol. in cap. Neap.14. in quo determinatur, quod pro quolibet delicto, quod cõmittitur per Neapolitanos, non deueniatur proinde ad publicationẽ bonorũ, præter quàm in crimine hæreſis, vel læſæ Maieſtatis in primo capite, & quod tũc ſint ſeruatæ dotes, & iura dotalia: videtur .n. per tale priuilegium ſublata difficultas de gradibus reſtringẽdis iuxta Conſtit.foriudicatorum bona, & quod per prædictum Capitulum non ſint relaxata bona penès foriudicatum, ſed admiſſos ad ipſius ſucceſſionem filios, & alios ſucceſſores ſecundũ quod à principio dubitauit in deciſ. 102. n. 14. & ſeq.deciſum refert D.de Frãch. dec.213. nu.21. & in principio in dec.563. refert idem de Franch.

9 Sed non erit omittendum, quod ex dictis in præludijs, dum diſpoſitio Conſuetudinis poſſet habere locum in pluribus caſibus in quibus gratia locum ſibi non vendicabit, cum gratia ſit perſonalis, & non egrediatur perſonas ipſorum Neapolitanorũ, vt Conſuet.ſit realis, vt diximus, poſſit comprehendere exteros, & alios, qui non poſſent iuuari prædicto priuilegio, & in illis caſibus non erit ſuperflua diſcuſſio, de qua ſupra diximus eſſe ſcilicet ſeruandam diſpoſitionem cõſtitutionis prædictæ foriudicatorũ bona, firma remanente in cæteris diſpoſitione cõſuetudinis, cùm in his caſibus gratia ſe nõn extendat.

10 Et ex deciſis ſupra per D.de Franch. quod ſcilicet foriudicatus non detineat bona, ſed ſint admiſſi ſucceſſores, ne dum erũt admiſſi omnes ſucceſſores in gradu ſucceſſibili, ſed etiam vxor, & vir, iuxta tradita per Andr. in tit. quæ ſint regalia in verb.bona vacantia, ipſa vero vxore deficiente, prout ad bona vacantia deberet admitti Regius fiſcus vltimus Succeſſor, & ſic erit hoc caſu admiſſus ſucceſſor Regius Fiſcus non ratione publicationis bonorum ex delicto, ſed ea ratione quia non habet ſucceſſorem delinquens, prout dicimus, quando quis redditur inhabilis ad detentionem bonorum, & Fiſcus occupat illa bona, tanquam vacantia, non in pœnam delicti, ita Bal.in l.cunctos populos in ſi. C.de ſum. Trinit. & Fid. Cath. Abb. in c.poſtulaſti, nu. 11. in ſi. Antonius de Butrio conſ.61.nu.1.Burſat.conſ.43.nu.14. ita prędictam concluſionem declarat Bald. in d. l. omnes populi, nu.100. in fine, & de communi teſtatur Peregr. lib.5. tit.1. num.138. in tract. de iure Fiſci. Vnde licèt ſit prædicta gratia Neapolitanis conceſsa; fuit tamen conceſsa ad beneficium illorum, qui ſuccedere poterant; ceſsante ergò gradu ſucceſſibili proximiorum, vel viri, & vxoris, nec per iſtam gratiam poterit foriudicatus diſponere, cùm non ſit in ipſius fauorem conceſsa, nec ita præſumi debeat gratia prædicta. Nec erit confiſcatio, nec publicatio, ſed iure ordinario vti vacãtibus ſuccedet Regius Fiſcus, put omnia prædicta fundãtur ex dictis per D.de Franch. in prædicta dec.213. à nu. 21.cum ſeq. ex his ſit concluſum eſse, videlicet, ſpectandam Conſtitutionem foriudicatorum bona, quoad gradus computãdos, at conſuetudinis diſpoſitionem quoad reliqua, ſcilicet quoad modum ſuccedendi vbi gratia Neapolitanis conceſsa, locum ſibi non vendicat, Item ceſsante ſucceſsore, fiſcũ etiam hodie admitti, vt ad bona vacantia, quando efficitur incapax ſucceſſionis foriudicatus, vt dicit dominus de Franch.

11 Poſtquam incidi in tex. prædictæ conſtitutionis, quæro an prædicta conſtitutio foriudicatorum bona voluerit intelligere in verbo parentum, tam parentes aſcendentes, quam tranſuerſales, ſecundùm Irnerij intellectum in d.Auth.bona damnatorum, quaſi voluerit per verbum commune, omnes, paren-

rentum nomine continere, cò maximè; quia cum de aſcendentibus voluit dicere in feudorum ſucceſsione illos non parentes, ſed aſcendentes vocauit, & dum in ſeq. l. ſi quando, §. ſane, parentes, dixit, idem dandus eſt intellectus, ex quo in feudis planis, & de tabula omnes tam aſcendentes, quam collaterales, quàm liberos admiſit, conſt. ſi quando contingerit, §. et ſi contingerit, cum alijs, de quibus ſupra in 1. par. huius repet. §. 2. nu. 8. & ex omnibus, quos viderim, primus Cumia in repet. cap. ſi aliquem, in rub. num. 69. & in verb. mortis, num. 77. cum ſeq. ex pluribus comprobat verbum parētis eſse commune, & includere omnes agnatos, & cognatos: facit tex. in l. certa forma, C. de iure fiſci, quæ ſecundum quod ſummat Bart. de omni ſucceſsione intelligit; ſed melius fundari poteſt prædictus intellectus, licet alter Cumia non aduertat per authoritatem Andreæ de Barulo Regni noſtri maximi, ac antiquiſſimi Doctoris, in differentijs inter ius Longobardorum, & Romanum, poſt volumen legum Longobardorum, in tit. 34. qui inquit, de iure Longobardo in hoc eſſe ius Romanum correctum, quia per ius Longobardum parentum appellatione etiam collaterales intelliguntur: at per ius Romanum aſcendentes, per tex. in Longobard. 1. de parricid. & quatenus ſit deferendum iuri Longobardo, dum præſertim agimus de Conſtitutionum noſtrarum interpretatione, ac etiam feudorum ſucceſſione conſulas Marant. & ibi per eum in diſput. 2. qui poſtquam pluribus concluſerat, ius Romanū eſſe præferēdum, ſimul tenet num. 45. eſſe præferendum ius Longobardum iuri Francorum, & ius Longobardum in feudis potius præſumi. Et ad prædicta, ſcilicet, parentes vulgari, militariq; nominem Cognatos, & affines nominari, diui Hieronimi temporibus ipſe teſtatur aduerſus Rufinum, lib. 2. in princ. ob barbarorum irruptiones, vernacula lingua ſeſe ingerere, vel potius conflari cæpit, ſic etiam in feudorū legibus parentes agnati vocantur, c. vnic. quemadmodū feudum ad filium pertineat, ibi nō reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, vbi Cuiac. Hieronymum loco prædicto, & Capitolinum refert, & Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 1. cum ſeq. latiſsimè more ſuo, ex quibus optimè fundatum ſit prædictam conſtitutionem etiam ipſos coniunctos vſque ad tertium gradū ex tranſuerſo parentum nomine intellexiſſe, quia ſic à iure Longobardo, ac à iure communi feudorum acceptum reperimus, à quibus noſtræ conſtitutiones, prout à matre præceſsiſſe.

12 indubitatum eſt, † in ead. gloſ. nu. 9. ver. ſed quid ſi ingrediens, quærit Napod. an ingrediens monaſterium, ſi non habeat filios, excludat ipſo ingreſſu proximiores, & Napod. videtur concludere pro monaſterio, licet in cōtrarium arguat ibi, licet videatur, & verè Napod. reſidet in opinione pro monaſterio, ponderando illam dictionem, licet, quæ non oſtēdit mutationem opinionis, vt ſolet ipſe vtendo verbo, ſed certè, quaſi dicat, non obſtantibus argumentis, ipſos excludi proximiores, cò maximè, quia argumenta nō ſunt tanti ponderis, vt poſſint fundare cōtrariam opinionem, tum quia medietas non vadit à pari cum legitima, quia in diſpoſitionibus inter viuos, quando fraus non interuenit, non prohibetur diſpoſitio in vita, tum quia nō eſt ſimilis prohibitio bonorum antiquorum, prout eſt fideicommiſſi, cuius penitus eſt prohibita alienatio, vt dicemus infra in conſ. et ſi teſtator, locis ſuis: cùm ergo iure ſuo vtitur, non intelligitur diſponens aliquē fraudare, per rationes infra dicendas, ver. ex prædicta concluſione. Sic etiam videtur ſentire in conſuet. etſi teſtator, num. 6. ibi, ergo ſecus videtur in donatore, ingreſſore, & venditore, quaſi hæc alienatio non ſit in vltima volūtate, ſed inter viuos, de Franch. dec. 40. & refert addit. Felic. de Rub. qui refert alias deciſ. Sac. Conſ. in addit. ad conſuet. hanc, in verb. moriatur, cum ſeq. & Naucler. in alia addit. poſt volum. conſuetudinum, fol. 7. 3 c. qui omnes ſequuntur primam prædictam opinionem, Monaſterium loco filij agnaſci, Afflict. in deciſ. 370. in 3. dub. & 350. ver. ſic etiam vidimus, de Franch. dec. 518. num. 6. & 7. & Capy. deciſ. 98. nu. 4. Intelligendo de Monaſterio, quod poteſt poſſidere in communi, aliàs ſi nō poſſet poſſidere in communi, tunc non eſſet mors naturalis expectanda per agnatos, & coniunctos ex latere bonorum, vel per alios ſucceſſores, ſed ſtatim ipſi intelligentur ſuccedere, qui de iure ob mortem naturalem vocarētur, Gratian. diſcept. for. c. 102. nu. 9. & per hoc erit locus ſui, & filij Eccleſia, & Monaſterium habendum, cùm in his ſpecialiter ſit à iure expreſſum, vt dixit de Franch. in ſimili deciſ. 282. num. 10. & deciſ. 469.

13 E prædicta concluſione deducitur ſolutio alterius non minus difficilis quæſtionis; nam verū eſt, quod per ingreſſum in Monaſteriū poſſidens in communi, poſſunt proximiores ingreſſi fraudari ipſa ſucceſſione, vel melius legitimè illa priuari, ita vt ſi diſpoſitio aliqua nō fieret per ingredientem, nec ipſi ſuccederent, & propterea quod poſſit quoque

per

per ipſum ingredientem in eorũ præiudiciũ diſponi, etiam vltra portionẽ, a cõſuetudine diſpoſitam .ſ.medietatem, arg.tex.in l.ſi ita ſtipulatus, §.furtum,ff.de verb.oblig. & per ea, quæ dicit gloſ.& Iſern.in § ſed etiam res, per quos fiat inueſt. & Capyc.deciſ.210. de Franch. dec.91. nu.17. & ita fuit iudicatum in S.C.donationes eſſe validas die 29.Ianuarij 1607.pro Hippolyta Capomazza contra fratres conſanguineos Lucij Borrelli, referẽte D.Marco Antonio de Ponte, digniſsimo nunc S.C. Præſide, ac Marchione S.Angeli:& licet prædicta diſpoſitio fiat ante ingreſſum, tamen de ea iudicatur, vt de facta ab ingreſſo, quando poſtea ſequuta fuit profeſsio, Anchar.conſ.69. nu.6.& ſeq. quem ſequitur Suarez alleg.20.nu.29. & prædicta diximus in præludijs in 6.limit. vbi videas.

14 Sed quia glo.hic nu.39.& 40.in fi.tractat ſimilitudinẽ prouidentiæ iſtarum conſuetudinum,& feudorum,& d.nu.40. concludit ſucceſsionem deberi ab inteſtato, & nõ ex prouidentia, quæro an iſta ſimilitudo ſit vera,& an in iſtis bonis poſsint, licet antiquis, filij priuari, vel agnati per delictum patris, poſtquam ſupra de ſimili materia locuti ſumus. Et eandem ſimilitudinem feudi ex pacto,& prouidentia poſuit Nap.in cõſuet.ſi quis, vel ſi qua, nu.244. vbi aſſimilat iſta bona feudo ex pacto,& prouidentia; ſed tamen prædicta ſimilitudo non eſt bona, cũ inſpecta conſuetudinis diſpoſitione, in qua licèt in vita diſponere de bonis antiquis non poteſt negari, quod qui poteſt in vita diſponere, poſsit per delictũ, ſicuti concludit Nap.in conſuet.et ſi teſtator, n.13.circa med.his verbis, Quãdoq; alienatur ex culpa,& nõ reuocatur, vt notatur ff.ad Treb.l.Imperator, in gl. quę incipit, In poteſtate manenti, in fi. quæ gl.in duobus verbis finalibus per Nap. inducitur; ex quo inter fraudem,& culpam facit differentiam: cæterùm ad rem noſtram non video quid faciat, ſequitur Nap.ibidem,& reſpondet tacitè prædictæ opinioni de ſimilitudine inter feudum, & bona antiqua, & ex his dictis in gloſ.ſaluo nu.47. ex quibus præſupponi poterat prædicta prouidentia: inquit.n.Nap.

Non obſtat pactum conſuetudinarium,& prouidentia Principis, quia tales agnati, et cognati nõ conſequuntur hæc bona ex prouidentia ſed iure ſucceſsionis, vt in rub. nam etiã primordium tituli. Nec eſt bonũ ſimile de feudo dato alicui,& liberis ex prouidentia, nam tunc conceſſor prouidet ſibi,& feudo,& liberis, ſibi, et feudo, ideo quia ſicut in vitiis, ita in virtutibus ſæpe ſolet filius, C.ad l.Iuliam, l.quiſquis, ff.de ædilit.edict. l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, & C. de cohort. lib.12. l.ſi cohortalis; liberis autem prouidet circa ipſum beneficiũ aſſequẽdum.

Ex quibus dictis per Nap.ſatis clarè colligitur, eſſe iſtos verè ſucceſſores ab inteſtato, & ipſum eſſe in vita verè dominũ antiquorũ, & poſſe diſponere, prout fundat in quaſi contractu D.de Frãch.dec.518.inde cõcluditur, quòd licèt prodigus nõ poſsit aliàs diſponere, per delictũ poterit iſta bona alienare, de Franch.dec.461. & per hoc non poſſunt nec agnati, nec filij cautionem à coniunctis, vel à patre prætendere de cõſuetudinaria portione, eis relinquenda, Nap.conſuet.ſi aliquis moriens, nu.27. & ibi additur per Gaſpar de Leo.remiſsiuè, vult.n.Nap.in prædicta Theorica iſtos eſſe ſucceſſores in bonis antiquis, & quia poterat aliquis dicere, etiã in feudo ex pacto,& prouidẽtia, regulari ſucceſſionẽ, & tamen filios ad parentis ſucceſſionẽ vocari, nec in illis præiudicatur filijs per culpam paternam. Reſpondet Nap.aliam eſſe prouidentiã conſuetudinum; conſuetudines enim non prouident, niſi circa ſucceſsionem, quæ eſt de bonis morientis, cùm præmaturè ageretur de viuentis ſucceſſione: at in feudo cõceſſo ſibi,& liberis, prouidet ſibi, feudo,& liberis, inquit Nap.ſibi,& feudo, quia eligendo perſonam dignam, non habet neceſſe in ipſius filijs quærere, cùm habeant generis præſumptionem; liberis autem prouidet, quia tribuit illis ſucceſsionem in beneficio.

15 Nec omittam (licet digredi videar) notare veram eſſe ſucceſsionem in feudo ex pacto, adeo vt ſtante cõſt.Regni vt de ſucceſſionib. per quam fuit arctata ſucceſsio feudorũ ad certu gradum, eſſe etiam in feudis ex pacto intelligendam, inſpecta perſona vltimi morientis, licèt aliàs vltimo moriẽti in tali feudo nõ ſuccedatur, Minad.in rub.conſt.in aliquibus, nu.40. ver.quod attinet ad materiã, & præcipuè nu.44.vbi verbũ, ſucceſsio, dixit æquè militare in ſucceſſione illarum rerum, in quibus defunctus ſucceſſori poteſt præiudiciũ inferre, ac in alijs, in quibus pręiudicare non poteſt, vt eſt feudum ex pacto, & prouidẽtia, vt latè And.& Camer.in c.an agnat. ad prædicta facit, quod dicit Cumia in c. ſi aliquem, in verb.maritata, nu.472.vbi generaliter in feudorum ſucceſsione vltimi morientis perſonam eſſe ſpectandam dicit.

Vnde abſoluta erit ex mente Nap.cõcluſio, poſſeſſorem bonorum antiquorum agnatis, & filijs per delictum poſse præiudiciũ afferre, quemadmodum poſſet in vita alienando facere, ita Peregr.lib.5.c.1.nu.90.de iu.fiſci, auctoritate Bal.in l.emancipatum, §.1.ff.de

Senat.

Senat. Soc.ſen. conſ.266. num.38. volum.2. Affl.ct.in tit.quæ ſit prima cauſ. c.1. gloſ.3. num.8.

16 Venio modò ad tacitã Nap.ſuppoſitionẽ,
dum in feudo ex pacto, & prouidentia dat
diſparitatem prouidentiæ in filijs, in feudo
ſuccedentibus, quaſi culpa patris in eo feudi
genere nõ noceat filijs, quod eſt falſum, vt in
c.1.ſi vaſsall.feu.priuet.cur.defer.& in c.1.de
Capit.Corr. per Iſer.ibi, & Camer.in cap.an
agnat.per totam primam oppoſitionẽ, tanto
magis, quia idem Camer.d.loc.num.29.ver.
oppono, de leg.quiſquis ex illa lege fortiora
iura cõtra filios pro fiſco nititur demonſtra-
re, quam legem retulit, licèt ad alium finem
Nap.in prædicta Theorica. Tu ſoluas, nã ibi
principaliter tractat de præiudicio agnatis,
non gerendo per alterius culpam ibi, quia
tales agnati, & cognati, &c & certum eſt per
culpam alterius, agnatis præiudicium non
inferri, vt per Camer.loc.cit.nu.34. circa fi.
in 11.oppoſitione, in c.an agnat. dicit fortè
Napod. patronum, ac dominum ſibi, & feu-
do, & liberis prouidentia prouidiſſe, & ibi,
dum dicit liberis, intelligit reſpectu proui-
dentis, reſpectu cuius, ac primi acquirentis
omnes agnati ſunt de liberis, non tamen
ipſe in filijs reſpectu patris negauit præiudi-
cium, prout expreſsè in hac gl.noſtra nu.40.
confitetur in filijs, hæreditatẽ patris adeun-
17 tibus, † in tit. qui ſucceſs. teneantur, quò
loci ex dictis ibi, dum dicitur per Iſerniam
ſucceſſorem teneri implere factum defuncti,
& inueſtituram, vt benè dicta ibi poſsint de-
fendi, ſupponendum eſt, agi de feudo ſubal-
terno ex pacto, & prouidentia in eo quòd de
feudo ex pacto loquitur, aliàs in dominio
directo non poſſet natura feudalis ex pacto
ſubſiſtere, cùm dominium directum ipſius
feudi ſit burgenſaticum, & non feudale,
18 vt ibi dixi in notis ad Iſerniam, † & ex his
etiam patet, quàm longè abſit à ſcopo Reue-
rendus Pater Molfeſius in par. 2. de bonis,
in quæſt.4.vbi contra auctoritatem Napod.
tenet, medietatem non venire in publicatio-
ne ex illa ratione prouidentiæ, quæ ratio
non militat, nec eſt vera, vt diximus, & præ
dictus Reuerendus Pater non allegat præ-
dictam Napodani auctoritatem, & forſan
illam non viderat, & de Franch. quem alle-
gat, deciſ.213.nihil dicit, & Anna in conſ.12.
num. 7. loquitur de bonis fideicommiſſo
ſubiectis, & ſic remanent ſublatæ ipſius au-
ctoritates, quæ contra prædicta poſſent al-
legari.

Repet. par. 3. §. 2.

1 *Filia à patre præterita, an rumpat teſtamẽ-
tum de iur. conſuetudinis, & an ius com-
mune per conſuetudinem circa excluſio-
nem fœminarum ſit nouatum, vel conſt.
Regni aduerſus Napod.in gl. ſuccedunt,
nu.84. qui in hoc valide notatur.*
2 *Filia, inſtitutis extraneis hæredibus, an
rũpat teſtamentũ, probatur quæſtio, ſtan-
te ſtatuto excludente fœminas, ac ſecun-
dum conſuetudinem noſtrã, ac conſt. Reg.*
3 *Angeli opin. in §. & quid ſi tantum, nu.9.
l.Gallus, ff de lib. & poſth. declaratur.*
4 *Imol.opin.in d.§ & quid ſi tantum, l.Gal-
lus & circa prædictã quæſt. declaratur.*
5 *Filia an poſsit rumpere teſtamentum, præ-
terita ex Soc. iun. opin. concluditur, &
diſtinguitur per Auctorem.*
6 *Filius exhæredatus an habeatur pro mortuo,
ad finẽ admittendi ſororẽ ad ſucceſsionẽ.*
7 *Vrſillus Affl impugnãs in dec.158 notatur.*
8 *Molfeſius notatur par.4.q.18.num.5.*
9 *Exhæredatio filij maſculi in feudis an faciat
admittere fœminam ad ſucceſsionem.*
10 *Liberorum appellatione, quando nati ex
fœminis contineantur, & an in diſpoſi-
tione conſuetudinum, num.14.*
11 *Nati ex fœminis an comprehendantur in-
ter Principes de ſanguine Regio, & quid
in priuilegijs, vel beneficiis.*
12 *Nati ex fœminis in priuilegijs conceſsis
per fœminam an contineantur, vbi de feu
do à fœmina conceſſo diſcutitur.*
13 *Feudo fœminæ conceſſo an fœminæ cen-
ſeantur vocatæ ad ipſius ſucceſsionem, &
quando.*

§. 2. *In quo explicatur gloſ. in verbo ſuccedunt, & ipſius materia eiuſdem conſuetudinis.*

HIceſſet explicanda glo. ſub
verb.ipſi ſucceſſores, n.31.
ſed quia tũ ea faciam inte-
grum tractatum de renun-
ciatione, vltimo loco in
hac parte explicabimus.
1 † In gl.in verb.ſuccedunt,
nu.84.longo verborũ apparatu quærit Nap.
an filia à patre præterita, rumpat teſtamen-
tum, & ſupponit prædictam quæſtionem ne-
ceſſariam de conſuetudine, quaſi per ipſam
ſit nouata diſpoſitio iuris communis de iure
ſuccedendi, ac legitima in paragium, cùm de
iure conſt.in aliquibus, fortior fœminarũ ex-
cluſio ꝑ paragiũ ei traditũ ſit ſtabilita, quia
ſim-

ſimpliciter abſq; præfinitione temporis eſt fi-
lia excluſa, vt hic innuit idem Napod.num.
95. Et dixi ſupra in par. 1. §. fin. de maſcu-
liatione in princ. Vnde potius per cõſuetudi-
nem videtur nouata diſpoſitio Conſtitutio-
nis Regni, quàm Iuris communis, vt, videli-
cet, à ſimplici excluſione ſit conditionalis, &
temporalis excluſio inducta cum conditio-
ne. dummodo infra ſextum decimum annũ
dotetur de paragio, vt ſupra dictum eſt, qua
re iſta quæſtio de conſuetudine non eſt vera,
nec eius argumenta, ſed potius de Conſtitu-
tione Regni debuiſſent prædicta argumenta
proponi, per quam fuit in hoc facta nouatio
Iuris communis, & ſic dixit Affl. in deciſ.
158. qui concludit fratre inſtituto filiá præ-
teritam, de Iure Conſtit. Regni teſtamentũ
annullare non poſſe; eandem quæſtionem
latè etiam diſputauit Minad. in repetit. Cõ-
ſtit. in aliquibus in 2. not. à principio per plu
res columnas, & nu. 60. reſidet in ea opinio-
ne, quod non ſit ſua fœmina, quando ei, viuen
te patre, maſculus præcedit, ſecus ſi in vita
patris maſculus moriatur, referendo etiam
ex formula Galli Aquilij filiam, a patre in-
ſtituendam in caſu, quo maſculus, viuo patre,
moriatur nu. 61. & optimè probat Anchar.
2 conſ. 26. in principio, & in primo dubio, †
ſed quia Affiict. in prædicta quæſtione ſup-
ponit, maſculos eſſe inſtitutos hæredes, quæ-
ro, an, inſtitutis extraneis, filia poſſit nul-
lum dicere teſtamentum, & Nap. hic etiam
videtur ſupponere, eſſe maſculum inſtitu-
tum num. 90. ibi propter culpam filij inſti-
tuti, & licet Doct. in l. Gallus §. & quid ſi tan
tum maximè ſe torqueant in reſolutione
prædictæ quæſtionis; tamen aptando termi-
nos propoſitos à doctoribus in prædicta
quæſtione, & conſiderando rationes ipſo-
rum ad terminos noſtræ conſuetudinis, ne
dum Conſtitutionis prædictæ conſtat omni-
no filiam eſſe excluſam, etiam extraneis in-
3 ſtitutis a iure rumpendi teſtamentũ; † Nam
incipiendo ab opinione Angeli, licet ille in
d. § & quid ſi tantum nu. 9. dicat, quod pote-
rit eſſe in ipſa filia venale Ius dicendi nul-
lum per tex. in l. filium §. erit ff. de contra-
tab. & per hoc ei non obſtare illam rationẽ
qua dicitur quod reducatur ad cauſam in-
teſtati; & ideo eius non intereſſe quod ſit, vel
non ſit præterita, cùm ſemper, annullato te-
ſtamento, ipſa nõ ſuccedat, ſed maſculus, ta-
men illa propoſitio poſſet habere locum in
terminis illius ſtatuti, quod excluderet filias
fœminas propter maſculos agnatos, qui non
habent ius contratabulandi, quia tunc po-
teſt eſſe venale tale ius, non autem propter fi-
lios, & ſuos, qui per ſe poſſunt rumpere
teſtamentum; noſtra Conſt. in aliquibus, ac
conſuetudo, per filios maſculos illas facit ex-
cludere, & non per alios agnatos, vt diximus,
imò per Conſtitutionem prædictam
in aliquibus, improbatur talis conſ. & iuxta
hos terminos tollitur opinio Angeli, & ſe-
quacium, & non procedit in caſu noſtræ cõ-
ſuetudinis, † & ſic etiam tollitur alia opinio
4 Imolæ, nam dum Imola ibidem indifferen-
ter tenuit competere ius prædictum ipſi filię
illa ratione, quia per prædictam actionem,
filiæ competentem, res non reducitur peni
tus ad cauſam inteſtati per contratabulas, &
quod per dictum ſtatutum nõ auferatur ius
filiæ in caſu rupti teſtamenti, quam opin. ſe-
quitur etiam, pluribus relatis, Claudius Sei-
ſell. in d. §. & quid ſi tantum nu. 24. & verio-
rem, & æquiorem hanc opinionem appellat
contra Bart. Prædicta opinio nec etiam ap-
tatur terminis noſtris, cum Claudius num.
21. illa ratione eam defendat, quòd per con-
tratabulas filia non reducat rem ad cauſam
inteſtati, quia per talę ſtatutum filia amittit
ſuitatem auctoritate Bar. in l. 1. §. ſciendum
in fin. ff. de ſuis, & legit. Bal. in l. maximum
vitium C. de lib. præter. in vlt. quæſt. & plu-
res refert Minad. in repetit. Conſt. in aliqui-
bus. ſub nu. 17. in. 2. nota, quòd procederet,
quando ſtatutum faceret filiam excludere
per maſculos, nulla dote data, at noſtra conſ.
non excludit in totum ipſam filiam, ſed dat
ei dotem, quæ non poteſt eſſe minus legiti-
ma, & per hoc retinet ſuitatem, ita eandem
opinionem declarauit Claud. Seiſell. loc. cit.
num. 22. ibi hoc tamen limitat, & ſic nec il-
la opinio aptatur terminis noſtris, cum ſui-
tatem filia in caſu noſtro non pænitus amit-
tat, & ſecundum hanc opin. loquitur Alex.
in contrarium relatus, conſ. 69. vol. 1. à Clau-
dio loc. cit. quia loquitur, quando Statutum
reſeruat dotem, vt tunc quoad ipſam dotem
poſſit petere vſq; ad quantitatem legitimæ.
tertiò quia prædictum Statutum, & termini
prædictorum Doctorum ſunt, quando ſim-
pliciter ab inteſtato tantum diſponeret, &
non quando, facto teſtamento, ita declarat.
idem Claudius loc. cit. verſ. item ad auctori-
tatem Bart. vbi concedit opinionem Bart.
quando ſtatutum non diſponit tantum ab
inteſtato, vnde cum conſuetudo noſtra
diſponat primò de ſucceſſione ab inteſtato
in conſ. ſi moriatur, & ſi quis, vel ſi qua. & de
inde ſub ſeq. diſponat de ſucceſſ. ex teſtamẽ-
to, diſtinguendo inter bona nouiter quæſi-
ta, in quibus dat patri, & matri, ac parenti-
bus liberam teſtandi, & diſponendi faculta-

tem, reſeruato liberis debito bonorum ſubſidio, vt in conſ. ſi aliquis moriens, ac bona antiqua, in quibus dat poteſtatem diſponendi vſq; ad medietatem, & dat amplius poteſtatem exhæredandi ipſos filios in totum ſi iuſta cauſa exhæredationis fuerit; neceſſaria, oritur concluſio in ſubſequenti conſ. illos liberos eſſe vocatos ex teſtamento qui ab inteſtato ſunt vocati iuxta ſexus prærogatiuam, nam præcedentia declarant ſubſequentia, tanto magis quia in medietate, reſpectu ipſorum tranſuerſalium in conſ. & ſi teſtator diſponitur ſucceſſio iuxta tenorem Capitulorum ſucceſſionis ab inteſtato, vnde ſuccedit alia concluſio, quòd ceſſant prædictæ Concluſiones in terminis noſtræ conſuetudinis, etiam ex ipſorum & doctorum contra ſentientium limitationibus, & in hoc conſ. diſponit pluſquam ipſa Regni Conſtitutio quæ facto teſtamento non loquitur, ſed tantum ab inteſtato, vt diximus pluries ſupra.

5 † Vnde optimè quã quilibet alius, qui viderim, poſt vtramq; opin. hinc inde relatam cum ipſarum fundamentis, ſic ferè diſtinguit Socc Iunior in d. §. & quid ſi tantum nu. 97. verſ. & ego in hac difficultate ſic puto, vbi concludit, quod aut in caſu noſtræ conſuetudinis, ac Conſtitutionis maſculi, qui erant filij, ac deſcendentes, ac ſui hæredes, ſunt præteriti; aut exhæreditati; ſi præteriti ipſi dicant teſtamentum nullum, & ab inteſtato ſuccedent, & non ipſa filia, & ſi renuat dicere, teſtamentum nullum erit, tunc tacita renunciatio, & oberit ipſi filio, cui Ius competit, non autem filiæ, cui ius ab inteſtato nõ Competit. tex. in l. mater ff. de in off. teſt. & ibi Glo. in verb. omiſiſſet, & filia non poterit conſequi, niſi id, quod ei ab inteſtato Cõpetit, facit etiam tex. in l. filium, quem in poteſtate ff. de cõtratab. aut ſunt exhæredati. & nulliter proceſſit exhæredatio, & iddem, qđ dixi, quia erit nullum teſtamẽtum, aut exhæredatio validè proceſſit, & licet iam ex prædictis conſtet exhæredationem omnino excludere ipſum maſculum ex intentione ipſius conſuetudinis, & ipſi filiæ ſolùm paragium competere, à quo etiam per ingratitudinem poterit exhæreditari, vt per Peregr. in ſimili in tit. 7. q. 1. de aliment. & Theſaur. quæſt. for. q. 70. lib. 1. & dicemus in dict. cõſ. ſi aliquis moriens, & diximus ſupra in tract.
6 de paragio, † nec obſtat argumentum, l. 1. §. ſi pater ff. de coniungem cum emancip. lib. vbi filius exhæredatus habetur pro mortuo, prout etiam innuit Nap. in Glo. hic nu. 107. vbi exhæredationem, & deportationem, & huiuſmodi æquiparat per d. §. ſi pater, & infra conſ. ſi quis, vel ſi qua num. 262. ibi ſiue exhæredatione quæ eſt ſimilis morti; quia omittendo ambages, & ſubtilitates, quas intrat Bart. in tollendo tale argumentum, ex eiuſdem tex. verbis clariſſima elicitur ſolutio; ibi enim habetur pro mortuo filius emãcipatus, exhæredatus ad finem admittendi, tantò magis eius filios in poteſtate retentos, ad contratabulas, & inquit, filium exhæredatum eſſe mortuum, quia cùm ſit emancipatus, & ei nihil competat, habetur pro mortuo, ſi ergo ibidem admictuntur filij illius in poteſtate retenti, quando ipſe filius eorum pater emancipatus eſt præteritus, & per conſequens, quando eſt inſtitutus, debent admitti, vt dicit tex. ibi in ve l. *abſurdum eſt. n. vbi iſti filij admittuntur tam cum eorum pater eſt præteritus, quam cum inſtitutus, quam etiam exhæredatus*, ergo illius exhæredatio ibi aſſimilatur morti, cuius inſtitutio, ac prætentio non cauſabat excluſionẽ ipſius perſonę, de cuius admiſſione tractatur; hi non ſunt termini noſtri, quia in caſu noſtro, quando filius eſſet inſtitutus, non poſſet aliquid aſpirare ipſa fœmina, vt iam concludit hic Nap. & omnes Doct. loc. cit. Quòd verò filij exhęredatio, quemadmodum inſtitutio operentur ſimilem excluſionem, expreſſe dixit idem text. ibidem ver. ſi pater in poteſtate manet, allegat Scæuolæ auctoritatem, cuius extat in l. Gallus ff. de lib. & poſthum. vbi exhæredatio filij non facit eſſe ſuum ipſum nepotem tex. eſt in l. ſi quis poſthumus. §. ſi filium ff. de lib. & poſthum. & ibi glo. vnde ex prædictis abſoluta erit excluſio ipſius filiæ, inſtituto extraneo, attentis terminis noſtræ conſuetudinis; Nam ex prædicta l. 1. de coniug. cum emancip. liber. & l. Gallus, valet hoc argumentum, excluditur quis per filij inſtitutionem, ergo excluditur per legitimam, ac validam exhæredationem, non excluditur per inſtitutionẽ, ergo nec per legitimã exhæredationẽ, ſed ſic eſt quod hic per inſtitutionẽ filij excluditur ipſa fœmina, ergo etiam per legitimam exhæredationem, & ſic ille tex. licèt dicat exhęredatũ haberi pro mortuo, eſt quia etiam perſona vocatur, quando ille filius inſtitutus eſſet; quod non eſt in caſu noſtro, & ideo hæc eſt verior opinio, quia, quando eſt filius inſtitutus, res eſt ſine difficultate, & omnes DD. cõcludunt filiam excludi. in d. §. & quid ſi tantum, & Nap. hic, & Afflic. loc. cit. prout optimè firmat Alex. poſt Bar. & alios in d. §. & quid ſi tantum nu. 16. ver. tamẽ Bart. qui dicit hanc eſſe veriorem, & ſe pluries conſuluiſſe, & Paul. Caſtr. Crot. & alij, quos refert Socin. Iun.

Iun. loc.cit.nu.95. verſ.contrariam opinio-
nem,& probatur per tex.in l. 1.§.fin.ff. de
aſſigna.libert. p quẽ ita firmat Bar.in l.1.§.
ſi pater ver. ex hoc concludo, ff. de coniug.
cum emancip. lib. tantò magis, quia, vt di-
xi,attẽtis prædictis,reperio,quod noſtra opi-
nio eſt cõmunior,& neminem in terminis ſi-
milibus noſtræ conſuetudinis contradicto-
7 rem habere † ex quibus etiam patet quàm
bene ſubſiſtant dubitationes. Vrſill. contra
prædictam Affl. deciſionem 158. qui ſup-
ponendo pro vera opinione contraria,dubi-
tat etiam, quando filia,eſt præterita,& filijs
inſtitutis, eſt facta ſubſtitutio, nam aut Af-
flictus loquitur de vulgari ſubſtitutione, &
filius, ſufficit,quod ſuperſit poſt mortem pa-
tris, vt expiret talis ſubſtitutio,vt per Theo
phil. § 1 in principio inſt. de pupillar.ſubſt.
& in §. ſui auct.inſtit. de hæred.qualit.& dif
ferentia, & melius in §. 1. in Inſt. de hæred.
ab inteſt. ven. & ibi Doct. vel ſm commun.
opin. Doct.ſubſt.vulg tollit ſuitatem quo ad
omnes effectus in l. ſi filius hæres ff.de lib. &
poſthum. & l. 1. ff.de vulgar. Sfor.1. in præ-
lud.compendi s. par.2. q.4. in 5.effectu, &
tantò magis,cùm teneatur ipſum inſtituere;
aut ſumus in pupillari ſubſtitutione, & in
hoc oblitus eſt Vrſill. tex.in l. Papinianus, §.
ſed neq; ff de inoff.teſt. vbi dicitur quod eſt
filij,non patris teſtamentum,& filio ſuccedi-
tur,vt Nap.in conſ. ſi aliquis moriens.num.
21.ergo non erit filia in ea ſubſtitutione in-
ſtituenda, cùm mater debeat admitti dict.§.
ſed neq, minus in fideicommiſſaria ſubſti-
tutione, quia tollitur onus fideicommiſſi
pro quantitate legitimæ l. quoniam in prio-
ribus,& ibi Doct.C.de inoff.teſt. & remanet
benè, & purè inſtitutus filius omnino; ergo
excluditur prędicta oppoſitio Vrſill. ad præ-
8 dictam deciſionem, † & ex his patet,an benè
vel malè dixerit Reuerendus Pater Mol-
ſel.par.4.q.18. nu.5. qui nullo modo prædi-
ctis rationibus ponderatis, ex ſola commu-
nis Iuris Doctorum allegatione loquentium
in materia Statuti,vt dixi,& ſimpliciter trãſ
ferendo eandem propoſitionem ad conſue-
tudinem, nec conſideratis vtriuſq; diſpoſi-
tionis diuerſitatibus terminorum, aſſerit, fi-
liam de conſuetudine extraneis inſtitutis poſ
ſe habere ius dicendi nullum contra prædi-
cta, ac tot rationibus per nos etiam attentis
doctoribus prædictis concluſa, quã opinionẽ
communem aſſerit etiam Peregr.de fideicõ-
9 miſſ.art.36 nu.10 & 11.† Et licet Petrus de
Gregor. in tract. de conceſſ. feud.p.4.q.7.nu.
35.videatur aſſerere,quod maſculus exhære-
datus non præferatur fœminę in ſucceſſione
feudi,etiam in feudo ex pacto, & prouidẽtia
vt ſequitur nu. 36. & ſic per exhæredationẽ
filij maſculi fœminam admitti, quia poteſt
benè tunc ſola filia admitti non ex patris ne-
ceſſaria inſtitutione, ſed ex forma Inueſti-
turę,quia ipſa reperitur proximior, quæ de-
beat ex vi Inueſtituræ ſuccedere. & ſic filius
cum tollitur de medio per ingratitudinem,
filia admittitur, quia reperitur ſola, nec in
feudo pater poteſt extraneos inſtituere; ſed
ſi pater diſponeret cum aſſenſu,& faceret te-
ſtamentum, tunc,exhæredato filio, non eſſet
de filia curandum, ſed tantùm ei ſufficeret
relinquere legitimam dotem,quam à fratre
habuiſſet, ſi non fuiſſet exhæredatus, & ad-
uertendum, quòd Petr.de Greg.refert doctr.
Iſer.in col.1. de ſucceſſ. feud. in verſ. eſt ra-
tio qui benè concludit in exhæredatione,nõ
tamẽ aliquid dicit,quod eo caſu fœmina non
ſit excluſa a ſucceſſione intelligendo in feu-
do hæreditario, non autẽ ex pacto.quia in
feudo ex pacto sẽper filia vocaretur ex forma
inueſtituræ,& exhæredatio nihil aliud facit
niſi quod tollit tantum fratrem de medio ex
natura ipſius feudi, in quo non ſuccceditur
vltimo morienti,vt dicemus in repetit. con-
10 ſuet. ſequentis ſi quis, vel ſi qua. † In Glo. li-
beris nu.98. Quærit Nap. an liberorum ap-
pellatione contineantur etiam nati ex fœ-
minis,& cõcludit, quod in Iure ſuccedẽdi ab
inteſtato de Iure ciuili appellatione libero-
rum continentur etiam nati ex fęmina l. fin.
ff. de rit.nupt.l.fin.ff.de ſuis,& legit. l.1.ff.de
condit.inſert. hinc fit,quod in beneficijs, &
gratijs poſteris, deſcendentibus liberis, &
huiuſmodi conceſſis, veniant etiam nati ex
fœminis, prout latè fundat Alex. conſ. 160.
vol. 2. nec nati ex filia dicuntur de familia
Aui materni,& videntur extranei,ita Iſer.in
11 tit. de ſucceſſ. feud. §. filij tantum † ex qui-
bus fuit dubitatum,in materia præcedentiæ,
an,ſtãte diſpoſitione Iuris, quod Princeps de
ſanguine Regali debeat in ordine ſedendi
omnes alios Regni Proceres præcedere, etiã
habentes ſeptem officia, Boer. in tract. de au-
ctor.magni Conſil.num.106.& 107. Caſſan.
in Catal.glor.mundi par.5. conſ.46.& conſ.
45.& 47.idem par.12.conſ.58. Purpur. in l.
1.nu. 633. ff. de offic. eius Cagnol. l.1.num.
445.ff.de orig.iur.& Marzar. conſ.25.col.6.
pag.234.in prima impreſſione.& 26.in no-
ua nu.19. An hoc procedat,etiã ſi extat quis
ex fœmina progenitus de ſanguine Regio,&
quod ſic, facit Purpur. loc cit. qui tenet pro
Duce Sabaudiæ contra Legatum Venetorũ,
quia eſt ab Imperiali ſanguine progenitus ex
linea materna, & latè proſequitur Ann.in

ſuis practicis obſeruat. obſeruat: 11. qui ad
hanc concluſionem probandam ingenitis ex
fœminis refert Bal. & Paul. de Caſtr. in l.1.
C. de condit. inſerti, & ibi Caſtrens nu. 45.
& 46. Amad. de Pont.conſ.139.nu.44.in 1.
vol.vlt.volun.Bero.conſ.120. num.34.lib.2.
nouiſſimi Hiſpan.in conſ.pro ſucceſſ.Portu-
gall.par.4.nu.44.fol.101.Alex.Raud. in cõſ.
Regni Portugall. nu. 80. & latiſſimè, ac di-
ſtincte more ſuo,an,& quando nati ex fœmi-
nis veniant deſcendentium appellatione, vel
ſimilium Caſtell.in lib. 3. quotidianarum c.
19. qui nuncupatim omnes quaſi Doctores
enunciat,qui l.hanc materiã tractarunt, &
poſt eum nouiſſime Philippus Paſcalis in
ſuo doctiſſimo tractatu de iur.patr.proteſtat.
part. 4. cap. 9. à num. 36. per totũ illud ca-
put, & dum Nap. hic nu. 108. limitat præ-
dictam concluſionem in excuſationibus mu-
nerum, & immunitatibus conceſſis generi,
ſiue poſteris,ſiue liberis per tex. in l.1.in fin.
ff. de Iur. immunit. fuit alias dubitatum, an
Sereniſſimus Dux Parmæ deberet ſolue-
re Regios dirictus Sigilli, ſtante Regia
pandecta, quod ſint immunes omnes a præ-
dicta ſolutione, qui ſunt de ſanguine Re-
gio,an ex quo prædictus Sereniſſimus Dux,
deſcendebat ex Margarita filia Inuictiſſimi
Caroli Quinti,& eius Mater fuerat Maria
de Brabantia, Neptis ex filio Regis Portu-
galliæ, deberet gaudere immunitate prædi-
cta, & fuit in Collaterali Conſ. communi vo-
to concluſum per omnes,non debere gaude-
re tali immunitate, ea ratione, quia hoc erat
priuilegium, & non beneficium, nam,licèt
prædicta procedant regulariter, tam in di-
ſpoſitionibus de Iure communi,quam in be-
neficijs extra Ius commune: at in priuilegijs
nati ex fœminis non continentur Fulgoſ.
conſ.132.alias 85. Caſtrens. locis citatis,&
Corn.conſ.219.vol.2. & conſ.233.col.2. lit.
D. & E. vol.4. Alex.d.conſ.160. ſic deciſum
refert,latè diſcuſſo negotio, de Ponte deciſ.
5. per totam & pręcipuè nu.10.& 11. videas
ad prædicta etiam Mar. Solon. de pac. conſ.
23. Ioannes Garſ.de nobil. Hiſpan. Gloſ.1.
num.32.& ſeq. Allegationes pro ſigillo fecit
eruditiſſimus Scipio Rouitus nunc iuſtiſſi-
mus Regius Conſil. prout etiam contrarias
allegationes tranſcripſit idem Rouitus in
prag. 9. de feud. ſuper quibus fuit fundata
prædicta deciſio, In penalibus etiam limita-
tur prædicta cõcluſio, quod nati ex fœminis
regulariter compræhendũtur Gloſ. & Doct.
in cap.Statutum 2.de hæret.in 6.Petrus. in
c.ſi pater.col.penult.nu 114. in 26. quæſt. de
teſtam.in 6.ac de cõmuni vſu loquendi,quod
appellatione conſanguineorum veniant etiã
coniuncti ex latere materno. Anna conſ. 22.
12 num. 5. † & inquit notabiliter Decius in
l.2.ff.de reg.Iur.nu.100. ex auctoritate Petri
de Ancbar.conſ.339. pro maiori intelligen-
tia, quòd prædicta de priuilegij limitantur,
quando priuilegium fuit à muliere conceſſũ,
puta,a Regina,vel Ducisſa,quia tunc nati ex
fœmina continentur, & limitatur prædicta
l.1.in fin. ff. de Iur.immunit. Sed prædicta
doctr. Anchar.procedet, in ijs, in quibus de
Iure non eſt ſtabilita certa natura ſucceſſio-
nis ſecùs. qñ certã haberemus naturam, pro-
ut in feudorum ſucceſsione; nam licet feudũ
per fœminam ſit conceſſum, non tamen per
hoc nati ex fœmina contra naturam feudi
cenſebuntur vocati, ita in ſpetie limitando
prædictam doctrinam Ancharan. tenet Mi-
nado.in Cõſtit. in aliquibus in prædicto tex.
nu.50. & dum hic vna determinatio fit per
conſuetudinem, tam in ſucceſſione fœmina-
rum, quando, ſcilicet fœminis ſucceditur,
quam, quando maſculis,vt ſemper nati, &
deſcendentes ex maſculis vocentur eo mo-
do,quo dicit conſuetudo,& infra hic dicetur
13 proximè ẽt notabis argumentũ ad quæſtio-
nem.notab. quòd licèt feudum de Iure com-
muni ſupponatur conceſſum fœminæ, non
per hoc intelligetur conceſſum, vt in eo fœ-
mina ſuccedat,niſi ſpetiali pacto, hoc proui-
ſum fuerit, ita Iſer.in tit. de benef. fœmin.
quia intelligetur conceſſum iuxta naturam
ipſius feudi,& licet plures contra tenuerint,
verior eſt opin. Iſer. quam opin. etiam te-
nuit Iacob.de Ardizz Paris de Puteo,& defẽ-
dit,reſpondendo argumentis, in contrarium
relatis Minad. in repetit. loc.cit.à nu.9.cum
ſeq & nu.19.vbi ponit hanc opinionem,vt,
.ſ. ſemper eodem modo ſuccedatur ipſi fœ-
minæ,quæmadmodum ipſi maſculo ſuccedi-
tur,niſi aliter pacto ſpetiali prouiſum fuerit,
& hanc opinionem nouiſſime,ac ſubtiliſſime
comprobat dominus Conſiliarius Giorgius
in prima part.repetit.feudalium cap.51. qui
optime confutat Hartmanni opinionem cõ-
tra ſentientis.
14 Sed ne videar in hac Concluſione Conſue-
tudinis diſpoſitionem omiſiſſe, licet ſu-
pra de hoc alias dixiſſe meminerim, querò,
an nati ex fęminis veniant hic liberorum ap-
pellatione, & Napod. vnico verb. reſoluit,
poſtquam num. 108. enunciaſſet diſpoſitio-
nem Iuris communis,ſubdit.& ita hic, & ſic
ex diſpoſitione harum conſuetudinum ve-
niunt nati ex fœminis;eſt verum,quòd,quã-
do concurrunt maſculi inter ipſos natos ex
fœminis,ipſi præferuntur, & ſi præmorian-
tur

Digitized by Google

tur ipſi maſculi,& remaneant eorum filij, & deinceps nepotes,& pronepotes,per maſculos deſcendentes, ipſi excludendi ius habent ipſas amitas, & ſorores, & ſic ius excludendi tranſire per lineam maſculinam, vt non vt non poſſit quis per viam ſubingreſſionis prætendere ſe habere ius excludendi ipſas amitas, & pro amitas, niſi ſit deſcendens ex maſculo, ius verò ſuccedendi omnibus competere, tam natis ex maſculis, quàm ex fęminis, veluti extat auia, de cuius hæreditate, ac ſucceſſione tractatur, relicta erat filia illius auiæ, quæ reliquerat maſculos, & fœminas, tunc non tractatur de deſcendentia ex maſculis, quia non adeſt caſus practicandi diſpoſitionem conſuetudinis, & ſexus pręrogatiuæ; quando verò ipſa Auia reliquiſſet maſculos, & fœminas, tunc deſcendentes ex maſculis ipſius,ſiue nepotes,ſiue deinceps excludent prædictas fœminas,ab auia relictas,at ſi prædictæ fœminæ alios filios reliquiſſent, non poterant prætēdere aliud, niſi id, quod iam ipſarum matribus competijr, vt diximus in combinationibus,& ſic forſan erit intelligendum,id,quod Capicius hic dixit in addit, quæ incipit nota iſta verba, & Nap. in prædicto Gloſ. ſeq. dum dicit, nota ex hac conſ.quòd hoc Ius vocat ſucceſſiores maſculos tantùm, vel fœminas,deſcendentes ex maſculis nu.102.nam dū dicit maſculos,tantùm intelligit,concurrentibus fœmines,vt ibidem nu.206. & in ijſdē terminis fœminas deſcendentes ex maſculis, quando ſcilicet,non ad ſunt ex ipſis maſculis deſcendentes maſculi; Itaquè conſ. ſemper vocat maſculos,& fœminas,ſed ipſos maſculos præfert,itá in ipſis primis gradibus,ſicuti in alijs ex ijs deſcendentibus. Ius verò excludendi, & repræſentandi prærogatiuam excluſionis, vt dixi,,in ipſis maſculis poſuit, & ipſorum deſcendentibus,alijs diſpoſitis in ipſis fœminis,non admiſſis in ipſarum fœminarum deſcendentibus, & iam diximus, & videas ēt,quæ in prædicta Gloſſ.in principio diximus ad declarationē iſtius difficultatis.

Repetit. Par.3. §.3.

1 *Neptis ex filio ſub ingreditur ſexum, & naturam ipſius ſtipitis,& an ſimilitudo l.velleia data per Nap. in hoc ſit bona.*

2 *Repræſentationem à nepte ex filio de iure ciuili fieri quo ad gradum,& ſexum, & perſonam patris, an ſit hoc verum ad verſus Napod. concluditur in linea deſcendenti.*

3 *Fœmina deſcendens ex fœmina in feudi ſucceſſione de iur. communi non admittitur niſi pacto ſpeciali ſit hoc dictum in inueſtitura,et quando pactum ſit perſonale quando generale declaratur ex intentione, & doctrina Iſer.*

4 *Suceeſſio de iure feudorum vſq; ad quem gradum extenditur, & quæ ſit verior opinio.*

5 *Repræſentationis varij effectus notantur.*

6 *Primo genituræ ius an tranſmictatur, vel repræſentetur per filium primo geniti contra patruum ſecundo genitum in ſucceſſione Aui, vel patrui in feudis recenſentur variæ determinationes in Regno factæ pro filio primogeniti.*

7 *Nepos ex primo genito, an præferatur patruo recenſetur opinio Iſeruienſis quæ fuerit eius diſtinctio declaratur.*

8 *Ex Iſern. opinione ſecundum conſtitutionem Regni,vt de ſucceſſ. nepotem,ac nepotem ex primo genito patruo, ſecundo genito præferri etiam in feudo in quo viuitur iure francorum validiſſimis ponderationibus probatur.*

9 *Conſtit. vt de ſucceſſ. §. filij aut fratrum non deſignaſſe perſonas, ſed admiſiſſe ſub ingreſſionem in feudorum ſucceſſionibus comprobatur in filijs fratrum.*

10 *Iſerniam quo tempore ſcripſiſſe, & an viderit ſententiam Regis Roberti.*

§.3. *In quo explicatur Gloſa in verbo pro nepotibus, & ipſius materia.*

IN Gloſ. Pronepotibus nu.102. Nota cū Nap. quòd neptis ex filio aſſumit etiam naturam ſui ſtipitis quòad ſexum primò ex ſimilitudine l. Velleię. vt in l.Gallus §. nunc de lege Velleia.ff.de lib & poſth. ſeu potius ex finali Glo. prædicti §. ex qua colligunt comuniter dd. quòd neptis ex filio venit appellatione deſcendentis per virilem ſexum,prout dicit noſtra conſ. deſcendentes ex maſculis Vid. Alex.& Claudium Seiſelli in d. §.nunc de lege.num.11.& ſeq.& alios Doct.ibi. Aduertas tamen,nè talis ſimilitudo te decipiat, quia noſtra conſ. aliter deſcendentiam ex maſculis, & per aliam rationem intelligit, ac intelligitur in prædicta l. Velleia. nam ibi agitur de virilis ſexus exhęredatione,

quia non naſcebat tempore illius legis ſuus, qui deſcendebat per fœminam, nec tenebatur mater, vel auus maternus filios, & nepotes exhæredare, vt dicit Glo. ibi per tex. in §. mater. inſtit. de exhæredat. liber. hic in noſtra conſ. æqualiter diſponitur de filijs, ac deſcendentibus maſculorum, ac filijs, & deſcendentibus fęminarum, quia ſiue agatur de fęmina moriente, ſiue de maſculo, idem eſt, quia dicit ſi moriatur aliquis, vel aliqua ſi igitur moriatur mater, relictis ex filijs nepotibus ac filiabus, filij, per virilem ſexum deſcendentes, excludent eorum amitas in ſucceſſione Auiæ, & hoc non erat cognitum de lege Valleia. item ſi moriatur quis, relictis filijs, vtriuſq; ſexus, ac deinde ipſi filij maſculi relinquant filias, & ſic neptes, & ipſæ neptes relinquant proneptes, ſimiliter fęminas, ex regula prædicta, iſtæ proneptes non dicentur deſcendere ex maſculis per ſimilitudinem in l. Velleię. ac gloſę prædictæ, & tamen per conſuetudinem eſt abſolutum quòd, quando fuit præmortuus filius, qui habebat ius excludendi ſororem propriam à ſucceſſione patris, ac matris, relictis pluribus neptibus fœminis ſolis, quæ de iure iſto per hic dicta per Nap. habent ius earum patris, quia aſſumunt eius naturam quòad ſexum, ſi deinde ipſa etiam præmoriatur, relicta etiam pronepte, eaq; ſola, vocabitur; quia ſola ſine maſculo, ad ius ipſius matris, & per hoc excludet amitam magnam, & quod dicit conſ. ex maſculis, intelligas dupliciter. vel habendo reſpectum ad ipſos primi gradus deſcendentes, vt illorum reſpectu, origo debeat attendi, & ideo conſ. incepit dicere de nepotibus, pronepotibus, quaſi velit deſcendentes ex filijs, non ex filiabus vocare ſecundo intelligas, quando conſ. diſponit, ſcilicet, in concurſu maſculorum, ſemper deſcendentes ex maſculis vocari: at quando fœminæ ſolæ exiſtunt, tunc non eſt neceſſaria conſuetudinis diſpoſitio, quia non datur excluſio fęminarum, & ceſſant omnia dicta per ipſam conſuetudinem, vt in tex diximus.

Secundò, Comprobat præſentem diſpoſitionē Nap. hic num. 103 per ſimilitudinem Iuris Longobardi, & ſic amitam neptis ex filio excludit à ſucceſſione Aui, ita Glo. Caroli dicit in l. ſi quis Longobardus ſine filijs, in verb. maſculis. vbi etiam admittit concurſum cum patruo in ipſa nepte, an verò in Collaterali ſit iddem dicetur infra in §. ſed ſi morienti, vbi eſt materia iſtius quæſtionis.

Tertiò, Comprobat exemplo iuris diuini Numer. cap. vlt. ſed ſi rectè inſpiciatur ibi nihil de repræſentatione dicit tex. ſed potius de ſucceſſione filiarum Iſrael, quòd teneant paternam ſucceſſionem, dumodo nubant infra Tribus, & cum maritis eiuſdem Tribus, & nihil de tranſmiſſione.

2 Præterea erit aduertendum circa dicta in priucipio huius Gloſ. a Nap. quòd hic in linea deſcendenti repræſentatio operatur, vt ſuccedens per repræſentationem non ſolùm repræſentet gradum, ſed etiam ſexum, & ſic perſonam patris, & licet Napod. nitatur fundare hoc de Iure Ciuili, non eſt hoc verũ cum differentia ſit inter repræſentationem in linea deſcendenti, ac repræſentationem in linea Collaterali de Iure Ciuili, quia in deſcendenti Doct. communiter tenent non repræſentari, niſi gradum, tamen ipſum repræſentantem ſuccedere ex propria perſona, & ita fundat ex auctoritate quampluri-morum Doct. & præcipuè Bar. in l. 1. §. ſi ſit filius ff. de coniungend. cum emancip. lib. Gramat. deciſ. 63. nu. 5 Burrat. de magis cõmuni teſtatur. conſ. 67. num. 24. lib. 1. quos refert Caſtill. lib. 3. cap. 19. nu. 161. cum pluribus ſequentibus, & melius quamquilibet alius declaratum reliquit Sforz. Odd. in cõſ. 38. vol. primo nu. 68. & prædicta procedunt de Iure communi, in quo non erat neceſſaria perſonæ repræſentatio, cùm in ſucceſſione Burgẽnſaticorum, nec ſexus, nec alia qualitas perſonæ cohærens prerogatiuam aliquã in ſucceſſione conſtituebat, quod ſecus eſt de Iure conſuetudinario, & ſic in hoc quicquid conet. Nap. fundare de Iure communi repræſentationem perſonæ in linea deſcendenti dicas in vanum laborare ex prędictorum, ac communi doctorum opinione relata, nec id, quod dixit de lege Velleia. probat ſexus repræſentationem, ſed eatenus admittebatur, quatenus erat quis ſuus hæres; & cum ſuitate procedebat vocatio, & ſic non repugnabat, illo iure inſpecto, vt fœmina, nata ex filio, quia ſuus hæres repericbatur, etiam vti fęmina deberet admicti, vt dicit optimè Caſtill. loco cit. num. 31. per tex. in §. ſui inſt. de hæred. qualit. & differ. §. cum filius inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur; nec de lege antiqua filia fęmina, & ſexus fęmininus erat excluſus §. item vetuſtas inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Quare vt diximus per tex. noſtræ conſuetudinis erit introducta in linea etiam deſcendenti repræſentatio ipſius perſonæ, cùm aliàs ex propria perſona non ſuccederet neptis ex filio cum Iure excludẽti amitas quia fęmina, & ſic ſui ſtipitis naturam ſapit, inſpecta diſpoſitione conſuetudinis in linea tranſuerſali, & de Iure communi.

Digitized by Google

muni, erat admiſſa, vt diximns repræſentatio etiam perſonæ, prout dd. prędicti notant,& Sforz.loc.cit. nu. 69. Vnde dũ Nap. noſter hic nu.108.dubitat quid in linea Collaterali, non erit dubitandum fortius in linea Collaterali dari repræſentationem perſonæ, & per conſequens ſexus,cùm de Iure communi facilius repræſentatio perſonæ admictebatur infra filios fratrum,vt dicetur infra §. ſed ſi morienti.limitat prædictam concluſionem Nap. in feudo de iur. communi feudorum ſcilicet neptem non repræſentare perſonam patris, & dat rationẽ, quia eſt omnino repulſus ſexus fęmineus,nec per hoc intelligas, quòd in feudis repræſentatio negatur illis perſonis,quæ vocantur ad ſucceſſionem,vt dicetur infra in glo. ſequenti, & tenet Grammatic.dec.1.circa fin & expræſſe dicit Iſer. in tit. de grad. ſucceſſionis in feud. ver.his verò in principio,& infra dicetur,& Cumia in repetit.c ſi aliquem in verb. gradu. num. 6. cum ſeq. vbi nepos ſub ingreditur locum patris, cùm de patrui ſucceſſione tractatur, hic Nap. loquitur in linea deſcendenti,vbi de Iur. cõmuni feudorum admictitur in infinitum ſucceſſio, vt in c. 1. de grad. ſucc. & in tit. de nat. ſucceſſio feud. vbi Iſer.num.2. Et dicit hic Nap.num.109.
3 †excluditur ergo neptis ex filio, quia talis perſona non habet ius ſuccedendi, cùm nec filia,nec alia fęmina poſſit ſuccedere, vt in primà rub. de his qni feud. dar. poſſ. Iſer. in §. & quia nu.2. ver. iure iſto, vbi ſic à feudis matris excluditur, niſi pacto ſit ſpecialiter determinatnm,vt fœmine ſuccedere poſſint, vt ibi Iſer. d. §. & quia ver. nam, & ſi mater habuiſſet ex pacto. qùod pactum Andr. ibid. diſtinguit inter ſpeciale, ac perſonale vnius veluti, vt matri ſuccedatur, & generale, ac reale, vt in ipſo feudo per fęminas ſuccedatur, quando verò dicetur perſonale? dicas ſemper, dum certa perſona deſignatur, vt quia dixit filia matri ſuccedat, & hoc expræſsè voluit Iſer. in prędicto tit. de his qui feud. dar. poſſ.d.§.& quia,dum voluit, quòd ſi mater habuiſſet ex pacto, ſi pactum fuiſſet generale.vt fęminę,in illo feudo ſuccedant, ſuccedat filia, & quælibet,vt neptis, & deinceps, ergo ſi priuilegium fuit conceſſum, vt filia ſuccedat,non ſuccedet etiam Neptis, & eſt differentia inter filiam, & neptem, maximè, quando agimus de filia ipſius maſculi; quia filia eſt de genere,ita vt ſit vltima agnationis,vel de familia ipſius, cui conceditur. Neptis aũt ex filia nõ eſt de genere,qa deſcẽdit per fęmineum ſexũ,& probatur per dd. in d.l. gallus in §. nunc de lege ff. de lib. & poſthu. vbi filia ex maſculo venit vocata per legem Velleia. & non filia ex fęmina, Peregrin. de fideicommiſſ.art.26. nu.23. & diximus hic ſupra, cum Nap. vnde non poterit inſerri,eſt admiſſa deſcendens fęmina per virilem ſexum,ergo eſt admiſſa deſcendens per ſexum fęmininum, prout eſſet in nepte ex filia,quia, adhoc, vt filia admittatur, ſufficit, quòd pactum dicat de filia, at vt neptis ex filia admittatur,oportet,vt dicat generaliter, quòd fęminæ ſuccedant,vel melius quòd fœminæ, ex fęminis natæ, ſuccedant ita etiam Iſer.in tit.de grad. ſucceſſ, in principio ver. filia in fine,ibi,vt fęmina ſuccedat, & melius idem Iſer. in tit.de feud. March. §. ſed Capitanei. ibi, vt etiam filiæ, & natæ ex fęminis ſuccederent, & ſic diuerſificat pactum ſucceſſionis filiæ, & natarum ex fęminis, & faciunt dicta hic per gloſ. in verb.ex maſculis. in principio nu.111.& dixit Iſer.in Conſtit. vt de ſucceſſionibus in verb. filij fratrum. col.3.ver.ſimile quærũt fiſcales,vbi id,quod dicitur de fratre non debet porrigi ad filium
4 fratris. † In eadem glo. ibi,ſed quid in Collaterali,dum de reprę ſentatione in linea Collaterali,de iure ciuili,ac Longobardo loquitur,dicitur infra in §. ſed ſi morienti. dum glo. dicit de iure ſeud. ſucceſſionem extendi in linea Collaterali vſq; ad ſeptimum gradũ nonnulli Codices,prout in meo manuſcripto, legitur duodecim. Iſer. in tit. de ſeud. March.§.ſed ſi Capitanei.dixit vſq; ad ſeptimum gradum,ſeu geniculum,& in prima rubrica.§.hoc quoq; & dicit ſumptum ex iure Longobardo,& in c.ſi vaſſallus culpam.dum corrigit dictum gloſ. quæ dicebat in infinitum,& ipſe explicat vſq; ad ſeptimum ſi de feud. defuncti milit. controuer.idem Iſer. in §. præterea ſi vaſſallus in final. rub. quæ ſit prima cauſ.cumulat Cumia in repetit. cap. ſi aliquem.in verbo ad trinepotem. nu. 12. & ſic non videtur vera, nec bona apoſtilla hic, quæ ſub nomine Capycij circumfertur, ibi, dicas melius vſq; ad 12. gradum.
5 † In eadem glo. in ver. ex prędictis colligit Nep. varios iuris effectus ipſius reprę ſentationis, quod eſt ipſum reprę ſentantem aſſumere gradum,& perſonam patris,& omnia iura, gradui cohęrentia,& quę competebant parentibus, ſi vixiſſent, prout ex communi dd. ſententia affirmat Caſtill. loc.cit.num.9. & in ſpecie ad prędicta ex Nap.late de ponte in tract. de auctoritate pro regis in tir. 9. de ſucceſſ.mulier. à n. 37. vſq; ad finẽ vbi ſequitur dicta hic Napol. & refert deciſionẽ.
6 In fine huius glo. Nap. ex ratione ſubingreſſionis colligit traſmiſſionem iuris primogenitu-

Digitized by Google

genituræ in ſucceſsione deſcendentium, quādo auo ſucceditur, vt nepos præferatur patruo, in qua re hodie in Regno non eſt du bitandum, cùm habeamus declarationē Regis Roberti, prout p literas ſub data 11. Februarij 1317. quas citat Nap. & illas habemus in fine huius noſtri vol. conſuetudinū, in quibus eſt aduertēdū nō diſponi ibi iuxta diſpoſitionem primogenituræ, ſucceſſionē, ſed ex particulari priuilegio diuidi inter filium primogeniti, & ſecundogenitos pro medietate; enunciatur tamen ibi conſt. Reg. quod primogeniti filius ſubingrediatur gradum ipſius primogeniti patris, ſic per Regē Ludouicum, & Ioannam tempore eiuſdem Napod. fuit iudicatum, prout hic meminit idem Napod. & Capyc. in addit. quæ incipit, Tenet Nap. hic, & iſtam deciſionem refert in perſonam Ioannellæ Blanchellæ filiæ Ioannis Candellæ primogeniti Domini Raynaldi Candellæ, quæ ſucceſsit Domino Raynaldo, eius auo, excluſo Domino Marino Candellæ, filio ſecundogenito, & ſic literæ Ludouici, & Ioannæ continent transmiſſionem iuris, ac prærogatiuæ ſexus, & non video quare Napod. iſtam deciſionem voluerit referre, ſimul cum deciſione Regis Roberti, tractante de tranſmiſſione iuris primogenituræ, & non inferius, vbi tanto argumentorū apparatu à nu. 118. vſque ad finem tractat quæſtionem trāſmiſſionis, & repræſentationis ſexus, & ipſam per ius Longobardorū, Francorum, & Neapolitanorum decidit, vt in fine videri poteſt, & ibi hanc deciſionem non referat, & latè tenet, referendo plures deciſiones, Minad. in repet. in 3. not. nu. 119. qui concludit, neptem ſuccedere in locum patris ſui, & excludere amitam in feudo, & dicit hoc in Regno eſſe hodie abſolutum, prout tam in feudalibus, quàm burgenſaticis abſolutum dicit ex prædictis de Pont. in tract. de auct. Proregis, tit. 9. de ſucceſſ. mul. num. 48. vbi habes deciſionem Sac. Conſ. & latiſſimè pro nepote contra patruum opinionem defendit auctoritatibus Doctorum, & rebus iudicatis, Ann. conſ. 125. vbi tractat quæſtiones tam in ſucceſsione aui, quàm patrui, & Dominus Conſiliarius Rouitus in prag. 11. num. 51. in rit. de feudis. Alias plures deciſiones relatas habes hic per Capyc. loc. cit. in principio, ac Io. Angelum Piſanellum in alia addit. quæ incipit, Tu vide in allegat. Petri Piccoli, alias deciſiones ſimiliter refert Camillus Salernus hic in addit. quæ incipit, Iſte articulus, in quibus hodie in Regno non eſt aliqua amplius difficultas, quòd nepos excludat patruum, tam cùm agitur de ſucceſsione aui, quàm quādo agitur de ſucceſsione patrui tam per viam primogenituræ, quàm ſexus, vt ſiue ſit filia, ſiue filius primogeniti ſemper ſecundogenito præferatur, quàm quæſtionem latiſſimè examinatam habes per Cumiam in repet. c. ſi aliquem, in verb. gradu, num. 38. in 6. quæſt. & licet ibi concludat pro patruo, loquitur tamen iuxta terminos illius capituli, ex cuius diſpoſitione ſubingreſſio excluditur, cū proximus vocetur ad ſucceſsionem, & ſic procedit ex ſpeciali deſignatione perſonarum, vt dicit Iſern. in locis infra citandis. Vltimò hanc latiſsimè tractantem videas Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. cap. 35. nu. 43. qui tractat de more, ac conſuetudine Regni Neapolis, ſecundùm quam filius primogeniti præfertur patruo. Et Marcus Paulus Venetus in lib. 2. de region. oriental. cap. 5. in fine, in ſucceſsione in regno Tartarorum ſcribit, primogenito, viuo patre, mortuo, relicto nepote, ipſum in Imperio auo ſucceſſiſſe, licèt alios vigintiunum filios Imperator haberet.

7 Nolui tamen in prædicta quæſtione de filio primogeniti an patruo præferatur, omittere opin. Iſern. eamq; referre, cum in ſe contineat dubitationē: voluit enim Iſer. quòd aut ſumus in feudo diuiſibili, & in hoc caſu filius per repræſentationem ſuccedat, & accipiat partem ſui patris, ac ſi viueret, & concurrat cum patruo, in §. his vero, de grad. ſucceſſ. in princ. ibi, *Et hoc eſt verum in feudo diuiſibili.* & in tit. Imperator Lothar. c. 1. in princ. verſ. ſed quia hæc poſitio, ibi, *Et præfertur nepos in parte patris ſui.* & in tit. de natura ſucceſsionis feud. nu. 12. verſ. quærit glo. ibi, *quia ſi quando feudum eſt diuiſibile.*

Aut feudum non eſt de ſui natura diuiſibile, ſed indiuiſibile, & tunc nepos excludit patruum, inquit And. in d. tit. de nat. ſucceſſ. feud. arguendo à parte ad totum, ſic etiam in ſupradictis locis expreſsè dixit Iſer. & hoc argumentum etiam latè in hac eadem quæſtione fundat Minad. in repetit. conſt. in aliquibus, in 3. notab. nu. 120. verſ. nec obſtat; licèt Cannetius contrarium voluerit in c. ſi aliquē, in verſ. an filius excludatur à nepote, num. 18. ea ratione, quia æquitas iſta non reperitur ſcripta in clauſula iuris Francorum, ſed in feudo diuiſibili, & dicit, Doctores ab eo allegatos non habere cōtradictores: quod ex prædictis eſt falſū; immò quòd iſta æquitas ſit fundata ſuper diuiſibilitate, non eſt verum, ſed ſuper iure ſucceſsionis tam in feudorum iure cōmuni, quàm communi

muni Romanorũ, à quo leges feudales ſunt declarandæ, quando ſpecialis feudorum diſpoſitio deficeret: vnde crederem, remota diſpoſitione prædicti Capituli, non benè præfata aſſerere ipſum Cannetium, nec per veros iuris terminos: limitauit eandem opinionem idem Iſer.loc.cit.in feud.indiuiſibili, quod defertur primogenitis, taxatis, & limitatis perſonis, ſed quale ſit feudum indiuiduum, in quo non ſuccedat primogenitus, & ſic non ſit taxata perſona, ità vt ſecundum opinionem Iſer.nepos excludat patruum hucuſque non vidi, & dixit mihi Ferdinandus de Labella, bonæ memoriæ, eruditiſsimus vir, ſe diu elaboraſſe in hoc tertio genere inueniendo, & nõ potuiſſe inuenire; ſed ego dicebam poſſe dari cõſuetudinem, per quam feudi diuiſio ſimpliciter denegetur abſque diſpoſitione ſucceſsionis in taxando perſonam primogeniti, in quo licet primogenitus vocetur, non taxatur ipſius perſona, ſed vocatur, vti dignior, & per hoc vti filius dignioris per ſubingreſſionem admittetur: & de hoc feudo exemplum habes penes Cumiam in repet.c.ſi aliquem, in rub. ex auctoritate Guglielmi de Perno, ibi relata, ſub num.18. vbi licèt per ea, quæ ibi dicit, verè prohibeatur diuiſio, non poterit negari illud genus feudi prodeſſe ad intelligentiam prædictæ opinionis Iſer. quia verè non taxatur perſona primogeniti, ſed venit, quia dignior, vt ibi dicitur.

8 Sed vlterius aduertendo circa prædictam Iſern.diſtinctionem, dum dicit in feudo in quo ſucceditur taxatis, & limitatis perſonis veluti in clauſula iuris Francorum nepotẽ non excludere patruum. cum taxetur perſona primogeniti; nam licet in ea ſpecie Iuris Francorum clauſulæ mentionem faciat Iſer.prout eſt in Regno, non per hoc intelligas tractaſſe quæſtionem, attentis terminis conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, prout videtur ex profeſſo tractare Nap.hic in glo. ſeq. qui ſimul, & ſemel tractat quæſtionem in ſucceſſione lineæ deſcendentis, tam circa tranſmiſsionem iuris primogenituræ, quàm prærogatiuæ ſexus, vt eſt videre num.119. ſed tractare quæſtionem ſimpliciter de iure communi feudorum, ſuppoſita ſimplici cõſuetudine iuris Francorum, per quam vocatur primogenitus, vel attento inueſtituræ tenore, vel ſuppoſito quod uiuatur iure Frãcorum in feudo, nulla habita ratione diſpoſitionis conſtit. Regni, vt de ſucceſſionib. quicquid dixerit de Ponte in lect.12. feud. nu.21.in fi.contrarium ſentiens abſque fundamento rationis, vt infra patebit. In qua quæſtione aduertendum, quod Napod.non affert Andreæ auctoritatem, fortaſſe quia loqui bene nouit Iſern.attenta diſpoſitione iuris communis, ac inſimul ſuppoſita natura iuris Francorum, dum dicit deſignatis, ac limitatis perſonis, vt tunc verba conſuetudinis, vel conceſſionis excludant nepotem venientẽ cum patruo, & ſic dum Iſern.dicit, ***attenta & conſuetudine, & conceſsione, excludi nepotem***, ergo non diſcutit attenta diſpoſitione conſt.vt de ſucceſsionib. ſicuti etiam quando in conceſſione proximus eſt vocatus, prout dixit Iſer. in prædicto cap.ſi quis miles Imperator Lotharius, & ſic erit hodie etiam ex hac ratione in Regno iſta quæſtio abſoluta, ſcilicet, attẽta diſpoſitione conſtit.prædictæ, quia licet vocentur ſucceſſores iuxta ordinem primogenituræ, per conſt.Regni prædictam, non erit attendenda ſexus, & ætatis prærogatiua in tota, ac vniuerſa linea, ſed inter ſucceſſores einſdẽ gradus, & ſic de primogenito in primogenitum; nam primogenitus, & eius filij faciunt vnum gradum, ad tollendas difficultates, & abſurda poſita hic per Napod. nu.120.ibi, *Tex. non dicit, niſi ſeruata prærogatiua gradus, & ætatis, quaſi velit oſtendere de exiſtentibus in eodem gradu tantum*. Propter quas rationes manifeſtũ eſt, ipſum Andr. non diſputaſſe quæſtionem, vt dixi, attentis terminis dictæ conſtit. in qua non ſimpliciter vocantur primogeniti, & proximiores, prout extat clauſula iuris Francorum, vt notat Cannetius in d.c.volentes, in tex.clauſulæ iuris Francorum, ver.annotandum eſt etiam, num.1. & in cap.ſi aliquem, in ver.opinio ſupradicta num.24. fol.252. vbi de feudo informi cum tacita clauſula iuris Francorum diuerſo à conſtit. Regni. Sed vocantur omnes deſcendentes filij, ſcilicet, nepotes, trinepotes vſque in infinitũ, cuiuſcũque ſexus, ſeruata tamen ſexus prærogatiua, & ætatis inter viuentes iure Francorum: nam per conſtit.Regni non ſunt vocati maiores natu ex vniuerſis ſucceſſoribus, attendendo ex vniuerſitate ſucceſſorũ, ex quocunque gradu ſint maiorem natu, ſed voluit conſtituere ius primogenituræ realiter, etiam viuente patre, in ipſis filijs, & ſic illud ius per conſequens voluit habere eius filios per tranſmiſſionẽ, & tunc nepos præferetur patruo, ſecus eſſet ſi prærogatiuam ætatis inter omnes ſucceſſores voluiſſet inſtituere, & hanc puto eſſe germanam opinionem Iſer. ſic etiam optimè ex communi DD.ſententia diſtinguentem inueni Cancerium lib.3. variar. c.21. de tranſmiſſionib.

in

Digitized by Google

in q.21.præcipuè num.292. omnino viden-
dum in omnibus hic per me dictis, nam con-
cordat cum prædicta declaratione, quam
ego feci de mente Iſern. nam ſi aliter verba
prædictæ conſtitutionis intelligerentur, ori-
rentur plura inconuenientia, & abſurda à
Nap. ponderata, vt Nap. colligit, & conclu-
dit, ergo eſt diuerſum tractare quæſtionem,
quando ius Francorũ ſimpliciter deſignaſſet
primogenitum ſucceſſorem, vel ex alia con-
ceſſionis forma, quia proximũ, vt eſt in di-
ſpoſitione Capituli volentes. Regni Siciliæ,
vt per Cumiam in eius repetitione verb.
gradu, nu.72. ver. nos verò præcipuè, nu.78.
& Cancer. c.21. lib.3. nu.300. variar. reſol.
quia ex vniuerſa familia maiorẽ natu vo-
cat, & ſic primogenitum tempore mortis,
nu.329. ac tractare quæſtionem, attẽta for-
ma conſtitutionis prædictæ, per quam non
deſignatur ſimpliciter perſona, vt Nap. ibi
concludit, nam, ſi perſona ibidem eſſet deſi-
gnata æqualiter tam in prærogatiua ſexus,
quàm in prærogatiua ætatis, reſultarent
prædicta abſurda hic per Nap. dicta in vlti-
9 ma glo. † Immò, vt clarius pateant prædicta
in linea tranſuerſali manifeſtius inſpicitur
noſtra opinio, cum clarum ſit per Iſerniam
in cap.1. §. his verò, in princ. ibi, ſicut in
linea deſcendenti, non fieri differentiam,
in prædicta quæſtione de nepote, & patruo
inter ſucceſſionem deſcendentium, quando
ſucceditur auo, & concurrit nepos cum pa-
truo, ſcilicet filius primogeniti cum ſecun-
dogenito, & ſucceſſionem tranſuerſalium,
quando filius ſecundogeniti vult ſuccedere
primogenito mortuo, excluſo tertiogenito,
ac patruo, quia in vtraque ſucceſſione deſi-
gnatio perſonarum facit præferre patruum,
ita de Pont. lect.12. nu.21. in princ. & non
poteſt dubitari, quod maior ſit ratio admit
tendæ ſubingreſſionis in linea deſcendenti,
quàm in tranſuerſali, ſi igitur ex tenore con
ſtitutionis probabimus in tranſuerſali, attẽ
tis conſtit. terminis non fuiſſe perſonas de-
ſignatas pro eo quod attinet ad hanc quæ-
ſtionem, res erit abſoluta, nam de iure cõſt.
prædictæ ſolum fratres vocantur ſecũdum
prærogatiuam ſexus, & ætatis: filij autẽ fra-
trum, ac etiam ſororum (quia conſt. non li-
mitauit perſonas, ſed gradum, prout dixit
Iſer. ibi in verb. filij aũt fratrum ibi, ſed cùm
dixit, filij fratrum, voluit ſimpliciter vocari
in ius parentum eorum in feudis antiquis,
quæ fuerant communis patris, vt patet in
§. filij autem. Ergo conſt. non conſtituit pri-
mogenituram, nec deſignationem perſona-
rum in filijs fratrũ, ſed tantùm in fratribus:
in filijs autem dedit ius patris eorum, ergo
erat indubitata quæſtio de iure Conſt. Re-
gni, etiam inter viuentes iure Francorum,
nam licet patruus poſſet dicere ius Franco-
rum ex opin. Iſer. deſignaſſe perſonam, po-
terat benè reſpondere nepos, vel neptis,
quod licèt conſt. deſignauerit perſonas in
fratribus, vt primogenitus ſuccedat, tamen
in filijs eorum nõ deſignaſſe alias perſonas,
ſed ſimpliciter admiſiſſe filios ad ius patris
eorum, & ad omne ius, & in omnem caſum
ſucceſſionis, quod eſt admittere ſubingreſ-
ſionem, & tollere deſignationem, ac limita-
tionem penitus perſonarum ab Iſer. conſi-
deratam in ſimplici clauſula iuris Franco-
rum, prout colligitur ex Cannetio in d. cap.
ver. annotandum eſt etiam, vbi concludit,
quod clauſula prædicta, quando excludit
ſubingreſſionem, vocat proximiorem, quod
non facit conſtit. noſtra, & ſic ſentit Iſern. in
verb. filij autem fratrum, col.3. ibi, *Nam
nihilominus in feudo paterno ſuccederet
fratri ſuo, ſic ſuccedit filius huius fratris,
vel filia habentes iddem ius, quod pater eo-
rum habet.* & melius gloſ. Marin. in eadem
conſt. in verb. iure ſuo, quò loci adeo ius ne-
potum ex fratre, idem cum fratre tenet eſſe
conſtitutum, in prædicto ver. filij autem fra-
trum, vt inde arguat fratrem in fendo nouo
non ſuccedere per omnimodam ſimilitudi-
nem, quod argumentum optimè retorquet
Cumia in prædicta repet. in verb. non com-
munibus, num.11. & eadem gloſ. Marini in
prædicta conſtit. in verb. habeant, ver. *Item
pro hac parte eſt ſubtilis ratio, & valida,*
vbi expreſsè dicit, nepotes admitti ex per-
ſona patris, & per repræſentationem, & ge-
neralius intellexit prædictum tex. idẽ Iſer.
in tit. quæ ſit prima cau. c. præterea ſi vaſſal
lus, in final. verbis, vbi dicit prædictã conſt.
quæ dicit fratrem, & nepotem primogenito
ſuccedere in omnem caſum ſucceſsionis ex-
tendi, ex quo dicit iddem ius habere eos,
quod frater pater eorum, qui omnino ſuc-
cedit fratri, idem ius igitur erit tam reſpe-
ctu primogenituræ, quàm ſexus, quam om-
nium aliarum prærogatiuarum, vt ſemper
ſit metienda ſucceſſio in filijs fratrum ſecun
dum ius, quod eorũ patri competebat, quia,
vt dixit Iſern. omnem caſum ſucceſſionis, &
ius omne, fratribus competens, comprehen
dit, prout in ſpecie interpretãdo prædictam
conſt. dixit Aret. in conſ.164. alias 162. dili-
gẽter, & maturè diſcuſsis in princ. ante verſ.
his præmiſsis, qui refert prædictum verſ. filij
autem fratrũ, & in diſcurſu conſilij plures;
& ſic prædictũ conſ. Aret. allegat de Bottis
in

in addit.ad conſtit. vt de ſucceſſionibus poſt gloſam in verbo habeant in fine ipſius additionis ponderando eodem modo verba prædictæ conſtitutionis pro filio fratris contra patruum, & hanc ponderationem non negauit de Ponte in prædicta lect.12.feud.n.24 qui dum tenet eſſe caſum expreſſum in ea conſtitut. quod filij fratrum habeant ſub ingreſſionem, & in ſimul tenendo Iſerniam diſputaſſe quæſtionem attenta diſpoſitione conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus aſſerit per conſequens male Iſeruiam non ponderaſſe diſpoſitionem conſtitutionis prædictæ in cõcluſione, tam manifeſta, & per verba conſtitutionis clariſſima, quod de Iſeruia minime eſt dicendum; & eſt notandum ibidem diuerſimodè quæri de iure communi per Aret. ac attenda diſpoſitione prædictæ Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, vt dixi, & ſic ponderando dictum §. filij aut fratrum; concludit doctiſs. Conſil. Rouitus in prag. 11. de feud.nu.56. qui pro nepote ex primo genito optimè tenet, licet non ita ſoluat contrarium, ex doctr. Iſer. hic relatum, quem dicit fundari in ſententia Regis Roberti, cum tamen Iſer. ante Regem Robertum ſcripſerit per ea, quę hic in fine dicētur, & Luc.de Pen. ſic intelligit prædictum ver. filij autem fratrum in pręrogatiua ſexus. in l.fin.in fin.ver. & hęc potiſſimè C. quando, & quibus quarta pars, lib.10.& de tranſmiſſione Iuris prægenituræ Afflict. in prædicta Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus nu. 23. & Regens Villanus in conſ. impreſſo poſt repetit. Cannetij nu. 29. qui excludit prædictam opinionem Iſer. per rationem ſub ingreſſionis; & quòd, quando conſtat ex diſpoſitione aliqua, quòd diſponens admiſerit tranſmiſſionem iuris, tunc nepos iure primogenituræ excludat patruum, latè in prædictis fundat Cancer. loc.cit.pręcipuè nu. 316.lib.3. c.21.cum nu. ſeq. Et notandum eſt nedum in terminis iſtius §. filij, vbi expreſsè filij ſunt vocati ad ius parentum eorum; ſed quando eſſet vocatus primogenitus ſuperſtes tempore mortis, quo caſu patruus excluderet nepotem primogeniti, quia tranſmiſſio eſt denegata, vt per Cancer. loc.cit.nu. 305. tamen ſecus eſſet quando ſimiliter fuiſſet vocatus primogenitus ſuperſtes, vel eius liberi, tunc admitti nepotem contra patruum, dixit Cancer.loc. cit.nu.326.in fin. & ſic ſufficit, filios eſſe vocatos, vt cenſeatur admiſſa tranſmiſſio. ex prædictis etiam colligas, attenta diſpoſitione prædicti §.filij autē, ſiue cum patruo nepotes concurrant in feudo, in quo viuitur iure Lõgobardorum, ſiue abſq; patruo, ſemper habere portionem ipſos filios fratrum, ipſorum patris, & in hoc non eſſe ſpectandam controuerſiam inter Accurſium, & Azon. ita dicit additio finalis ad dictam Conſtitutionem in apparatu Grammatici; ex quo generaliter ibdem ius ipſis tribuit Conſt. & in vtrinq; Coniunctionis pręrogatiua expręſsè loquitur dictis terminis attentis Aret. in conſ. prædicto. ex quibus ſit abſoluta concluſio, quod etiam de mente Iſer. in locis prędictis attenta diſpoſitione Conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus in d.§ filij autē fratrū, nepos excludat patruum, etiā inter viuētes iure Francorū, illa ratione, quia non eſt facta deſignatio, & limitatio perſonarum, quoniam expreſsè Conſtitutio voluit, filios fratrum habere iddem ius, quod pater eorum habebat; ſed Andr. intelligendus eſt in pura iuris Francorum diſpoſitione, quando ſcilicet primo genitus vocaretur, vel alias limitaretur perſona, vt diximus, & ſecundum iſta eſſet laborandum potius in inuenendo genere feudorum de iure Francorum, quo perſonę tantum, & ſimpliciter deſignantur; quam in inueniendo feudo ſimplici, indiuiſibili, non deſignatis perſonis, vt dicebamus, & ſimilem expoſitionem fecit Camerar. in ead. clauſula iuris Francorum in conſ. impreſſo poſt Cannetium fol. 376. col. 1. qui tenet, quòd id, quod dicit Iſer. in conſt. vt de ſucceſſionib. ſcilicet in Collaterali non habere locum primogenituram: ſit intelligendum iuxta pactum communis iuris franchorum, non aut attento iure prędictę conſtitutionis, vt de ſucceſſ. quod eſt notabile dictum pro prędictis, licet in ſe non benè dicat, vt dicetur locis ſuis; & hanc opinionem videtur probare Iſer. in prędicto tit. de nat. ſucceſſion. feud. in prima addit. col.3.vbi poſt verſiculum hęc eſſent vera, in quo diſtinctionem fecerat de deſignatione perſonarū, ac vocatione primogeniti, ſubdit, *Conſt. tamē Regni Siciliæ prædicta, vt de ſucceſs. aliter determinat, &c.* ergo ſupponit diuerſitatem in diſpoſitione facta per Conſtitutionem. Nec hanc opinionem Iſer.habet pro uera; nam vocat eam opinionem modernorum, vt colligitur ex eodē in conſtitutione Regni comitibus col. penult.in fin. verſ. ſi dicatur ibi, ſed ſecundum aliam opinionem dum dicit, *ſi hac vera ſit poſitio*, & in col.fin.in princ.verſ.hoc autem probabiliter ibi, *& ſuppleat vbi vera ſit poſitio dicta*, quaſi ipſe eam pro vera non habeat quidquid dixerit de ponte loc. cit. in lect. 12. nu. 21. in fine dum dicit Iſerniam in Conſt.comitibus tradidiſſe pro abſoluto patruum excludere nepotē filium primogeniti.

10 Eſt

10 Eſt etiam notandū in glo. hic ſub nu. 118. in fine Nap. mentionem facere ſententiæ Regis Roberti, de qua etiam meminit Freccia in lib. 1. de ſub feud. nu. 33. qui fuit Rex ante Ioannam, ergo manifeſtus error concipitur illorum, qui voluerunt Iſerniam fuiſſe occiſum ſub Ioanna, vt dicit in eius vita Liparul. nàm ſi tempore Regis Roberti in humanis extitiſſet, vtiq; vt hic facit Nap. prædictam ſententiam ſecundum ipſius opinionem retuliſſet, cùm in locis ſupracitatis in Regno, ac Regni ſucceſſione abſolutè teneat pro patruo, vt in cap. 1. §. his verò, verſ. & hoc eſt verum ibi in Regnis, & in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. nu. 12. ver. hęc eſſent vera ibi maximę in Regnis quæ ordine geniturę deferuntur, quod nota. ſic etiam Nap. qui ſcripſit ſub Ioanna aliquid etiam de Iſern. locutus fuiſſet; ſed non nego Iſerniam tempore, quò Rex Robertus erat Vicarius Regni, & in principio Regni Roberti vixiſſe, vt ipſe fatetur in conſtitutione Regni ſtatuimus, vt magnæ, in verbo miſerabilium verſ. de Eccleſia vidi dubitari, ibi, & facta fuit ex inde declaratio, quę eſt in regiſtris quando Rex Robertus erat Vicarius patris ſui.

Repetit. Par. 3. §. 4.

1 *Renunciatio quando eſt neceſſaria, & quando non.*

2 *Renunciatio quæ ſit penitus abdicatiua, & quæ vniuerſalis, & plura de generalitate renunciationum.*

3 *Renunciatio tranſlatiua, quæ ſit, & ipſius natura.*

4 *Pactum de non petendo in renunciationibus cuius effectus ſit.*

5 *Pactum de non petendo quando implicitè inſit in renunciatione.*

6 *Renunciatio confirmatur per clauſulam ſibi, & ſuis hæredibus ad diſponendum.*

7 *Monaſterium tenetur ſtare renunciationi factæ per Monialem cum conſenſu ipſius.*

8 *Aquilianam, ſiue Acceptilationem, an efficere renunciationem eſſe realem diſcutitur, & expenditur conſilium Romani 22 et ei datur nouus intellectus ex mente auctoris. nu. 12.*

9 *Conſilij Romani 22. prima ſolutio data per Piſanellum refellitur.*

10 *Acceptilatio iuris, vel rei de futuro, an fieri poſsit declaratur contra nonnullorum opinionem.*

11 *Gloſa notatur in l. ſi ſub conditione ff. de acceptilationibus in verbo nouandi cauſa, de vana ambiguitate.*

12 *Conſilium Romani 22. aliter intelligitur quā hucuſq; fuit intellectū circa realem renunciationem, & aquilianam ſtipulationem.*

13 *Acceptilationem perficere in ſui natura renunciationem; verum non mutare ipſius ſubſtantiam probatur.*

14 *Piſanellus, at Loffredus notantur quod male Romanum repræhendant in allegatione Bald. in l. ſi actionem Cod. de pactis.*

15 *Iuramentum in renunciatione qualiter ſe habeat, & cuius effectus, & quare non mutet ſubſtantiam actus ſuper quo interponitur; ſed ipſius ſequatur naturam, quando non fuit præciſum.*

16 *Iuramentum confirmat renunciationem futurorum.*

17 *Certioratio an requiratur in renunciatione, quando interuenit iuramentum.*

18 *Renunciatio firmatur cohærentia conſuetudinis in Ciuitate Neap.*

§. 4. *De Renunciatione, & eius partibus.*

IN Gloſ. Ipſi ſucceſſores, num. 31. tractat. Nap. materiam renunciationis, quæ fit per ipſas filias bonorum paternorum, ſed quia eſt intētio materiam ipſius renūciationis declarare ordinatè, & inſimul omnia dicta hic per Gloſam, propterea non ſequar ordinem Glosę, ſed ordinem quo melius vniuerſam materiam pertractare potero.

1 Renunciatio etenim, quādo conſuetudo noſtra huius Ciuitatis vbique, & ſine diſtinctione ſeruaretur, non eſſet neceſſaria poſtquam ipſę fœminę à maſculis fratribus excluduntur, vt in ſimili ſtatuto dixit Alex. conſ. 29. col. 4. verſ. comprobatur, vol. 3. Laurent. de Pino. conſ. 69. nu. 3. in fine. & Marant. q. 10. nu. 28. & 29. & melius Minad. in repetit. Conſtit. in aliquibus in 8. not. nu. 9. Verùm quia, vt inferius dicetur, quandoq; conſuetudo ſibi locum non vendicat, quia agimus de bonis extra diſtrictum; Item, quia non adſūnt fratres, qui ipſas de iure conſuetudinum excludere deberent, erit vſus renunciationis neceſſarius, & proficuus; voluerunt. n.

ipſi

Digitized by Google

ipſi Ciues per viam renunciationis prouidere, & ad ſimilitudinem plerumq; ipſius Statuti,& Conſuetudinis excludere ab ipſis ſucceſſionibus vniuerſaliter ipſas fœminas etiã à bonis extra diſtrictum, item quia, vt dicemus in conſuetudine ſequenti in §. ſed ſi morienti, non excluditur fœmina, niſi, exiſtente fratre conſanguineo ipſius; at per viam renunciationis, poterit etiam ipſa fœmina excludi ad beneficium aliarum perſonarum, quam fratruum conſanguineorum: hac igitur ratione de renunciatione acturus de infraſcriptis quam breuiter potero, videndum erit. Primo de renuntiatione, & de his, quę renunciationem perficiunt. Secundò, de ipſius interpretatione. Tertiò, principaliter de nullitatibus, ac defectibus renũciationis, interpretatio ſumetur. Primò, ex ratione Statuti,& Conſuetudinis noſtræ, Secundò, ex parte ipſius renuntiantis, Tertiò, ratione perſonę cui ipſa ſit renũciatio, Quartò, ratione rei, cui renũciatur, Quintò, ex parte ipſorum, quorũ cõtẽplatione ſit renuntiatio, ac ẽt de cauſis ipſius renũtiationis, ex quibus vniuerſa materia erit ſatis ſuperque declarata.

De Renũciatione, & ipſius partibus agẽdo,
2 Prima eſt ipſa renuntiatio, quæ dirigit ſermonem ad ipſam rem renunciatam, prout inquit Pariſius noſter in conſ. 26. nu. 44. lib. 3. & quando adſit vera ipſius rei renuntiatio idem ibidem nu. 40. Minad. conſ. 22. nu. 5. & 6. eſtq; iſta renuntiatio realis expræſſa, quæ parum habet neceſſitatem interpretationis, cùm excludat perpetuò renunciantem, vt de Pont. conſ. 40. num. 11. ſicut quando in feudo diximus totaliter eſſe abdicatum ipſum renunciantem in c. 1. de eo qui finem fecit, quãdo ſcilicet renunciauit, quòd nec vt filia, nec vt legitima, nec vt agnata poſſet ſuccedere, vt inquit Nap. hic nu. 37. ibi, ſecus ſi renunciaſſet, quod eſt, quando omnino hæreditatibus competentibus, vel competituris renuntiauit, quia perinde eſt, ac ſi renunciaſſet ſucceſſioni, vnde liberi, vnde agnati, & vnde cognati Menoch. conſ. 401. nu. 104. Et optimè Iſer. in c. 1. de eo qui fin. fecit ver. primuṁ eſt. vbi de verbo omnino, de quo verbo videas relatos per Liparul. ibidem ad Andream, & Loffred. in tit. de nat. ſucceſſ. feud. col. 12. verſ. cùm ergo in fin. & ver. ſeq. In diſinita enim renunciatio continet futuram ſucceſſionem, vt concludit Caſſaneus conſ. 4. in primo dubio, & melius futura compræhendentur, quando de futuris in ſpecie eſt in renunciatione dictũ DD. in l. 1. C. de pact. vbi Bar. nu. 4. circa fin. Iaſ. nu. 17. Decius nu. 12. & licèt inter Doct. ſit indubitatum renunciationem Iuris de futuro non valere, vt in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione ff. de leg. 2. Iſer. in tit. qui ſucceſſ. teneantur col. 6. in fin. pacto valet, vt ibi per Iſer. Itẽ ſtipulatione Paris. noſter dicto conſ. 26. nu. 4. & 44. Minad. conſ. 22. nu. 3. Ann. conſ. 45 nu. 24. cum ſeq. ſicq; ipſam renunciationem firmat dictio, in perpetuum, prout notat Laur. de Pin. conſ. 69. nu. 15. Item quando renunciatio proceſſit his verbis, renuntio iuri, quod habeo, & habere ſpero in ſuturum in bonis illis, quo caſu, etiam, quando illa bona à patre ad fratrem peruenirent, eſſet ab illis excluſa ipſa renuncians. Menoch. conſ. 401. nu. 117. Item ſi in ſucceſſione paterna, vel fraterna vellet ſibi præferri quemlibet conſanguineum remotiorem, vel etiam fiſcum, iuxta cautelam traditam à Gomez in l. 22. Thaur. nu. 12. ver. quod tamen, Iſer. in c. 1. §. ſapientes. de eo qui fin. fecit, vt etiam dixit hanc abdicatiuam renunciationem Ruinus conſ. 11. vol. 1. num. 10. cum renuntiatio ſit, vt ſuccedant remotiores, vel vt excludatur etiam ex noua cauſa ſuperueniente, quo caſu dicunt DD. eſſe omnino excluſam perſonã renũtiantem, ita Menoch. conſ. 401. nu. 119. & ſeq. quemadmodũ quando renunciatio eſt facta ad ſtabiliendum perpetuum maioratum, nam tunc per perpetuitatem maioratus excluditur ſemper ipſa renuncians, prout optimè dicit Molina de
3 primogen. c. 3. nu. 48. lib. 2. † Sic etiam non eſt de renunciatione quærendum quę fuit penitus tranſlatiua, nam illa non eſt vera renunciatio, ſed acquiſitio, & ceſſio alteri facta, vt quando ſit fauore vnius ex pluribus hęredibus, alias omnibus acquireretur ius renuntiatum, prout ex Paul. Caſtrens. in l. ſi actionem C. de pact. ex mente Dyn. de Franch. deciſ. 14. nu. 21. & dec. 101. nu. 20. & dec. 32. nu. 10. Anna conſ. 45. de tranſlatiua renunciatione. & Gratia. diſcept. for. 132. per tot. & realem eſſe renunciationem illius portionis dixit Soci. quando tranſlatio prædicta ſit in ipſum, cui ſit renunciatio, nec cadit in ea contemplationis interpretatio Soc. conſ. 34. nu. 5. lib. 4. & ratio eſt, quia ex parte ipſius, qui renuntiat non dicitur renuntiatio, ſed acquiſitio, & ad alium tranſlatio, & ſic diſponit renuncians poſt acquiſitionem; quãdo verò poſſint dici tranſlatiuæ renũciationes, latè dixit Ann. d. conſ. 45. & infra locis ſuis dicetur; Altera igitur ex prædictis non cadit in noſtra diſcuſſione, quia eſt totalis abdicatio; Altera quia eſt totalis acquiſitio, & regulatur potius iuxta regulas donationis, quam renunciationis, ita optimè Aldobrandin. in conſ. 26. num. 19. lib. 1. quando

conſtat, quod renuncians habuerit animum donandi, nu.36. cum ſeq.

4 Sed & pactum de nõ petendo præcipuum eſt in ipſis renunciationibus, in quo vnum notandum dixit Bal. in l.ſi actionem, num.8. de pact. aliud, ſcilicet, eſſe pactum de non petendo, aliud eſſe renunciationem, quia renunciatio operatur ius accreſcendi in beneficiũ alterius cohæredis, pactum verò eſt in beneficium ſolius, cui fit: conſiderauit pactum hoc Pariſius noſter pro validiore excluſione renunciantis in prædicto conſil.76. num.40.& 46. ibi, in perpetuum non petere, quæ verba efficiunt perpetuum pactum de non petendo, iuxta ea, quæ dicit Bal. in final. verb. in d.l.ſi actionem, quando habuit paciſcens animum remittẽdi omnibus, ſic etiam conſiderauit Angel. in prædicto conſ.52. in princ. ibi finem, & remiſsionem, promiſsionem, & pactum de non plus petendo; operatur enim tale pactum, quòd renuncians renunciet id, quod eo momento, quo renũciat, ſi vellet, poſſet acquirere, non autem in iјs, quæ nequiret acquirere, l.ſi ita ſcriptum 46. §.ſi ſub conditione, ff.de legat.2. l.is, qui, l.is poteſt, ff.de acq.hæred. l.qui poteſt, §.quod quis, ff.de reg.iur. pacto verò ad futura deuoluenda ſe adſtringit, ea conditione ſi hæreditas deferatur non petere, nec ſuccedere, prout dicit Capyc.num.19.& ante num.14. rationem etiam prædictam aſsignat Cagn. in l.1.num.57.C.de pact.

5 Deducitur implicitè etiam tale pactum ex ipſa renunciatione, quando fit præſente eo, cui fit, & pro ipſo accipiente hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus, l.tale pactum, in princ. ff.de pact. Bar. in d.l.1.nu.4.& alij omnes, & ſignãter Cagnolus nu.57. ſequitur Surd.cõſ.339. num.3.& 4. vol.3. Nap.conſuet.ſi quis, vel ſi qua, nu.196. Tiraq.de retract.lignag.§.81. glo.9.nu.126. Laurent.de Pin.conſ.70.nu.6.

6 Sic etiam quando in ipſa renunciatione adeſt diſpoſitio bonorum renunciatorum in beneficium ipſorum, in quorum beneficium efficitur renunciatio in illa clauſula, ſibi, & ſuis hæredibus, ad diſponendum, &c. & id poteſt fieri etiã de iure futuro, tex. in l.ſpem, C.de donat. quæ ſub modo, vbi Doct. quem ponderat Napod. d. conſ.ſi quis, vel ſi qua,

7 num.201. Capyc.dec.159.nu.10. † Et prædictum pactum modo prædicto, quando fieret à moniali, poſſet cum conſenſu Monaſterij fieri, & Monaſteriũ teneretur ſtare renunciationi, Bald.conſ.246. monialis, lib.1. Purpurat. nu.191. Cagnol.nu.24. in l.fin. C.de pact. Couarr.c.quamuis, in 3.par.§.2.nu.5. Minad. in conſt. in aliquibus, not.8. in fine.

8 Sed & præcipua eſt cautela renunciationum, quæ per Aquilianam ſtipulationem fit, ac acceptilationem, iuxta conſ.Romani 22. per quod dixit Ant.de Alexãdro, quòd licet maſculus, cuius contemplatione fit renunciatio, moriatur, tamen non ſuccedit renuncians, quando interuenit acceptilatio, in addit. hic, quæ incipit, Aduerte, ſub nu. hic 31. ver. limita ſecũdò, contra quem tenet Piſanellus in addit. ad conſuet.ſi quis, vel ſi qua, ſub nu. 195. in addit. quæ incipit, Hic eſſent repetenda, & bene dicit Piſanell. in eo, quod inquit in eo caſu, quo maſculi contemplati præmoriuntur antequam fiat caſus delationis hæreditatis, nihil Aquilianam operari, ſed dum nititur ſoluere oppoſitionem, quæ fiebat de prædicto conſ.Romani, paululum ſubſiſtendum cenſeo, tam in dictis per Piſanell. loc.cit. quàm per Loffred. in tit.de natu.ſucceſſ.feud.col.13. dum nituntur am-

9 bo ſoluere conſilium Romani, † & prima eſt ſolutio, dũ dicunt in caſu illius conſilij fuiſſe factam renunciationem in manus ipſius domini directi, ad cuius cõſilij caſum omnino aptari non poteſt prædicta ſolutio: ibi enim pater poſſidebat, & habebat filiam, & filium, renunciauit filia, quo modo poteſt ſupponi eſſe factam renũciationem in manu domini à filia, quæ realiter emphyteuſim nõ poſsidebat? Dico plus, nam ſi agitur, quòd ipſa vti filia poterat vocari inſimul cũ eius fratre, licet fuiſſet inueſtitus pater pro ſe, & filijs, ipſa tamen ſemper æquè vocabatur, & ibi agitur de emphyteuſi noua in perſona patris; quo caſu nullum video effectum operari poſſe inueſtiturã de nouo ex dictis per Iſer. & alios in c.de eo, qui finem fecit, quia tunc noua inueſtitura operatur excluſionem renunciantis, quando per renunciationem, & inueſtiturã de nouo res deueniret ad agnatum, qui non ſuccedit in emphyteuſi noua, at cum hic ſimus inter patrem, & filios, non video ad quid talis noua inueſtitura poſsit operari, cùm filij ſuccedant ſemper in emphyteuſi noua pro ſe, & filijs, quòd verò pater poſſideret emphyteuſim tempore renunciationis, hoc dixit Rom. ibi, *Vnde cum tempore dictæ renunciationis.*

Nec obſtat, quod idem Rom. ibi num.3. ver.ſecundo, quia ſi paciſcar, dũ allegat tex. in c.cũ inter P.Gaufr.de renunc. loqui videatur de renouatione, quaſi in eo conſil. agatur de renouatione emphyteuſis, nã ſi eſſet facta in manu domini, & fuiſſet frater inueſtitus de nouo, non potuiſſet tractari de excluſione iuris futuri, quia nunquam potuiſſet dari caſus, in quo ipſa filia potuiſſet ſuccedere in fu-

futurum,prout ipſe ponderat verba contractus renunciationis, ibi, iuri competenti,& competituro: agitur enim ibi de ſuccedẽdo per amitam in caſu quo mortuo patre,ſucceſſerat filius maſculus,frater renunciantis, & poſtmodum ipſius filius,qui mortuus fuit abſque alio filio, an.ſ.poſſet ipſa renuncians ſuccedere,& excluditeam ex renunciatione, ergo nõ erat facta noua inueſtitura ipſi fratri, quia ex ratione inueſtituræ excluſa remanſiſſet,& non ex ratione renunciationis, & tamen de hoc nihil in d.conſil.ſed & cap. prædictum cum inter P. Gaufred. allegatur ad probandũ, quòd licèt filia renuntiauerit ſucceſſioni patris, tamen ibi prætendit ſuccedere ex noua cauſa ſucceſſionis delatæ ipſius nepotis ex fratre,ſic allegat eũdem tex. idem Rom. conſ. 168. nu.2. & ex communi Doctorum ſententia Tellius d.l.6. Thaur. nu.40. quaſi ex noua cauſa debeat admitti.

10 Secundò dicebat prædictum conſiliũ non loqui de renunciatione,& acceptilatione iuris de futuro,prout innuit Piſanell. loco cit. ſed de re competenti de præſenti: at in hoc verba conſilij ſunt contraria, cùm ibi expreſsè ponderet Romanus de futuro, & dicat illa verba nihil operari, niſi in prædicto caſu, & inferius dicetur melius; dum verò aliqui prætendunt acceptilationem,nõ poſſe operari in re, quæ de futuro, & ſub conditione competere poſſet,notandum eſt,quod Romanum intellexit in iure de futuro in acceptilationẽ deducto, Laur.de Pin.conſ.69. nu. 14.in fin. verb. vbi dicit Romanum ponderare acceptilationẽ,per quam reſoluitur omne ius de futuro ipſius renunciantis, & licèt Loffred. & Piſanell. loc.cit. teneant in eo caſu acceptilationẽ non operari,& quod ſit neceſſaria exiſtentia iuris in acceptilationem deducti, quia non entis, nullæ ſunt qualitates,l.pen.ff.ſi cer.petat.l.decem,ff.de verb.obl. & quod oporteat eſſe debitum, vt ſolui poſſit,l.quoties,ff.de ſolut.l.eleganter, §.ſi quis poſt,ff.de condit.indebiti, vana eſt prædicta ſolutio,cùm ſit tex. clariſſimus in l.quod in diem,ff.de accept.vbi poteſt in acceptilationem deduci id,quod in diem, vel ſub cõditione debetur:eſt verum,quòd perficitur acceptilatio, adueniente conditione, vel die, prout caſus renunciationis futurorum,quia adueniente conditione delationis ſucceſſionis perficitur acceptilatio, ſic etiã

11 tex.in l.ſi ſub conditione,ff.de acceptil. † in quo tex.notãda eſt ambiguitas,gloſ.in verb. nouandi cauſa,dum difficultat nouationem, ſupponendo ex legato in ſtipulatione tunc nouari debitum quando debitum erat purum ex legato, & nouetur ſub conditione, vel è contra, quaſi non poſsit eſſe nouatio, quando eodem modo è legato in ſtipulationem debitum nouatur,licèt ſemper, vel ſub conditione,vel purè debeatur,prout eſt,tex. in l.ſiſti cum §.legata,ff.de nouat. ex quibus non benè dictum putarem renunciationes in iuribus de futuro non iuuari acceptilatione; Nam licèt in alijs ſit benè dictum, in hoc non ſequor prædictam opin. quicquid in contrarium allegetur Gabriell. conſ.89. nu.13.vol.1. qui non intrat difficultatem.

12 Quare aliter intelligendus eſt Romanus in prædicto conſilio, & primò ſuppõnẽdum eſt caſum renunciationis fuiſſe ſequutum; nam poſt renunciationem factam moritur pater,ſuccedit vigore renunciationis ipſe filius Franciſcus,moritur Franciſcus, & ſucceſsit Safingianus filius; moritur Safingianus, & cõcurrit dominus directus, & amita, quæ renunciauerat, cõcludit excludendam, & rectè ipſe Romanus, quia ibi agitur de reali, & vera renũciatione; nam fit ſpecifica renunciatio omnis iuris competentis,& cõpetituri in bonis emphyteoticis, & ſic competentis, explicatur pro ſucceſsione ipſius patris, nam vocabatur pro dimidia cum fratre, ac verbum competituri, nullã aliam interpretationẽ habebat,niſi quia hæreditas poterat deuolui ex aliqua cauſa de futuro, in ipſis rebus acceptilatio perficit tunc contractum, quia agitur de certa re,& vult ipſa renuncians ſe excludere ab illa re totaliter, cùm dicat omnis iuris,hic eſt caſus conſideratus ab Iſern.in d.cap. de eo, qui fin. fecit, dum quando omnino renunciat,inquit Iſer. quia dixit omnino, qui omne dicit,nihil excipit,ff.de ſeruit.vrb.prædior.l.ſi ſeruitus,& tex.in d.cap.de eo,qui finem fecit,intelligit, quando renunciatio præceſsit de illo tãtum caſu ſucceſsionis, & per hoc ibi ſuccedit, quando ſit alius caſus. Et ego non video quare in caſu prædicti conſilij ſoror non debeat ſemper excludi, quoniam proceſſit indiuidua renũciatio certæ rei cum acceptilatione, & iuramento,ac pacto, prout optimè dicit Menoch. conſ.441. num.117. vbi quando quis renunciat iuri, quod habet, vel habere ſperat in futurum in illis bonis, eſt merè realis renunciatio.At quando ſunt renunciationes generales, acceptilationẽ non ita operari ſolutionem incerti debiti, & generici, & quòd validior ſit ſpecialis,quàm generalis renunciatio probat latè Guttier. de iuramento par.1.cap.76.in princ.& præ-

13 ſertim cum iuramento,& cap.23. † Ex quibus illud erit abſolutum, quòd renunciatio

Digitized by Google

perficitur magis ab ipſa acceptilatione in
ſui natura, verum nunquam per ipſam acce-
ptilationem naturam ipſius contractus alte-
rari, ſed confirmari, & hæc eſt veritas, & ſic
intelligendus eſt Rom. in prædicto conſ. 22.
quicquid cæteri dicant, cùm ſi Franciſcus
filius mortuus viuẽte patre, & ſine alio filio,
& maſculi fuiſſent omnes mortui ante dela-
tionẽ ſucceſsionis, res habuiſſet in caſu dicti
conſil. aliquam difficultatem, tamen ſtante
ſpecifica renunciatione omnis iuris compe-
tentis, & competitori potuiſſet excludi per
dicta ſupra ex Iſern. in prædicto cap. de eo,
qui fin. fecit, eſt enim ſermo renunciationis
in ipſam rem directus, prout inquit Pariſ.
conſ. 26. num. 44. lib. 3. & alij ſupra in princ.
14 hic relati, † & dum Piſanell. & Loffr. notant
Romanum in eo, quod referat pro ſe Bal. in
l. ſi actionem, C. de pact. dum dicũt, Baldum
loqui pro renunciante, non benè dicũt, nam
Baldus inquit, quod quando eſt ſimplex pa-
ctum de non petendo, hoc procedit, non au-
tem quando eſt realis, ac totalis rei renun-
ciatio, prout eſt caſus Romani, vnde malè
intelligunt Romanum.
15 Sequitur Nap. hic nu. 34. quæſtionem de
iuramento, an ſcilicet iuramentũ efficiat for
tiorem realem renunciationem ad excludẽ-
dam renunciantem, tamen tractat illam in
caſu quo renuncians præmoritur, & hæredi-
tas non defertur, quo caſu eſt caſus indubi-
tabilis, cùm penitus annulletur ipſe contra-
ctus principalis, prout infra dicetur, dum de
interpretatione renũciationis agetur in ſe-
cunda inſpectione perſonæ renunciantis, &
ex ibi dictis, & per Nap. etiam hic res non
habet difficultatem, iddem crederem in
omnibus, & per omnia in cæteris caſibus,
in quibus renunciatio non obſtaret, ex ibi
dictis, quia iuramentum aſſumit naturam
actus in quo interponitur, Bal. de renuncia-
tione in ſpecie in conſ. 437. quædam puella
ſæpè citando, ſed diſtinguendum erit, quod
aut iuramentũ eſt poſitũ in executiuis, & ſe-
quitur naturam actus; aut eſt præciſum, &
continet in ſe præciſam ipſius obſeruantiã,
ita Guttier. in tract. de iuramento par. 1. c.
39. nu. 6. & idem Guttier. in prædicto tracta-
tu par. 1. c. 27. nu. 2. 3. & ſecundum prædicta
comprobantur dicta per Dec. in conſ. 270.
in primo dubio ad intellectum leg. vbi ita,
ff. de donat. cauſ. mort. vbi promiſſio de non
reuocãdo tunc mutat naturam donationis,
& illam facit donationem inter viuos quan-
do eſt poſita in ſubſtantialibus: at quando
in executiuis promiſſio intelligitur de non
contraueniendo naturalibus ipſius; ſimilis
diſtinctio in clauſula omni meliori modo, po
nitur per Ann. alleg. 19. nu. 27. vid. Cur. iun.
conſ. 119. & addit. Mangrell. in l. Cod. ſi mi-
nor ſe maior. ad prædicta omnia Theſaur.
quæſt. for. 53. lib. 2. Gratian. diſcept. for. c. 2.
num. 53. & ſeq. vbi in ſpecie de iuramento,
quod ſequatur naturam contractus, quando
ponitur in executiuis, vid. Couarr. in d. cap.
quamuis pactum §. 4. de pact. in 6.
16 Vnum tamen optimè operatur iuramen-
tum, quod firmat renũciationem iurium fu-
turorum, Bal. in l. pactum dotale, q. 9. C. de
collat. Cuman. in l. ſi quis hæres, ff. de acqu.
hæred. Pariſ. noſter d. cõſ. 26. nu. 5. & melius
validat pactum de non ſuccedendo per filiã
factum patri contentam dote ſibi tradita,
Pariſ. conſ. prædicto, nu. 7. & quod diſpoſitio
c. quamuis procedat etiam ex diſpoſitione
iuris communis, Pariſ. ibidem, nu. 10. Sed
vide Guttier. in repetitione, c. quamuis, ſub
verbo improbet lex ciuilis, & alij relati per
eum in principio ipſius repetitionis.
17 An verò certioratio in renunciatione re-
quiratur, vt, ſcilicet, renuncians ſit certifica-
ta iuris, quod renũciat, Nap. hic nu. 37. dum
dicit alij dicunt; aut fuit certificata, aut nõ,
& refert ſe ad Archidiaconum in d. c. quam-
uis pactum, nu. 3. qui tenet non eſſe neceſſa-
riam, cum cap. prædictum quamuis, indiſtin
ctè loquatur, videtur per conſequens tenere
opinionem Archidiaconi, d. c. quamuis, ſic
etiam tenent Dominic. de Sancto Gemin. &
Philipp. Franch. ibi col. 3. verſ. ſed in contra-
riũ facit, & Guid. Pap. in dec. 227. dixit, quod
per prius erat in contraria opinione, & poſt-
modum, viſis prædictis auctoritatibus, mu-
tauit opinionem, & hanc etiam opinionem
ſequitur Couar. in relect. dicti cap. quamuis
in 3. par. §. 1. verſ. 8. & latiſſimè fundat in
materia iuramenti Guttier. in repet. Auth.
Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. venditio-
nem, & nouiſſimè Caſtill. lib. 3. c. 2. rer. quo-
tid. nu. 8. qui nu. 11. tenet, veriorem, & com-
muniorem Bart. ſententiam, quòd, ſcilicet,
interueniente iuramento, certioratio non ſit
neceſſaria; ſed bona ad cautelam, & in ter-
minis in materia renunciationis ex commu
ni Doctorum opinione tenet Aldobrandin.
conſ. 26. lib. 1. nu. 44. vbi iuramentum inter-
ueniens in renunciatione excludit renunciã-
tem à beneficio ſibi competenti, quod non
fuerit certioratus, quicquid contra teneat
Reuerendus Molfeſius in ſuis commentar.
in cap. de renunciat. quæſt. 11. qui verè quæ-
ſtionem non tractat, ſupponendo, quod iu-
ramentum interuenerit, prout nos egimus,
videas etiam Napod. in conſ. fin. num. 132.
de

Digitized by Google

de iur.quartæ,vbi referendo Archid.& alios tenet certiorationem minoris paragij excludere filiam dotatam à patre, ac renunciantem cum iuramento bonis paternis, & maternis à petitione ſupplementi paragij, & ratio deciſionis prædictæ eſt, quia non præſumitur voluiſſe renunciare niſi ſucceſſioni,non autem ſupplemento paragij, ſed ſi rectè aduertatur, ibi certioratio non facit renunciationem eſſe firmiorem,ſed præſumi renunciatum ipſi ſupplemento; & tunc bene diceremus, quod per certiorationem quis rei de qua eſt certiorata cenſeatur renũciaſſe, at quod ſi expreſsè dicto ſupplemento renunciaſſet cum iuramento requiratur certioratio, hoc non dicit, cogita tamen quia Archid. non videtur dicere id ad quod allegatur, imò in materia legis ſecundæ de reſcind.vend.in qua Nap.ſe fundat loc.cit.cõtra opinionem Nap. eſt hodie communior Doctorum opinio, vt diximus, ex quibus nõ diſcedo ab opinione prædicta, implicita ipſius Nap.& tex. prædicti, ac Doctorum cõ-
18 muni authoritate comprobata. † Accedat prædictis,quod ſtante conſuetudine noſtra, quia filia,dotata de bonis parentum, excluditur per maſculos ab omnibus alijs ſucceſſionibus, firmior redditur renunciatio prædicta, quaſi cohærentia cõſuetudinis veſtiatur, prout in ſimili in renunciatione *Alla nuoua manera*,dicimus,& refert Ann.conſ. 119. nu.27. vbi quando cum conſuetudine concurrit pactum,& contractus, dicit operari hæc duo, etiam vt conſuetudo ſeruetur in bonis ſitis extra diſtrictum,in quibus conſuetudo effectum non ſortiretur ex defectu poteſtatis, & videas per eum ibi relatos.

Repet. par. 3. §. 5.

1 *Renunciatio in dubio interpretatur iuxta naturam ipſius conſuetudinis in caſibus in quibus conſuetudo non extenditur*

2 *Renunciatio annullatur præmoriente renunciante ipſi, de cuius hæreditate agitur, nec ipſius filiis obſtabit ex propria perſona venientibus, nu.3. etiam ſi dote recepta, mater renunciaſſet, nu.4.*

5 *D.de Franch in addit.ad conſ.ſi moriatur, ſub num.39. quæ incipit, Vide Decium, notatur, & oſtenditur renunciationem in caſu prædicto quo renuncians præmoritur,eſſe nullam tam ab inteſtato,quàm in caſu, quo ſit teſtamentum,contra teſtamentum.*

6 *Renunciatione annullata ex præmorientia renunciantis omnes clauſulæ acceſſoria, num.10. etiam promiſſiones de proprio, quatenus filij venirent ex propria perſona excluduntur, & annullantur, & refertur deciſio Sac.Conſ.d.nu.6.*

7 *Filii renunciantis in caſu nullitatis prædictæ renũciationis etiam ex ſubingreſſione admitti poſſunt, etiam ſi adierint, & non repudiauerint matris hæreditatem, num.8.& 11.*

9 *Molfeſius notatur in quæſt. 5. de renunc. num.3 & 15.*

12 *Filii ſucceſſores matris renunciantis, & hæredes in caſu prædicto, quo eorum mater præmoritur, an teneantur ſuccedentes ex propria perſona conferre dotes à matre receptas tempore renũciationis.*

§.5. *De interpretatione ipſius renunciationis ex parte conſuetudinis, & perſonæ renunciantis.*

1 AD ſecundum principale de interpretatione renũciationis deueniẽdo, videamus primò de inſpectione ipſius conſuetudinis, nam licet renunciatio ſit adinuenta ad ſupplendum defectum cõſuetudinis, ſcilicet, vt in ijs terminis,& caſibus,in quibus conſuetudo locũ ſibi vindicare nõ poſſit, ſuppleret ipſa renunciatio, veluti dũ cõtrahitur extra diſtrictũ, & in bonis ſitis extra diſtrictum, prout ponderat Capyc.in dec.159.nu.3. & optimè loquitur Ann.cõſ. 119.n.27.omnino videndus;tamen dũ de renunciatione interpretanda tractamus,potiſsima erit ratio interpretationis,vt iuxta ipſius conſuetudinis terminos interpretationẽ ſuſcipiamus:ità in ſimili Caſſan.conſ.4.nu.12.& inquit Capyc. loc.cit.num 9. etiam verba ipſarum renunciationum,eſſe iuxta conſuetudinis diſpoſitionem interpretanda,prout ibi lineam maternam interpretatur,& Puteus in conſ.vlt. lib.1. Sforz. Odd.nu.38.ver.primo, quia id notiſſimũ, vt ſi extat ſtatutum,quo fœmina à fratribus conſanguineis excludatur,cẽſeatur perſona fratrum conſiderata,ſi quod excludatur etiam à maſculis agnatis remotioribus fauore illorũ ſimiliter cenſeatur facta renunciatio, prout eſt caſus d.conſil.vltimi Sforz.Odd.qui eſt Putei,& videas illũ ibidẽ, num.39.ad prædicta, & parificatur excluſio per ſtatutum excluſioni per renũciationem, Cancer.c.18.nu.9. ex Puteo nu.43.loc.cit. & huc omnia illa principia ſpectant, quibus dicimus ipſos contrahentes cenſeri ſe con-

formari cum diſpoſitione Statuti,& conſuetudinis,alias ſi intelligenda eſſet renunciatio in indiuiduo,prout conſuetudo diſponit,ipſa renunciatio non fuiſſet neceſſaria, vt hic in principio dictum eſt ex Alex.cõſ.29.col.4. verſ. Comprobatur,vol.3.Laur.de Pin.conſ. 69. nu.3. in fi. & ſic erit intelligendum id, quod hic dicit Nap.nu.33.quòd pactum ſuccedendi non mutat ius ſucceſſionis, vt, ſcilicet,fœmina propter maſculum præferẽdum excludatur. Facit dictum Minad. in repetit. conſt.in aliquibus,in 8.not.nu.10. in fi. verſ. immo.

2 Secunda erit inſpectio,quòad ipſam interpretationem in perſona,quæ facit ipſam renunciationem, ipſe enim,& quilibet alius ex ipſius perſona renunciatione prædicta excluditur,ita Anna conſ.45.nu.92.qui renunciãs ſi non exiſtat tempore quo defertur ipſa hęreditas, nulla eſt renunciatio, quia ſi cauſa agens eſt ipſe renuncians, & tractatur de renunciatione iuris futuri,ſi potẽtia iſtius ſucceſſionis ad actum non deducitur,non poteſt dici renunciatio, & ideo Doct.ſemper in renunciatione intellexerunt per neceſſariũ antecedens,vt ius renunciatum,quandóque deferatur ei,qui renunciat,alias,ipſo renunciãte præmoriẽte antequam fiat delatio,annullatur ipſa renunciatio, & habetur pro nõ facta, Paul.Caſtr.in l.qui ſuperſtitis,nu.3.verſ. aut filia,ff.de acq.hæred.Bal.& Alex.in l.pactum dotale, num.7. C.de collat. idem Alex. conſ.7.vol.1.Marant. diſput.10. nu.8.32.& 33.Beltrand. conſ.138.vol.4. Loffred.d.c.1. col.4.verſ.& iuxta, Tiraquel. de primogen. q.12.nu.2.q.40.nu.119.& 120.Couar.in repetit.c.quamuis pactũ,par.3.§.2.nu.4. Surd. conſ.133.nu.18.& 19.latius conſ.332.nu.3. cum ſeq. Aymo.conſ.703.nu.1. Becius conſ. 107. nu 14. & Cod. Fabrian. in tit. de pact. defin.14.in vltima edit.

3 Qua renunciatione annullata, non eſt curandum quid ſit, & quomodo in ea promiſſio facta pro ipſius confirmatione, ita vt etiam ſi ipſa filia,dote recepta, renunciauerit, annullata modo prędicto renunciatione nihil renuntiatio obſtabit ipſius filijs venientibus ex propria perſona,ita ex communiori DD.ſententia teneo contra Romanum intellectum eo modo quo ipſi Doct. communiter intelligunt, qui in hoc putauit non eſſe ſimplicem renunciationem,ſed quietationem,quem aliqui Doct. ſecuti ſunt, in hoc enim communi ſcribentium calculo reprobatur, vt patet ex Alex. in d.l. pactum dotale, Herculan. in l. in quartam col.41.ver. facit etiam ff.ad l.Falcid.Francus,& Natta in d.c.quamuis, nu.56. de pact.in 6. Gozadin. conſ.75. col. pen. & fin. Crauet. conſ 84.nu.5. Marant.conſ.104. Grammatic. deciſ 57 nu.39. qui teſtatur de communiori, & illam probarunt addentes reprobatæ m.ad conſ.Decij 181.in apoſtil.in verb.reprobare, Gabriel.lib.3.tit.de iur.dot. concluſ.1.nu.47.Surd.conſ.332.vol.3.nu.11. de Franchis dec.67.nu.4.Cancer.lib.3. c.15. num.44. qui defendit eandem concluſionem

4 ex communiori,& veriori opin.† etiam ſi renunciaſſet,dote recepta, ipſa mater, & Cod. Fabrian.definit.5.in tit.de pact. & reprobãt Romanum,Freccia,Capyc.Piſanel.& alij in addit ad conſ. hanc noſtram fol. 82. & ſeq.

5 † ex quibus nõ video quonam modo voluerit limitare prędictam concluſionem dominus de Franch. hic in addit. quæ incipit, vide Decium ſub nu. 39. ipſam ſcilicet procedere in ſucceſſione ab inteſtato, & non in ſucceſſione contra teſtamentum, niſi intelligas reſpectu tranſuerſalium,nam ſi iſti ſunt de illis, quibus legitima competit, non poterunt excludi per prædictam renunciationem, quia hæreditas non fuit delata eorum matri, & defertur ipſis nepotibus, ergo ipſis debetur legitima eius quod competit ab inteſtato, & ſecundum hos terminos procedit concluſio poſita per Gomez.in d.l.22. nu. 10. & optimè fundat Theſaur. dicto c.90. lib.2. nu.11. qui non faciunt differentiam inter petitionẽ ſucceſſionis ab inteſtato, & petitionem legitimæ contra teſtamentum, tanto minus benè dicit in loco prędicto D. de Franch. (ſalua pace tanti Viri dictum ſit) cùm dicat in ſucceſſione,facto teſtamento, iſtos nepotes, mortua matre, viuente patre, & nõ delata ſucceſſione,excludi a medietate debita de cõſuetudine in bonis antiquis; ſiquidẽ iſta medietas nõ poteſt dici renũciata, quia eatenus ipſam renũciat filia, quatenus ei cũ effectu defertur, & hoc modo excluduntur proximiores, quia verè,& realiter iſta portio ſic delata peruenit ad ipſum hæredem ex teſtamẽto; at quãdo nõ defertur iſta ſucceſſio ipſi matri, medietas bonorum antiquorum vadit recta via ad illos, qui ab inteſtato vocantur, & remanet indiſpoſita,nec poteſt dici quòd a filia, quæ renunciauit perueniat ad hęredem inſtitutum repræſentantem perſonam ipſius teſtatoris, quia filia iſta renuncians non reperitur tempore,quo defertur hæreditas,ſed defertur ipſis nepotibus, & iſta eſt pura veritas ex prædictis ſupra allegatis. Nec obſtat,quòd dicit D. de Franch. quòd inſtituti reperiunt hoc ius in hæreditate, quia hoc non procedit, niſi quando ipſa filia viuit tempore, quo pater moritur; quo caſu non eſt aliqua difficultas,

&

& ſic benè procedunt difficultates in principio factę per eundem Dom.loc.cit. dum dixit in ijs portionibus teſtamentum nihil operari, & militat optimè argumentum à ſucceſſione ab inteſtato deſumptum ad ſucceſsionē, facto teſtamento,iuxta tex.in conſuet.& ſi teſtator, de qua infra, annullata enim renunciatione, prout verè hoc caſu annullatur propter non exiſtentiam conditionis, non poteſt per illam quis excludi, prout in fortioribus caſibus, ſcilicet propter mortem maſculorum contemplatorum dixerunt Tellius in l.6.Thaur.& alij, ibi relati nu. 45. & 46.vbi filia admittitur tam ab inteſtato, quā contra teſtamentum, & tamen ibi non ita realiter annullatur,vt in hoc caſu.

6 Ceſſat etiā hoc caſu Aquiliana ſtipulatio, quia iſta cautela, & clauſula cum omnibus alijs cadit, etiam ſi ipſa renuncians promiſiſſet, quòd ipſius filij non venerint contra renunciationem etiam ex propria perſona promittendo tantundem de proprio, prout fundat optimè Morotius conſ. 22. contra Roma. omnino videndus,& melius,& fuſius fundat Hartman.Piſtor.quęſt.iur.par.3.c.25. illa ratione,quia prędictę,& ſimiles prouiſiones habentur pro clauſulis in executiuis poſitis, & non in diſpoſitiuis, prout in ſimili fundat Gratian. diſcept. for.c.96. nu.23. 33. & 35. & ex his fuit per tres Arbitros Regiū Conſiliarium Alderiſium doctiſsimū virum, ac integerrimum Conſiliarium, ac omnibus numeris abſolutiſsimū Regium Cōſiliarium Rouitum,ac Regium Conſiliariū Gaſparem Palatium in laudo in cauſa inter Elionoram Brancatiam, & Pignatellos pro nullitate renunciationis deciſum, & deinde introducta cauſa in S. C. per viam nullitatis fuit confirmatum, & executum laudum, & fuerunt ex cauſa prędicta admiſsi filij renunciantis ex propria perſona, non obſtantibus prædictis clauſulis, ideo benè videtur dixiſſe Minad. in conſt.in aliquibus,not.3.num.11. eſſe ponendam clauſulam,etiam ſi deferatur,vel nō deferatur ipſa ſucceſſio;ſed tamen etiam tunc intelligerem, dummodo viuat ipſa renūciās, vt illo caſu excludantur ipſius filij ex prædictis rationibus, quia licèt adſint illa verba, poſſunt intelligi eſſe poſita ad excludendos filios veniētes ex propria perſona ad ſucceſſionem, matri nunquam delatam, cum poſſit ante caſum dilationis multipliciter, quā per ipſam mortem mater è medio tollere ſe,& facere locum filijs ſuccedentibus ex propria perſona. Quando verò iam ſucceſſio eſſet delata ipſa matre viuente, excluduntur omnes ex ipſius perſona, ita Gomez in l. 22. Thaur. num.10. verſic. ſecundo caſu principali, col.5. Menoch. conſ. 323. num. 63. & alij ſupra citati, & infra citandi. Vnde addendum putarem clauſulæ poſitæ per Minad. etiam ſi præmoriatur ipſa renuncians.

7 Sed etiam circa prædicta notandū eſt,quòd in caſu prædicto, quando annullatur renunciatio per præmorientiam ipſius renunciantis, adeò annullatur ipſa renunciatio, vt nec ipſius filij ex ſubingreſſione in locum renunciantis damnum ex renūciatione, & obſtaculum ſentire poſſint, ita etiam in hoc caſu veriorem, & communiorem cōtra Romanum, pluribus hinc inde Doctorum auctoritatibus relatis,dicit Theſau.quęſt.for.lib.2.q.90.n.2. in ſecundo caſu, & melius num.17. vſque ad 23.& Cod.Fabrian.in tit.de pact.definit.14. in ſi.num.27.

8 Sic etiam, quando ipſius filij non ſolùm repudiauerint hęreditatem ipſorum matris, ſed ipſam adierint cum beneficio legis,& inuentarij,& quoad hoc, quòd iſta cautela inuentarij nō cenſeatur fruſtratoria,dixit Mar. in prædicta 10.diſp.nu.47. proficeret tamen, quando dos matris eſſet parua, & ſucceſſio magna,ſecundum quod aduertit Minad.in d. conſt.in aliquibus, not.3.nu.11. Sed tamen, quod etiā in caſu prædicto, quando veniunt ex propria perſona filij, etiam quod ſint hæredes ſimpliciter, ſuccedant, verior,& communior eſt in noſtris tribunalibus ſemper ſeruata opinio,quicquid dixerit noſter Napod. hic prout eā tenuit Bar.in d.l.qui ſuperſtitis, num.4. Gugliel.Bened.in c. Raynutius, ver. duas habens filias,num.280. Corn.conſ.258. lit.V. vol.4. Marant.in d.diſput.10.num.38. Couarr.d.c.quamuis,par.3.§.3.nu.6.Crauet. conſ.703. nu.2. ver.pro ſententia hac, lib.4. qui Corneum refert,latè Minad.in prædicta conſt.in aliquibus,in d.nu.11.latiſſimè diſputando articulum de Franch.deciſ.67.per tot. eandem opinionem Napod. hic improbando ſequitur Regens de Ponte conſ 40. num. 6. Surd. conſ.133. verſ.ſecundò reſpondeo, & Ludou.Morot.d.conſ.22.nu.4. cum ſeq. per prædictam rationem, & fundat etiā optimè, & nouiſſimè Theſaur. quæſt. for. lib.2. q.90. nu.11.& Cancer.par.3.q.15.nu.58. qui plures moderniores poſt D.de Franch. deciſ.67.

9 allegat, † quicquid aliter dicat Molſeſius in commentariorum ſuorum, cap. de renunciatione, quæſt. 5. qui num. 3. & 15. conatus eſt cōcordare opiniones in hac quęſt. quæ concordia eſt potius deſtructio, cùm ſatis clara ſit concluſio,quatenus eſſet vera opinio contra tenentium, quòd non ſit niſi pro facul-

Digitized by Google

facultatibus hęreditarijs ab hærede ſtandum dictæ renũciarioni, quam opinionem deinde melius recordatus idem Molfeſius rectiori diſtinctione poſuit in 2. tomo in addit. ad dictam quæſt. nu. 8. & ſeq. vbi refert prædictam deciſionem arbitrorum. Aduertendum eſt etiam, quòd quamuis Minad. in referendo ſententias S. C. faciat differentiam inter ius Conſtitutionum Regni, & conſuetudinum huius Ciuitatis, illa differentia non reſpicit qualitatem illam hæreditariam, ſed capacitatem ſucceſſionis, quod ſcilicet, filii ex fœmina non maſculiata, vel quãdo non eſt ſola, non admittantur ad ſucceſſionẽ non propter qualitatem hæreditariam, quia ſint, vel non ſint hæredes matris; ſed quia incapaces ſucceſsionis, quod ſit clarũ ex deciſ. Capyc. 159. nu. 1. quam allegat vbi ſorores fuerunt excluſæ nedum à ſucceſſione pattui intra diſtinctũ, ſed etiã à nouo paragio ſuper illis bonis. quæ omnia latè ſupra ꝓbauimus, & in tract. de paragio; ſic etiam Capyc. dec. 176. nu. 12. loquitur, quãdo mater eſt excluſa dotatione, vel exiſtentia maſculorum, an nepotes ex ea excludantur, nõ autem loquitur, quando veniret caſus, quo talis fœmina eſſet capax ſucceſſionis, ſed ei obſtaret renunciatio, an talis renunciatio excludat eius filios, ſi fuerint hę-

10 redes. † Eamque concluſionem ita firmiter amplectendam cenſeo, vt nec iuramento validari poſſit, vt ex Bar. firmat idem Theſaur. loc. cit. nu. 13. Nec pacto de non petendo per eandem rationem, quicquid dixerit, & ſenſerit in conttarium Theſau. loc. cit. num. 15. & hanc firmo ex dictis per Hart. Piſtor. loc. cit. & ex prædicta deciſione S.C. & prędictorum arbitrorum, cùm ſemper verum ſit in hoc omnem principalem diſpoſitionem cum ipſius acceſſorijs clauſulis ad non ens reduci per defectum perſonæ ipſius renunciantis.

11 Quemadmodum etiam à Theſau. diſſentio in caſu, quo filij vellent per ſubingreſſionem, & hęredes matris ſimul ad renunciatam ſucceſſionẽ venire, vt per prædicta, nec ijs obſit renunciatio, quicquid dixerit idem Theſaur. loc. cir. nu. 20. in caſu prædicto ſemper intelligendo præmorientiam ipſius renunciantis.

12 Ex quibus vnica illa ratione ſit abſoluta regula infallibilis, quod ſiue ratione ſolennitatum, ſiue ratione ſubingreſſionis, ſiue hęreditatis, ſemper de ea, tanquam de nulla, & ad nihilum reducta, ratio aliqua non habeatur; maximus enim eſt iſte defectus perſonæ ipſius renunciantis: non ramen omittendum, quòd ęqua opinio viſa eſt Doctoribus, quòd quãdo filij iſti, vti hæredes matris, habuerint tãtùm in hæreditate, quòd teneantut confetre in ſucceſſione dotem, quam eorum mater habuerat, cuius contemplatione fecerat renunciationem, vt dicit Cod. Fabrian. in tit. de pact. definit. 16. & definit. 19. Cancer. in cap. de renunciat. num. 67. poſt Gomez, & Gramm. in locis ibi relatis, qui definitionem Fabriani refert lib. 2. tit. 3. definit. 15. & 17. in prima editione, ſed mihi de iure non probari videtur, quod quando non ſit caſus ipſius ſucceſſionis, præmoriẽte matre, poſsit haberi ratio de dote prædicta ſoluta ex cauſa futuræ ſucceſsionis, cum filij nõ poſsint teneri in plus, quã eorũ matet teneretur, quę nõ poteſt teneri, niſi in caſu delationis ſucceſsionis: illud tñ intelligendum, niſi ex diſpoſitione iuris illa dos cenſeretur ad iſtos nepotes peruenire, nõ ab ipſa matre, ſed ab auo, quo caſu quemadmodum datur, imputatio in legitimam, ita etiam collario, argum. l. illud C. de collat. ita de imputatione in terminis prædictis Theſſ. & per eum relati in dec. 237. per tot. præcipuè nu. 10. qui videatur, ſed vide quæ diximus in art. fin. in tract. de parag.

Repetit. Par. 3. §. 6.

1 *Renunciatio hæreditatis delatæ, quæ eſt translatiua, non recipit amplius interpretationem.*

2 *Renuncians excluditur non ſolum à perſona cui ſit renunciatio, ſed etiam ab ipſius hærede, quando renunciatur ei, de cuius hæreditate agitur, & ipſius hæredibus.*

3 *Renuncians patri, & eius hæredibus paternam hæreditatem non poteſt venire contra teſtamentum patris.*

4 *Molfeſius notatur par. 3. de ſucceſs. ex tex. q. 9. nu. 2. de mala Afflicti inductione.*

5 *Renuncians ſucceſsioni conſuetudinis, an poſsit admitti ad portionem bonorũ, quæ ei de conſuetudine defertur extraneo inſtituto, diſcutitur, & remittitur reſolutio infra ad quartam inſpectionem, §. 7.*

6 *Renunciationi conſentire debet is, de cuius hæreditate agitur, qui illum conſenſum reuocare poteſt vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, & qualiter conſenſus poſsit interuenire, & quod procedat in hæreditate certæ perſonæ, non autem incertæ, & ibi remiſsiuè, quæ ſit certa, vel incerta perſona.*

6 *Renuncians inſtituta ab eo, cuius ſucceſsioni renunciauit ſuccedit, non obſtante renunciatione.*

7 *Conſenſus illius, cuius hæreditati renuncia tur, requiritur perſeuerantia vſque ad mor-*

mortem etiã in renunciatione ingredientis Monaſterium, quia poteſt illa non obſtante hæres inſtitui, non obſtante renunciatione.

8 *Conſenſus à patre datus in contractu inter filios de partienda legitima certo modo, non poteſt à patre reuocari abſque conſenſu ipſorum filiorum, nec mutari per inſtitutionem, partitio inter fratres facta, & quando hoc procedat.*

9 *Cõſenſus reuocatio per inſtitutionem ipſius renunciantis an procedat in diſpoſitione bonorum antiquorum in præiudicium aliorum, qui ad illas portiones ex diſpoſitione conſuetudinis vocantur.*

10 *Renuncians in bonis antiquis an poſsit inſtitui etiam in portionibus, in quibus eſt reſtricta poteſtas in præiudicium aliorũ proximiorum, Et quid in aliis, in quibus eſt libera poteſtas, & nu.9.*

11 *Conſenſu tacitè reuocato ab ipſo, de cuius hæreditatis renunciatione agitur, requiritur vt denuo interueniat conſenſus ad renunciationem validandam.*

12 *Renuncians perſona ſi reperitur ſola, quæ poteſt ſuccedere, & non adſit alius, qui ſit veriſimiliter cõtemplatus, ſuccedit etiam ab inteſtato, & cenſetur tacitè vocata.*

13 *Conſenſus reuocatio tacita cum contemplatione perſonarum inſpicitur, in caſu quo renũciatio proceſsit cum conſenſu ipſius, de cuius hæreditate tractatur.*

14 *Renunciatio non ſubſiſtit reſpectu illorũ, qui non conſentiunt renunciationi.*

15 *Sorores, quæ renunciauerunt, ſi non adſit frater, vel alius, qui ex cõſuetudine præfertur, ſuccedunt fratri ab inteſtato, cum alijs ſororibus, quæ non renunciauerunt, niſi adſit aliqua præſumpta voluntas cõtra renunciantes, vt illas voluerit excludere defunctus. & enunciantur coniecturæ, & varij caſus.*

16 *Soror, quæ non renunciauit, non excludit renunciantem, quæ iam nuptui tradita fuit, ſi quæ nondum renunciauit, non fuit nuptui tradita.*

17 *Sororum renunciantium, & non renunciantium adæquatio ex mente teſtatoris, & voluntate licet inualida, an faciat reuocare renunciationem.*

18 *Conſenſus reuocatio in renunciatione requiſitus eius de cuius agitur hæreditate. an fiat per actum nullum, & inualidum,*

19 *Renuncians ſucceſsioni ad beneficium alterius conſucceſſoris, quomodo deficiente perſona contemplata, acquirat ſucceſsionem renunciatã ex noua cauſa, & quod habeat portionem conſucceſſoris deficientis, quam non renunciauit.*

20 *Renunciatio facta à filia bonis paternis, & maternis, quando includat antefatum conſolidatum ob mortem matris, & declaratur Piſanell. in addit. ad conſuetudinem quartam autem, quæ incipit, Ad intellectum iſtius.*

21 *Renũcians cum reperitur proximior qui poſsit ſuccedere perſonæ, cuius ſucceſsioni renunciatur, repræſentando perſonam prædicti, cui fuit ius ex renunciatione quæſitum, ſuccedit in ius renunciatum, ex quo ſibiipſi renunciauit.*

22 *Ius qualiter quæri dicatur fratribus maſculis, vel patri ex renũciatione ſororis.*

§.6. *De interpretatione deſumpta ex perſona, cui ſit renunciatio.*

TErtia eſt inſpectio per-
ſonæ, ipſius, cui fit renũ-
ciatio, & diſtinguo hãc
inſpectionem ab alia de
qua infra, ſcilicet de per-
ſona, cuius contempla-
tione fit renunciatio; in
iſta igitur perſona, cui
1 fit renunciatio, † aut agimus de hæreditate
iam delata, ita vt per renunciationem indu-
catur acquiſitio, & aditio, & inſimul tranſla
tio ipſius hæreditatis, & poſtquam iam eſt
acquiſita, & tranſlata in ipſum, cui fit renũ-
ciatio, non poteſt in ea dari interpretationi
locus, quando verò ſit tranſlatiua ipſa re-
nunciatio latè, ac diſtinctè proſequitur An-
na in conſ.45. ſupra relato per tot. nu.3. &
ſeq. vbi etiam quid in hæreditate deuoluen-
2 da, nu.23. & ſeq. † In quibus caſibus illud
aduertendum erit, quod, ſtante prædicta re-
nunciatione tranſlatiua, vel quando fit ipſi-
met, de cuius ſucceſſione agitur, pro ſe, ſuis
hæredibus, & ſucceſſoribus, ſemper dũ adeſt
perſona ipſa, quæ renunciationem accipit,
durat ipſa renunciatio, & ſuum ſortitur ef-
fectum, ideo quando pater, vel frater, vel
alius, cui fit renunciatio moritur teſtatus,
ex quo iam adeſt perſona illa, quæ renuncia-
tionem recepit, cũ hæredem reliquerit aliũ,
quam ipſum renunciantẽ, excluditur renun-
cians, nec hoc caſu eſt in aliqua conſidera-
tione contemplatio perſonarum, ita Angel.
conſ.52. incip. Dominus Gilius, Aret. in l. qui
ſuperſtitis, ff. de acq. hæred. & Aretin. in cõſ.
17. nu.10. circa med. verſ. item, nec prohibe-
retur: quem refert Put. inter conſilia Sfort.
Oddi conſ. vlt. vol.1. nu.5. Quòd vna ex ra-
tioni-

Digitized by Google

tionibus renunciationis eſt,vt ille,cui fit renunciatio, poſſit liberè de bonis diſponere, & in fratre teſtante deciſum refert Piſanell. hic in addit. quæ incipit,nota quæſtionẽ poſitam,Capyc.deciſ.190.Guid.Pap.dec.192. num.2. ver. & quia non diſpoſuit, de Pont. conſ.40.nu.6. ver.aut loquitur, & in fratribus,Marant.loc.cit.nu.16.& in ſpecie,quod hoc caſu maſculorum contemplatio nõ habeat locum,Laur.de Pin.conſ.69.nu.11.eſtque ratio naturalis,ſi.n.transferuntur realiter iura renũciata in ipſos patrem,fratrem, vel alios, de quorum hæreditate agitur, iſti repræſentant ipſam perſonam,& ideo debet excludi ipſa renuncians, ita Laur. de Pin.d.
3 conſ.69.nu.11.& 12. † nec contra teſtamẽtum poteſt vocari, quia eſt extranea effecta per renunciationẽ, ita Gomez d.l.22.nu.9. & aliàs ſupra diximus, & Cancerius var. reſolut. cap.15. de renunciat. par.3.num.3. & ſequen. Eſt tamen aduertendum, quod Cancerius ibi, dum in principio refert formam renunciationis, non dicit fuiſſe factam ipſi patri, & eius hæredibus, & ſic concludit Molfeſ.in par.3.de ſucceſ.ex teſtamento,q.9.vbi benè limitat,quando mortuus eſt
4 frater ab inteſtato; † in eo verò,quod nu.2. dixit Afflictum contrarium tenere,non benè dicit,quia Afflictus dicit, etiam extraneum hæredem admitti, qui non poteſt, ſi non eſt per viam inſtitutionis, nam Afflict. vel admittit aliam ſororem non nuptam, ſcilicet ab inteſtato,vel extraneum,ſcilicet facta ipſius inſtitutione, aliàs ab inteſtato cenſebitur ipſa eadẽ ſoror inſtituta,vt infra dicetur.

5 Sed & circa prædicta erit aduertendum; nam,ſi filia, vel ſoror renunciat in beneficiũ ipſius patris, vel fratris ſucceſſioni etiam de cõſuetudine ſpectãti, prout in capite de rei inſpectione dicetur, ſiquidem tractamus de bonis,quæ ſunt in libera facultate ipſius diſponentis, procedet diſpoſitiõ : at ſi tractamus de conſuetudine Neapolitana, per quã bona antiqua ligantur pro medietate, vel nouem partibus, iuxta ea, quæ dicentur in repetit.conſ. & ſi teſtator. cùm quaſi iſta videantur etiam obuenta ab ipſa filia,non poterunt alij proximiores, vel ipſamet renunciãs reijci ꝑ ea portione,pro qua cõſuetudo tollit facultatem diſponendi in vltima volũtate,prout in ſimili tenuit Guttier. in repetit. cap.quamuis pactum, num.12.in princ. Ego verò ſecurius teneo procedere in illis bonis, quæ tempore diſpoſitionis iam ſunt antiqua,non autem in alijs,quæ eo tempore ſunt nouiter quæſita, quia non poteſt dici obuentio actus ille,qui tollit obuentionem prout eſt renunciatio; ſublimita tamen, niſi eſſet tranſlatiua renunciatio,quæ includit aditionem, vt ſupra dixi, quia tunc erit verè obuentio, & ligabitur diſpoſitione cõſuetudinis, quod not.quia dicemus infra in repetit.conſ.ſi quis,vel ſi qua,dum de bonorum obuentione tractabimus. Igitur in antiquis dicẽdum, quod ijſdem regulis,quibus inferius dicetur, quando quis moritur ab inteſtato, quod ipſa renuncians vocetur ex diſpoſitione tacita ipſius morientis, ſic pro iſta dimidia eadem ratione vocari debeat ipſa renuncians tam ex diſpoſitione ipſius cõſuetudinis reſiſtentis diſpoſitioni morientium pro prædicta portione, quàm etiã ipſius morientis ſe cum diſpoſitione prædicta confirmantis: ſed prædicta eſſent de directo contra deciſionem S.C. Domini de Franch. deciſ.690. in qua tamen non video has rationes diſcuſſas. Addas etiam, quod iſta diſpoſitio regulatur ſecundùm diſpoſitionem ab inteſtato,vt in conſ.& ſi teſtator. & ibi dicetur, ergo in hoc ſecundùm ipſam iſta renunciatio regulabitur,& erit ipſa filia hæres iſtius portionis, ſic colligitur etiã ex dictis per Menoch. conſ.563. vbi arguit de libera teſtandi facultate, nec ius prædictum ſucceſſionis in bonis antiquis cenſetur mutatum prædicta pactione, prout dicit Nap. hic nu.33. & dicetur infra in repet. conſuet. et ſi teſtator, in illa quæſt.an ipſe cõiunctus concedens bona,poſſit concedere liberam diſpoſitionem in bonis antiquis,ita vt diſponens non arctetur conſuetudinis diſpoſitione pro illis partibus,& dicetur infra in 4.inſpectione, ſed ſoluas,vt ibi in dicta 4.inſpectione,§.7.dicetur, nã optima eſt prædicta deciſio S.C. & de ea non eſt dubitandum.

6 Necnon aduertendum etiam erit in perſona ipſius,cui fit renunciatio inſpiciẽdum eſſe cõſenſum illius,de cuius hæreditate agitur, Caſtill.lib.3. c.9. nu.6.rerum quotidianarum, qui poterit illum reuocare vſque ad mortem, & hæredem inſtituendo ipſammet perſonam,quæ renunciauit,eaque ſuccedet, non obſtante renũciatione Cancer. d.q.15. nu.36.& ſufficit,quod, licèt non interueniat in ipſo actu,ſi certioratus ab altero ex contrahentibus, conſenſum præſtiterit, Cod. Fabr.in tit.de pact.defin.10. vbi licèt nõ valeat ab initio,per ſubſequentem conſenſum confirmatur de prædicto conſenſu ad id requirendo, Guttier.in d. repetit. c.quamuis, nu.2.& Theſaur. quæſt.for. lib.1. c.95.nu.1. Bal. in l.fin. C.de pact. Aret. conſ.93. col.3. tolleretur enim hoc modo libertas teſtandi, Menoch.conſ.563.nu.9. Marãt.q.10.nu.25.

Tel-

Tellius leg. Thaur. nu.40. in prima concluſ.
vbi etiam ſi renunciaſſet expreſsè ſucceſſio-
ni ex teſtamento,& ab inteſtato, iddem loc.
cit.nu.41.Gomez.l.22.Thaur.nu. 10. verſ.2.
& melius, Couarr.in 3.par.cap.quamuis, in
princ. num.8. & 9. plures Doctores allegat.
Menoch. conſ.806. qui hanc concluſionem
pro indubitata firmat, & prædicta ſine diffi-
cultate procedent in ſimplici renunciatione
facta ipſi patri,de cuius ſucceſſione agitur :
poterit enim in eo caſu ex prædictis ſem-
per dictum conſenſum reuocare , & admit-
tere , non obſtante renunciatione , renun-
ciãtem ad ſucceſſionem , Caſtill.d.lib.3.c.9.
num. 6. & melius num. 11.omnino viden-
dus , inde etiam, filia excluſa per renuncia-
tionem,ſi in aliquo inſtituatur , habet peti-
tionẽ ſupplementi legitimæ,ita Nap.infr.in
tit.de iur.quartæ,verſ.ſolutũ,circa fin.& cõſ.
contra inſtrumẽtum, Marant.loc.cit.nu.26.
& prædicta de conſenſu requiſito procedũt
quando agitur de hæreditate certæ perſonæ,
ita Cagnol.in d.l.fin.nu.52.& 95.vbi optime
declarat,quæ ſit incerta hæreditas,& quæ ſit
certa,ita etiam colligitur ex Minad.in octa-
7 uo not.conſtit.in aliquibus,nu.22. † Sed nõ
erit omittendum dictum conſenſum æquè
neceſſariũ eſſe,& ipſius perſeuerantiã vſque
ad mortem , iux.l.fin.C.de pactis,ex prædi-
ctis Doctoribus in renũciatione,quæ fit per
ingredientem monaſterium,ac in renuncia-
tionibus aliarum, vt per Coſtam in tract.de
facti ſcientia,& ignorantia,reg.18.& in hoc
8 Doctores non faciunt differentiam ; † Sed
quando ſtipulatio proceſſit cum ipſis fratri-
bus, qui cum conſenſu ipſius patris inter ſe
ſunt ſtipulati de partienda patris legitima ,
ita vt aliquod ius videatur quæſitũ ipſis fra-
tribus ex illo conſenſu præſtito per patrem
in caſu prædicto,quod tunc pater non poſſit
reuocare illum conſenſum,& renunciantem
inſtituere in præiudicium aliorum , quibus
fuit ius quæſitum,tenuit Vaſq.§.18.nu.145.
Couarr.in 3.par. in princ. num.9. in 4. & 5.
caſu,licèt contra teneat Guttierez in repet.
c. quamuis, in princ.num.5. & ſequitur Tel-
lius in l.6.Thaur. nu.41. & Gomez l.22. nu.
31.& dat rationem Tellius,quia ex renũcia-
tione ſoli patri eſt ius quæſitum, quo renũ-
ciante iuri ſuo,tollitur effectus iuramenti,&
ſic idem Tellius implicat , quod in caſu,quo
eſſet ius quæſitum fratribus , non procedet
prædicta concluſio,prout optimè nouiſſimè
fundat Theſaur. quæſt. for.lib.1. quæſt. 95.
per totam , vbi fundat in ipſa legitima ,
in qua pater non poteſt diſſentire , nec ha-
bet diſpoſitionem liberam , eſſe ius ipſis
fratribus quæſitum , & non poſſe per pa-
trem tolli per inſtitutionem , & conſen-
ſum reuocatum , quare libenter ipſius opi-
nioni in legitima adhærerem , quicquid
dixerit Faber de err. pragmat. decad. 13.
err.10.

9 Hinc ad noſtræ cõſuetudinis propoſitum
iddem dicemus in omnibus caſibus , in qui-
bus de conſuetudine diſponẽs non habet li-
beram diſpoſitionem, vt in illa portione in
qua arctatur facultas diſponendi , ceſſet re-
quiſitum prædictum conſenſus illius , de cu-
ius hæreditate agitur , & per conſequens il-
lius reuocatio , & erit ſimpliciter inſpi-
ciendum, cui erit ius quæſitum ex illa re-
nunciatione , vt ipſis præiudicari non
poſſit , & proinde alios ad prædictas por-
tiones vocari virtute renunciationis , nam
prædictum requiſitum iuxta terminos l.fin.
C. de pact. ſcilicet conſenſus illius , de
cuius hæreditate agitur , procedit in patri-
monio, in quo adeſt libera poteſtas teſtan-
di, quæ ceſſat in bonis antiquis,iuxta dicen-
da infra de ſucceſſione ex teſtamento,& per
hoc inſtitutio non oberit renũciationi,quod
nota. Et probatur prædicta opinio; nam,li-
cèt renunciatio, & pactum de non ſuccedẽ-
10 do requirat conſenſum illius,de cuius hære-
ditate agitur,& regulariter non valeat,id nõ
procedit, quando ſucceſſio venit non ex di-
ſpoſitione ipſius , de cuius morte agitur,ſed
ex alterius fideicommiſſo, & iſtius mors ex-
pectatur, ad faciendum caſum ſucceſſionis ;
nam poteſt fieri pactum, & valet abſque il-
lius conſenſu , ſic probat optimè Gomez d.
l.22.nu.15.hic eſt caſus noſter,quia ad bona
antiqua,tanquam ad fideicommiſſum vocã-
tur proximiores , ita de Franch. deciſ.307.
nu.14.quæ paritas optimè procedit, atten-
ta diſpoſitione in vltima voluntate, licèt ſe-
cus eſſet inter viuos , de Franch. deciſ.690.
non procedet igitur in caſu prædicto con-
ſenſus reuocatio, quia ipſe conſenſus nõ re-
quiritur,cum illa portio obueniat ex proui-
dentia conſuetudinis , vt hic dicit Nap. no-
ſter,nu.39.& ratio eſt manifeſta, quia in vl-
timis de illa medietate, & portione non po-
teſt aliquo modo diſponere , & vadit iure
ſuo ad ipſos proximos , ſeruata forma ſuc-
ceſſionis ab inteſtato , & ab ipſis proxi-
mis ad illos , quibus eſt quæſitum ius ex re-
nunciatione , qui ſunt alij conſucceſſores ,
quod ſecus eſſet , ſi ad ipſiuſmet morientis
beneficium ſimpliciter eſſet renunciatum ,
quia tunc , vt poteſt extraneum inſtituere ,
ſic etiam poſſet ipſum renunciantem in iure
renunciato,tamen ſemper intelligas,quãdo
renun-

Digitized by Google

renunciatio non fuit realis,& merè abdica-
tiua perſonæ renunciantis,aliàs ſecus,vt di-
cetur,& facit id,quod dicit Ant.Fabr.de err.
prag.decad.13.err.10. in fi. qui improbãdo
opinionem prædictam Couarr.dicit , iuſiu-
randum ſequi naturam actus , cui adijcitur ,
nam ſicut ibi teſtamentum poteſt reuocari ,
licèt iuratum, hic in medietate , in quã non
adeſt libertas diſponendi, non poterit reuo-
cari per eandemmet rationem cõtrariorũ ,
ex quo eſt in vltima voluntate irreuocabi-
lis conſenſus,cum antiqua non ſint ſubiecta
diſpoſitioni in vltima voluntate .
10 Reuocatur igitur ex prædictis conſenſus
expreſsè per diſpoſitionem,& inſtitutionem
factam per ipſummet , de cuius hæreditate
agitur,intelligendo ſemper in bonis, in qui-
bus iam competit libera poteſtas teſtãdi ip-
ſi teſtatori, & non in caſu noſtræ cõſuetudi-
nis in bonis antiquis,vt proximè diximus,&
prædicti conſenſus reuocatio ex tacita , vel
expreſſa voluntate ipſius conſentientis eli-
cita,eſt tanti ponderis,vt ſi non probetur in
contrarium fuiſſe ſubſecutum denuo cõſen-
ſum cõfirmatorium primi, habebitur diſpo-
11 ſitio,ac ſi abſque cõſenſu pręceſſiſſet ; † exẽ-
plum ſingulare habes penes Cod. Fabrian.
de pact.conuent. defin.10. nu.5. vbi mater,
quæ filiæ dotem dederat, & ob id renuncia-
tionem acceperat,petierat tanquam læſa re-
ſtitutionem aduerſus dotationẽ , & per hoc
ex contraria voluntate renunciatio quoque
erat reſciſſa , quod licèt contra matrem ſit
iudicatum in fauorem dotationis,niſi appa-
reat expreſsè,ipſam matrem prædictæ renũ-
ciationi conſenſum de nouo præſtitiſſe non
validari renunciationem,quia iudicium red-
ditur in inuitum,& voluntas,quæ ſemel de-
ficit per iudicium,& ſententiam,non reddit;
quam definitionem non ita de facili proba-
rem, quia non eſt conſenſus purè contra re-
nunciationem probatus,vt noluerit conſen-
tire ipſi renunciationi,ſed cauſatiuè, ex quo
voluit reſcindere dotationem , imò reſciſſio
dotationis poterat peti ex quo per ſe erat
exceſſiua,etiam rata manente renunciatio-
ne , vnde cum res iudicata pro veritate ha-
beatur, ſtatim , ac iudicatur in fauorem do-
tationis,non video quonam modo voluntas
contraria elici poſſit ipſius renunciationis,
cogita eò maximè contra tantæ doctrinæ
virum,& mihi ſemper admirandum .
12 Sed & reuocatur tacitè prædictus cõſen-
ſus, quando ipſe,de cuius hæreditate agitur ,
moritur ab inteſtato, & non habet aliu pro-
ximiorem,cuius perſona poſſit eſſe veriſimi-
liter contemplata in renunciatione , de qua
contemplatione inferius dicetur,quando.n.
moritur ab inteſtato,præſumitur, quod ve-
lit illam perſonam ſibi hæredem eſſe, quæ ex
diſpoſitione iuris,ſiue communis,ſiue muni-
cipalis vocatur,hæc eſt tacita vocatio,quam
Bal. notat in conſ.347. quædam puella per
tex.in l.conficiuntur,ff.de iur.codicill.Imol.
conſ.1.col.2.ver.pro hac parte , & Ludouic.
Bolognin.cõſ.35. & pluribus fundat Puteus
inter conſ.Sforz.Odd. vol.1.conſ.vlt.nu.39.
cum ſeq.vbi prædictam l.conficiuntur,tenet
eſſe intelligendam iuxta diſpoſitionem ſta-
tuti originis perſonæ excluſæ , & ſic ipſam
intelligit,quando non excluditur per diſpo-
ſitionem Statuti,& vltimo Cancerius lib.3.
variar.reſol.c.15.nu.24. qui optimè loqui-
tur in reddenda diuerſitate inter caſum te-
ſtati , & inteſtati,ita Baldum , & prædictam
vocationem intelligit Pariſ.d.conſ.nu.18.&
expreſsè dixit Bal. in prædicto conſ. nu.2.
ibi ſecus,ſi non extet perſona,quæ excludat
renunciantem ex præſumpta voluntate pa-
tris , vt quia nec filius , nec filia ſupereſſet ,
ſed ſolus fiſcus,ſic etiam videtur concludere
Guid.Pap.dec.192.num.2. verſ. & quia non
diſponit , & addent.ad Alex. conſ.29.lib.3.
in addit.lit.A.& Nap.hic nu.36.
13 Et proximè dicta procedunt cum aliqua-
li temperamento perſonarum,ſcilicet, con-
templatarum, habito reſpectu ſolùm ad ip-
ſum,de cuius hęreditate agitur,& ipſius,cu-
ius conſenſus,vt diximus,requiritur, veluti
agitur de renunciatione facta patri de ipſius
hæreditate , vel fratri de ipſius hæreditate ,
tunc.n.ratione cõſenſus reuocati procedẽt,
tam dicta de expreſſa,quàm de tacita reuo-
catione conſenſus , & in prædicta tacita re-
uocatione de contemplatione perſonarum
erit agendum;at quando ſumus in ſucceſſio-
ne,quæ non fuit renũciata ipſimet, de cuius
hæreditate agitur, ceſſant omnia prædicta ,
& omnes illæ perſonæ cenſentur vocatæ ab
inteſtato,quæ ex diſpoſitione iuris vocãtur,
quia illa perſona non cenſetur aliud velle ,
quã quod ius diſponit,nec cõſenſus reuoca-
tio erit conſideranda illius, qui non conſen-
tit , prout quando renunciatur ſucceſſioni
incertæ perſonæ ſub verbis generalibus ,
prout limitant Doct. tex. in l.fin. præcipuè
per Iaſ.Cod.de pactis,in 4.limit. Capyc.de-
ciſ.159.nu.10. & latè defendit Cagnol.d.l.
final.nu.12. in limit.5.
14 Et quod qñ filia, vel ſoror, vt quotidie fit
renũciat bonis paternis,maternis,& frater-
nis cum iuramento,reſpectu illorum,qui nõ
conſentiunt renunciatio non ſubſiſtat,tenet
Cagnol. in d.l. fin. C.de pact.num.95. poſt
Roma-

Digitized by Google

Romanum, & Aretinum in l. qui ſuperſtitis, Socc. conſ. 74. col. 2. volum. 3. Dec. in l pactum quod dotali. col. 4. verſ. texto limitatur. Cod. de collat. & ita ſæpè de iure reſpondiſſe, & magnum honorem eſſe ex hoc conſecutum dicit, & ibidem conſenſum accepit num. 97. etiam quando, notario ſtipulante, ipſi acceptarent, & ratificaſſent, & quòd requiratur conſenſus expreſſus, ibid. num. 98. verſ. non recedo, qui teſtatur de communi, & in puncto Cod. Fabrian. de pact. definit. 3. in vlt. editione, & reſpectu ipſius morientis, qui in renunciatione non interuenit pura eſt iuris diſpoſitio, & dum moritur, omnes illi ſuccedent, qui de iure vocantur, & in hoc caſu erit ex conſuetudinis diſpoſitione renunciatio interpretanda, videlicet, ſi adſunt perſonę, q̃ ex diſpoſitione conſuetudinis eſſent contẽplatæ, videlicet maſculi fratres, qui habẽt onus dotãdi ipſas excluſas, & illas excludẽdi, vt latè diximus ſupra de prærogatiua ſexus. & dicit Cancer d. q. 15. nu. 41.

15 Sic quando eſt facta ipſi fratri, & hæredibus, perficitur enim renunciatio. l. Iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. Pariſius noſter conſ. 26. num. 27 & frater non diſpoſuit, ipſa erit hæres renũcians ab inteſtato ex prædictis, & dicit Laur. de Pin. d. conſ. 49. nu. 6. & ſic hoc anno 1619. fuit iudicatum in cauſa ſororum de Aſſaro in ſucceſſione Magnif. Rationalis Io. Baptiſtę de Aſſaro; & p̃dicta intelligas, dummodo inter ipſas ſorores non poſſit aſſignari diſparitas in mente ipſius, de cuius hæreditate agitur, & cuius conſenſus interuenit in renũciatione, an potius vnã, q̃ aliã velit ſibi hæredem futuram, vt quia omnes renunciauerunt, item quia omnes fuerunt dotatæ, prout fundat de Pont. conſ. 40 nu. 9. Alex. d. conſ. 29. lib. 3. Pariſ. d. conſ. 26. lib. 3. & Ang. in conſ. 52. infra citandi.

Vnde ſi pater, habens plures filias, & ab vna voluerit recipere renunciationem, & ab alia non recepit iſta, eſt præſumptio, quod voluerit vni prodeſſe, & nocere ei, à qua fuit facta renunciatio, & ſic præſumitur tacitè voluiſſe perſiſtere in eadem voluntate dum moritur, ita optime fundat Pariſius noſter in prædicto conſ. num. 22. cum ſeq. & præcipuè num. 36. ſic etiam tenet Alex. d. conſ. 29. nu. 5. verſ. pro quo etiam facit, ſic videtur ſentire Angel. conſ. 52. ibi, quorum gratia poſſet præſumi quietatio, & melius quam alius, Laurentius de Pin. conſ. 67. nu. 10. cum pluribus præcedentibus, qui in hoc caſu omnino videntur, nec tunc ipſa fœmina, quæ renunciat cenſetur tacitè vocata, vt Paris. dicit loco cit. num. 55. Gozadin. conſ. 65. nu. 23. & Gomez l. 22. Thaur. num. 8. circa fin. de Franch. deciſ.

16 24. num. 6. ſed prædicta non procederent, quando illa, quæ non renunciauit nondum nuptui tradita fuerit per patrem, quia tunc ratio; quare illa non renũciauit, fortior eſt, quia nondum nupſerit, quam quod eam renunciare pater voluerit, quam abſque dubio, ad renunciandum adegiſſet, ſi viuus eam marito collocaſſet, ita in puncto Cod. Fabrian. in tit. de pact. conuen. definit. 12. num. 9 & melius explicat idem Cod. Fabrian. in tit. de

17 pact. diff. 7. num. 11. † Vnde dici poterit, quòd ſi poſt diſparitatem prædictam teſtator, vel moriens ex coniecturis poſſet dici mutaſſe in ipſius mente hanc voluntatem, ita vt æqualiter tam ipſam renunciantem, quàm alias non renunciantes expreſsè pertractauerit, erit pro mutatione voluntatis præſumendũ, & ceſſabit fortior coniectura in mẽte ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, & ex prædicta voluntate, æqualiter vocabuntur ab inteſtato, ita ex ſubſtitutione filio maſculo facta per patrem in perſonam vtriuſque filiæ renunciantis, & non renunciantis elicit Cod. Fabrian. de pact. definit. 23. ſecus quando iſta voluntas non eliceretur, idem Cod. Fabrian. ibidem definit. 22. quia poteſt dici, quòd defunctus non perſiſterit in eadem voluntate; vnde ſi Laurentius de Pin. loc. cit. arguit perſiſtentiam voluntatis, etiam quando ab vna receperit renunciationem, & ab alia requiſiuerit, & non receperit, vt intelligatur etiam perſiſtere in voluntate, quòd illa, quæ non renunciauit ſola ſuccedat, quia poterat, poſtquam alia renuerat renunciationem facere, reuocare renunciationem aliarum, & omnes æqualare, & non fecit, & ſic ex actu, qui poterat fieri, & non fuit factus, tanto magis ex acto poſitiuo erit arguendum, qui oſtendat hanc paritatem in mẽte ipſius, qui diſpoſuit, vel de cuius hæreditate, & conſenſu agitur, vt diximus, fundat Puteus in conſ. vlt. vol. 1. in conſ. Sforz. Odd. num. 38. ex Crauett conſ. 856. num. 20. vbi ex actu nullo, & inualido elicitur voluntas patris in terminis renunciationis factæ per filiam ad declarandam perſonam, cuius contemplatione facta ipſa

18 renunciatio intelligatur; † ſed non per hoc erit dicendum, quòd reuocatio talis, conſenſus poſſit elici ab actu inualido, nam, ſi quando pater, vel frater ab vna recepiſſet renunciationem, & ab altera non in vltimo teſtamento omnes tam renunciantes, quam non renunciantes æqualiter pertractauerit, & teſtamentum erit pro aliqua cauſa inualidum, & nullum, ita vt non poſſit, vt vltima voluntas, tueri, nõ poteſt reuocatio cõſenſus elici,

quia reuocatio eſt,ac ſi eſſet vltima voluntas,
ita optimè Cagnol.in d.l.fin. C.de pact. num.
68.& 69.& ratio eſt, quia reuocatio conſen-
ſus prædicti eſt fundata in libera poteſtate
teſtandi,arg.l.ſtipulatio hoc modo concepta.
ff.de verb.oblig ita idem Cagnol.loc. cit. ſed
dicas prædicta per Cagnolum intelligenda
circa modum probationis,quid enim ſi teſta-
mentum quinque teſtibus probetur, & eſset
alia ex cauſa nullum,vti indicium voluntatis
probatum, erit validum ad conſenſum præ-
dictum,& voluntatem declarādam, ita opti-
mè Ant.Faber de err.pragm.decad.videlicet
err.9.verſ.ſed tamen cum poſteriores.
19 Eſt etiam inſpiciendum circa prædicta,
quod quando iſta perſona renuncians, reperitur
proxima,quæ de iure debet ſuccedere. non
ſolum vocatur ex tacita prædicta voluntate,
ſed vocatur ab inteſtato,quia ipſa eſt illa,quę
debet ſuccedere,veluti erat caſus,in quo erāt
contemplati alij conſucceſsores expreſsè, vel
tacitè,vt infra dicetur.Certum eſt ipſam re-
nunciantem non poſse habere, nec ius, nec
intentionem renunciandi portionem, ſpe-
ctantem ipſis alijs cohæredibus, ſiue maſcu-
lis,ſiue fœminis,ſed habere intentionem re-
nunciandi portionem, ipſi renuncianti ſpe-
ctantem.ſic optimè fundat Loffred.in tit.de
nat.ſucceſs.feud.col.12.verſ. præterea renun-
ciatio facta, vbi renunciatio intelligenda eſt
de eo, quod poteſt competere de futuro ex
cauſa de præſenti ipſi ſorori, Menoch. conſ.
335.num.9.& conſ.848.nu.19.& conſ. 749.
num. 16. id verò, quòd nec re, nec ſpe com-
petit, non intelligitur incluſum, Menoch. d.
conſ.335.num.21.quæ renunciatio intellige-
tur,vt dixi, ad beneficium ipſorum contem-
platorum, & ſic illis non extantibus, modo
admittetur illa renuncians,non ſolū ex præ-
dicta tacita reuocatione, ſed quia inuenitur,
quod ei hæreditatis, & ſucceſſionis portio,
quæ ſpectabat illi perſonæ contemplatę de-
feratur, cui portioni nunqnam renunciauit,
& deinde portio ipſiuſmet renunciantis non
venit ex ſucceſſione, ſed ex noua cauſa, ſcili-
cet iuris accreſcendi,etiam contra voluntatē,
vt per Mar. in l.iş poteſt num.18. ff. dę acqu.
hæred.& dicetur infra,dum de rei inſpectio-
ne agemus,agitur enim de diſpoſitione Iuris
ad aliorum beneficium:ergo nullo modo po
teſt eſse cogitatum de portione ſpectante ad
ipſum cohæredem, cuius contemplatione
fit renunciatio,& ſic in hoc caſu, tum quia
eſt caſus incogitatus, tum quia non eſt huic
portioni renunciatum ſuccedet renuncians,
& trahet ſecum illa portio vniuerſam ſucceſ-
ſionem,etiam renunciatam,alio iure,ſcilicet
iure accreſcendi,& iſta ſunt adeo clara, vt nō
egeant alia probatione, nec confirmatione;
& fundantur ex dictis per Gomez dict.l.22.
num.11.vbi plures rationes ex prædictis fun-
dari poſsent, licet prædicta quā diximus ex-
20 preſse non ſit ibi dicta per Gomez. † Vnde
ſoror, quæ renunciauit ſucceſſioni paternæ,
& maternæ exiſtente maſculo,ſi poſtmodum
frater moriatur, & poſt mortem fratris fiat
caſus conſolidationis antefati,ſcilicet ob mor
tem matris, ita vt conſolidetur vſusfructus
ad beneficium hæreditatis ipſius patris,iuxta
diſpoſitionem conſuetud. quartam autem,
non deijcitur filia a conſolidatione prędicta,
& ſuccedit ad antefatum in plena proprieta-
te non obſtante renunciatione tanquam hęres
ipſius fratris,cuius ſucceſſioni non renuncia-
uerit,vt diximus,& infra dicetur §.ſeq.nu.2.
proprietas enim, quæ nunquam abſceſſit ab
hæreditate patris ob exiſtentiam filiorum,
etiam fœminæ,peruenit poſt mortem patris,
ad hæreditatem fratris, à quo potuit non
obſtante renūciatione peruenire ad ſororem,
vt diximus,ita Piſanellus in addit. ad dictam
conſuet.quartam autem,in addit.quæ incipit
ad intellectum ipſius.Vnde aduertendum eſt
ad dicta per noſtrū Paſcalem in ſuo tract,de
viribus patriæ poteſtat. par. 3. cap. 7. num.
33..dum dicit illam proprietatem nunquam
a paternis bonis diſceſsiſse, & ob mortē ma-
tris ad filiam peruenire, quaſi ad filiam ab
hæreditate patris peruenisſet; nam verè ob
mortem fratris,& ab ipſius hæreditate ad fi-
liam peruenit,ſed prohibuit integram acqui-
ſitionem matri exiſtentia ipſius filiæ,itaque
verè filia non ideo fuit admiſsa ad illam ple-
nam proprietatem, ex quo mors matris ſuc-
ceſſit poſt renunciationem, ſed quia in renun
ciatione nō fuit incluſa ſucceſſio fratris,quod
vero illa portio antefati in ſola proprietate ex-
titerit in hæreditate filij ſeu fratris dixit Na-
pod.in conſ.præd,nu.87.& faciunt dicta per
Dominum de Franch.deciſ. 106. & per Gut-
tierez practic.q.78.num.6 lib.5. Vnde quan-
do filia renunciaſſet,& fratri non ſucceſſiſset,
quia mortuus alio hęrede inſtituto, vt infra
dicetur, tunc filia excluderetur à ſucceſſione
antefati,& perueniret conſolidatio ad bene-
ficium hæredis ipſius fratris,& non ad ipſam
filiam obſtante renunciatione, quia non ac-
creſceret ex noua cauſa, ſcilicet vti hæredi
fratris,ſed ex antiqua vti hæredi patris, &
ideo reijceretur, & hæc eſt mens illius do-
crinæ.
21 In omnibus igitur prædictis caſibus, ex
quo perſona illa cui fit ipſa renunciatio, &
ius quæritur ex ipſa renunciatione, vnitur
ratione

Digitized by Google

ratione ſucceſſionis, cum ipſamet perſona renunciante ſuccedit renuncians, quia reperitur per regulam hæreditatis renunciaſſe ſibi ipſi, prout inquit Napoli. infra in conſ. ſi quis, vel ſi qua num. 198. & ſeq. & ſic omnes clauſulæ, & promiſſiones, ex quibus ius aliquod potuit quæri ipſi, cui fuit facta renunciatio cenſebuntur factæ per conſequens ad beneficium ipſiuſmet renunciantis in caſibus prædictis.

22 Et procedent prędicta de iure quęſito ipſis fratribus, quando pręſentibus ipſis fuit facta renunciatio, vel notario pro ipſis ſtipulāte, ex quo cum conſenſu ipſius patris fuit facta renuuciatio, ſecus ſi abſolutè eſset facta renunciatio, prout firmat Couarr. loco cit. in tertiæ partis initio nu. 6. & nu. 4. requiritur tamen acceptatio ipſorum fratrum, quando ſtipulatus eſt pro ipſis notarius, ad hoc, vt ipſis dici poſſit, ius quęſitum, Menoch. conſ. 380. num. 27. & quòd hoc caſu iuramentum ſuppleat pro præſentia Menoch. conſi. 371. num. 8. & num. 14. licet per ſe valeat renunciatio & ſi fratres præſentes non fuiſsent C. Fabrian. de pact. defin. 7.

Repetit. Par. 3. §. 7.

1 *Renunciatio non excedit res renunciatas, & ipſis rebus ſic ſtantibus intelligitur.*

2 *Renuncians hæreditati paternæ, cum excluditur ab ea poſtquam filius ſuccesſit, ex quo effectum aliud patrimonium, & etiam ſi per viam iuris tranſmiſsionis, vel accreſcendi obueniat, nec excluditur num. 3.*

4 *Legitima quando cenſeatur renunciatum.*

5 *Conſuetudinariæ portioni, vel ſucceſsioni an & quando cenſeatur renunciatum.*

6 *Bonorum antiquorum portio debita de conſuetudine, an debeatur proximioribus, ſi filia renunciauerit patri, & ipſius hæredibus, & pater in extraneum diſponat, & quomodo proximiores excludantur, & nu. 7. quid in renunciatione abdicatiua, & num. 8. quid quando renunciatum non fuit ipſi, de cuius ſucceſsione tractatur, & quid ſi ſimpliciter conſenſum pręſtitit, & non fuit renunciatum ad ipſius beneficium, & num. 10. quid ſi non hæredibus, vel ſucceſſoribus fuerit renunciatum.*

11 *Fideicommiſſo quando, & quo caſu renunciatum cenſeatur.*

12 *Feudorum ſucceſsionibus quando cenſeatur renunciatum, & qualiter renunciationes in materia feudali interpretandæ.*

13 *L. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. beneficium an includatur in renunciatione paternorum, & maternorum, & nu. 14. Quid in antefato, in quo vocantur filii vti filii, & nu. 15. Quid de beneficio l. hac edictali, remiſsiuè.*

§. 7. *De interpretatione, quæ deſumitur ex parte rerum renunciatarum.*

1 QVartarit principalis inſpectio in renunciationibus, rerum ſcilicet, quæ renunciantur, & iſta plurimū iuuat in interpretatione, quia non excedit rē renunciatam. Menoch. latè conſ. 335. num. 2. Et vniuerſalis eſt illa propoſitio, quòd renunciatio eſt intelligenda, rebus ſic ſtantibus, vnde per mutationem ſtatus ipſarum rerum recipit variam interpretationem renunciatio de iſta clauſula, vltra dd. paſſim de renunciatione tractantes, Bar. in l. quod ſeruius. ff. de condit. ob cauſam. Oſaſc. deciſ. 51. num. 14. & 15. vbi alios habes relatos, ſic renunciatio facta rei ſpectanti ex vna cauſa non porrigitur, ſi ſpectat ex alia cauſa, Cancer loc. cit. num. 235. & a num. 231. vſque ad nu. 243. vbi de interpretatione ratione rerum, &c.

2 Vnde renuncians ſucceſſioni paternæ, vel bonis paternis, non prohibetur ſuccedere fratri in ipſiſmet bonis, ex l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ. vbi Iaſ. & DD. Vrſill. ad deciſ. Affl. 178. num. 3. Decius conſi. 346. omiſſis & 683 in caſu propoſito num 4 & alij ab Vrſill. relati, Angel. conſ. prędicto 52. in primo dubio, & hic eſt caſus Loffredi in tit. de natura ſucceſſionis feud. col. 13. dum reſpondet conſil. Alex. 29. vol. 1. Roman. conſi 168. num. 1. & ibi addentes, latiſſimè Pariſius noſter conſ. 59. volum. 3. num. 10. Marant. loc. cit. nu. 16. Cancer d. cap. 15. num. 238. ex authoritate Decij, & Gomez. l. 22. num. 13. qui ampliāt,

3 †etiam in hæreditate delata, & non adita tranſmiſſa d. num. 13. verſ. quod notabiliter extendo: & iſta concluſio fundat id, quod diximus ſupra inſpectione proxima, verſ. eſt etiam inſpiciendum, cùm non cenſeatur renunciare, nec iuri accreſcendi, nec tranſmiſſioni, quæ competunt ex perſona ipſorum, quorum portiones non fuerunt incluſæ in

ipſa renunciatione, quando verò renunciatio eſſet realis expreſſa, tunc prædictæ rationes non militarent, quia ſemper certum eſt ipſum renunciantem ſe ab ipſa re excluſiſse ad quemcumq; deuenerit, prout notat Menoc. conſ.401.nu.17.

4 Hinc etiam dicitur, quòd non cenſeatur renunciatum legitimè, niſi expreſsè præceſſerit renũciatio, ita eſt tex.expreſſus in l. ſi quãdo.§. & generaliter. C. de inoff. teſtam. dicit Dom.de Franch.deciſ.20.num.6. vbi etiam de vita & militia, & de legitima, Aret.§.de peculio, inſt.de act. Guid.Pap.deciſ.93.Dec. conſ.26.nu.3.tenui, & conſ. 86. viſo pũcto circa finem, Curt. ſen.conſ. 37. conſiderato themate Grammatic.deciſ. 101.num.5.Vrſil. ad Affl.deciſ.178.num.3.qui alios referr Marant.q.10.nu.19.niſi expreſsè ſit renunciatũ, poterit tamen expreſsè cum iuramento Theſau.quæſt.for.lib.1.cap.95.nu.5.quando verò renunciatio ſit ipſius hæreditatis, cenſetur etiam legitimæ renunciari, Menoch. conſil. 918.num. 17. quia qui abſtinet ſe ab hæreditate, debet abſtinere ſe etiam a legitima, & idem in lib.4. de præſumpt. 101. nom. 39. & 40.Cancer.variar.lib.3.cap.15. de renunciat. num.8 & quemadmodum quando filia renũciauit cum iuramento non ſuccedere bonis paternis, vel maternis dotata à patre minus paragio, quod tunc quando expreſsè non renunciauit etiam ſupplemento paragij non excludetur à petitione ſupplementi paragij, ex quo duo iura habet, & renunciauit vni, ſcilicet ſucceſſioni, ita in terminis dicit Napod. in conſ.fin.de iur.quartæ num. 132. qui omninò videatur, & ſuper prædicta authoritate fundatur deciſio Afflic.178.num. 3. & optimè Ruin.conſ.140.vol.4. quando enim ſit à filio nihil operaretur, niſi legitimam, & ipſius ſupplementum contineret, idẽ Menoch. conſ.831.vbi in ſpecie ponderat num. 9. iuramentum quod operatur legitimæ renũciationem, ſic etiam quando integraliter renunciauit omnibus bonis maternis, & paternis abſque diminutione cenſebitur etiam legitimæ renunciatum, Menoch.conſ.737. nu. 10. vbi etiam de ſupplemento, ex quibus, dum ſumus hic Neap.non erit dubitandum, ſtante ipſius conſuetudinis diſpoſitione, qua filia dotata excluditur ab ipſo fratre maſculo ab
5 omnibus alijs ſucceſſionibus, † quod ſi ſoror renunciauerit ſucceſſioni bonorũ maternorum, & paternorum, cenſebitur etiam renunciaſſe etiam portioni ſpectanti vigore conſuetudinis, prout optimè firmat D. de Franch, deciſ.690.circa finem, & per totam, & ex deciſ.Capycij 190.ſed redeundo ad id, quod ſupra dixeram circa prædicta bona renunciata.

6 † Quæro quonam modo fundari poſſit diſpoſitio in perſonam eſtraneam de illis bonis, non relicta medietate ipſis proximioribus, nec ipſi eidem renuncianti. Certum enim eſt, quòd renuncians extraneo inſtituto, non poſſit venire ex conſ.contra teſtamentum, Piſanell.dicit ex authoritate Ant.de Alex. in addit. quæ incipit hic eſſent repetenda ſub num. 195.in conſuet.ſi quis, vel ſi qua, ſed nõ deeſt difficultas in argumento, alias ſupra propoſito, cum ſemper verum ſit ipſa bona eſſe antiqua, & ſubiecta conſuetudinis diſpoſitioni, & in eo tempore, quo quis moritur, non poteſt liberè de prædictis bonis diſponere, vt ſupra dictum eſt, ſed reſpondeas; Nã, cum ſit renunciatio, & præſupponitur ex proximè dictis eſſe etiam ſucceſſioni ex conſuetudine renunciatum, ſi verum eſt, prout eſt veriſſimum, ex ſupra millies dictis, quòd renunciatio habet in ſe tacitam conditionẽ, ſi hæreditas, vel ſucceſſio ipſi renuncianti deferatur, vt diximus ſupra in 2. inſpectione, cũ ſucceſſio defertur ipſi filiæ, cenſetur ab ipſamet renunciante acquiri, & ad hæredes ipſius, ad cuius beneficium eſt facta renunciatio, reuerti cum potuerit ipſamet prędictæ ſucceſſioni renunciare, & ſic ceſſant omnes difficultates ſupra propoſitæ in tertia inſpectione, quia verè non reſidet libera poteſtas diſponendi in ipſa perſona, ad cuius beneficium fuit renunciatum, ſed vt ſupra dixi, reuertitur illa portio ad ipſius hęreditatem tã quam debitum, vel æs alienum, & excludetur ipſa petens exceptione pacti de non petẽdo, vel etiam Aquiliana ſtipulatione iuramento, & huiuſmodi, quia ſtatim, ac ſit caſus ſucceſſionis delatæ, omnia verificantur, quæ in ipſa renunciationis cautione perficiuntur, & hanc puto veritatem, prout S.Conſ. iudicauit in prædicta deciſ.690 & ſemper iudicat; vnde potius verificatur realis ſucceſſio in perſonam ipſius renunciantis, & non poteſt vna hæreditas, vel ſucceſſio pluribus inſolidum deferri, ſi enim verè defertur filiæ, non poteſt alijs deferri. Nec obſtat argumentum conſuetudinis & ſi teſtator, vbi arguitur a diſpoſitione ab inteſtato ad ſucceſſionem medietatis facto teſtamento, quia ibi dicta procedunt in ſimplici diſpoſitione conſuetudinis, vt deferatur de iure illis, qui ab inteſtato vocantur, ſed non negat per hoc, quod quando ex ipſorum proximorum perſonis alij vocantur, nõ poſſint ipſi vocari, prout eſt caſus noſter, in quo iſte inſtitutus non vocatur recta via ad ipſas portiones, ſed ex diſpoſitione ipſiuſmet filiæ, ad quam ſpectant ſecundum ſucceſſionẽ

ab

ab inteſtato, at non eſt ſic in ſucceſſione ab inteſtato, quia hæres reperitur, vt ſupra diximus, ipſamet perſona renuncians, & ſibi ipſi ſuccedere dicetur, & iſta eſt vera, & realis ratio iſtius diſparitatis, & poſt hæc ſcripta reperi ſic cócludentem Domin. m de Franch. in addit. h. c, quæ incipit, vide Decium ſub num. 39. qui primo dubitat contra teſtamentum, & deinde pro ipſo concludit, licet in concluſione, de qua ibi non rectè procedat, vt diximus ſupra in ſecunda inſpectione, quia vere non fit ibi caſus delationis ſucceſſionis, vt hic præſupponitur ad effugiendam difficultatem prædictam & melius hanc retrotraditionem in materia renunciationis, vt dixi, explicat ſubtiliſſimus Capycius dec. 159. num. 14. verſ. & ſic adueniente caſu, qui omnino videatur: nam omnia prædicta dicit punctualiter, & hoc modo fundatur pactum de non petendo in renunciatione futuræ hæreditatis, vt optimè fundat Cagnol. in l. 1. C. de pact. num. 57. qui videatur, vt diximus ſupra, dum de pacto de non petendo tractauimus in principio,
7 † & prædicta non procedent in renunciatione ſimpliciter abdicatiua, vt quia ipſa renuncians non vult transferre hæreditatem ad beneficium ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, nec cedere, prout ponderat D. de Anna in prædicto conſ. 45. nam tunc ex quo tollitur de medio iſta perſona renuncians non poterit tolli diſpoſitio ipſius conſuetudinis prohibentis diſpoſitionem in vltima voluntate. Cogita tamen, ſi, ſtantibus tot, & tantis notariorum clauſulis, poſſit reperiri renunciatio mere abdicatiua abſque tranſlatione iuris renunciati, ita vt fiat locus aliis proximioribus in ipſa ſucceſſione, idem in renunciatione facta per ingredientem monaſterium, quæ eſt verè
8 realis, vt dicetur infra § 8. num. 18. † Nec etiam procedent prædicta, quando renunciatio non proceſſit ad beneficiũ ipſiuſmet, de cuius hæreditate tractatur; nam tunc iſta libertas non orietur ipſius diſpoſitionis, & pactum inter alios factum, non immutabit modum ſuccedendi, vt ſupra diximus, quia perſona hæredis ipſius, tunc non ſuccedit in ius renunciatum, & ſic intelligenda eſt præ-
9 dicta deciſio † idem ſi ſimpliciter conſenſum præſtitit, & non recepit verè ad ſui beneficium ius renunciatum, & ratio eſt, quia non quæritur ius ipſi defuncto ex prædicta renunciatione, cum ipſe non interueniat in ipſo contractu renunciationis, vt ſupra di-
10 ctum eſt, † item limitabis, quando non eſſet renunciatum patri, vel fratri, & ipſorum hæredibus; ſed ſucceſſoribus, quia tunc ſucceſſores illorum bonorum intelligentur ſucceſſores de conſuetudine in vltima voluntate, quia ipſi vocantur vti ſucceſſores de conſuetudine in illis portionibus, cogita. Tãto fortius prædicta procedent in ſucceſſione transuerſalium, cum fortius, & ſtrictius debeantur portiones ipſis filijs, quam proximioribus, ſi enim filij per renunciationem excluduntur, fortius excludentur ipſi proximiores, facit idem, quod dixit de Franch. deciſ. 374. num. 15.

11 An verò fideicommiſſum cenſeatur renunciatum, dum verba illa ſunt apta comprehendere, dicas ſic, niſi reſultaret aliquod inconueniens, vel inæqualitas, Menoc. conſ. 359. num. 12. & 14. vel quando ſubeſt alia cauſa renunciationis videas illum; nam optimè diſtinguit, vide etiam Cancerium d. c. 15. par. 3. q. 16. qui latè tractat quæſtionẽ, quando fideicommiſſo cenſeatur renunciatum per generalem renunciationem, & in dubio concludit non eſſe renunciatum, ſic quando renunciatio fuit facta de hæreditate emphyteotica, ad quæ, non vti hæredes vocantur, non porrigetur, vt per Bald. d. conſ. 437. quædam puella in vltimo dubio nu. 3. & Cancer. infra citandus, & alia huiuſmodi, quæ quia merè ſunt ciuilia, nec neceſſaria, non proſequor.

10 Ex hac inſpectione oritur, quod quis, niſi ſpecificè renunciet, non cenſetur feudalibus renunciaſſe, prout pluribus firmat Loffred. in prædicto tit. de nat. ſucceſſ. feud. col. 11. verſ. quid autem ſi dicta filia, vbi concludit in generali renunciatione feudum non contineri, Aldobrandin. conſ. 10. num. 1. cum ſeq. lib. 1. nec etiam emphyteuſis, quæ non ſit hæreditaria, quæ cum feudis a generali renunciatione excluditur, Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 15. num. 122. & ſeq. in 6. q. & num. 295. & Minad. in repet. conſtit. in aliquibus, in vltimo notabili, vbi plura diſtinguit; ſed quia vidi nonnullos aſſerere regulas renunciationum non procedere in feudis, vt, ſcilicet, quantumcunque in ipſis, ponãtur clauſulæ, quæ aliàs efficerent renunciationẽ realem, tamen renunciantem eſſe admittendum ex deciſ. de Franch. 591. & Vrſill. ad Afflic. 161. num. 4. aduertendum duxi ipſorum feudorum refutationes, ac renunciationes eſſe iiſdem, quas dicimus regulas ſubiectas; nam, ſi renuncians ſe velit omnino excludere ab ipſius feudi ſucceſſione poteſt, & Andr. hoc dicit in d. cap. 1. de eo, qui fin. fecit. ibi, in verſ. primus eſt, ſi fuiſſet generalis refutatio, quando, ſcilicet refutaſſet omnino, & Iſern. in fin. de nat. ſucceſſ. feud. &

pluries in diſcurſu tituli prædicti. & hoc confitetur ipſe Loffred. loc. cit. verſ. & ſecundum Andr. quando refutauit pro accipiente,& cui dederit,& filijs ſuis, & moritur ſine filijs, & nulli dedit. Ipſe refutans,& renuncians venit,vt inquit Iſer. ex quo ipſe eſt proximior vltimo morienti, ceſſante diſpoſitione,ac filijs non exiſtentibus,ſic quando renunciauit pro ſe, & hęredibus ipſe eſt hæres in feudalibus, prout optimè fundat Loffred.loc.cit. quatenus vero vult tollere obſtaculum conſilij 22. Romani, hic non dico, quia dixi dum de Aquiliana ſtipulatione tractaui; igitur,ſi rectè inſpiciatur res, in nihilo differunt termini renunciationis in feudis ab alijs,quia, vt ſupra diximus, nunquam vocabitur renuncians, niſi quia ipſe renuncians,iuri renunciato ſuccedit, quia proximior inuenitur,vt iam diximus. Vnum tamen eſt in feudalibus notabile, quod ſicut contemplatio poteſt aliqualiter diuerſificare modum ſucceſsionis ex tacita voluntate ipſius,de cuius hæreditate. ac ſucceſsione agitur, in feudis, id non procedat, ſed eſſe inſpiciendum ſimpliciter, an omnino velit eſſe excluſus; nam poteſt ad ſui libitum. Cum hæc inſpectio ceſſet, ratione diſpoſitionis iuris feudalis,& inueſtituræ regulabitur ſucceſſio, & qui proximior inuenitur, ſuccedet morienti,& poſſeſſori feudorum, niſi expreſsè cum aſſenſu fuerit renunciatum,vt talis ſuccedat, quia per iſtam nouam qualitatem cum aſſenſu, ex hac tanquam ex noua inueſtitura regulabitur ſucceſſio iam expreſsè in renunciatione prouiſa, vt notatur in d.cap.1.de eo,qui fin. fecit;extra prædictos caſus non eſt curandum de mente, & intentione ipſius, de cuius ſucceſſione agitur, cum penes ipſum feudorum diſpoſitio non exiſtat, & vocabuntur illi, vt dixi, qui de iure feudorum debent ſuccedere, nulla diſpoſitione in eo manente, vel valente, & in hoc ſolum renunciatio feudorum differt à regulis renunciationum in burgenſaticis, quando igitur ipſe renuncians ſe excludit, quantumuis clauſulas apponat, dummodo non exprimat.ſe omniuo velle excludi, ſemper ipſemet, ſi proximior de iure feudorum reperitur,ſuccedet ad id,quod renunciauit, quia ipſe eſt hæres in feudis renunciatis pro ſe, & hæredibus,& ſucceſſoribus,& ſic concludit Loffred.loc.cit.

13 Quæro,an per renunciationem bonorum paternorum, & maternorum cenſeatur excluſa perſona renuncians à beneficio ſucceſſionis vigore l.fœminæ. §. illud. C. de ſecun.nupt.ex not.per Oldrad.conſ 291. Cancerius lib.3.c.15.num. 129. tenet non eſſe excluſam illa ratione, quia potius ex prouidentia legis peruenit ad filios prædictum lucrum,quam ex ſucceſſione, Guid. Pap.de-
14 cit.228. † illa ratione,quia quæ oriuntur ex facto poſt renunciationem, non cenſentur cogitata, & ab ijs non creditur renuncians ſe voluiſſe abdicare, & ſecundum iſtam opinionem in hoc bene dixit Campagna in cap. regni mulier dotarium num.92. verſ. in hac quæſtione conclude, vbi allegat Oldradum & aliquos hic allegatos, licet in principali quęſtione malè dicat, vt diximus ſupra part.ſecunda §. quinto num. vigeſimotertio, & numer. 26. cum ſeqnen. quando fit delatio lucri poſt renunciationem, vt ibi diximus;ex quibus crederem ſimiliter poſſe decidi quæſtionem, quòd per generalem prædictam renunciationem non cenſeatur excluſa filia a ſucceſſione antefati, ſcilicet, quando eſt appoſitum pactum, quòd in illo ſuccedãt filij,& non vti hęredes,maſculo tñ nõ extãte,vt ſupra diximus par.2.§.5.nu.26. & ſeq. ad quæ videas etiam ea, quæ ſupra diximus in §.præcedenti num.20. vbi declarauimus apoſtillam Piſanelli ad conſ. quartam autẽ, quæ incipit ad intellectum iſtius conſuetudinis,ſecus ſi filij vocarentur vti hæredes, vt ibi diximus; nam includeretur antefatum
15 in renũciatione. † Faciũt, et ad prædicta ea, quæ dicit de Franch.deciſ 690.num. 4. dum allegat Aym.conſ. 242. duo verſ. tertio reſponde,col.pen.vol.2. vbi ius competens ex beneficio l.hac edictali non continetur in generali renunciatione.

Repet. par. 3. §. 8.

1 *Filia renuncians patri. & ipſius hæredibus,morientibus maſculis per hæredem teſtamentarium,etiam excluditur à ſucceſsione,& obſtat renunciatio, non obſtante,quod maſculi mortui ſint.*

2 *Renunciationem eſſe factam contemplatione aliquarum perſonarum,vel ad beneficium aliquarum perſonarum, quomodo differant inter ſe, & an ceſſantibus perſonis contemplatis renunciatio penitus tollatur,& quando.*

3 *Renunciatio cum expreſſa cauſa, vel cum expreſſa cõtemplatione perſonarum ceſſat cauſa ceſſante, vel extinctis perſonis expreſsè contemplatis.*

4 *Renunciatio facta per filiam,vel ſororem non extantibus maſculis,ſed alijs fæminis,an interpretanda,fauore,& contemplatione*

plati one etiam fœminarum,num.7.cum ſeq.& num.9.Quid in bonis antiquis infra diſtrictum.

5 *Renuncians quando admittatur non obſtãte renunciatione, & in quibus caſibus ſummatim concluditur.*

6 *Renunciatio facta per fœminam viuentibus maſculis, cenſetur facta fauore, & contemplatione maſculorum ipſiſque mortuis vocatur renuncians ab inteſtato.*

8 *Soror nupta à fratre renuncians, ſi extat alia ſoror in capillo in feudi fraterni ſucceſsione,cenſetur contemplatione ſororis in capillo renunciare.*

10 *Renunciationis contemplatio interpretari poteſt etiam ex nullis, & inualidis diſpoſitionibus.*

11 *Renunciatio tollitur per mortem maſculorum viuente patre,ſecus ſi poſt patris mortem maſculi moriantur, quia tunc excludetur renuncians,ſed non à ſucceſſione fratris.*

12 *Renunciatio facta per ingredientem in monaſterium,an ceſſet, quando maſculi exiſtentes moriuntur,& an in ea habeãt locum regulæ contemplationis perſonarum latè diſcutitur contra Tellium eſſe prædictam renunciationem realem, & non eſſe contemplatione maſculorum.*

13 *Tellii rationes,quibus contra communem fundat,euertuntur ad excluſionem monaſterii.*

14 *Monacus quomodo monaſterio acquirat hæreditatem poſt ingreſſum delatam, & num.15.*

15 *Renunciatio habet tacitam conditionem,ſi hæreditas renuncianti deferatur, vel alterius, ex eius perſona.*

16 *§. Sed in hoc præſenti in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis,declaratur.*

17 *Molfeſius notatur in cap.de renunciatione q.17.nu.37.*

18 *Renunciatio facta per ingreſſum, non poteſt diſponere ille, ad cuius beneficium fit renunciatio de bonis antiquis ſubiectis diſpoſitioni conſuetudinis.*

19 *Renunciatio quando eſt perſonalis, licet cum aquiliana,vel aliis clauſulis confirmata ruit morientibus perſonis contemplatis.*

§.8. *De interpretatione, quæ oritur ex inſpectione perſonarum, & cauſarum, quarum contemplatione fit renunciatio.*

QVinta erit inſpectio pſonarũ, ac cauſarũ, quarũ cõtẽplatione fit ipſa renũciatio, & iſtam cõtemplationem intelligas, præter illas perſonas, quibus fit expreſsè renunciatio, quia illæ non dicuntur contemplatæ, ſed ipſis fit expreſſè renunciatio, & aliæ perſonæ contemplantur;vnde ſi renunciatur per filiam ſucceſſioni patris, & renunciatur ad beneficium ipſius patris,& ſuorum hæredum, & ſucceſſorum,ſi pater diſponat per teſtamentum,renuncians excludetur,vt ſupra dictum
1 eſt. Nec obſtat id,quod dixit Gòmez in l.22. num.11.& 12.vbi morientibus perſonis cõtemplatis expreſsè,vel tacitè,inquit, filiam admitti tam ab inteſtato, quam contra teſtamentum,quia ibi præſupponitur facta renunciatio ſub ſimplici contemplatione maſculorum,& non fuerit renunciatum ipſimet patri,& ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, quia quando proceſſit renunciatio ad ipſius patris beneficium pro ſe,& eius hæredibus,& ſucceſſoribus, ſemper erit excluſa renuncians per inſtitutum repręſentantem perſonam ipſius,ad beneficium cuius, & hęredum fuit facta renunciatio, quia contemplatio non procedit,illo caſu,ita fundat Lauren.de Pin.d.conſ.69.num.12, & ratio eſt, quia eſt expreſſum, quod voluerit ipſi patri & hęredibus quęri ius renunciatum, vnde ceſſat iſta ratio tacitę contemplationis, vt
2 ibi dixit, † & licet expreſsè contemplatio ſit dicta,tamen non tollit realem renunciationem, & contemplatio verificabitur in illis caſibus,in quibus eſt poſſibilis ſucceſſio, ſcilicet,patre alio hęrede non faciente,& probatur ex eodem Gomez loco cit. num. 12. verſ. quod tamen notabiliter intelligit, vbi ipſemet limitat,quando expreſsè renuncians dixerit, quòd in caſu, quo maſculi non ſupereſſent pater poſſit liberè diſponere,etiam in extraneum,ſic eundem ſequitur Guttier. in prædicta repetit.in verb.omnino, num.4. nam idem eſt,quando expreſsè ſibi, & hæredibus

dibus renunciauit,& ſic inteliigitur id,quod
dicit Tellius loc.cit.num.45.& ratio,quia,
vt dixi ſemper, potius fauore ipſius patris,
primo facta cenſetur, & ipſius patris hære-
dum, & ſic intelligit idem Tell. tunc præ-
ſumptionem ibid.num.45.verſ.ſin autem ef-
ficaciori præſumptione,& ſecundum prædi-
cta intelligas id,quod dicit Ant.de Alex.hic
in addit.quæ incipit,aduerte, quia conſtitu-
tio ibi,& hanc gloſam limita loqui,quando
eſt facta renunciatio ipſi patri, & pro ſe, &
ſuis hęredibus,& ſucceſſoribus, vt prædixi,
& ſic etiam Piſanell. in addit. ad conſuet. ſi
quis,vel ſi qua,ſub num. 195. quæ incipit hic
eſſent repetenda. Quando igitur contem-
platio ſit aliorum cohęredum,quia voluit,&
cogitauit tam ipſa renuncians, quam ipſe,
cuius bonis renunciatur,alios conſucceſſores
in ſolidam ſucceſſionem admitti, veluti quã-
do expreſsè hoc fuit dictum fauore, & con-
templatione talium ſucceſſorum, quo caſu
non dubitat Pariſ.d.conſ.26.num.23. lib. 3.
extinctis illis contẽplatis,nec exiſtente per-
ſona,cui fuerit ex renũciatione ius quæſitũ,
vt diximus, quòd ceſſabit ipſa renunciatio,
ſiue ſint maſculi,ſiue fœminæ perſonæ con-
3 templatæ,vt Pariſius dicit loc.cit.† quemad-
modum in quacunque alia cauſa expreſſa
in ipſa renunciatione,vt per eundem Pariſ.
conſ.26.num.45. ſic quando fuit expreſſa,
propter maſculos,idem ibidem num.51. &
latè Tellius in l.6.Thauri nu.44. in 3. con-
cluſione, qui in fin.dicit in hoc neminem
dubitare, quando expreſsè renunciatio fit
propter fratres,vel contemplatione eorum,
vel ex aliqua cauſa,vt per ipſam renuncia-
tio interpretetur, Cancer.cap.15.num. 271.
Surd.deciſ.217.nu.6.Peguer. deciſ. 148.nu.
24. & ſeq. Renunciatio enim quantumuis
generalis reſtringitur ad cauſam, propter
quam fit, quando exprimitur, not. Cagnol.
l.1.num.36.ff.de iudic. & latè Cancer. loc.
cit.num.270. fit etiam tacitè contemplatio
perſonarum,vt,quando adſunt ipſi maſculi,
& fœminæ renunciant, præſumitur, quòd
renunciatio fuerit facta contẽplatione ipſo-
rum maſculorũ, quo caſu indifferenter pro-
cedit regula, quod morientibus fratribus
contemplatis,ipſa renuncians poſſit admit-
ti,non obſtante renunciatione, Napod. hic
num.31.verſ.ſed quid ſi fecit,Marant.q.10.
num.15.Minad.conſ.22.num.2.Lauren. de
Pin.conſ.69. num. 1. qui ad perſonam, vel
cauſam expreſſam, vel præſumptam reſtrin-
gi,dixit ipſam renunciationem, & Lanar.
4 conſ.49.num.1.† Quæ præſumptio opera-
tur tam reſpectu ipſorum maſculorum, quã
reſpectu ipſarum fœminarum, prout dixit
Tellius loc.cit. num. 45. in quarta concluſ.
alternatiuè, ſcilicet,ſi extarent, ſolũ aliæ ſo-
rores,& frater,vel pater vnam maritauerit,
& fecerit renunciare, quod tunc præſuma-
tur contemplata perſona ipſarum aliarũ fę-
minarum, quando alias poſſet inter ipſas
fœminas aliqua coniectura ſumi,quòd pater
voluerit vni prodeſſe, & alterã excludere,
prout dicetur inferius, alias ex ratione con-
ſuetudinis,quæ debet interpretari prædictã
renunciationem, non præſumatur facta re-
nunciatio, niſi ob diſpoſitionem ipſius, vel
futuram ſucceſſionẽ ab inteſtato,& contem-
platione ipſorum maſculorum vocatorum
vigore conſuetudinis ſecundum prædicta,
5 † quando vero reperitur ipſemet renunciãs
proximior,& non adeſt perſona, quæ poſſit
ipſam excludere, vel ratione contemplatio-
nis patris,vel alterius, de cuius ſucceſſione
agitur,vel ſtatuti, vel conſuetudinis admit
tetur ipſa renuncians, vt optimè concludit
Puteus inter conſ. Sforz. Odd. in volum. 1.
conſ.vlt.num.38.& num.63.vbi extat ſtatu-
tum,quòd maſculi, licet remotiores exclu-
dant filias fœminas,quæ conſuet. hic abro-
gatur in conſtitutione Regni in aliquibus
in princ.

Ex quibus erit ſine difficultate, quòd mo-
rientibus fratribus, vel alijs perſonis con-
templatis expreſsè, vel tacitè ipſa renun-
cians admittetur ad ſucceſsionem, non ob-
ſtante renunciatione, vt per prædictos; &
alios,quos refert Tellius loco cit. num. 45.
in quarta concluſ.& Gomez d. num. 11. &
Caſſan. conſ.4. nu.12. reſtringitur enim re-
nunciatio,licet generalis ad ipſarum perſo-
narum ſucceſsionem,& illarum contempla-
tione,in qua poteſt exemplificari,Bald.in d.
conſ.437.& in l.pactum,vbi Caſtr.& alij C.
de collat.& Pariſ.loc.cit. & Napod. hic nu.
6 35.† Renunciatio enim facta per fęminam,
viuente maſculo,cenſetur facta, vt diximus
fauore ipſius,& proinde ipſo mortuo ab in-
teſtato,ac ſine maſculo,de cuius hæreditate
agitur.ſuccedit filia,Boer.deciſ.201. nu.27.
Betius conſ.107.num.14.& nu.22.Surd.de-
ciſ.252.num.4.de Ponte conſ.39. nu.1. & 2.
& hanc opinionem approbauit S.Conſiliũ
abſque difficultate in cauſa delli Suriani, in
cauſa delli Venati,in cauſa Antonij Caponi
cum ſororibus de Tomaſio, in qua cauſa
ſcripſit pulcherrimam deciſionem Regens
Reuerterius, qui refert in hoc articulo,
quod cenſeatur facta fauore maſculorum
fuiſse communiter vocatum per omnes Re-
gentes,& per totum Sac.Conſ. iunctis aulis,
& tan-

Digitized by Google

& tandem in cauſa ſororum de Freccia cum Scipione Theodoro.

7 Quando verò non adeſſet maſculus, ſed alia fœmina, tunc cenſebitur contemplata illa altera fœmina, prout præſupponit Affl. loc.cit.deciſ.161. Alex.conſ.29.lib. 3. Guid. Pap.deciſ.192. & alij ſupra relati, Pariſ. d. conſ.num.45.& Angel. conſ. 52. quod ſemper intelligo, quando adeſt aliqua præſumptio, quòd voluerit proficere alteri filiæ, quod eſt ſi habuit duas filias, & vtramque nuptui tradidit, & ab vna reuunciationem accepit, prout conſiderat Alex. in conſ. 29. vol.3. Pariſ. d conſ. 36.& Laurent. de Pin. conſi.79.num.10.ſecus eſſet, ſi vnam nuptui tradidiſſet, & ab ea petijſſet renunciationẽ, & ab alia non petijt, quia nondum nupta, 8 vt innuit de Ponte d.conſ. 40. nu. 9. † Item ſecus eſſet in fratre in bonis feudalibus; nam tunc, quia ſoror in capillo in ſucceſſione feudorum præfertur ſorori dotatæ, præſumetur ratione conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, renunciatum fauore ſororis in capillo, & ſic intelligendus, vt Afflict. in prædicta deciſ.161.in 2.dubio, Loffred.loc.cit.col.13. verſ. nec his obſtat, dum reſpondet conſ. Alex. 29. vel quando ſola extabat ſoror in capillo, etiam debet admitti, & ratio eſt, quã dicit Laurent. de Pin. loc. cit. quòd teſtator vult iſtam renunciantem non ſuccedere, & illam non renunciantem ſuccedere, ex quo, ſi voluiſſet, potuiſſet reuocare hanc renunciationem, & ſic tenet in caſu prædicto Napod.hic num.36. verſ. ſed quid, ſi tempore renunciationis, & ibidem Anto.de Alex. in addit.quæ incip.vid.quid ſi tempore, & Couar.loc.cit.in tertia part.§.3.nu.4.verſ. octauo, Marant.q.10.num.14.& Lauren.de Pin. in prædicto conſ.69.num.10. qui optimè loquitur, licet in contrarium fuiſſe deciſum teſtatur Saler. hic in addit. quæ incipit dicit Nap.hic, ſemper intelligas, quando adeſſent aliæ coniecturæ violentiores, ex quibus poſſet colligi perſonam contemplatam, non fuiſſe alteram ſororem, vel aliam perſonam vocatam ex præſumpta voluntate, quæ excludat ipſam ſororem, Aret conſ. 17. col. 7. verſ Item nec prohibentur, Corn conſ. 291. prima facie per tot.volum.4 & alij, quos refert Aymon conſ.42.volum. 1. Gemin. Philip.Franch.& alij in d.cap.quamuis, de pact. 9 in 6. † Sed ego indubitanter tenerem, quòd, exiſtentibus in poſſe ipſius fratris dotantis bonis infra diſtrictum antiquis. quòd renunciatio debeat præſumi facta fauore ipſius fratris, & ipſius hæredis ex teſtamento, non autem aliarum ſororum, & certam præſumerem renunciationem ad tollendam prohibitionem diſpoſitionis in vltima voluntate ratione conſuetudinis, qua ceſſante, & moriente ab inteſtato, crederem ceſſare ipſam renunciationem, & omnes ſorores admitten das ex prædictis, præter caſus, in quibus coniecturæ in contrarium vrgerent, vt, quia cæteris paribus ab vna voluiſſet renunciationem, & ab altera non, vt per prædictos, quæ potius erunt repoſita in arbitrio i[illegible]icantiũ. concurrentibus hincinde coniec[illegible] dubio ſemper ego pro interpretation[illegible]dũ cònſuetudinis diſ[illegible]em 'tenerem, & quando particularis coniectura inter ipſas fœminas, vt ſupra non adeſſet, tunc potius præſumendum eſt, quòd fuerit facta renunciatio contemplatione maſculorũ procreandorum in patre, intelligas Crauet. conſ. 42. & Bal.in prædicto conſ. quædam puella, & quod omnes pariter debeãt admitti, de Põt. conſ.40.num.9.& nu.4. Alex. Pariſ. & Ang. 10 loc.cit. † Et quod cõtemplatio prædicta in renunciatione poſſit tolli, vel augeri, dico in fauorẽ, & contemplationẽ aliquarũ perſonarum interpretar i facta, etiam ex nulla, & inualida voluntate ipſius, de cuius hereditate tractatur, dixit Puteus in prædicto conſ. vlt.Sfort.Odd.volum.1.num.38. per auctoritatem Crauet.conſ.856.nu. 20 vbi ex quo pater interuenit in ſtatuto, condito in fœminarum excluſionem, interpretatur, quòd pater iuxta formam ſtatuti voluerit filiam renunciantem excludi ab agnatis maſculis, licet ſtatutum inualidum fuerit, & nullum, ob defectum poteſtatis, & ſingulariter dixit Anto. Fab. in decad. 13. err. 9. quod quodcunque indicium videatur ſufficere, vt præſdefunctis maſculis, filia, quæ renunciauit ad paternam inteſtati ſucceſsionem, cum ſororibus etiam, quæ non renunciarunt, reuocetur, & iddem eſse, quando in teſtamẽto nullo ex defectu alicuius ſolemnitatis, appareret de voluntate, quia etiam ex teſtamento nullo volũtas declaratur.l.vlt.ff.de reb. cor. qui ſub tut.

11 Et prædicta intelligas, quando ipſi maſculi ſunt mortui, viuente patre, Piſanell.in addit.hic, quæ incipit not.quæſtionem poſitam ſub num.31.ſecus, ſi poſt mortem patris, ex quo ſemper, & perpetuò exclusa cenſebitur ſoror, quæ eſt ſemel excluſa, Bal.in l.pactum quod dotali, in 4.quæſtio. C.de collat. & ibi Decius in 5.limit.Dec.conſ.31.Hyppol.in rubr.de fideiuſſor. plures refert Card. Pariſ. conſ.prędicto num.22. Minad. conſ 22. nu. 2.Marant.d.quæſt.10.num.15.Alex.conſ.20. num.7.volum.1.Soc.ſen. conſ. 19. volum. 1. Crot.

Crot.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 41. ff. de verb.oblig. Boer. deciſ. 107. num. 2. Piſtor. par. 5. ſub num. 51. Vaſq. §. 18. lib. 2. de ſucc. creat. num. 146. Cancer. par. 3. num. 4. Molin. de hiſpaniar. primogenijs lib. 2. cap. 3. nu. 47. & Tellius loc. cit. nu. 45. in l. 6. Thaur. Aldobrand. conſ. 26. lib. 1. nu. 147. ex qua prępoſitione nonnulli credebant hanc excluſionem, & limitationem concludere, quòd ſi filij maſculi moriantur poſt mortem patris ſoror debeat cenſeri excluſa ab ipſorum fratrum ſucceſſione, quod nunquam ſomniarunt Doctores prædicti; nam vt Decius d. conſ. 31. Bald. per eum relatus, & Minad. conſ. 22. nu. 2 loquuntur de ſucceſſione ipſius patris, quia effectu iam cõſumato, non eſt amplius quærendum ſi ceſſante cauſa ceſſet effectus, vt ibi Doct. dicũt, & Aldobrand. d. num. 147. & ſeq. & Tiraq. optimè in tract. cauſ. ceſſant. limit. 10. quæ rationes ceſſant in ſucceſſione fratris, quia ſi frater non fecerit teſtamentum, vel ſine filijs moriatur, ſoror admittetur, ita Marant. nuncupatim explicat in prædicta queſt. 10. num. 6. verſ. quod intellige. Tu verò intelligas id, quod dixi de teſtamento, quando ſcilicet eſſemus in ſimplici contemplatione, & non eſſet ad beneficium fratris, expreſsè renunciatum fratri, ſcilicet preſenti, at ipſiuſmet ſucceſſioni pro ſe, & ſuis heredibus accipienti renunciationem, quando eſſemus in libera bonorum diſpoſitione, ſecus in antiquis, quia eſſet ſeruanda cõſuetudo, vt iam ſupra diximus, & Maranta loquitur de iure communi, & ſic intellexit prędictam concluſionem, Piſaneil. in prędicta addit. dum in final. verbis refert ſe ad Marantam loc. cit.

12 Quæro etiam circa prędictam inſpectionem an contemplatio maſculorum, vel aliarum perſonarum habeat locum, quando fœmina non ſolum vadit in matrimonium carnale, prout expreſſe loquuntur DD. ſupra relati, & in ſpecie Tellius loc. cit. nu. 45. in fin. quia tunc in ſeculo permanſit, renunciatio, ipſis contemplatis deficientibus, ineſficax ſine dubio erit, ſed etiam, quando renũciauit, vt in monachiſmum abiret, & hanc renunciationem, factam per moniales, fore, & eſſe realem Sacr. Conſil. viſum refert de Franch. deciſ. 375. num. 2. tum attenta, & conſiderata renunciantis intẽtione, dum renunciat, vt Deo ſeruiat, & mundũ relinquat per Decium conſ. 31. & ibi Apoſtill. lit. B. vbi dicit hanc cauſam ſufficere ad faciendã renunciationem eſſe realem, Vaſq. de ſucceſ. creat. par. 4. §. 18. nu. 116. Dydac. Spin. in ſpecul. teſt. gloſ. 12. verſ. de legato monacho relicto, poſt num. 52. Marius Solon. de Pac. conſ. 5. nu. 4. & Maſtrill. in deciſ. 65. num. 12. tum etiam, attentã intentione ipſorum, qui receperunt renunciationem, cum non ſit veriſimile, nec ex parte ſororum, nec ex parte fratrum, quòd vellent excludere proximiores, vt bona in monaſterium deuenirent, ita de Franch. loc. cit. qui propter hoc dicit renunciantes fuiſſe excluſas per Sac. Conſil. & in ſpecie, quòd in matrimonio ſpirituali, ſcilicet, quando in monachiſmum abit, illa renuncians non ſit de prædicta contemplatione tractandum, vt, ſcilicet, cenſeatur fauore maſculorum facta, ſed ſimpliciter ex cauſa, vt mundum relinquat, voluit Aldobrand. in conſ. 26. nu. 147. verſ. tamen contraria opinio omnino videdus, & in terminis noſtris, quod, & ſi maſculi exiſtant tempore renunciationis, quòd non cenſeatur facta contemplatione maſculorum, ſed eſſe penitus realem, & fauore omnium agnatorum, & tranſuerſalium, Maſtrill. loc. cit. deciſ. 65. nu. 15. authoritate Sfort. Odd. conſ. vlt. num. 33. & 34. qui tamen loquitur, quando ſtatutum excludit filiam renunciantem, propter agnatos, etiam remotiores, & quando non exiſtunt alij, qui ex veriſimili mente poſſint eſſe vocati tempore renunciationis, & licet contrariam ſententiam tenuerit Tellius loc. cit. num. 46. cum plurib. ſequentib. tamen cogitandum reliquit, prout num. 63. in fin. & in ſpecie, quod prædicta contemplatio ceſſet in caſu prædicto, tenuit Menchac. in prædict. §. 18. num. 116. & num. 92. & 96. vt refert idem Tellius ibid. num. 47. tam ab inteſtato, quam contra teſtamentum, licet Couar. §. 3. num. 4. verſ. nono admittat, ſub verbo forſan, ab inteſtato ipſum monaſterium, & contra teſtamentum excludat contra Tellium nuncupatim tenet Dydac. Spino. in ſpec. teſtam. gloſ. 12. tit. de legat. monac relict. num. 52. verſ. pro qua facit, & Mar. Solon. de Pac. conſ. 5. num. 4. ſecundum quam fuit iudicatum in S.C. in cauſa illorum de Pignatellis cum Monaſterio Reginæ cœli, Mondellis

13 Actorum Magiſter. † Et ne videar tanti Viri cuiuſmodi eſt Tellius dubitationes potius, quæ rationes paruifacere, ipſis ſic cenſui ſatiſfaciendum. Et primò non obſtat ſimilitudo inter matrimonium ſpirituale, & carnale, quia ipſe præcipuè fundatur, quia, ceſſante eadem ratione, ceſſat argumentum, ita Euer. in loc. 33. verſ. & quemadmodum, nam ceſſat reciproca ſucceſſio inter eas, quæ monaſterium ingrediuntur, quæ reciproca ſucceſſio remanet in matrimonio carnali, ita per Cameram Imperialem, deciſ. 6. nu. 265. verſ.

verſ.quantum ad ſecundum lib.1. & per hãc rationem monaſteria in Gallia,ac religiones non ſuccedunt,Gulielm.de Benedict.in cap. in cap.Raynutius,in verb.& vxorem nomine Audelaſiam in principio num.220. cum ſeq.iddem teſtatur Boer.deciſ.354. Couar.c. 1.in fin.de teſt. D.Regens Tapp.in Auth.ingreſſi,in verbo ſua cap.13.nu.19.

14 Nec ſecundo rationes, à Tellio conſideratæ,ſubſiſtunt,dum putat monaſterium admittendum ea ratione, quia ſi renunciatio continet ſub ſe conditionem tacitam, ſi ipſi renuncianti deferatur hæreditas, ceſſat ex quo tempore mortis non monacho, ſed ipſi monaſterio defertur. Ad cuius difficultatis reſolutionem duo ſunt ponderanda. Alterum regulam, legis ſuperſtitis. ff. de
15 acquir. hæred. † quòd renunciatio habet tacitam conditionem prædictam, ſi deferatur eſſe intelligendam, ſi ſibi,ſcilicet, vel alteri ex eius perſona deferatur, cui etiam renunciationem nocere non dubitatur, prout explicat Couarr.d.cap.quamuis.3.part. §.2. ſub nu.3.verſ.non oberit, & tenet Cagnol. in d.l.fin.C.de pact.nu 207. Quod vero monaſterium hæreditatem Monacho delatam ex perſona ipſius monachi recipiat,& acquirat, qui ſi eſſet in ſęculo, debuiſſet ſuccedere pater, quia, ſi eo tempore naturaliter eſſet mortuus,tunc monaſterium non acquireret ſic, quando pro mortuo habetur,qui a renũciatione ſe è medio abſtulit. Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua.num. 195. Caſtr. in l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg.primo, Angel. conſ.300.num.4.ex quo ideo illud ius renũciatum non potuit in monaſteriũ transferre,colliguntur iſta ex Couarr.loc.cit. par.3. §.2.a num.3.Molin. de iuſtit. & iur. diſput. 140.col.6.verſ.non ſolum;, & melius idem Molina Ieſuit.de maiorat. diſput.579.col. 10.num. 15. verſ. hinc conſtat,& dicit Minad.in fine repetit.conſtit.in aliquibus, nu. 42. Et licet monaſterium in actu adeundi ex communiori ſententia non indigeat monachi perſona, ſine quo, vel etiam eo inuito, adire poteſt Dom. Tapia in Auth. ingreſſi, in verb.ipſo ingreſſu, num. 94. & ſequen. Borgnin.Caualcan.deciſ. 1. vol. 3. num. 50. Saſseus de iuſtit.& iur.lib. 2. cap.41.dubit. 11.num.87.verſ.quomodo.

Eget tamen illius perſona in actu acquirendi in hoc,vt ſine eo non deferatur hæreditas,quæ primo defertur monacho,nec momento apud eum manet, ſed monaſterio acquiritur,mediante perſona monachi ex reg. l.planè,& not.in l.neceſſarijs.ff. de acquir. hæred. Ità vt etiam attenta opinione Canoniſtarum,quòd recta via quæratur monaſterio, intelligitur, ſcilicet, contemplatione monachi viuentis,vt Decius conſ.31.in fin. Minad.in repetit.conſtit.in aliquibus, in 8. not.n.30.Caſſan.in conſuet. Burgun. rub. 7. §.17.verſ.ex quo dixi, ſic etiam excluditur illa tacita conditio,ſi ſibi deferatur; nam intelligitur, vel alteri ex eius perſona, vel ex eius facto, & cauſa, vt latè Ann.d.conſ.45. nu.92. & ex ſupra dictis patet.

16 Nec obſtat §.ſed & hoc præſenti in Authen.de ſanctiſs.Epiſcopis,quem refert Tell. num.52.quia ceſſat illius diſpoſitio,quando conſtat de tacita voluntate ingredientis religionem in contrarium, ita D. de Franch. deciſ.29. Nec Beroi authoritas obeſt. quia intelligitur in terminis capituli perlatum 19.q.vltima,vbi Petronilla nedum non renunciauit, ſed tempore ingreſſus donauerat omnia bona ſua monaſterio: ergo affectus ingreſſi erat in contrarium, vt ſcilicet,per eum monaſterio acquireretur, ex quibus remanet immota prædicta communis opinio, in caſu ſcilicet,ingreſſus non eſſe, contemplationem perſonarum attendendam ad annullandum renunciantem ipſis perſonis cõ-
17 templatis præmorientibus. † Poſt hæc ſcripta vidi Reuerendum Patrem Molfeſium in ſuis commentarijs ad has conſuetudines, qui in prædicto cap.de renunciatione q.17. nititur cõtrouertere deciſiones prædictas S. Conſ.& dum rationem num 37.refert, non bene recordari opinor propoſitionum indubitatarum de conſuetudine, dum dixit in eo caſu ſuperfuiſſe vterinum fratrem, cùm is de conſuetudine non ſit præferẽdus ſorori vterinæ,& proinde in renunciatione, quando in ea contemplantur perſonæ maſculorum,deberent eſſe maſculi tales,qui ſecundum conſuetudinem deberent præferri, prout optimè in ea deciſ.375.num.5.aduertit Præſ. de Franch. ſed poſſet prædictus reſpondere,quòd id, quod diximus de vterino ſcilicet, in eius beneficium non eſſe ius accreſcendi poſſe habere contradictorem,cùm ipſemet Molfeſ. vterino ius tale concedat, part.3.de ſucceſſ.ex teſtam.q.22.num.15. & iterum miror quare nitatur author ille aſſignare rationem illius deciſionis, aliam ad aſſignata,& declarata per D.de Franch.qui fuit author illius,& dixit,quòd Sacr.Conſil. fundauit ſe in realitate renunciationis, quæ ſi non fuiſſet pro tali habita,ſorores fuiſſent admiſſæ ad ſucceſſionem.

18 Ex prædictis modò deueniendo ad quæſtionem de conſuetudine, concludendum erit, quod,ſi non adeſt habilitas extre-

Digitized by Google

tremorum in ipſo monaſterio, ac monaco, videlicet, quando monachus intrauit mo naſterium, quod non poteſt poſſideri, nec in cõmuni, quo caſu non poteſt monaſterij, vel monachi perſona attendi ad verificandam illam retraditionem, poſtquam hæreditas eſt iam delata ad transferendam, ſcilicet, illam in perſonam, ad cuius beneficium eſt facta renunciatio, prout ex Capycio diximus ſupra deciſ. 159. nu. 14. ex quo amplius, vt diximus, monachus non poteſt acquirere, & denegatur delatio prædicta, ex quo eſt realis mera renunciatio, in caſu prædicto limitabitur in hac renunciatione id, quod diximus ſupra in quarta inſpectione §. 7. nu. 6. quòd, ſcilicet, poſſit illa perſona, cui eſt facta renunciatio, pro ſe, & ſuis hæredibus diſponere de bonis antiquis, non relicta medietate, ſecundum conſuetudinis diſpoſitionem, quia prædicta procedunt in renunciatione translatiua, vel quæ, cum ſit perſonalis, & non merè abdicatiua, poteſt in caſu delationis transferri per fictam illam, & momentaneam retraditionem ex Capyc loc. citato, quæ non procedunt in caſu illius renunciationis, quę ab ingrediente monaſterium ſit, cum ipſa amplius non habeat animum acquirendi, & hoc caſu eſſet iſte momentaneus actus acquiſitionis conſiderabilis, cũ poſſit aſſerre iuris diuerſitatẽ, prout in ſimili dicit Grat. diſcept. for. cap. 132. num. 30. alias regulariter non eſſet conſiderabilis, vt ibi. Iſta enim renunciatio tollit penitus de medio ipſum renunciantem, quæ cum habeatur pro mortua, non poterit ex ipſius renunciantis perſona defendere ipſius diſpoſitionẽ per prædictam retraditionem, & probantur prædicta per Sforz. Odd. conſ. vlt. nu. 33. & 34. quem refert Maſtrill. deciſ. 65. nu. 15. vbi iſtæ renunciationes adeo reales ſunt, & tollunt de medio renunciantem, vt faciãt locum etiam omnibus agnatis, & tranſuerſalibus, ſicut quando renunciatio eſt facta cauſa inſtituendi perpetuum maioratum, quia tunc ceſſat ratio primæ contemplationis, ſed ſucceditur per alios vocatos in maioratu, quia tunc eſt facta contemplatione omnium vocatorum in maioratu, ſi rectè intueatur, ita Molina in lib. 2. cap. 3. num. 48. Cancer. cap. 15. lib. 3. num. 35. qui Puteum refert d. num. 34. in conſ. Sfor. Odd. Gabriel. conſ. 89. num. 63. volum. 1. hinc etiam notabis, quòd in bonis antiquis intra diſtrictum nec ipſamet renuncians poterit inſtitui in totum, ſed in ſola portione libera, veluti in medietate, reliqua omnia ab inteſtato debẽtur alijs agnatis, cum fauore omnium agnatorum ſit facta renunciatio; ſimiliter ex prædictis concludendum erit in renunciatione facta per patrem in bonis maternis. & per matrem in paternis iuxta nouum vſum, de qua re, quia latè tractabimus infra in conſ. ſequenti, dum de conſuetudine Capuanæ, & Nidi loquemur, illuc te remittimus, ſufficiat pro nunc, quòd per terminos prædictos ſic eſt concludendum, cum ſit penitus abdicatina prædicta renũciatio, eoq; magis, quia nõ fuit per illam data poteſtas, diſponendi ipſi matri liberè, ſed ſecundum conſuetudinem in ſcriptis redactam. & ideo non poterit diſponere, niſi iuxta formam à conſuetudine præſcriptam, ſic etiam, quia non fuit facta in prædicto vſu renunciatio ipſiſmet filijs, & eorum hæredibus, vt poſſet diſpoſitio ipſorum tueri eo modo, quo diximus, quando renunciatur ipſimet, de cuius ſucceſſione agitur, ſed hic penitus ipſi parentes tolluntur de medio, & vocantur coniuncti ex parte bonorum, & ſic omnes coniuncti, & iſta eſt veritas, & in prædictis caſibus a Doctor. præcitatis, prout per de Franch. & alios notatur ſtipulatio Aquiliana ad efficiendam renunciationem realem, de qua ſupra diximus, hoc aduertendo, quòd quando aliàs renunciatio non eſt per ſe realis, tunc ſi præmoriuntur illi, quorum cauſa fuit facta renun-

10 ciatio, † licet ſuffulta ſit acceptilatione, tamẽ deficit, quia ipſa clauſula per ſe eſt acceſſoria, vt diximus in prima inſpectione, & ſemper ſeruatum fuiſſe in Sacro Conſilio, vt in prædictis deciſionibus, non obſtante Aquiliana ſtipulatione, dicit Lanar. conſ. 49. numer. 16. qui refert plures deciſiones Sacri Conſilij, quicquid dixerit in contrarium Anto. de Alex. in additio. quæ incipit aduerte, quia ſub num. 31. hic verſ. limita ſecundo, & diximus ſupra in principio, dum de acceptiiatione loquuti ſumus, & optimè fundat in hoc cõtra prædictam opinionem Piſanell. in addit quæ incipit hic eſſent repetenda, ſub num. 195. in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, quatenus vero ſit ſtandum ſolutionibus dictis ibi ad conſilium Rom. iam diximus ſupra in princ. hic loc. cit.

Repetit. Par. 3. §. 9.

1 *Sollemnitas requiſita ex S. Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 16. de regularibus, vt renunciatio fiat cum licentia Ordinarii, an ſeruanda etiam in monaſteriis exemptis.*

2 *Licentia Epiſcopi requiſita per Sac. Concilium*

cilium Tridentinum eſt diuerſa, ab exploratione voluntatis ab eodem S. Cõcilio requiſita.

3 *Sollemnitas prædicta nu. 1. an requiratur quando per viam contractus non procedit renunciatio, ſed per viam vltimæ voluntatis in teſtamento.*

4 *Sollemnitas prædicta ceſſat, quando fit à maiore, non autem à minore controuertitur.*

6 *Solemnitas Sac. Concilii prædicta an procedat, & requiratur quando renunciatio fit ante ingreſſum, licet intuitu ingreſſus.*

7 *Molfeſius reprobatur in addit. ad q. 16. nu. 6. de renunciat.*

8 *Solemnitas prædicta requiſita à S. Cõcilio non procedit, quando ante ingreſſum valide monaſterium ſe obligat, quod ingreſſurus renunciabit.*

9 *Monaſterium quomodo excludatur per renunciationem monaci.*

10 *Monaſterium promittens ingreſſuri renunciationẽ, quomodo excludatur abſq; eo, quod renunciatio ſubſequatur, & qualiter talis promiſſio intelligatur.*

11 *Cautela ad effugiendas difficultates in renunciationibus faciendis per ingreſſuras.*

12 *Metus quando renunciationem infringat.*

13 *Metus non præſumitur, quando minæ, & verbera non probantur.*

14 *Metus non admittitur, quando renunciatio fit in loco extra poteſtatem perſonæ, de cuius coactione dubitatur.*

15 *Dolus quomodo, & quando renunciationem oppugnet, & an re ipſa, vel ex propoſito requiratur, & quando. nu. 16.*

17 *Auth. ſacramenta puberum non procedit interueniente dolo.*

18 *Iuramentum interueniente dolo, vel metu, an ſit ipſo iure nullum, vel requiratur relaxatio.*

19 *Metus & doli præſumptio tollitur, quando cum iuramento, & ex iuſta cauſa renunciatio fit patri, vel matri de paterna, vel materna ſucceſſione per filiam dote recepta. nu. 20.*

§. 9. *De exceptionibus aduerſus renunciationem excepta læſione, de qua agitur in §. ſequen.*

AD Tertium, & Vltimum de renunciationum defectibus, ac nullitatibus, nec non de reſtitutionibus aduerſus ipſas renunciationes.

Prima ſe ſe offert nullitas ex defectu ſolemnitatis, à Sac. Concil. Tridentino ordinatæ in ſeſſione 25. cap. 16. de regularibus, quando ſcilicet proceſſit renunciatio abſque licentia Ordinarij.

1 In qua quærendum primò, an iſta diſpoſitio ſit ordinaria, ac vniuerſalis ſeruanda, etiam in locis exemptis, & de facto vidi plures renunciationes monaſteriorum, Neapoli exiſtentium, videlicet Reginæ Cœli, Monaſterij Sanctæ Crucis de Luca, Sancti Gaudioſi, Sancti Franciſci de Obſeruantia, & alios plures, qui licet eſſent exempti in eis, prædictam ſolemnitatem eſſe ſeruatam obſeruauimus, & ſicá Sacra Congregatione Cardinalium interpretum Sacri Concilij fuiſſe declaratum, videlicet, licentiam requiri, etiam cùm monaſterium eſt exemptum teſtatur Nauarr. conſ. 53. num. 4. de regul. lex enim generaliter loquens, includit quoſcumque priuilegiatos, ſi in illa materia, de qua agitur non reperiatur habere ſpeciale priuilegium, Dec. in l. in teſtamento, C. vnde lib. & conſ. 5. Alciat. lib. 4. Paradoxo. cap. 10. Tiraquell. de retract. glo. 14. num. 91. Doct. in l. nemo poteſt, vbi Crot. num. 19. Ripa num. 52. ff. de legat. primo. Vaſq. controuerſiar. illuſtrium cap. 45. num. 2. & 84. firmat Burſat. conſ. 81. num. 19. volum. 3. & paſſim à Doctoribus iſta auctoritas Sac. Cõcilij allegatur, vt inferius dicetur, nec alibi ſit inter Doct. exemptio prædicta, in aliquo occurrenti caſu allegata, prout de facili potuiſſet occurrere, quando fuiſſet vera, & quod prædicta conſtitutio omnes indifferẽter comprehendat in ſimili, dixit Cancer. cap. 15. num. 212. dum dicit tam minores,
2 quàm maiores annorum 16. † Et aduertendum diuerſam eſſe licentiam Epiſcopi requiſitam in renunciationibus, iuxta cap. 16. dicti Sacri Concilij ab exploratione voluntatis, de qua in eopum Concilio diſponitur.

Ibidem in cap.17.in quo vidi nonnullos æ-
quiuocare,cum ſint penitus diuerſa.
3 Limitatur prędicta diſpoſitio, quando
non procederet per viam contractus; ſed
per diſpoſitionē in teſtamento, Borgognin.
in deciſ. 11.num.112.in fin.part. 3. contra
tenet Spino.in ſpecul.teſtamen.glo. 12. de
legat.relict.monac.num.50.Guttier. in cap.
quamuis, in verb.dum nuptui num.4.qui du
bitauit,& Theſaur.quęſt.foren.cap.56.lib.2.
num.5.ex identitate rationis in vtraque di-
ſpoſitione procedere dixit ordinationem
prædictam,& dicit ita conſuluiſſe Guttier.
in d.c.quamuis, & opinionem hanc ſequi-
tur Cancer.d.cap.15.nu.217. pluribus alijs
relatis,& prædictam veriorem opinionem
appellat Grat.in addit.ad deciſ. March. 37.
num 9.in addit.num. 3. contra Spino. in d.
ſpeculo,ex Menoch.caſu 436.in addit. num.
16.quam ſequitur idem Guttier. lib. 2. Ca
nonic.q.cap.1.a num.26.qui tenet non pro-
cedere in teſtamentis, quam probat Ceuall.
lib.1.quęſt. 63. num.7. vbi alios allegat, &
apud eos videas rationes in contrarium pon
deratas euerti, & hanc opinionem libenter
ſequor, attentis rationibus à prædictis re-
latis.
4 Secundò limitatur prædicta diſpoſitio
dicti Sacri Concilij in renunciatione, quæ
fit per minorem ante decimumſextum annū
completum,non autem à maiore, ita intelli-
git prædictum Capitulum Menoch.de arbi-
trarijs caſu 436. num. 8. cent.2. Sed in hoc
contrarium tenuit Cancerius variar. cap.
15.lib.3.nu.220.& alij per eum relati.
6 Tertiò limitatur in renunciatione,quæ fit
ab eo,quæ nondum ingreſſa eſt,nec habitum
ſuſceperit,& ſic non procedat in actibus, ac
renunciationibus factis ante nouitiatum,
Guttier.in d. cap. quamuis, num. 4. Gamm.
deciſ.375.Burgognin.deciſ.11.num. 115. &
alij relati per Theſaur.quæſt. præd.56.nu.9.
Riccius in prax. Eccleſiaſt. deciſ. 651. Gra
tian. deciſ. March.37.& Cancer. variarum
reſolut.cap.15.de renunciat. num. 335. qui
dicit, hodie eſſe hoc extra omnem contro-
uerſiam,vt talis renunciatio facta à cogitan-
te ingredi, non ſubiaceat prædictæ diſpoſi-
tioni S.Concilij,ſtante declaratione facta
per congregationem Concilij prædicti, vt
teſtantur Doctores prędicti. & Nauarr. per
Cancer.relatus,& Menoch. qui ponit inte-
gram congregationis deciſ.in addit. ad lib.
2 de arbitr.ad caſum 438. in 2. caſu num. 3.
& ſeq.& ſequitur Modernus Pater in com-
mentar.ad has conſuet.in tit. de renunciat.
7 q.16.num.15. † quicquid in contrarium ni-
tatur,idem Pater in addit. ad prædictam q.
16.num.6.cum diuerſa ſit concluſio. an ſi in-
greſſus non ſubſequatur valeat ipſa renun-
ciatio,& tali caſu non eſſet opinio abſque
maxima ratione tenere renunciationem cau
ſa non ſubſequuta poſſe condjci per renun-
ciantem per condition~ſu ob cauſam. l. 4. &
ibi Barto. ff. de condict. ob cauſam, alia
eſt quæſtio præſuppoſito, & ſubſequuto in-
greſſu, & ſecundum iſta ſunt intelligendi
prædicti authores,& ſacra Cōgregatio Con
cilij,& ita declarat Menoch. in addit. præ-
dicta ad caſum 436.de arbitrar.iud. num.8.
qui refert Tiraquell.ita ſentire in tract.ſuo,
Quod cauſa ceſſante,ceſſ.effect.in prim. par.
num.232.inquit enim Menoch. quod tunc
ad ſeculum reuerſus iure communi omnia
bona recuperat, ceſſante cauſa renunciatio-
nis,prout etiam dicit idem Menoch.loc.cit.
num.9. tractans de donationibus factis in-
tuitu ingreſſus, vt & illæ reuocentur iure
communi,ipſo ingreſſu non ſubſequuto.
8 Quartò poteſt limitari prædicta diſpoſi-
tio, quando antequam tractaretur ingreſſus
per ipſam renunciantem, præceſſit pro-
miſſio ipſius monaſterij per quam ſe obliga-
uit tempore ingreſſus fieri facere renuncia-
tionem per ipſum ingreſſurum in ampla
forma, ſpecificando renunciationem, vide-
licet per abdicationem penitus ipſius renun
ciantis ab omnibus hæreditatibus, quo caſu
videtur ipſum monaſterium, non vigore
renunciationis, quæ fit ab ipſo ingrediente
monaſterium,ſed proprij contractus a præ-
dictis ſe excludere; renunciare enim poteſt
ipſum monaſterium abſque auctoritate Or-
dinarij bonis acquirendis,& in ijs ſibi præ-
iudicare Couarr.in par.3.relect.cap. quam-
uis, de pact. in 6.§.2. col. 5. in princ. vt latè
per Stephan. Quarant. in ſumma bull. in
verb.alienatio rerum Eccleſiæ num.43. Al-
dobrandin.in conſ.26.num.83.& ſeq.qui in
ſpecie loquitur de conſenſu monaſterij in
renunciationibus.
9 Vnde ſi ideo excluditur monaſterium,
quando excluditur virtute renunciationis,
factæ ab ipſo Monacho, quia obligatur ad
non petendum ex perſona monachi ipſa bo-
na renunciata, quæ obligatio deſcendit in
ipſum monaſterium,vt optimè aduertit Al-
dobrandin.in conſ.26.num.75 & ſequen.ex
Barto. in l.ſi vnus.§.pactus ne pateret.ff.de
pact.col.4.num.11.verſ.tertia vis eſt, ex au-
ctoritate etiam Purpurati in l.fin.num.191.
10 verſ.& etiam dato, C.de pact.† prædicta
ceſſant, quando principaliter ipſum mo-
naſterium promiſit renunciationem facien-
dam

Digitized by Google

dam à monaco, & ſic promiſit ſe excludi
facere per renunciationem monaci: ergo
verè promiſiſſe creditur proprium factum
quo ad obſeruantiam ipſius renunciationis,
& quo ad ipſum erit habenda pro facta,
quia poſtquam monachus effecit profeſſio-
nem, omnia promiſſa exiſtunt in poteſtate
ipſius monaſterij, vt in ſimili optimè con-
cludit de Ponte in conſ. 6. ſub num. 37. verſ.
ſtante ſupradicta concluſione num. 39. vol.
2. Si enim promiſit ipſam renunciationem
monaſterium, non poterit deinde ipſummet
illam impugnare, quia de ipſius euictione
tenetur vigore prædictæ promiſſionis, tex. in
l. exceptione doli C. de euict. nam monaſte-
rium, dum promiſit renunciationem futu-
ram, intelligitur ipſam promiſiſſe, in forma
valida, ſecundum gloſ. in l. huiuſmodi, in
princ. ff. de leg. primo, vbi Bald. eam notat, &
Alex. colum. 3. & Iaſ. in l. ſtipulatio iſta ha-
bere licere in princ. col. 4. verſ. iuxta iſtud
notabile. ff. de verb. oblig. itaque, qñ præceſ-
ſit promiſſio monaſterij, non erit diſceptan-
dũ de renunciatione facta à Monacho ingre-
diente, cũ, & ſi ipſa in ſolemnitate deficiat,
poterit monaſterium repelli ex propria, &
iurata renunciationis promiſſione, qm̃ in
ſolis acquirẽdis ipſa renũciationis promiſ-
ſio pernecesſe conſiſtere dicit: reſpectu eñ
monaſterij omnia acquirenda dici poſſunt,
quod vero monaſterium abſque ſolemnitate
poſſit renunciare de voluendis, Dominus
Paſcalis in par. 3. cap. 7. num. 26. vnde per
iſta potius euitatur diſpoſitio prædicti Con-
cilij, tamquam non naceſſaria in hoc caſu,
quam limitatur, & prędicta comprobantur,
quia videntur ceſſare omnes rationes, per
quas Sacrum Conciliũ prædictam ſolemni-
tatem introduxerit, cùm prædicta promiſ-
ſio præcedens videatur excludere omnem
ſuſpicionem, quæ poſſet præſumi in perſo-
na ipſius renunciantis, & potius videatur
executio promiſſionis factæ à monaſterio,
quam lex ratam habet, quam principalis re-
nunciatio ipſius ingreſſuri, agitur enim de
renunciandis bonis in eo tempore, quo mo-
naſterio ex perſona ipſius renunciantis erãt
acquirenda, & hoc modo monaſterium im
pugnando prædictam renunciationem, di-
ceretur venire contra propriam promiſſio-
nem, quod permittendum non eſt. l. poſt
mortem. ff. de adopt. Surd. deciſ. 149. in fin.
11 verb. & ibi relati,† vnde ad effingiẽdas prę-
dictas, & alias difficultates, non ſuperfluam
cautelam putarem, vt tempore, quo ſtipula-
tio contrahitur de receptione ipſius perſo-
næ ingreſſuræ per monaſterium, procuretur
fieri promiſſio in ſpecifica, & diſtincta forma
renunciationis faciendæ per ipſam ingreſſu-
ram, prout ab ipſamet erit poſtea exequen-
da, prout pluries vidi obſeruatum.

12 Secunda erit exceptio, quæ poſſet ipſam
renunciationem impedire, vel infringere,
ſi allegetur facta per metum, quæ exceptio,
niſi concurrat enormis læſio, non caſſat re-
ſciſſionem, Couarr. part. . . §. 4. num. 7. verſ.
nona concluſio, Oſaſc. deciſ. 129. Menoch. de
præſumptionib. cap. 127. num. 14. Seraphin.
de priuileg. iuramen. priuileg. 21. num. 31.
Ondedeus conſ. 29. num 48 Bertazzol. conſ.
25. num. 9. Hartmand. Piſtor. qui prædictos
ſecutus eſt in quæſt. par. 5. nu. 69.

13 Qui metus non præſumitur, imò excludi-
tur, quãdo minæ, & verbera nõ probantur,
Aldobrand. in conſ. 26. vol. 1. nu. 51. & Pari-
ſius, qui plures refert prædic. conſ. 26. nu. 67.

14 Excluditur ſimiliter metus exceptio prę-
dicta, quando renunciatio eſt facta per filiã,
iam ſeorſum exiſtentem ab ipſo patre, vel
perſona de cuius coactione dubitatur, vt,
quia fit ab ea, iam exiſtente in monaſterio,
non enim metus exceptionẽ allegare poteſt,
quæ actum renunciationis fecit in ſui liber-
tate exiſtens, Aldobrandin. in prædicto conſ.
26. lib. 1. num. 52. & 53. vel quia fit in aliena
domo, exiſtecte filia, præſentibus alijs con-
iunctis, ita Pariſ. loc. cit. nu. 68.

15 Tertia erit exceptio aduerſus renuncia-
tionem doli ex propoſito interuenientis in
ipſa renunciatione, quæ exceptio probatur
apertiſſimis verbis, per tex. in cap. quamuis
pactum, de pact. in 6. quem dolum commu-
niter extendunt Doctores ad dolum re ipſa,
qui ex enormiſſima læſione cauſatur, qui,
quamuis ſit præſumptus, proprio dolo com-
paratur, ita poſt Caſtren. Aret. Soc. & Dec.
tenet ex communi opinione, Pariſ. d. conſi.
26. num. 73. lib. 3. Eugenius conſ. 28. nu. 49.
& 50. lib. 1. Aldobrandin. d. conſi. 26. num.
110. Cephal. conſ. 34. num. 24. & conſ. 142.
num. 29. lib. 1. quos ſequitur Caſtill. lib. 3.
cap. 2. nu. 39. & 40.

16 Nec tamen credas dolum ex propoſito
ſimpliciter, & abſolutè conſiderandum, nã
quando interuenit dolus ex propoſito, non
per hoc erit abſolutè admittenda reſciſſio
renunciationis, niſi concurrat enormis lęſio,
ita Theſaur. deciſ. Pedemont. 67. nu. 1. verſ.
in contrarium, vbi propter dolum, contra-
ctus cum iuramento factus, non reſcinditur,
niſi concurrat enormis læſio, Iaſ. in Authẽ.
ſacramenta puberum num. 50. & 51. & Al-
ciat. in cap. cum contingat num. 97. de iure-
iuran. & omnes relati ſupra in exceptione

17 metus, † tex.n. in Auth. ſacramenta pube-
rum, extante dolo, non procedit, & in hoc
vnanimiter omnes Doctores conſentire,
inquit Caſtill.loc.cit.num.19. Decius conſ.
180.num.4.Iaſ.conſ.133.colum.4.& 5. lib.
4.Natt.conſi.658.num. 12. lib. 4.Burg.de
18 Pac. conſ.28. num. 14. † an verò iuramen-
tum, interueniente dolo, vel metu, ſit ipſo iu-
re nullum, vel requiratur relaxatio, Guttier.
in d.cap.quamuis, in verb. ſi tamẽ iuramẽto,
num.1.vbi latè remiſit, Afflict. tamen in-
quit in deciſ.322.num.6.quòd licet de iure
ciuili ſit nullum iuramẽtum, metu extortum,
de iure canonico debeat ab eo peti abſolu-
tio, contra magis communiter DD. te-
nere dixit Caſtill.loc.cit.nu.26. ex Pedroch.
conſ.26.num.3.Caldas Per.in verb. læſis, in
l.ſi curatorem habens, num.1.colum.3.verſ.
idque adeo verum, quando dolus ex propo-
ſito interuenit, quando vero ex dolo re ipſa,
videlicet, ex læſione enormi, vel enormiſſi-
ma requiratur abſolutio ſecundum commu-
niorem ſententiam, contra quam plures te-
nuerint Neuizan.conſ.22.& 23.

19 Tollitur quoque metus, & doli præſumptio, quando renunciatio iurata ſit ipſis Patri, ac matri de paterna, vel materna hæreditate ſecundum communem opinionem, ac inductionem DD.in d.cap.quamuis, de qua per Pariſ.d.conſ.26.num.66.lib. 3. ſequitur plures referens Caſtill.loc.citat.lib.3. cap.2. num.70.

20 Quod tamen intelligendum, quando iuſta cauſa præceſſit, & dos congrua, vt ibidem notat plures alios, referendo idem Caſtill. num.72.& dixit Molin.de primogenijs lib. 2.cap.3. num. 27. & 28. de quibus, quia ſpecialiter dicemus inferius in enumeratione circumſtantiarum excludentium ipſam læſionem, hic non dicimus.

Repet. par. 3. §. 10.

1 *Læſionis quotuplex ſit ſpecies, & quæ ſint declaratur.*

2 *Læſio qualis ſufficiat ad obtinendam reſtitutionem in integrum, & Auth. ſacramẽta puberum, an procedat, data enormi, vel enormiſſima læſione, & concluditur nu.3.ex veriori opinione.*

4 *Læſio excluditur in renunciatione, quæ ſit ex cauſa monacatus, quando renuncians habuit dotem ingreſſarum.*

5 *Renunciatio an & quando inualidetur, ex quo renuncians poteſt retrahi à religione diſtinguuntur varii caſus.*

6 *Læſio excluditur in renunciatione, quando renuncians habuit animum donandi.*

Et donatio quando, & in quo caſu excludat læſionem.

7 *Læſio excluditur in renunciatione, quæ ſit patri, vel matri viuentibus de eorum hæreditatibus ex iuſta cauſa, & quia agitur de hæredioate nondum delata, num.8.*

9 *Iſer.opinio in tit, de nat.ſucceſſ.feudi de reſtituenda ſorore aduerſus dotationem controuertitur, & per Doct.Siculos communiter oppugnatur.*

10 *Laeſio non conſideratur, quando renunciatio proceſſit ex pia cauſa, vel iuſta, puta ratione maioratus, & aliis de iuſtis cauſis.*

11 *Laeſio quando à condecenti dote recepta excludatur in renunciatione, & quomodo cum dote in renunciatione laeſio concurrere poſsit diſtinctè per authorem, declarantur omnes caſus.*

Et filia dotata quando renunciauit poſsit aduerſus renunciationem per viam laeſionis venire ob generalitatem renunciationis.

12 *Renuncians recepta dote de paternis, & maternis omnibus aliorum ſucceſsionibus ex tranſuerſo excluditur ratione conſuetudinis, & quo modo renunciatio cohærentia conſuetudinis veſtiatur.*

13 *Tempus dotationis metitur læſionem in dotatione patris, vel matris.*

14 *Tempus mortis mittitur læſionem dotatæ devnius, ſcilicet paternis, in aliorum patrimoniis, in quibus legitima tantum datur, quando renunciauit omnibus prædicta dotata.*

Et paragium quando infra legitimã debetur, metitur ſecundum legitimam tempore mortis attento, ad declarandam læſionem in renunciatione.

15 *Doctorum ratio communis confutatur, dũ dicunt, quod ſi omnino filiæ legitima danda eſſet diſpoſitio, cap. quamuis eſſet fruſtratoria, ex quo cap.prædictũ, præcipuè ab inteſtato intelligitur,*

16 *Cap. quamuis pactum de pactis in 6.procedere etiam nulla dote recepta, non tamen excludi ſupplementum.*

17 *Renuncians quo caſu renunciauit legitimæ, quando prætenſione legitimæ excludatur.*

18 *Tempus mortis inſpiciendum in dignoſcenda læſione in perſona cui legitima debetur, quæ renunciauit.*

19 *Filius an & quando recipiens à patre* in

ſolutum rem aliquam pro legitima excludatur à petitione ſupplementi.

20 *Laeſio magis conſideratur in hæreditatis delatę renunciauione, quam deferenda.*

21 *Paupertas renunciãtis perſonae adiuuat reſtitutionem aduerſus renunciationẽ, & quando.*

22 *Renunciatio an & quando reuocatur ex diſpoſitione l.ſi vnquam, C. de reuocand. donatio. & quando, & quibus in caſibus.*

S.10. *De exceptione læſionis, & quæ circumſtantiæ ipſam excludant.*

QVarta principalis exceptio, qua poteſt renũciatio euerti, eſt læſionis, ad cuius diſtinctã declararionem videndum erit de tribus principaliter. Primò, quotuplex ſit lætio. Secundò, quæ lęſio ſufficiat ad obtinendam reſtitutionem aduerſus renunciationem. Tertiò, quæ circumſtantiæ excludant læſionem, & quę circumſtantiæ læſionem conſtituant, & proficiant ad renunciationis reſciſſionẽ obtinendam.

1 Ad primum triplex reperitur ſpecies læſionis. Prima eſt, quæ dicitur enormis, & iſta verificatur, quando damnum verſatur circa tertiam partem, vel ſecundum alios in ſexta parte, vt per Barto. & DD. in l. ſocietatem. §. arbitrorum, iuncto tex. in l. vnde ſi neruæ, cum ibi not.. ff. pro ſoc. per Dec. conſ. 39. num. 7. Cuman. conſ. 50. Secunda eſt læſio enormior, quando ſcilicet dimidiam excedit, Iaſ. in conſ. 55. col. 2. volum. 1. Bellamer. conſ. 24. col. 4. Curt. iun. cõſ. 141. col. 3. Tertia eſt ſpecies læſionis, quæ enormiſſima dicitur, & hęc non ſolũ verificatur, qñ eſt lęſio in toto, verum etiam, quãdo nimis dimidiæ terminos excedit, vt per Couarr. in d. cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in 3, par. § 4. num. 5. vbi alios refert, & Crauet. conſ. 192. num. 6. & alij per ipſum relati, prędictam diſtinctionem ſequitur Bonifacius Rogerius conſ. 16. nu. 47. & ſeq. & in conſ. 37. in prin. lib. 1. qui refert Autorem Corneum conſil. 133. num. 8. in fin. volum. 3. & prędicti explicant exceſſum prędictum, quando ad dãni tres partes peruenit, vt ſi rei pretium de quadrigentis eſſet, & ſolum centum data eſſent, vel ſi filiæ quatuor mille debeantur, & mille ſolummodo data eſſent, prout voluit Corn. conſ. 214, nu. 4. volum. 3. & conſ. 27. num. 5. volum. 4. Et prædictam diſtinctionẽ ſequitur Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 18. nu. 62. eãdem diſtinctionem ſequutus eſt Caſtill. eo modo, quo retuli in prędicto lib. 3. cap. 2. num, 15. hoc tamen addito, vt iuxta qualitatem rerum, perſonarum, ac locorum, & accidentium circumſtantias ad boni viri arbitrium omnia reponantur, prout voluit Marcus Antonius Eugenius conſ. 28. num. 39. 40. & 41. lib. 1. Georgius de Cabedo deciſ. Luſit. 70. num. 1. & 2. Mauritius Dolanus in tract. de in integr. reſtit. cap. 124. fol. 150. & 151. ex Corneo conſil. 62. volum. 3.

2 Ad ſecundum, quæ ex prędictis læſionibus ſufficiat ad obtinendum reſtitutionem in integrum, licet Doctores communiter teneant Auth. ſacramenta puberum procedere, data enormi, vel enormiſſima læſione, prout refert Burg. de Pac. conſ. 3. num. 20. & 29. tamen idem conſ. 28. num. 11. 16. & 21. contrarium tenuit magis communem DD. opinionem referens; data tamen enormiſſima læſione, quam ſententiam ſequutam eſſe à Iudicantibus in Senatu ibi relato, maximamq; habere ęquitatẽ (idẽ dixit) & quã diuerſa inter Doct. opinionum ſit ſecta colligi fas eſt ex Fachin. controuerſ. lib. 2. cap. 14. Cephal. Pancirol. Port. Imol. Riminal. & alijs relatis à Caſtill. loc. cit. num. 16. inter cæteros à Burg. de Pac. conſ. 5. num. 7. & Socin. iun. conſi. 67. prima præſentis ex nu. 22. cum ſenuen. lib. 2. & hanc ſententiam ſolitum fuiſſe ſequi Sacrum Conſilium, refert Afflic. deciſ. 322. num. 11. tanqnam æquiorem ſequitur Achilles Pedrocha in conſi. 26. num. 2. & prędictos intrepidè inquit ſequi Caſtill. loc. cit. num. 18. in fine. contentus ipſorum ſola relatione, & licet nonnulli ex DD. diſtinxerint inter enormẽ, & enormiſſimam læſionem, vt in enormi negetur, in enoemiſſima detur reſtitutio, vt per relatos per Couar. in d, cap. quamuis, par, 3. §. 4. num. 3, Pancirol. conſ. 1. & aſſerit Fac-
3 chin. lib. 3. cap. 14. in princ. † verior eſt opinio, quòd talis diſtinctio non ſit admittenda, vt in quacunque læſione reſtituendus ſit minor læſus aduerſus contractum, etiam iuramento formatũ, vt per Cald. de Pereira in l. ſi curatorem habens, in verb. læſis. num. 1. colum. 2. verſ. quando igitur minor, & col. 3. in verb. præſumitur enim dolus, & Pe-

droch. conſ.26.num.3.Fachin.lib.3.cap.14. Hyppol.Riminal.conſ.228. num. 36.& 50. lib.2.& infinitos refert Caſtill.vltra prædictos loco cit.num.25.

Ad tertium, quæ cirumſtantiæ excludant ipſam læſionem.

4 Prima circumſtantia eſt, quando renunciatio proceſſit ex cauſa monacatus, vt quia renuncians vult mundum relinquere, & Deo ſeruire, tunc excluditur omnis leſio, quando videlicet, ipſa habet iam paragium ingreſſarum, fundat Couarr.d.cap.quamuis, in tertia part.§.4.num.5.verſ.cęterum ſi verum eſt, Decius conſ.31. Crauett. conſ.160. in princ. & conſ.938. in milite Hieroſolymitano renunciante, Cephal. conſi.467. nu. 59.Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.18. nu.100. Guttier.eod.cap.quamuis, verſ.cum nuptui. num.1.Anton.Sola de ali. minor. gloſ. 2. num.26.in comment.ad conſtit. Pedemont. Molin.de Hiſpan.primogen.lib.2.cap.3.nu. 27.Theſaur deciſ.66.num.2. circa fin. Theſaur. queſt.foren. cap.56.lib. 2. num.11. qui alios plures allegat Aldobrand.conſ.26.lib. 1.præcipuè nu.39.& ſeq.& nu.81.non enim monaſterium ſpe lucri aliquem ad monacatum, ac religionem euocare debet, & dixit Paſcalis noſter optimè in part.3.cap.7. nu. 25.de viribus patr, poteſt.

5 Sed quia in prædicta cauſa renunciationis contingit quoque dubitatio contra renunciationē, vt ipſa inualidetur, ex quo per ipſam retrahitur renuncians à religione ex omnibus, quos viderim Aldobrād.in præd. conſ.26. ex authoriate Purpurati in l.ſi.C. de pact.nu. 72. & ſeq. optimè diſtinguit tres caſus. Primus eſt, qñ filia renūciat ſucceſſioni renūciatura, ſiue ingrediatur, ſiue nō ingrediatur monaſterium, & ſic nullo modo contemplando ingreſſum, nec præſentem, nec futurum, & in hoc caſu non poſſe procedere rationem, qua dicitur retrahi ab ipſa religione per promiſſionem, refert alios nu. 72.& ſequen. Menoch. in primo caſu in addit.ad lib.2.de arbitr.ad caſum 436. num.1. Secundus eſt caſus, quando filia, vel alia perſona nondum deliberauerat ingredi, ſed ſimpliciter promiſerat non ſuccedere in caſu, quo religionem ingrederetur, & in hoc caſu putat inualidari renunciationem, Aldobrand.loc.cit.nu. 78.& iſte eſt caſus nullitatis, ex quo renuncians propter euentum illius conditionis ob metum non ſuccedēdi retraheretur à religione, vt ibi optimè ex Socc.authoritate concludit. Tertius eſt caſus, de quo in principio diximus, in quo penitus non ſolum non dicitur retrahi renuncians ab ipſa religione, quia, cum deliberauerit mundum relinquere, & ſe Deo dicare, repugnat, vt de rebus mundanis poſſit cogitare, ſed etiam propter eandem rationem excluditur, vt diximus omnis læſionis conſideratio, vt dixit loc.cit. Aldobrand. num. 79.& Menoch.d.caſu 436.in addit.ad lib.2. de arbitr. num.3. cum pluribus ſequen. & Minad.in repetit.conſt.in aliquibus, in vlt. notab.à nu.23.cum ſeq.

6 Secunda circumſtantia, excludens læſionem, eſt quando renuncians verè voluit donare, nam, licet in minore donatio ſit ipſo iure nulla.l.fin. §. cum autem, Cod.ſi maior fact. alienat.rat.habuer.nec conſenſu curatoris, & Iudicis decreto confirmatur Bald. in l.1.C.ſi aduerſus donationem Caſtrenſis in l.2.C.eodem, & alij relati per Caſtil. loc.cit. num.5.tamen confirmatur iuramento, & à donatione penitus excluditur læſio, quando certæ rei, aut quantitatis, vel iuris fuerit renunciatio ex dictis per Sforz. Odd. in tract. de reſtitut.in integr. par. 2.quæſt.32. quem non inuenio, Simoncellus de decretis lib. 1. tit.2.inſpectione 3.num. 27. Cephal. conſil. 210.volum. 2. ex num.66. cum ſequen. de Franch.deciſ.119.num.12.Hondedeus conſ. 42.ex num.24.vſque ad num.35.lib. 1.Eugenius conſ.3.ex num. 41. vſque ad num. 65. Bonifac. Ruger. qui Onded.omnino ſequitur conſ.16.num.130.& ſeq.lib.1.vbi maximè conſiderant, an vera ſit, puta, & ſimplex, ac realis, & expreſſa donatio, an aliquo accepto, & in caſu, quo correſpectiuè donatio in contractum deducitur, vt in correſpectiuitate donatio tunc cum enormiſſima, vel enormi læſione doloſa arguatur, & fraudulenta ex opin. DD. per eos relatorum, quos etiam refert Caſtill. loc. cit. num. 6. Molin. d.lib. 2. cap. 3. num. 30.& 32.qui ſupponit maiorem ætatem, quando nulla iuſta, vel rationabilis cauſa interuenit, dixi infra in quarta circumſtantia, ex quibus conſidero renunciationem non poſſe in ſe continere meram donationem, niſi quando tractatur de iure quæſito, vel hæreditate adita, & inſimul, quòd ſit tranſlatiua, & facta ab ea perſona, quæ animum verè habet donandi, & proinde nullo accepto, aliàs non poterit prædicta circumſtantia excludere conſiderationem læſionis, niſi prædictis concurrentibus, prout optimè in puncto renunciationis, notat Aldobrand.loc.cit. nu. 19. & ſeq. & num.36.& 37.Crauett.conſ.114. nu.11. & Alba Mandell. omnino videndus conſi. 81.num.42.cum ſequen. & præcipuè num. 55.Menchaca de ſucc.creat.lib.2.§. 18. nu. 103 vnde

103.vnde etiam omnes correſpectiuæ renunciationes ex prædictis ſimiliter à regula meræ donationis remanent excluſæ, vide etiã iuxta prædicta diſtinguentem Cancer. d.lib. 3.cap.15.num. 223. cum pluribus ſequẽ.vbi etiam admitti læſionem,inquit, quando de circumuentione, aut facilitate minoris appareat,etiam in vera donatione.

7 Tertia eſt circumſtantia non parum infringens læſionem, quando agitur de renunciatione, facta patri, vel matri, viuentibus de ipſorummet hæreditatibus, & ſic tempore,quo iam hæreditas nondum fuit delata. Sed deferenda, tunc adeo læſionis conſideratio excluditur, vt nec in minore ſit conſiderabilis,Caſtrenſ.conſ.174.contra ſuperius col.1.lib.1.Veronenſ.conſ.17.colum.3.Soc. conſ.263.colum.2.lib.2. Rip.lib. 2. reſponſorum de donat.reuocand.cap.15.col. 7.circa medium,in verſ.non obſtat,Pariſ.d.conſ. num.82.& num.85.Alex.conſ.29.num. 16. lib.3.Bonifacius Rogerius conſ.16. num 66. 67.68.lib.1.qui expreſsè dixit, quod in renunciatione hæreditatis deferendæ, & nondum delatæ non ita graue conſideratur præiudicium,ſicut in renunciatione iuris, aut hæreditatis iam delatæ,ita Pariſius noſter d conſ.26.ex num.81. lib.3. quando fuit nupta cum dote condecenti, prout inferius in circumſtantia dotis receptæ dicemus, & prædictam opinionem multoties ſeruatam, & practicatam dixit in Senatu Pariſienſi addit,ad Alex.conſ.29.num.6.lib.3.& in Conſilio Neapolitano Capyc.deciſ. 159.nu.13. ante finem, Aldobrandin.conſ. 26.nu. 111. & num.118.lib.1.Burgoſ.de Paz.conſ.5.nu.

8 7.† Erit igitur iſta circumſtantia miſta, quia dotata à patre,vel matre, & quia renunciatur deferendæ hæreditati,Grat.diſcept.for. lib.1.cap.148. num. 8. Molin.lib.2. cap. 3. num. 28. ratione enim incertitudinis læſio excluditur,vt per Capyc.loc.cit.num.15.& 16.& Aldobrandin.prædicto conſ. nu. 119. cum duobus ſequen. & per prædictos, & alios plures Caſtill.loc. citat. num. 68. per totum vſque ad finem, & videndus Sforz. Odd.in conſ.vlt.num.53.& melius num.55. & latè congerit etiam Cancer. d.lib. 3. cap.

9 15.num.65.† Ex quibus non videtur quonam modo fundari poſſint, & defendi opinio Iſern. (licet in hoc plurimum cogitauerim) in tit.de nat.ſucceſſionis feud. vbi tenet,ſororem poſſe reſtitui, vel filiam aduerſus dotationem factam à patre,vel fratre, per quam excluſa eſt dotata, à ſiſco, vel ſorore in capillo à ſucceſſione fratris, vel patris,cum ſit ipſa dotatio munita ex iuris diſpoſitione,& conſtitutione, & incertæ ſucceſſionis,& nondum delatæ, quo caſu ceſſat omnis læſio,prout contra Iſern.concludunt communiter Siculi,vt per Cumiam in repe. dicti cap.ſi aliquem,in verb.maritata, num. 364.& latiſſimè confutat Cannetius prædictam Iſern. opinionem in eodem capitulo. fol.323. verſ. incip. ſed ſi fuerit minor. loquor in reſtitutione aduerſus dotationem,& maritationem,non autem circa quantitatẽ, quia, quando apparet enormiſſima læſio, procedent prædicta per nos de ſupplemento ipſius dotis,iuxta etiam diſpoſitionem cap. emergentium Regis Caroli in fine.

10 Quarta eſt conſiderabilis circumſtantia excludens læſionis conſiderationem, quando renunciatio proceſſit ex aliqua cauſa pia, vel fundata in augmento familiæ, veluti, vt maioratus inſtitueretur,vel augeretur, ita Molina in d.lib.2.cap.3.num. 28. & ſequen. vel vt aliquod opus pium inſtitueretur, & limitari eo caſu concluſionem, de qua per Ancharan. conſil. 38. pro clariori colum. 2. Decium conſi. 180, colum. 3. prout voluit Eugenius conſi. 28.num.37.& 38.lib.1. de qua re dicemus infra in circumſtantia dotis receptæ,ita ſequendo Molin. voluit Caſtill.loc.cit.num.85. & 86. omnino videndus: ego etiam prædicta intelligerem procedere,quando renunciatio proceſſit, vt ſolet hic Neapoli, vt plurimum fieri ad faciliorem reddendum tractatum matrimonij, in aliquo ex fratribus,vel ſororibus, veluti maiori,qui præcedentibus renunciationibus aliorum facilius, & clarius matrimonium contrahere poſſit, & in eo caſu nec minor ætas erit conſiderabilis, vt per Molin. loc. cit.num.32.quemadmodum etiam prædicta militabunt in caſu,quo eſſet fundata renunciatio in paupertate ipſius, ad cuius beneficium ſit ipſa renunciatio, prout ſingulariter voluit Hyppolit.Riminald.conſ.228.num. 76. lib. 2. ſecundum inductionem, factam à Caſtill.loc.cit. num.87.& ad prædicta de Franch.deciſ.119.num.12.& 13. ſic etiam Lucas de Penna in ſin.l.vnic.C.de imponen. lucrat.deſcript.lib.10.col.fin.tractans quæſtionem illam,an & quando ſoror permittẽs fratrem ſoluentem,vel promittentem dotes in bonis paternis,vel maternis, ſibi reſtitutionem ipſarum ſtipulari, cenſeatur illi donationem facere,in fin.dicit,[Vel dici, aut
» mulier erat opulenta frater verò pauper, &
» familia oneratus, vt tunc præſumatur do-
» naſſe, aut nulla alia bona habens, ſed frater
» diues,& tunc non.]

Quinta eſt circumſtantia,quæ poſſet tollere,

lere,ac infringere ipſam leſionem, ſcilicet,
quando congruam dotem conſtat habuiſſe
ipſam renunciantem,vel legitimam,quando
eſſet perſona cui ius ſucceſſionis ſpectaret:
Si enim habuit dotem congruam, & virum
condignum,ac attentis facultatibus, more
etiam regionis,& numero filiorum,tunc erit
condecenter dotata de paragio,non admit-
teretur alia læſio, ita Aldobrandin. loc. cit.
num.104.in fin.& quia iſta propoſitio in ſe
habet ex opinionum diuerſitate inter Doct.
difficultatem diſtinguendi ſunt infraſcripti
caſus particulares,& inſimul termini noſtra-
rum conſuetudinum explicandi in hoc par-
ticulari ad faciliorem explicationem.

11 Sciendum igitur erit,quod nonnullę ſunt
perſonæ,quibus paragium,& dos ſpectat de
conſuetudine,prout diximus ſupra in tract.
de paragio,& iſtæ perſonæ ſunt omnes fœ-
minæ deſcendentes excluſæ per maſculos à
bonis eorum aſcendentiũ.vt in toto diſcurſu
huius repetit.diximus, qñ filia, vel alia per-
ſona eſt dotata de bonis vnius.ſ.maternis, &
nõ de paternis, item nec de bonis auitis,vel
alijs,in quibus legitima ſpectat, ex quibus et
de iure cõſuetudinis ſpectat in ſingulis hęre-
ditatibus paragiũ hoc modo, vt ſi primo ab
vna hæreditate habuerit verũ paragium, ab
alia,in qua ſufficit,quod vſque ad quantita-
tem legitimę paragium habeat,nihil habue-
rint,in hoc caſu poſſe practicari,crederem
opinionem Petri Anchar. conſ. 19. pro cla
riori in prīcipio,& per eum Lanar.conſi.
49.num.7.Marant.quæſt.10.num.32.& li-
cet hæreditas prædicta ſit declaranda, nota-
bilis eſt conſideratio noſtrę conſuetudinis,
quę dedit dotem omnibus illis, fœminis ex-
cluſis, quibus legitima de iure ciuili compe-
teret, legitima enim filijs ſtrictius debetur,
& quaſi inuita parentum ipſius Domini
ſunt.l.in ſuis.ff. de libe. & poſthum. vbi late
per Scriben. Molina in tract. de primogen.
lib.2.cap.3.num. 42. in fin. verſ. & quamuis
maior ratio, & faciunt dicta per Theſaur.
quęſt.foren.lib.1.cap.65.num. 5. vbi de legi-
tima tractat alio modo,quam de alijs ſucceſ-
ſionibus,itaque ſi reperiatur filia renuncians
fraudata, per renunciationem à plurium
patrimoniorum paragijs, vnico tantum ac-
cepto,poſſet,vt dixi,venire contra prędictã
renunciationem ipſa renuncians eo modo,
quo infra dicemus,& ratio eſt,quia verè con
ſuetudo in prędictis bonis illi paragium ſol-
uendum conſtituit ab ipſis ſucceſſoribus, &
hoc caſu intelligerem ego procedere opinio-
nem Putei in conſ.fin. Sforz. Odd. ex num.
53.Molin.loc.cit. num. 27. & 28. & Caſtill.
num.85. vbi filia renuncians enormiſſime
lęſa dicitur, quando pro vnica dote,& qui-
dem conſtituta ex bonis paternis generali-
ter omnibus alijs renunciauit, Marcus An-
tonius Eugenius conſil. 28, num. 37. & 38.
lib.1.poſt Ancharanum loc.cit. Decium cõſ.
180.colum.3.Corneum conſ.147. lib. 4. &
Ceph.conſ.142.num. 24.lib.1. quos refert
Caſtill.loc. cit. num. 85. ſic quando eſſet do-
tata de bonis ipſiuſmet filiæ,& paternis bo-
nis,& hæreditati renunciauit nihil à patre
verè,& realiter recipiendo, quo caſu tex.in
d. cap. quamuis non procedere, dixerunt
Geog. Natt.in d.cap. quamuis in 7. limit.
num.38.& ſeq.Aldobrandin.conſ.75.num.
14.& 15.lib.1.ratio eſt,quia tunc decepta
vere dicitur filia a patre ſeducta, ac circum-
uēta,niſi aliqua cauſa iuſta interuenerit,qua-
re fuerit facta renunciatio,vt ſupra diximus,
12 & dicit Caſtill.loc.cit. nu.84. & 85. † Aut
verò ſumus in caſu,quo iſta filia, vel perſo-
na, quæ renunciat habet iam dotem conde-
centem de bonis,ac patrimonijs, & hęredi-
tatibus,quibus renunciat,ſuper quibus para-
gium,vt dixi,debetur, & inſimul renunciat
omnium coniunctorum ſucceſſionibus in
ampla forma,ad beneficium ipſorum maſcu-
lorum,veluti extat ſpes ſucceſſionis patrui,
patruelis,conſobrini,& aliorum coniuncto-
rum ex tranſuerſo, & tunc, ſi prædicti bona
tantum infra diſtrictum haberent, renun-
ciatio nihil operaretur, cùm excluſionem
ipſa conſuetudo per ſe perficeret per dota-
tionem factam de bonis aſcendentium, ac
exiſtentiam maſculorum,etenim renuncia-
tio,vt alias in principio huius tractatus di-
xi,operatur in bonis extra diſtrictum,quæ ſi
haberent prædicti,hoc caſu etiam læſio om-
nis excluderetur, quia fauore publico,ac ex
cauſa ſeruandæ conſuetudinis vbique loco-
rum fulciretur renunciatio, & diceretur vi-
ri cohærentia ipſius conſuetudinis, prout
voluit in ſimili ſingulariter Anna alias a me
citatus ſupra in conſ.119.num.27.& facit,
nam valet argumentum ab excluſione, quæ
fit per ſtatutum ad illam,quæ fit per renun-
ciationem, Crauet.conſ.11.col.4.num.13.&
dicit eſſe notabile verbum, Aldobrand. loc.
cit.num.116.& Cancer.d.quęſt.15. num.9.
ex Puteo num.43.& ſecundum hunc caſum
ſequor opinionem Molin.d.lib.2.cap. 3. nu.
28.in fin.qui loquitur de primogenij inſti-
tutione,& tali caſu libenter ſequor opinio-
nem illorum,qui dicunt cap. quamuis ope
rari, etiam nulla dote recepta,ſcilicet in il-
lis hæreditatibus,in quibus non competere
paragium inſpecta conſuetudinis diſpoſitio-
ne

Digitized by Google

ne, aptando ad noſtros terminos prædictam propoſitionem, à qua in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum dixit Pariſ. noſter d. conſ.26.n.70.& communiorem dixit Gomeſ.l.22 Thaur.num.7.Aldobrand. dict. conſ.26.num.101.refert latè Caſtill.loc.cit. num.69.& infra aliter, iſta propoſitio intelligetur.

13 Aduertendum erit etiam circa prædicta de competenti paragio ad ſpectandum tempus, per quod læſio metienda eſt, quòd quando renunciatio proceſſit, dotante patre, vel matre, ac de bonis, de quibus dos proceſſit, quòd tunc ceſſat prætenſio læſionis, ſi dotē congruam habuit, iuxta morem regionis, attento tempore dotationis, prout latè cumulat Caſtill.loc.cit.nu.43.cum tribus ſequentib. Guttieraz verb. à filia num.11. Molin. d. lib.2.cap.3.num.29.Pariſ. d. conſ.26. num. 89.Cancerius par.3.cap.15.num.65. ſecundum latè cumulata per Addent. ad conſ. Alexan.29. num.6. lib.3. Guttier. in cap. quamuis, in verb. ſi tamen iuramento, in verſ.in renunciatione legitimæ, Pancirolus conſ.62. in fine verſ. cæterum, & alij relati per Caſtill.loc.cit.num.65. Syluester Aldobrand.conſ.26.num.111.119.& ſequen.lib. 1.relati per nos ſupra in tertia circumſtantia, & ratio eſt, quia non poteſt filia ſe dicere incompetenter dotatam, quando a patre viuente, vel matre eſt dotata, licet *in* tegrum paragium non habuerit, inſpecto tempore mortis, prout latè probauimus *in* tract. de paragio in cap.tertio quotuplex ſit paragiū in verſ.improprijſſimum, niſi dolus, vel fraus ipſius patris detegatur, vbi latè etiam de ſupplemento, in matre tamē erit cogitādū, ſic etiam tenet Theſaur. quæſt. foren. lib.2. cap.93.num.10.inſpecto tempore dotationis, vt tunc non poſſit venire contra, etiam auctis facultatibus, Cancer. veriorem dixit lib.3.cap.15.num.65.lib.1.cap.3.num.17. vbi latiſſimè.Aldobrand.d.conſ.26.libro 1. num.103.vſque ad 167.Theſaur.d.quæſt.93. num.13.Molin.lib.2.cap.3.num.29.& prædicta ſemper intelligas in dotis conſtitutione facta per patrem.

14 Aut agimus de renunciatione, quæ fit per ipſam recipientem conſtitutionem dotis vltra bona patris, quibus renunciat renunciando, ſcilicet paragio debito in aliatum perſonarum bonis, in quibus ex diſpoſitione conſuetudinis paragium in minori, qua poteſt quantitate liquidatur, ſcilicet in legitima, & tunc erit ſpectanda læſio, inſpecto tempore, quo moritur illa perſona, cuius bonis renunciauit iſta fœmina, veluti auitis, pro-auitis, & huiuſmodi, & licet, vt ſupra diximus, legitima non competat filiæ excluſæ, vt ex communi concludit Aldobrandin.loc. cit.num.115. erit tamen vti legitima iudicanda quoad quantitatem liquidandam tale paragium, prout latè diximus in dicto tract.in cap.6. de ipſius liquidatione, & ſic ad dignoſcendam læſionem ipſius renunciātis in alijs paragijs, de quibus non eſt dotata tempus mortis ipſorum erit ſpectandum, quid enim ſi præmoriatur ipſa renuncians, antequam fieret caſus ſucceſſionis? quid ſi tempore, quo moritur inueniatur patrimonium, in quo paragiū prætendebatur exauſtū? & alia multa cōſiderata à Fabro de errorib.pragmaticorum decad.13.err.4.itaque omnino hoc caſu eſſe prout de legitima iudicandum in læſione ſpectanda cenſeo, & in his paragijs erit obſeruanda opinio illorum, qui dicunt tempus mortis ſpectandum, Aldobrandin.conſ.prędicto 26.ex num.107. vſque ad num.110.& ſic concludit Cumia in ea quæſtione, an dos ſuccedat loco legitimæ, quod quando tractatur tempore, quo pater iam viuit, & tunc non ſuccedere, aut, quando pater iam eſt mortuus, & tunc eſſe loco legitimæ in cap.ſi aliquem, in verb. maritata num.96.conſtitutio enim dotis, à patre facta inſpicitur tempore, quo fit: alię autem dotes aliorum poſt factum caſum ſucceſſionis, & mortis, iunctis ijs, quæ dicit idē Cumia loc.cit.num.113.Paragium igitur extra caſum dotationis patris ſemper reſpectiuè ad legitimam metitur, vt in dicto tractat. diximus in cap.6.ſequitur Caſtill.loc. citat. num.48.& ſequen.& num.65.& 83.Theſau. quæſt.forēn.lib.2.cap.93.num.13.Cancer. lib.3.cap.15.num.66.quando igitur congruam portionem non accepit prædicto tempore inſpecto, ſupplendum ipſi erit, Theſau. loc.cit.num.11.& in prędictis etiam caſibus, ſcilicet in prædictis paragijs erit ſeruanda opinio Doctorum dicentium dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ, quando ſupplet legitimam non eſſe infringendam, nec propterea renunciationem illius cauſa factam, quando verò dos minor eſt legitima, dari ſupplementum dixit Pariſius in prædicto conſilio numer.82.lib.3. Aldobrandin. d.conſ.26. num.111.lib.primo, Caſtill. loc. cit.num.88.& quod etiam in parentis dotatione, quando, prout eſt caſus noſter, filia excluditur a ſtatuto, dummodo congruè dotetur, omnino auctis facultatibus, & attento ſtatu patrimonij tempore mortis, debeat haberi aliquis ſuſpectus ad quantitatem legitimæ, & ſuppleri. latè defendit per intimos

mos iuris terminos more ſuo, doctiſſimus Faber de err. prag. decad. 13. err. 4. & prædictam opinionem ſequitur idem Faber. in loc.cit.err.5.circa finem,verſ.de illa filia, quicquid dixerit Theſaur.d.lib.2. quæſt.93. num.14.qui loquitur in ſtatuto excludente dotatam.qui non eſt caſus noſter, cum conſuetudo noſtra ipſam excludat,dúmodo dotetur de paragio, prout loquitur Fabr. præ-
15 dictis locis. † Vnum tamen nolui admittere,quod ex opinione Caroli Anton. Put. in prædicto conſ. fin. inter conſil. Sfort.Odd. num.54.& aliorum refert Caſtill.loc. citat. num. 68. Quod, ſi ob enormiſſimam læſionem filia agere poſſet, quia minus legitima ſibi datum pro dote foret,otioſa redderetur, & fruſtratoria diſpoſitio cap. quamuis pactum, quorſum enim (inquiunt) patres ſtuderent filias renunciare? & quorſum hæc remedia à iure procederent:ſi filiæ omnino eſt danda legitima,cum data legitima filiæ: pater de reliquo poteſt pro libito ſuo diſponere.l. Papinianus.§.quoniam autem.ff. de inoff.teſt.l.parentibus,C.eod.tit.

Quæ opinio non vera, attenta diſpoſiteone noſtræ conſuetudinis, & interpretatione prudentum,qui voluerunt paragium in minori quantitate legitimæ non liquidari,& poſſe aſcendere vſque ad virilem, prterquam in magnatibus,vt diximus in tract. de paragio filiæ,in quam ſemper voluerunt ipſæ conſuetudines legitimam dandam in bonis,in quibus de iure poſſet ei legitima ſpectari, vnde,ſi reperitur aliàs nupta, & defertur aliud paragium, illud aliud erit pro quantitate legitimæ liquidandum, & hoc non obſtante,maximi effectus eſt renunciatio,ac diſpoſitio prædicti cap. quamuis. Aliud enim eſt,ſi pater moriens vellet diſponere de bonis ſuis,& hoc in caſu iura diſponunt circa legitimam, & non erit tractandum de renunciatione. Renunciatio enim, vt ſupra ſæpius in præſenti tractatu diximus,operatur maximè in ſucceſſionibus ab inteſtato,quid enim operaretur reuunciatio,licet generaliſſima,ſi diſponens reuocaret,contrario conſenſu facto teſtamento ipſam renunciationem? l.final. Cod. de pact. tollitur enim per renunciationem imputatio dotis in ipſam ſucceſſionem, & legitimam, vel collatio in portione, prout diximus in prædicto tract.cap.de imputatione, ac collatione, vltra alias portiones, & ſucceſſiones,in quibus fit renunciatio, & legitima renuncianti non ſpectat, ſufficiat igitur quo ad perſonam patris, in quo prædictum capitulum loquitur,prædicta conſideraſſe ex mente noſtrarum conſuetudinum,& prudentum Regni.

16 Nec tamen credas,ſic ſimpliciter intelligendam propoſitionem prædictam ex communi opinione Doctorum,quę dicunt cap. quamuis pactum,eiuſque diſpoſitionem militare,etiam nulla dote recepta,ita vt omnino renunciatio excludatur,nam,licet valeat. & teneat vigore prædictæ diſpoſitionis renunciatio,ita vt a ſucceſſione propter eam renuncians excludatur, non tamen exiſtente læſione,ac ceſſantibus circumſtantijs, de quibus ſupra diximus,ad læſionem excludendam excludetur renuncians a ſupplemento, iſta eſt diſtinctio, quam maxima ęquitate facit Caſtill.loc.cit.num.69. per totum, qui optimè probat,& diſtinguit in verſ. ego verò,& in hoc ponderat Aldobrand. prædicto conſ.26.num. 102. quod ſcilicet a ſucceſſione per renunciationem excludatur, nō autem à ſupplemento concurrente conſiderabili læſione.

17 Si autem legitimæ expreſsè fuerit renunciatum,vel etiam paragio,& non militabūt cauſæ excludentes ipſam legitimam,ita vt donatio vera dici poſſit conſtituta à renunciante excludatur a prætenſione,& conſideratione legitimæ ipſa renuncians, prout voluit Aldobrand.loc.cit.num. 108. & 109. & etiam à reſpectū legitimæ pro congrua dote conſtituenda.

18 Nec etiam dubitandum erit, quod quando agimus de inquirenda lęſione in renunciatione facta per aliquam perſonam,cui legitima competeret facto teſtamento, & ſucceſſio ab inteſtato,quod tunc omnino erit tempus mortis ex communi opinione ſpectandum,Theſaur.loc.cit.quęſt.93.lib.2. in tertio caſu, Surd. conſ.488.num.28. & 38. Cancer.lib.var.reſol par.1. cap.3. num. 17. in tit.de legitima,& alij ſupra relati.

19 Quando iuramentum non pręceſſit, & filius recepit pro legitima à patre aliquam certam rem,cum pacto de non petendo,non tollitur ſupplementi petitio vſque ad legitimam,non obſtante prædicto pacto, vt latè fundat Theſaur.loc.citat.num.4. per tex. in l.ſi quando.§.1.Cod. de inoffic. teſtamen.ſi ſi vero habuit integram legitimam, inſpecto tempore,quo dationem in ſolutum accepit,ſi abſque iuramento auctis facultatibus dabitur ſupplementum, ſi vero interuenerit iuramentum Iudicis arbitrio remittendum,Menoch.caſu 194.de arbitrar. iud. Bart.in l.fin C.de pact. & Theſaur. loc. cit. num. 5. vbi plures habes relatas opiniones, ſed ſecundum prædictas iudicatum,Cancer

tamen

tamen dicit,poſtquã iſte recepit iuſtã legitimã,& renunciauit ſucceſſioni,nõ eſſe amplius de eo habendam rationem, quia nõ videtur eſſe filius in lib.1.reſolut.c.3.de legitima nu.15.16.& 37.& c.4.de teſt.nu.40.

20 Sexta eſt circumſtantia, conſtituens læſionem, quando agimus de renunciatione hæreditatis iam delatæ mortuo iam illo, de cuius hæreditatis renunciatione tractatur, & in hoc caſu maximè prędicta de læſione attenduntur, Pariſ.conſ.26.num.77.& ſeq. num.80.& 81.cum ſeq.cum & faciunt omnes Doctores à nobis ſupra citati, qui excludunt lęſionem in renunciatione iuris, nondum delati in tertia circumſtantia, Corneus conſi.11.col.1.iunct.conſ.13. verſ. nec ſupradictis deciſionibus vol.3. Couar. in d. cap.quamuis in tertia part.§.4.num.6. verſ. ſexta ex pręmiſſis, Sylueſter Aldobrand.d. conſ.26.nu.111.lib.1.& ſequitur Caſtill. d. cap.2.lib.3.nu.76.quod intelligas procedere in quacunqne hæreditate delata renunciata, nec in hoc differentia inter Doctores prædictos conſtituitur, prout aduertit Pariſius loc.cit.nu.80.Aldobrand.loc.citat. nu.111.& ſequitur etiam Caſtill.loc.cit. nu. 77.cum pluribus ſequentib. vbi alios auctores ponderat,& præcipuè Molin. d. cap. 3. lib.2.nu.28.& iuxta præſentem circumſtantiam,vt plurimum erunt intelligendæ omnes aliæ, de quibus iã diximus,læſionem excludi ſupra, ſcilicet etiã iuris iam delati.

21 Septimo prædictæ proximæ circũſtantiæ addas paupertatem ipſius reuunciantis, qui ſi non habet vnde ſe alat, & renunciatio nõ proceſſit ex canſa pia,vel ſimili, vt diximus ſupra,faciet paupertas reſcindi ipſam renunciationẽ ſecundũ diſtinctionem factam à Molin.d.cap.3.n.33.quem ſequitur Caſtill. loc. cit.nu.69.verſ.deniqne Ancharani,ſiue a minoribus,ſiue à maioribus ſupponatur facta renunciatio,& eandẽ ſequitur Aldobrãd. d. conſ.nu,102.sm inductionẽ factam à Caſtill. loc.cit. & ex his ſit finis impoſitus quartæ principali exceptioni læſionem concernẽti.

22 Quinta,& vltima principalis exceptio põt eſſe contra renunciationẽ, ex diſpoſitione l. ſi vnquã C. de reuoc.donat. an.ſ.renunciatio reuocetur ex præd.l. ſi vnq̃ per natiuitatẽ filiorũ, & Doct. diſtinguũt oẽs inter hęreditatẽ iam delatam, & hæreditatem nondum delatam, vt in hęreditate delata procedat prædicta diſpoſitio in hęreditate deferenda, & nondum delata non procedat, ita ex Soc in l.1.C.de pact.ſequitur Rip.in repetit.d.l. fin.11.q.nu.20.& 21.qui concludit prædictam diſpoſitionem locum non habere, dum agitur de renunciatione de hęreditate viuentis, pręmaturè enim inquit agi de viuentis hęreditate, ex quo multa poſſunt accedere, quod renuncians non ſuccedat, nec ei hęreditas deferatur, ita Ruinus conſ. 140. vol.4. limitatur etiam prędicta concluſio, vt nec procedat in delata hęreditate, quando aliquo recepto renunciatio proceſſit, gloſ.in d.cap.quamuis,in verb. detrimentum, quã ibi communiter ſequũtur Scribentes, Alex. d.conſ.29.nu.16.cum ſeq.lib.3.Dec. in l.pactum quod dotali.C.de collat.nu. 14 ſequitur Molin.loc.cit.lib.2.c.3.nu. 38. quemadmodum quando renunciatio proceſſit ob cauſam aliquam iuſtam, de quibus ſupra, ita Molin.loc.cit.nu.39.& Tiraq.in d.l. in ver. donatione largitus. nu. 153.& videndus eſt Cancer.lib.3.var.c.15.de renunc.nu.74. vbi ſimpliciter in renunciatione excludit dictã diſpoſitionem, ex quo in donatione ob cauſam dicta diſpoſitio ex communi Doctorum ſententia non procedat, quaſi non poſſit eſſe renunciatio ſine cauſa, vel quod non ſit aliquo modo correſpectiua, ſed ibi loquitur de renunciatione facta iuxta diſpoſitionem cap. quamuis pactum, dote, ſcilicet recepta à patre, quæ alia ratione à prędicta diſpoſitione excluditur, vt hic immediatè proſequor. Limitatur vltimò, qñ renunciationes fiunt, vt ſolet fieri hic Neapoli ex pacto in capitulis matrimonialibus, quia tunc in matrimonio non poteſt non cogitari, nec paciſci de liberis procreandis, cuius finis liberi ſunt l.1.ff.ſolut.matrim. cum igitur de liberis cogitatur in contractu, in quo de renunciatione paciſcitur, ceſſat diſpoſitio prędictæ l.ſi vnquam, vt colligitur optimè à Molin.in d. c.8.lib.2.nu.46.in fi.ibi, [Vel in renunciatione „ futurę hęreditatis talia verba apponenda „ erunt, ex quibus conſtet renunciautem „ etiã de liberis futuris cogitaſſe.] Itaq; ſi rectè prędictę limitationes perpendãtur, difficile erit inuenire caſum, in quo præd. l.ſi vnquam practicari poſſet in hac materia requiritur enim, vt in eo de liberis non ſit cogitatum. vt nihilo accepto, vt ſine cauſa proceſſerit, & ex mera liberalitate, ac animi gratitudine ipſa renunciatio, quo caſu, quando prędicta concurrerent, non facilè diſcederem ab opinione Molin. loc. cit. qui contra communem defendit etiam in hęreditatis renunciatione nondum delatę, factę ad fauorem certæ perſonę procedere prędictã diſpoſitionẽ, & ex his ſit impoſitus finis huic tractatui de renunciat. & toti repetitioni, cum laude Dei, & Deiparę Virginis.

Lelius Caputus Neapoli.

VERVS INTELLECTVS CONSTITVTIONIS

Vt de Suceeſsionibus

In verſ.ex collaterali, & pragmaticæ, vulgò dicta la Filingeria, Reginæ Ioannæ Secundæ ad deciſionem quæſtionis pro ſorore in capillo contra coniugatam in feudali ſucceſsione earum fratris.

AVCTORE DOMINO FEDERICO VIVALDO
Iuriſconſ.Neapolitano, Viroque Patritio.

CONSTANTINVS PAPA I.C. NEAPOLITANVS Ad Lectores.

LEctores candidiſſimi, Interpretatio hæc Domini Federici Viualdi ad conſtitutionem Federici Regis. atque Imperatoris, adeo nobis vera viſa eſt, vt prorſus exiſtimemus in eius ſententiam & pedibus, & rationibus cunctos ituros, vel inflatos quoſdam horum temporum pſeudo feudiſtas alioquin veritati,& rationibus cedere neſcios, mentemque Federici (quod pace omnium dicere audemus) à nemine plenius,neq; perfectius explicari potuiſſe, quàm hoc à Federico Viualdo. veluti à viuo altero Federico.Vos, qui quieritis: ex veritate omnia indicate, quique poſthac in Doctorum numero habendi ſint, quantique etiam faciendi ſcriptorum eruditione,ſubtilitate . elegantia ſapienter ſtatuite, reauſque ipſis ponderate. Non autem ampullacea quadam loquacitate,quæ eſt ruſticorum ſapientia;populique opinione,& iudicio, qui (vt rectè Horatius) ſtultus honores ſæpè dat indignis,& famę ſeruit ineptus.Lapis enim lydius ingeniorum ſtylus eſt,& ſcriptio,tametſi modica quandoquidem leonem ex vnguibus, vt notauit antiquum prouerbium valere;Neap.menſe Nouemb.1581.

Digitized by Google

Hic eſt intellectus aduerſus quem ſcripſimus in Repetit. part. 1. §. 3. num. 14. refutando ſigillatim omnia ipſius argumenta.

Lælius Caputus.

NVllam dubitationẽ habet, nec vnquam habuit, quin doctis & intelligentibus omnibus ſit exploratum, in feudo fratris, morientis ſine liberis, ſororibus enim ſuperſtitibus ſuccedere ſororem in capillo, eamque ſorori maritatæ, & dotatæ a communi patre, quamuis primogenitæ, præferri per tex. apertum, conſtit. vt de ſucceſſionibus, ibi, [Ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero tantùm, & ſorores in capillo, excluſo etiam communi patre ſuperſtite
1 omnino ſuccedant.] Quod ſi conſtitutio in collaterali linea vocat in feudalibus ad ſucceſſionem fratres, & ſorores in capillo, ſeruata tamen ſexus prærogatiua, ſecundum gloſ. ibi in verb. ſuccedunt, & plenius exprimitur in cap. conſiderantes Caroli ſecundi Regis, ſequitur, vt ceſſante prærogatiua ſexus, quia nulli ſuperſunt maſculi, ſorores in capillo, vt pote primo loco poſt fratres nominatim vocantur ad ſucceſſionem. Ita etiã primò, & ante maritatas, quantumuis maiores natu ad illam admittantur, ſumpto argumento ab ordine literæ, quod eſt in iure validum. cap. ſi quis iuſto. §. verum, in fin. & ibi glo. in verb. nominatus, de elect. in 6. tex. in l. cum pater. §. a te. ff. de legat. ſecundo. l. 2. §. prius autem. ff. de vulg. & pupill. l. quoties in princ. ff. de vſufruct. l. generaliter. §. quis ergo. ff. de fideicom. libert. Iſern. cap. 1. col. 4. verſ. poſtquam in guardiam. de contr. inueſt. Dec. conſ. 162. col. 1. in fin. conſ. 609. nom. 10. Franc. Anton. Villan. in ſuo reſponſo impreſſo poſt repetit. Ioan. Anton. Cãnet. num. 13. & ita ab ordine literæ huiuſce conſtitutionis arguit ex veteribus Luc. de Penn. in l. fin. col. fin. ad med. verſ. amplius in dict. conſtitutione. C. quand. & quib. quar. pars. lib. 10. & ex nouis vir ingenio, doctrina, explicandi grauitate præſtans omnibus noſtratibus Ioan. Thom. Minad. deciſ. 36. num. 6. Quod argumentum indubitatè ſumendum, & validiſſimum eſt, in iſto tex. iuxta ea, quæ ſcripſit Bart. in d. l. 2. §. prius autem. ff. de vulg. & pupill. propter perſpicuam mẽtem, & non dubiam voluntatem ſtatuentis, ſatis apertè declaratam, & expreſſam, tum illa dictione, etiam, quæ aliorum, præter patris, excluſionem implicat, iuxta notata in l. magiſteria. C. de iuriſd. omn. iudic. Iſern. in conſtit. cum circa, in princ. Alex. conſ. 15. lib. 2. Socin. conſ. 25. circa, & propria ipſius coniugatę excluſionem, quò hæc dictio fruſtratorie non ſit adiecta contra l. ait Prætor prima in princ. ibi, nec fruſtra adijcitur, & ibi Paul. Alex. Iaſ. de iur. iuran. & decidat caſum ſaltim æquè dubitabilem per not. Alex. cõſ. 146. num. 14. lib. 2. facit tex. & ibi gloſ. & Alber. in l. Labeo. ff. de carb. edict. in l. 1. ad fin. ff. ad municip. glo. not. in cap. 1. in verb. clarum, quam ibi Gemin. & cęteri ſequuutur de tempor. ordin. in 6. Roman. conſ. 509. circa propoſitum col. 8. Euerad. in locis legalib. loc. 53. col. 23. Tum multo magis illa dictione, omnino, quæ, vt noſtrorum verbis vtar, præciſę eſt naturæ, ſecundùm glo. in c. ex parte, de offic. deleg. vbi Felyn. & Dec. num. 3. & in conſ. 1. num. 5. & conſ. 182. nu. 2. omnemque omnino caſum comprehendit, vt not. glo. in l. ſed cum exceptione. §. ſed & ſi quis, & §. quatenus, in verb. omnimodo. & ibi Bart. ff. quod met. cauſ. & l. Gręcè. §. illud. ff. de fideiuſſ. Aym. conſ. 201. num. 44.
2 Quinimò incluſio ſororum in capillo coniugatarum eſt excluſio ex hoc verſ. ex collaterali, iuxta regul. l. cum prætor. ff. iudic. l. maritus. C. de procurat. qua ſedulò Andr. vtitur, vt colligit Piſanell. in ſuo reſponſo excuſſo poſt d. repeti. Cannet. nu. 11. Quamuis autem & ipſę coniugatę ſi non ſint dotatæ, & per eandem conſtitutionem à contrario ſenſu, & à ceſſante ratione includantur, & vocentur ad ſucceſſionem ex ſolo ſeq. verſ. coniugatæ. Qui, niſi adeſſet, prorſus à feudali ſucceſſione. vtpote, nullo iure cogniiæ repellerentur ex traditis per Minad. d. deciſ. 36. iuncto tex. cap. 1. §. quin etiam, & ibi Iſern. Epiſcopum, vel Abbatem, & Deci. conſ. 139. ſuo tamen loco. Nimirum poſt ſorores in capillo ſucceſſiuo ordine vocantur, quemadmodum ipſæ in capillo ſucceſſiuo ordine veniunt ſecundum fratres, vt ſcripſit Minad. in deciſ. 36. Fluere enim certo ordine, & capite cœpit hæc ſucceſſio, nec abſoluto ordine migrare debet, ait Bald. inter cõſ. Ang. conſ. 110. Sereniſs. & Illuſtriſs. Regina col. pen. ſub num. 7. De hac ipſa conſtitutione verba faciens. Nec ſororibus in capillo, ne ex paſſiua quidem interpretatione, cui nullus in hac ſpecie poteſt eſſe locus

præferuntur,quia de exorbitanti,cuiuſmodi eſt ius Franchorum,ſaltim ex parte, qua inæqualitatem inducit inter filios, iuxta not. per Bart.Bald.& Scribentes in l.omnes populi,de iuſt. & iur.maximè in Regn.ex traditis per Iſern. in l. Imperialem. §. præterea ducatus nu.37. de prohib. feud. alienat. per Federic.& Afflict.deciſ. 248. ad exorbitans, qualis eſt excluſio ſororis in capillo prius vocatę a conſtit. & prælatę ſorori coniugatæ propter fauorem,& præſtantiam virginitatis,& capilli,non ſit paſſiua interpretatio, neque extenſio,iuxta elegantem Theoricam Iacobi Zocch. in cap. per venerabilem, qui fil.ſint legit.à Doctiſſimis Scribentium ſuis locis receptam,& probatam. Præſertim, quia nulla hic fictio, nulla ſubrogatio inducitur à conſtit.in quibus terminis Socin. loquitur in conſ. Dominus labia mea aperiat. num.24.& ſeque n.& multo minus illę præferri poſſunt vi, & poteſtate argumenti à contrario ſenſu: quod cùm debeat ſtrictè ſumi ad limites verborum,& diſpoſitionis ſenſus directi,& per illud ceſſet dumtaxat id,quod in ſenſu directo diſponitur. Non autem inducitur diſpoſitio contraria in caſu conuerſo,iuxta not.Dec. in l. 1. colum. 8. & 9.num.38.& colum.15.nu.35.de offic.eius. Bellè quidem ſequitur ex tex.conſtit. coniugatæ,& dotatæ a fratrum ſucceſſionibus repelluntur. Ergo ſi non ſunt coniugatę, & dotatæ non repelluntur,& conſequenter ex tacita diſpoſitione, qualis eſt illa, quę reſultat ex hoc argumento,ad ſucceſſionem vocantur. Non autem & illud ſequitur, Ergo ſororibus in capillo præferuntur, præſertim ad correctionem expreſſę diſpoſitionis, & voluntatis ſtatuentis in præced. verſ. ex collaterali, & ordinis ex illo conſtituti, cuius mutatio, vel correctio non præſumitur. l. non ad ea.ff.de condit. & demonſtrat. Alex. conſ.59.num. 13.lib.3.Dec.in l.ſingularia, col.5.ſi cert.pet.Alcia.in tract.de præſump. reg.2.præſump.28.Nec vigente eadem cauſa,& ratione prælationis, vt infra probabo. Cumque in conſtitutione nihil de prælatione ſororis coniugatæ ſcriptum ſit, ad eam nec directò,nec vtiliter trahenda eſt.l.ſi ve-
3 ro.§.de viro ff.ſolut.matrimon. † Potiſſimè, quia ſi ſorori in capillo nupta præferretur, communi quoque patri neceſſario eſſet præferenda, quod vtique aliud non eſſet, quàm ſomniare in Parnaſſo, tum quia conſtitutio non dicit,tum etiam,quia irrationabile,& abſurdiſsimum ſecundum Iſern. in cap. 1. colum.1.in fin.verſ.nec poſſet patri,& 3. de nat.ſucceſſ.feud.quia morienti filia propinquior eſt pater,quàm frater,etiam ab vtroq; parente,inquit Iſern.eodem cap.col.3. in fi. verſ.conſtit.regni prædicta,&c.quod abſurdi,vt in ſorore in capillo toleretur, eò quod conſtitutio ita ſcripta eſt, non tamen eiuſmodi intelligētia adhuc promēda, qua aliud iniquius addatur, ac etiam coniugata patri præferatur,quia iniquitates, & abſurditates non ſunt multiplicandę,ſed ſecandę, vt de ſpecialitatibus,& improprietatibus ſcripſit glo.vltima in cap.preterea, extra de verbor. ſignif.& Io.And.in addit. Specul.de inſtrumēt. edit.§.16.verſ.fecerit arg.l.1.C.de dot. promiſſ.nec abſurdo per aliud abſurdum obuiandum,& ſatis,multumque conſtitutio eſt operata, quòd ſororem coniugatam ex inhabili repulſa, & nullo iure cognita ad feudalem ſucceſſionem fratris habilem reddiderit,agnouerit,atque admiſerit. Tametſi eandem alijs item non prætulerit: ſatis enim, abſurdeque ſufficit,ſi cui, vel in paucis conſulatur.l.tutores.§.qui ſe negotijs.ff. de admin.tutor.l.tutori.C.de negot. geſt. Neque noſtrum eſt conſtitutionis ordinem inuertere,ſed illum quamuis durum, & carentem ratione retinere.l.proſpexit.ff.qui,& à quib. Bald.in l.non dubium.colum.3. in princip. C.de legib.quia non ſunt iudicandæ leges,& iniquitates arguendæ, poſtquam latæ ſunt; ſed ſecundum eas iudicandum, inquit Auguſt 4.d.cap.in iſtis,Dec.in cap.ſi quando,in fin.de reſcr. vnde Lyſias in oratione contra Alcibiadem admonet Iudices,vt meminerint ſe in iudicium veniſſe non vt nouas leges ferrent, ſed vt ſecundùm iam latas iudicarent,& Xenophon de Pedia,Cyri.lib.1. Cyrus,inquit,ſecundùm legem iubebat ſemper ferendam eſſe à Iudice ſententiam,cum non de conuenientia ſit Iudex, ſed de iuſto,id eſt autem iuſtum, quod legitimum: quod verò fit contra legem, id eſt violentum: & in ſtatutis non eſt inquirenda ſubtilitas legum, ſed voluntas ſtatuentis: inquit Bald. in cap. 1. §. & quia, num.12.in fin.de his, qui feud. dar. poſſ. Et ſatis eſt, conſuetudines feudales eſſe tolerabiles,& per vſum approbatas, licet non habeant omnimodam rationem, ait Bald.in l.de quibus.col.12.ff.de leg. Et ſufficere conſuetudinem non eſſe contra rationem,ſcilicet Diuinā,& naturalem, & quòd habeat aliquod motiuum ſecundum eundem in l.duodecim tabularum. C.eod. in cap. ex reſcripto,de iur.iurand.aliamque rationem quærere,eſt infinitas intellectus, ait idem d. conſ.110. Sereniſs. Regina col. 4. paulò poſt princ.Tūq; ſtatuentes ſic volunt, ſic iubent tenaciter verbis inhærendū eſt, nec quicquā aſtrin-

aſtringendum, vel addendum, inquit idem in cap. 1. in fin. de alie. feud. porrò ſtatutum iterum ſtatuere non eſt æquitatem in mediũ proponere, ſed præteritis calumniam inuenire, verba ſunt Baldi eod. conſ. 110. col. 5. in fin. per l. pen. C. de decur. lib. 10. præſertim quãdo nulla inde reſultat iniquitas, ſed contra magna æquitas, vt hic, quamuis enim iſta conſtit. quatenus eius conditor ſibi, ſuoq; fiſco plus nimio proſpexit, & ex alijs etiam odioſa ſit, ſecundùm Iſern. d. cap. 1. colum. 2. in fin. & 4. ad med. verſ. conſtitutio Regni Siciliæ, de nat. ſucceſſ. feud. Ordo tamen ſuccedendi, ex ea traditus, neque durus eſt, neque exorbitans, nec ratione carẽs, quin iure, ac meritò tali loco, & ordine ſorores inuitantur, & ſuccedunt. nam, quia ſoror in capillo communi iure feudorum eſt cognita, eoque iure cenſetur magis coniuncta, & arctiori vinculo obſtricta patri, vel fratri, quam ſoror coniugata. cap. 1. §. rurſus, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. Cannet. in cap. ſi aliquem, verſ. & quia in iſta lege, pag. 306. num. 5. Eſtque de familia patris, & fratris, ac retinet omnia priuilegia, & dignitates, contra quam coniugata per l. fœminæ. ff. de Senat. tradit Tiraquell. de nobil. cap. 18. & in ll. connubial. l. 1. gloſ. 1. part. 1. num. 31. & ſequen. quæ in familiam, & poteſtatem viri tranſiens, velut capite minuitur, fitque eius caput, Vir. cap. hęc imago, & cap. ſequen. 33. quæſt. 5. Eò fit, vt ipſa in capillo vti coniunctior in fratris ſucceſſione ſorori nuptæ, quamuis maiori natu præferatur. Etenim, licet primogenitura verè, & propriè conſideretur, quando patri ſucceditur, non quando fratri, inquit Iſern. in d. conſtit. col. 4. in fin. verſ. ſed ſi eſſent plures fratres, &c. Tamen: vt in vtraq; ſucceſſione pariter ſpectetur, nihilominus conſideranda, & attendenda eſt, cæteris paribus, nempè, vt inter ipſas ſorores in capillo, quas hanc ob cauſam plurali numero vocauit conſtit. vel vt inter ipſas coniugatas maior minori præferatur, prout de pluribus in capillo tradit Afflict. in hac conſtit, 8. notab. num. 22. & de pluribus coniugatis loquitur. Nec, niſi falsò, aliter acciperetur. gloſ. Mari. in verb. dotatæ, ibi [Et dotatæ de bonis patris, alioquin ſuccedunt, habita tamen diſtinctione maioris ætatis, ſi viuunt iure Franchorum, &c.] Scilicet habita diſtinctione maioris ætatis inter ipſas coniugatas, de quibus & text. conſtit. & glo. ad eas dumtaxat reſpiciendo, numero multitudinis loquuntur, & cap. Honorij, de quo infra dicam, planius explicauit. Non autem vbi cætera non paria, ſed diuerſa ſunt, vt quia maior coniugata, minor autem in capillo ſit: cuius capilli prærogatiua, vt infirmior eſt prærogatiua gradus, ſecundum Cannet, eadem repetit, pag. 306. num. 9. Sic potentior, & fauorabilior eſt prærogatiua maioris ætatis ſecundum eundem in d. cap. ſi aliquem, pag. 298. num. 5. & 6. & neceſſariò demonſtrat noſtra conſtitutio, dum in eo otioſè, & fruſtra capilli qualitas, in qua ſorores poſt fratres ad ſucceſſionem vocantur, poſita fuiſſet, & a ſtatuente etiam, atque etiam conſiderata, niſi ea qualitas prærogatiuę maioris ætatis ſororis coniugatæ, longè potior, digniorque eſſet, ſolæ enim primogenitæ, vel omnibus ſororibus in capillo exiſtenlibus maior minori præferretur, nullo capilli priuilegio, ſed ſolius maioris ætatis beneficio, & iure, & in legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, omnique materia nullum verbum debet eſſe inutile, nec ſuperfluum, & ſine miniſterio operandi. §. quibus. in prima conſtit. C. cap, ſi Romanorum 19. diſtin. gloſ. in princ. ff. quod met, cauſ. Bart. in l. tranſigere, in 1. oppoſit. C. de tranſact. & in ſtatutis tradunt Barto. Imol. Paul. Alex. in l. 4 §. dies cautionis. ff. de damn. infect. in l. fin. §. ſi in computatione. Cod. de iur. deliber. & latè Imol. in l. ſi verò. §. de viro. colum. 4 ff. ſolut. matrim. Quæ ſententia, & æquitatem, & rationem habet. Quippe cùm ratio illa conſeruandæ agnationis, & familiæ. qua præ cęteris ius primogenituræ æquum, & fauorabile æſtimatur ſecundum Minad. in conſtit. in aliquibus. not. 3. num. 130. licet alioqui ad ipſum multis nominibus odioſum, & exorbitans reputetur, de quo latè Tiraquell. de iur. primogen. quæſt. 4. num. 11. & ſequẽ. fortius militet, & vigeat in ſorore in capillo, quàm in coniugata, ac proinde maximè etiam fauorabilis illius prælatio cenſeatur, ſecundùm Dec. in l. venia. num. 5. C. de in ius vocand. & Tiraquell de retract. in præfat. num. 56. & 65. Illa enim nondum viro copulata, magna dote ex fraterna hæreditate aucta, facilè præclaras nuptias inire multa cum familia. totiuſque ſuæ agnationis dignitate poteſt: hęc autem, vtpote, iam nupta virum ſuum maiori dote, iam ſemel ei conſtituta, eaque ipſa fortaſſe etiam indignum in opinato grandi hæreditate cumularet, nulla familiæ ſuæ vtilitate, imò verò, & conſanguineorum, & aliorum omnium etiam Nemeſi, & indignatione, quæ quidem Nemeſis, vt doctiſſimè Ariſtot. lib. 2. rhetoricor. ſcripſit, nihil aliud eſt, quam dolere proſpera alicuius fortuna, qui ea ſit indi-

gnus, quamuis probat is etiam ſit. Nam, quoniam non omne bonum cuius homini congruit,ſed eſt proportio quædam, & conueniētia, vt exēpli gratia, ſpecioſa arma nō iuſto viro,ſed forti conueniunt, & claræ nuptiarum affinitates non ijs, qui nuper diuites facti ſunt,ſed nobilibus,atque illuſtri genere natis congruentes ſunt,fit vt etiam, cū probus vir,quod ei non conuenit, aſſequitur,aduerſus eum indignatio concitetur, vt paulò poſt ex maioragij interpretatione idē Ariſt.explicauit.

4 Sequitur autem ex iam dictis, (quod hic neceſſarium eſt admonere) gloſ. Mari. in verb.coniugatæ,in verſ.ſed quid ſi ſoror,cuius meminit Luc.d.l.fin.col.fin.ad med. & Iſern.d.cap.1.colum.fin.ſub num.3 t.de nat. ſucceſſ.feud. dum inquit, ſororem, à patre, vel fratre in parte maritatam, cenſeri reſtitutam ad priſtinum ſtatum, & ſic in ſuam naturam,& ſuccedere fratri,loqui, & intelligi ſecundùm tex. conſtit. nimirum, quantum ad ius,& facultatem,ſiue aptitudinem, (vt ſic dixerim) ſuccedendi, ipſamque adeo ſucceſſionem cum effectu, ſi ſola ſit, non etiā quantum ad prælationem, ſi concurrat ſoror in capillo cum ipſa coniugata, contra tex.conſtit.de qua in capillo nullam gloſa facit mentionem, propterea quod ne poſſet quidem frater, vt maximè vellet, vel omnino pro parte dotando, conſtitutionis ordinem peruertere, & virginitati,& capillo nuptias,& coniugium præferre,& iuri ſemel conſtituto derogare l.Cerdonem.ff.de oper. libert.facit l.nemo.ff.de legat. primo. l. quidam decedens. ff.de adminiſtr. tutor. quod de bonis ad legem Falcidiam. Quodque ex his ſcripſit Iſern.in cap.1.ſub num.4. de eo,qui ſibi,& hæredibus ſuis in dict.cap.1. colum.fin.in fin.de natu. ſucceſſ.feud. & litera legum gloſ.& Doctores cum temperamento æquitatis, & pro materia ſubiecta non Iudaicè eſt accipienda, vt inquit gloſ. in l.damni infecti ſtipulatio §.ſi is,qui vnas, in verb.aliàs.ff.de damn.infect. Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de iud. Sarac. in addit. in verſ.ad literam, Bald.in l. ſi te expilaſſe, Cod.de his,qui not.inſam.in l. quicunque, colum.3.C.de ſeru. fugit. Porrò hæc ita ſe habere, vti diximus, dilucidè demonſtrat tex.huiuſce conſtitutionis, dupliciter expenſus.

5 Primò, quia ſi in feudali ſucceſſione fratris,quicquid in allodiali, vel etiam in feudali,ſed in deſcendenti linea aliter ſtatutum eſſe,aliterque dici,& contendi poſſet ex traditis per gloſ.in verb.filia autem in hac ipſa conſtitutione,& Iſern. in conſtit. in aliquibus,colum.21.in princip.in verſ.pro hoc faciunt, &c. quod non eſt præſentis inueſtigationis,& materiæ, eſſetque nimis imperita, & ridicula argumentatio de vna ad aliam, ſecundùm Afflict.in d.conſtit.in aliquibus, nu.20.& ſequen.& propria intellectus non benè organizati,& ſubtiliter non intuentis, ſecundum quem iura non ponderantur, vt verbis vtar Anton. de Butr. in cap. inter corporalia,colum.quinta. de transl. epiſco. Si, inquam, in feudi ſucceſſione fratris ſoror in capillo excludit communem patrem, qui excludit ſororem coniugatam ſecundum gloſ.in verb. excluſo etiam, & Afflict.in cap.1.in princip. num.11. de nat. ſucceſſ.feud.quo etiam loco ante eum Iſern. colum.2.poſt medium, verſ.ſed ſi feudum eſſet à latere, idipſum expreſſe voluit his verbis, [dic vt ſupra, quòd frater, vel ſoror in capillo ſuccedent, quando pater excluditur,&c.] nulla facta mentione ſororis coniugatæ: ergo multo magis ſoror in capillo excludit, & vincit ipſam coniugatam, excluſam,& ſuperatam à communi patre ex regula ſi vinco vincentem, &c. cap.1. de authoritate,de conceſſ.præben.in ſexto.l.de acceſſionibus.ff.de diuerſ. & temp.præſcrip. qua vtitur gloſ. in d. conſtit. in verb. ex altero tantum, quamque dixit infallibilem, (præſertim cum non eſt diuerſa, ſed eadem, atque identifica ratio vincendi, vt hic) Aretin. conſil. 27. circa principium, & Deci. conſi.507.colum.1.in fin.& in proprijs terminis noſtræ quæſtionis. Ita decidit Lucas de Penn.in d.l. fin. colum.fin.verſ.amplius, in d.cōſtit.ibi, (& alijs vlterioribus, qui per patrem rationabilius repellerentur excluſis) C.quan.& quib. quar.pars lib.10.cui accedat dictio illa (etiam) aliorum præter patris excluſionem implicans, vbi probauimus, atque huic ponderationi, & argumento Sophiſtæ omnes toto vitæ ſuæ tempore non reſpondebunt, torqueantur ſeſe, & infensè aduerſentur quantum velint.

6 Secundò,quia ſicuti eadem conſtitutio in verſ filiæ autem in capillo expreſſit in ſucceſſione deſcendentium (de qua ſola loquitur ille verſ.ſecundum gloſ. ibi in verb. excludunt,quam ſequuntur Iſern.Affl. & omnes quotquot ſunt,& Siculi, excepto Cannetio,qui in d.cap.ſi aliquem,pag.300.verſ. ſed diſcutiendum eſt. num. 12. & ſequen. poſtquam omnem lapidem enixè voluit, reuoluitque ad euincendum hunc verſiculum ad proximè præcedentem tranſuerſalem lineam referri, id tantùm præſtitit, vt magno

gno labore magnas nugas attulerit, & in quo videri voluit argutus nulli non videatur arguendus, quod tam dilucida conſtitutionis verba cauillari inſulſo quodam, & inepto genere tentauerit, neque animaduerterit hunc verſiculum ſolum loqui de prærogatiua capilli reſpectu deſcendentis lineæ, de qua prærogatiua quantum ad hanc lineam nuſquam alibi, nec iſta, nec ſuperior conſtit. locuta fuerat: tum nec illud viderit, quæ filia dicitur reſpectu patris, eandem ſororem appellari reſpectu alterius ſororis, aut fratris, neque aliter rectè dici poſſe ſiue de paterna. ſiue de fraterna hęreditate inter ſe contendant, ſicque confuſione relationum ſe ſe vana, & pertinaci nominum quæſtione inuoluiſſe, pluſque errorum, quam verborum tota ea diſceptatione profudiſſe, ſed ad rem) ſicuti, inquam, conſtitutio in verſ. filiæ autem expreſſit in ſucceſſione deſcendentium. Maiores ſorores coniugatas, non dotatas de bonis paternis, de cuius ſucceſſione agitur, minoribus ſororibus in capillo exiſtentibus præferri. Ita etiam in feudali ſucceſſione collaterallum, id ipſum expreſſiſſet, ſi voluiſſet; ſed quia omiſit, ſatis declarauit, quod in ea linea noluit in feudalibus illam præferri. l. 1. §. ſin autem. C. de caducit. toll. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum. Iſern. in conſtit. ut aliquibus. colum. 10. poſt medium verſ. nam expreſſiſſet de matre, &c. Oldrad. conſ. 266. colum. 2. Aym. conſ. 130. num. 7. Cannet. in d. cap. ſi aliquem, pag. 296. num. 9. & 299. num. 7. Ea enim, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta, inquit Vulpian. in l. item apud Labeonem. § ait Prætor. ff. de iniur. de quo Bald. conſ. 443. in fin lib. 1. & de hac ipſa conſtitut. loquens, Cannet. d. cap. ſi aliquem, pag. 307. num. 10. & 11. Neque dici poſſet hanc qualitatem expreſſam in verſ. filia autem cenſeri repetitam in ſuperioribus verſ. ex collaterali, & coniugatæ autem, vnamque partem ex altera ſuppleri, & declarari; quoniam, cùm tres ſint cauſæ, excludentes tacitam repetitionem, videlicet, dictio aduerſatiua, diuerſitas orationis, ex pulcherrima doctrina Bald. conſ. 153. Quidam teſtator. lib. 5. diſertè reaſſumpta, & probata à principibus Doctor. ſuis locis, & in hac conſtitutione, eiuſque litera omnes concurrant. nullatenus de vno verſiculo ad alium inferri poteſt, nec alicui repetitioni eſſe locus, faciunt notata per Afflictum in deciſ. 248. in fin. Aym. conſ. 151. num. 5. Minad. in conſtit. in aliquibus, in 7. not. num. 7. Bellam. conſ. 3. colum. 12. tex. in clemen. 1. §. ad hoc de præben. & fusè Gabr. libr. 6 tit. de clau. concluſ. 9. Hinc fortius, & proprius ad caſum noſtrum dixit Alexan. conſ. 29. col. 2. in fin. verſ. nec obſtat, quod in dicta conſtitutione, &c. lib. 1. Verba illa huiuſce conſtitutionis, paulò ante poſita, videlicet: [Nec non maioris ætatis inter eos, qui viuunt in Regno, ſpecialiter iure Franchorum] non cenſeri repetita in ſequen. verſ. ex collaterali, & ad ſorores nequaquam pertinere, nec illas comprehendere propter illud relatiuum, qui, quod, cùm ſit maſculini generis, reſtringit, inquit ipſe, & declarat, quod tantùm ſenſerit de maſculis l. a filio. §. fin. & ibi Bart. ff. de alimen. & cibar. legat. l. omnes. ff. ad Trebell. l. ea tamen adiectio, de legat. tertio, quam dubitationem obiter deinde ſuſtulit, cap. conſiderantes Caroli Secundi Regis, ſecundum Afflictum in hac conſtitur. num. 22. in fin. Sed intra limites, modum, & ordinem conſtitutionis, a quo illud capitulum, & alia ſubſecuta omnia regulantur, reſtringuntur, & relaxantur l. ſed & poſteriores. ff. de leg. gloſ. in l. ſciendum, in princip. ff. qui ſatiſd. cogan. gloſ. & Doctores in Authen. offeratur. C. de lit. conteſt. Iſern. in cap. 1. colum. 6. in princip. verſ. hæc videtur tolerabilior, de nat. ſucceſſ. feud. in conſtit. cauſas, in fin. in conſtit. Aduocatos, poſt principium, in conſtit. Diuæ memoriæ. colum. fin. in princ. Idque ipſo in cap. diligenter. ſatis exprimitur his verbis [tenore enim antiquę Regni, ſuper hoc editæ, conſtitutionis attento, &c.]

7 Dixi autem eam dubitationem obiter illic ſublatam, eo quia capitulum illud (quod ad eius intelligentiam notãdum eſt) ex profeſſo, & principaliter diſponit, vt ex illa adiectione (ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus) non excludatur frater, aut ſoror à ſucceſſione fratris, vel ſororis in feudo paterno, vel antiquo, vt praua quadam interpretatione inoleuerat, & error ius fecerat, ait Paul. in l. 3. ad finem ff. de ſuppell. legat. Fortaſſe, quia fluxerat a peritis, ſecus atque ſi ab imperitis, quia imperitorum error ius non facit, Bald. cap. 1. colum. 3. de ſucceſſ. feud. in l. 1. ad finem. C. de ſucceſſor. edict. ad quem errorem prauumque ius tollendum, atque eradicandum, tex. ille factus, & compoſitus eſt non ad aliud aliquid, nec ſanè minus pro feudo ex pacto, & prouidentia, quam pro hæreditario, & tam pro feudis, quæ retrorſum ab illo cap. edito conceſſa fuerunt, quàm pro illis, quæ inde in poſterum concedenda erant, & hoc quidem eſt, quod tex. ait, vt de omnibus forma ſit eadẽ,

ideſt, vt in omnibus feudis tam conceſſis hactenus, quàm concedendis deinceps ſub iſta clauſula [ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus] locum habeat diſpoſitio huius capituli, vt de omnibus forma ſit eadem, nec aliud de concedendis in poſterum, quàm de conceſſis antea conſtituatur. Idque ſiue conceſſio concipiatur, vel concepta iam ſit pro ſe, & liberis, & ita feudum ſit ex pacto, & prouidentia, ſiue etiam pro ſe, & hæredibus, ita quod feudũ ſit hæreditarium, in quo non erat vis, ſed dumtaxat in illis verbis [ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus] vt nuper dixi, & fatetur Andr. in hac conſtit. colum. 9. vbi etiam adijcit hoc capitulum procedere in feudo antiquo, ſequiturque Afflict. deciſ. 293. quod veriſſimum, & extra omnem dubium ponenda eſt ex ipſa, tex. hypotheſi, qua nec cadere in feudum nouum poteſt, nec ei vllo modo adaptari. Cæterùm ſolius feudi hæreditarij iddem tex. meminit, vtpote magis in Regno frequentati, & vſurpati, iuxta l. nam ad ea ff. de legib. ad quod vnum feudum, maioremque frequentiam, Napodan. in conſuetu. & ſi teſtator, in verb. diſponere. num. 8. reſpexit, retulitque ſe ſe, cum dixit feuda omnia eſſe hodie hæreditaria, non autem adeo feuda, de quibus tex. non loquitur, atque ad illos caſus, de quibus non modò non loquitur, verum etiã nec cogitauit nimirum conſtituere, vt feuda omnia eſſent hæreditaria. Itaque è Regno propria recta, & regularia nullo iure, vel cauſa exterminare, cùm Domini nihil interſit feuda magis hæreditaria eſſe, quàm ex pacto, quin quòad eum ſemper ſunt ex pacto, & prouidentia, ſecundùm Frecc. lib. 3. diſfer. 25. & fuiſſet iniquiſſimum poteſtatem, & voluntatem Dominorum feuda concedentium arctare contra regul. l. in re mandata. C. mandat. Quocirca veriſimile non eſt, ſed ſummo ingenio, ſummaquæ doctrina Napodan. doctiſſimi noſtrarum conſuetudinum interpretis alieniſſimum exiſtimare in huius capituli intelligentia, eamque aperta re, tam grauiter ipſum offendere, tamque ſupinè labi potuiſſe, vt in id illud citare voluerit, quod ab illius & verbis, & ſenſu longiſſimè refugit. Veriſſimum ergo eſt illud axioma, ſiue effatum, feuda omnia in dubio eſſe ex pacto, & prouidentia, non autem hęreditaria, & in Regno ex ſententia Loffred. & ſequacium, quicquid Frecc. lib. 3. ſui operis quæſt. 1. à num. 8. ad finem contra ſcripſerit cuius rationis, licet infirmas, ſingultim confutauimus in prima noſtra feudali diſputatione in terminis cap. 1. cap. ſi quis inueſtitus, qui ſucceſſ. tenean. & cap. moribus, ſi de feud. mil. contr. ſuer. Vnde nos huius cap. intellectum hic tranſtulimus. Sed redeo vnde diſceſſi.

8 Et profectò ſumma ratione noluit conſtitutio, ſororem maiorem coniugatam ſorori minori in capillo anteferre, quandoquidem prærogatiua ætatis non ita conſideratur in ſucceſſione collateralium, vt conſideratur in ſucceſſione deſcendentium, & fauor capilli præſtat fauori, & priuilegio ætatis, vt iam dixi, nec velim quemquam decipi, in intelligendo Afflic. in cap. 1. num. 70. de nat. ſucceſſ. feud. (quod nec ſtultum, nec arrogans eſt admonere, imo ſæpius fuit faciendum propter eos, qui iura, & deciſiones digluriunt, non autem digerunt, vt Bald. verbis vtar in l. Æmilius. ff. de minoribus, cunctaque craſsè, & aliorſum, atque à Doctoribus dicuntur accipientes, iniuſtas lites diſſeminat, ac fouent, quos meritò magnos pappalardos vocat Ioan. Andr. in additio. Specul. de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua verſ. 21. quoniam hos ipſos tex. Afflict. in id ſolum ibi citat, vt euincat, ne ſoror à patre maritata prorſus excludatur à feudali ſucceſſione fratris, non autem, vt etiam ſorori in capillo in ea præferatur, in quo expeditum intellectum habet conſtitutio ne præferatur, eiuſque verba ita clara ſunt, vt nec cauillari poſſint. l. 2. §. tractari. ff. ad Tertull. l. 3. C. de liber. & poſthum. nec vllum faciant coniecturæ locum. l. continuus §. cum ita

9 ff. de verbor. oblig. † Ad quem intellectum, maioribus præſidijs firmandum, affero primum incipiendo a Textibus (quam Baldus viam ſigillatam vocat) Honorij capitulum relatum in addit. ad Iſern. in cap. 1. colum. 5. de nat. ſucceſſ. feud. quod quidem ſeruari apud nos teſtatur Iſern. in 1. rubr. ſub num. 22. & Bald. dict. conſil. 110. Sereniſsima Regina colum. fin. in fin. & alibi ſæpe citatur ab Iſern. vt diligenter colligitur in eadem addit. in verb. Cap. nullaque verborum circuitione, & anfractu, dilucidè, & apertè, ita ſtatuit. [In ſucceſsione verò præmiſſa inter feudatarios, & ſubfeudatarios viuentes in Regno eodem iure Franchorum ſexus & primogenituræ prerogatiua ſeruetur, vt inter duos eodem gradu feudatario coniunctos, fœminam maſculus, minorem maior natu præcedat, ſiue ſint maſculi, ſiue ſint fœminæ concurrentes, niſi forſan duabus concurrentibus, eſſet primogenita maritata, & minor remanſerat in capillo. Tunc enim minor, quæ in capillo remanſerat, primogenitæ maritatæ in ſucceſsione huiuſmodi

præ-

præferatur. Sed ſi nulla remanente in ca-
9 pillo, duæ, vel plures fuerint maritatæ, maiori natu ius primogenituræ ſeruetur, vt alias in dicta ſucceſsione præcedat.) Ecquis autem (niſi hypſea cæcior) non videt hoc capitulum non ſolum ad ampliandam ſucceſsionem (quod Iſern. fatetur) eſſe latum, verum etiam, vt lucem afferret ordini ſuccedendi, à Conſtitutione tradito inter ſorores, vtque apertius nobis oſtenderet, & declararet, ſororem in capillo ex prærogatiua virginitatis, & capilli in fratris ſucceſsione ſorori coniugatæ anteferri? eaque cauſa nullam dotationis feciſſe mentionem; quia non de excluſione in totum, ſed ſolùm de ordine, & modo ſuccedendi, deque prælatione ſororum inter ipſas verba fecit id quod liquidò perſpicitur ex illa exceptione (niſi forſan duabus concurrentibus) Itemq; ex prouiſione, quæ ſubinde fit inter plures coniugatas, ibi. (Sed ſi nulla remanente in capillo, &c.) Quamuis enim hoc capitulum vt ad conſtitutionem ſe conformet, qua parte ſimpliciter de coniugata loquitur ex Iſern. interpretatione, in qua tamen ego multum hæſito, reuocoque me interdum de dotata quoque ſit accipiendum, nihilominus de ea dotata neceſſe eſt intelligi, quæ ab aditu fraternæ ſucceſsionis non repellitur, tũ primo, vt exceptio ſit de genere, ſiue de terminis regulæ, vti oportet, iuxta l. nam quod liquidè in fin. ff. de pœn. legat. Barto. & Bald. in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, Dec. in l. 1. num. 20. ff. de regu. iur. ſorori autem nuptæ, & à fratre etiam, de cuius ſucceſsione agitur, dotatę, prorſus fraterna ſucceſsione, veluti aqua, & igni, ita iubente conſtitutione, interdicitur, quam conſtitutionem hoc cap. non corrigit, ſed confirmat, & ampliat, teſte Iſern. d. cap. 1. colum. 6. de nat. ſucceſſ. feud. Igitur nullo modo de iſtiuſmodi dotata poteſt accipi, ſed de ea dumtaxat, quæ à patre, vel ab alio, quàm ab eo, de cuius ſucceſſione agitur, dotata, a fratris ſucceſſione non repellitur, ſicque aptè, congruenterque à regula ſucceſſionis excipiatur. Tum ſecundò, vt hoc cap. non ſit fruſtratorium, & de indubitabili contra leg. Labeo. ff. de carbon. edict. Quis enim, niſi prorſus ingenio, & mente captus dubitaret, ſororem in capillo præferri, ſorori coniugatæ, & dotatæ à communi fratre, ſi ipſa coniugata, etiam ſorore in capillo non extante, ab vlterioribus agnatis, illiſque deficientibus à fiſco fraterna ſucceſſione prohibetur? denique fruſtra, & nimis ridiculè hoc cap. ſtatutum eſſet, vt, nulla ſorore in capillo remanente, maior maritata minori maritatæ præferatur, ſi de ijs maritatis intellexiſſet, quæ de bonis fratris, de cuius ſucceſſione agitur, dotata per Conſtitutionem ab illius ſucceſſione repelluntur, cùm non entium nullæ ſint partes, & qualitas non poſſit ſubſiſtere extra ſuum ſubiectum, & non poſſit præferri, quæ obſtante conſtitutione, nullo vnquam tempore admitti poteſt, vt ſunt protritæ regulæ. l. eius, qui in Prouincia, verſ. quòd, ſi ſtipulatus ff. ſi certum peta. l. ſi ſeruum mihi. §. 1. ff. de action. empt. l. Pomponius. §. de acceſſionibus, & ibi Alexan. in tertio not. ff. de acquiren. poſſeſſ. Bald. in l. omnium. colum. 1. circa medium. C. de teſtamen. Deci. conſil. 508. colum. fin. ex quibus certa, facilis, & aperta declaratio relinquitur ex hoc cap. ad conſtitutionem, nimirum, vt ſoror in capillo prærogatiua, & beneficio virginitatis, & capilli præferatur in ſucceſſione fratris, ſorori maiori natu à communi patre coniugata, & dotata, tametſi eiuſmodi dotatio non efficiat, vt ipſa a ſucceſſione omnino repellatur, quemadmodum efficeret, ſi dotatio à fratre, eiuſque de bonis, de cuius
10 ſucceſſione agitur profecta eſſet. † Deinde affero Capitulum Siculorum ſi aliquem, Iacob. eorum Regis, quod ex omnium ſententia ad hanc noſtram Conſtitutionem quòad hoc collimans prorſus his iſtis Honorij capitulum vtitur verbis, prout apud Cannet. fol. 368. illa videri poſſunt, hic non repeto: quod capitulum, & vſus finitimæ nationis, & Prouinciæ ſaltim declarat noſtram hanc Conſtitutionem, ſi quid dubij in ea inſidet, noſtrumque morem l. de quibus, in princip. ibi, tunc quod proximum, & conſequens ei eſt. ff. de legib. Iſern. in l. Imperialem. §. præterea ducatus, in prima addit. in princip. de prohib. feud. alienat. per Federic. Tum, ne auctoritate carere videamur, affero Pern. qui ante me acutiſſimè illum vidit, & breui explicauit in conſi. 13. cuius conſilij, & ſuperioris, quamuis principalis quæſt. longe diuerſa ſit à caſu noſtro, vt in qua agatur de ſucceſſione filiæ, & deſcendentium in feudo matris, iuxt. text. huius conſtit. in verſ. filia autem, nihilo tamen ſecius is idem colum. 1. verſ. quinimo, quod eſt amplius extra quæſtionis ſuæ terminos egrediens, & in noſtros veniens, ſigillatim loquitur de ſucceſſione ſororis, & collateralium. ibi ((Nec obſtat, quod fuerit mater conuentæ in capillo, vt ſic illa ſuccedat, vt d. §. ex collaterali, quia certè non remanſit in capillo, quia præmortua matri. Et propterea, viuente matre,

etiam

Digitized by Google

etiam maritata, & dotata fuit.] Quibus
verbis nemo tã hebes non intelligit, apertiſ-
ſimè illum ſentire, & fateri, quod ſi in illo
caſu ſoror ſecundogenita verè in capillo re-
manſiſſet, proculdubio in ſucceſſione feudi
ſororis vita functæ, ipſa in capillo ſorori
11 maiori nuptæ præferri debuiſſet. † Affero
etiam Afflictum noſtrum in ipſa conſtit. vt
de ſucceſſionibus in 10. not. num. 30. qui
quæſt. gloſ. & Iſern. examinans, vtrum ſoror
coniugata, & dotata à communi patre ex-
cludatur à ſucceſſione feudi fratris, clarè, &
diſertè dixit, eam quæſtionem procedere,
fratre decedente ſine liberis, & ſine fratre
maſculo, vel ſorore in capillo, ſuperſtite
ſolum ſororè coniugata, quod acutè etiam
ſenſit Loffred. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.
dum eandem quæſtionem accuratius tra-
ctans illam firmat, fratre mortuo ſine deſcen
dentibus, legitimiſque alijs potioribus hæ-
redibus quaſi exploratum, ac extra omnem
dubitationem ſit, vt fratre mortuo ſuper-
ſtite ſorore in capillo, ipſa in capillo præ-
feratur in feudalibus ſorori coniugatæ, licet
ab ipſo fratre non dotatæ ex aperto tex. d.
conſtitutionis, ac proinde nullus ſit quæ-
ſtioni locus, quia vbi caſus legis, ibi nulla
quæſtio, nec dubitatio ſupereſt. l. Ancillæ. C.
12 de furt. l. illam. C. de collat. † Poſtremo hu-
ius etiam ſententiæ non obſcurè fuit Luc.
de Penn. qui hos omnes quantum annorum
numero, tantum autoritate, ac eruditione
antecellit, in ſæpe cit. l. fin. colum. fin. Cod.
quand. & quibus quar. pars, tum in princip.
dum his verbis q. formans. (deinde mori-
tur frater abſque liberis, ſorore ipſa nu-
pta ſuperſtite, an excludatur a ſucceſſione
fraterna, eaque nupta ſecundum paragium
fuit, &c.) nullam adeſſe ponit ſororem in
capillo, ſed ſolam coniugatam, tum poſt
medium, ibi (amplius in dicta conſtit. vt de
ſucceſſionibus, gradatim ponitur, qui ad ſuc-
ceſſionem bonorum feudalium admittun-
tur. Primò, ſcilicet gradus deſcendentium.
Secundò collateralium, & cum ſoror in
capillo, ideſt, non nupta, vt ſupra l. proxima.
§. quod ſi excluſo communi patre admitti-
tur ad ſucceſſionem fratris in feudo, vt d.
conſtit. verſ. ex collaterali, quare non admit-
tetur ad ſucceſſionem eius, ſcilicet, fratris,
licet dotata ex bonis paternis per patrem,
vel per ipſum fratrem, alijs vlterioribus, qui
per patrem rationabilius pellerentur, exclu-
ſio? Certè nulla eſt ratio, &c.) Atqui certo
certius ſoror in capillo non excluditur à
communi patre, ſed excludit communem
patrem. Ergo non ſolum Luc. loquitur, vbi
nulla adeſt ſoror in capillo, quod etiam in
fine magis aperit, dum inquit (& hæc potiſſi-
mè locum habent, vbi alius non eſſet in
medio, qui eam a fraterna ſucceſſione repel-
leret, puta frater ſecundum ſententiam ali-
quorum, &c.) Verum etiam aperte fatetur,
quòd ſi adeſſet ipſa in capillo, patrem, om-
neſque, qui a patre excluderentur, & ſic ip-
ſam quoque coniugatam, excluderet; nec
quemquam moueat adumbrata illa æquitas,
de qua idem Luc paulò poſt verſiculum
vidi autem conſilium acutiſſimi Ioannis de
Laud, & cæt. quoniam, licet aduerſus eam
præter iam dicta, multa afferri poſſunt. Ri-
gori ſcripto nunquam prælata fuit æquitas
non ſcripta, ſed contra rigor ſcriptus ſem-
per prælatus æquitati non ſcriptæ, per tex.
& not. in gloſ. & DD. in l. placuit. C. de
iudic. in l. 1. Cod. de legib. & in ſimili notat
Barto. in l. Titia. §. Imperator. quæſt. penul.
ff. de legat. tertio, dum reſpondet ad obie-
ctionem l. poſthumus. ff. de iniuſt. rupt. &
iuu. teſtan. & Gemin. Philipp. Franc. in cap.
vnico de rerum permutat. in ſexto, dum im-
pugnat opinionem Ioan. Andr. in cap. ſi be-
neficia, de preben. eod. lib. Quamuis autem
hæc pars conſtitutionis nonnullam haberet
reprehenſionem, & emendatione digna
videretur, iuxt. l. Saluius ff. de legat. præſt.
ſicuti nihil prorſus habet, quod reprehenda-
tur: imò eius æquitas, & prouidentia
egregiè laudanda, iuxt. l. 2. §. 1. ff. ad Velleia.
Nihilominus tamen talis emendatio non
poſſet fieri per hominem, ſiue per Iudicem.
Sed per aliam conſtitutionem, ſiue per le-
giſlatorem, vel ſimilem habentem poteſta-
tem, vt not. Gloſ. in d. l. Saluius, in verſ. de-
creto. & Bald. in d. conſ. 110. Sereniſſima
Regina colum. 5. in fin. Iudex autem ſecun-
dum hanc conſtitutionem, & legem iudica-
re, eiuſque veritatem, & iuſtitiam ſequi de-
bet. l. nemo iudex. C. de ſenten. nec aut rigo-
ris, aut æquitatis gloriam affectare, argum. l.
reſpiciendum. ff. de pœn. quia de æquo, &
iuſto valdè difficile eſt inuenire veritatem,
inquit Ariſtot. lib. 6. Polit. cap. 3. in fin. Quo
in genere plerumque ſub auctoritate iuris
ſcientiæ pernitioſè erratur, teſte Paulo in l. ſi
ſeruus. §. ſequitur. ff. de verb. oblig.
13 Et vero etiam æquiſſimum videri debet,
vt, ſi duæ qualitates, nempè dotatio ab ipſo
fratre, ſuiſq; de bonis, & coniugatio a quo-
cunque facta, ita vti conſtitutio ex Iſern. &
ſequacium interpretatione exigit, in vnum
coeũtes pariunt perpetuã excluſionẽ ſororis
primogenitæ ex perpetua ſñia Iſer. ac feudi-
ſtarum omniũ iuris ſois aceruatis in addit.

ad

Digitized by Google

ad Iſern. in cap. 1. ſub nu. 17. in verb. alij, de
nat. ſucceſſ. feud. a qua malè diſſentit Can-
net. non ſequendus in d. cap. ſi aliquem, fol.
303. verſ. attamen, & cæt. falſa intelligentia
deceptus Bartholom. de Capua in verb. con-
iugata, debet inquam æquiſsimum videri,
vt ſola qualitas coniugationis aliquid ipſa
operetur, & ſaltem pariat prælationem ſo-
roris in capillo ei quidem cū vtilitatibus, &
commodis penſandam, quæ maior natu ſo-
ror ex matrimonio, tum paterna, vel frater-
na domo, quaſi manumiſſa exeundo, & in
viri domum propriam migrando, tum Ve-
neris pręmia noſcendo, & (quod maximum
fœminarum munus eſt) concipiendo, &
conceptum tuendo, maioris ætatis benefi-
cio, & prærogatiua tantò ante cœpit non
ſine damno, & inuidia minoris ſororis in
capillo ob prioris coniugium dote forſan
caſſa, atque hoc ab illis, ob idque paternæ,
vel fraternæ domi etiam ſeni factæ, atque
hoc propria prouiſione huius conſtitu-
tionis in tranſuerſali linea, quicquid in
deſcendenti non tam ex verbis conſtitutio-
nis, quàm ex prudentum dubia non nihil, &
à pleriſque improbata interpretatione ſit
receptum. Ex quibus præclarè intelligitur
contrariam ſententiam pro coniugata nullo
iure niti, vel probari, ſed ſolitariam, & ſa-
turninam eſſe, iuxta Bald. in cap. cæteri. col.
4. de iudic. vtpote nuſquam relatam, nec vſ-
quam receptam. l. 1. in fin. ff. de Senat. obij-
cique verè poſſe eius defenſoribus, ſi in ea
deinceps perſiſterent, & pertinaces eſſent,
quod Bald. conſi. 28. lib. 1. ait arbitrantur ſe
philoſophari, ſed tripudiant in errore.
Fit enim nonnunquam (quod in lucullo no-
tat Cicer.) vt neſcio quomodo plerique er-
rare malint, eamque ſententiam, quam ſe-
mel adamauerunt, pugnaciſsimè defendere,
quam ſine pertinacia, quod conſtantiſsimè
dicatur exquirere, vel quia nil rectum, niſi
quod placuit ſibi ducunt. Vel quia turpe
putant parere minoribus, & quæ imberbes
didicere ſenes perdenda fateri, vt non mi-
nus verè, quàm eleganter Horatius.

14 Nec veriſsimæ huic intelligentiæ aduer-
ſatur Filingeria Reginæ Ioannæ, quam vul-
gò in contrarium iactari audio, ſed omnino
conſiderari, ne dicam imperitè, vt conque-
ritur Salycet. de his, qui ſcripta tantùm di-
ſcurrunt, nec in eis contenta digerunt,
quos meritò ſilere iubet in l. ſi ex cautione
colum. vlt. Cod. de non numer. pecun. Siqui-
dem illa deciſio penitus toto orbe diuiſa eſt
à caſu noſtro, quippe quæ loquatur, (vt in
ſupplicatione dilucidè exponitur) ſola ſoro-
re maritata ſuperſtite, eademque veniente
ad feudalem ſucceſsionem fratris mortui,
nullis agnatis in eodem gradu, nec ſorore in
capillo ſuperſtitibus: & ob id fiſco, alijſque
vlterioribus agnatis ſe ſe illis obijcientibus,
& contendentibus eam veluti maritatam.
& dotatam, ſemel excluſam, ſecundum
opinionem gloſ. Mari. in d. conſtit. in verb.
coniugata vſque adeo quidem. vt ad ſucceſ-
ſionem vlteriores agnati admitterentur, il-
liſque deficientibus etiam fiſcus, prout etiā
de facto obſeruabatur, teſte Luc. de Penn. in
d. l. fin. in fin. ver. contrarium tamen de facto
ſeruatur, &c. Cod. quan. & quib quar. pars,
quorum agnatorum, & fiſci nimis certè ri-
gidæ allegationes, & oppoſitiones palàm il-
lis refelluntur, contraria ſententia Iſern. &
aliorum (planè æquiore) approbata, affir-
mantium tunc demum illi verſ. coiugatæ eſſe
locum, & ſororem penitus excludi a feuda-
li ſucceſsione fratris, cum dos, ſorori data,
de ſubſtantia, & bonis ipſius fratris, de cu-
ius ſucceſsione agitur, profecta eſt. Cæte-
rùm ſi de bonis patris, aut alterius dotata
ſit, tunc minimè illam excludi, niſi viuatur
iure Longobardorum, quod ius (ex recepta
interpretatione hoc à Franchorum iure
differens) indiſtinctè arcet coniugatam feu-
dali ſucceſsione fratris, vel à fratre illa do-
tetur, vel à patre, de quo vno deciſio illa
facta, & ad quod vnum in pragmaticas
etiam inſerta fuit, nimirum, vt ex ea doce-
remur, quænam ex aduerſarijs illis inter-
ſeque pugnantibus opinionibus, gloſ. Ma-
rin. & Iſern. in d. conſtit. eſſet verior, quæq;
poſtilla tenenda nobis, & ſequenda eſſet,
non autem ex tex. conſtitutionis in eo, quod
clarum, expreſſumque erat correctionem,
ordiniſque ex illo traditi, & conſtituti per-
uerſionem, quo quidem nihil eius verbis, &
ſentētiæ magis eſt contrarium, & alienum,
nihil, quod tantopere delirantium ſomnijs
ſimile videatur. Ergo non ab re velut ex-
ceſſus verba Iſern. in conſtit. cauſas, in fine
lib. 1. hic ſubiungentur. Alij, inquit, expe-
diunt ſe, vt indiſtinctè intelligatur, ſicut lite-
ra ſonat. & quaſi lex noua præiudicat vete-
ribus iuribus, quaſi vltima derogent priori-
bus. Hi imperiti minus peritè loquuntur,
cum iura non corrigantur, niſi expreſsè di-
catur Authen. quib. mod. natu. effic. ſui. §. ex
tribus, & vetera rationabilia determinant
noua, per l. ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cogan.
& in Authen. offeratur hactenus ipſe, ad quę
d. vulg. regul. l. ſed & poſteriores. ff. de legib.

l. vtrum

l.vtrum.ff.de petit.hæredit.l. ſi ſeruus plu-
rium,de legat.primo. Et quia lex interpre-
tans recipit omnes qualitates,ampliationes,
& limitationes legis interpretatæ.l.2.de
coniug.cum emancip.liber. in Authen. de
ſi.ante nupt.inſtr.na.circa ſin.Iſern.cap.1.§.
ſi verò ad med.de controuerſ.inueſt. in cap.
1.colum.6.in princip. verſ.cap.Honorij fa-
ctum eſt de nat.ſucceſſ.feud. in conſtit. vio-
lentias.colum.fin.ad finem. in conſtit. circa
violentiam,in princ. in conſtit. vt vniuerſis,
colum.3.cirra princ. in conſtit. conſtitutio-
num poſt princ. in conſtit.cùm circa.col.2.
circa finem,in conſtit. quàmplurimum. col.
1.ad med. Alexan.conſ.13.num.18.& ibi ad-
dit.lib.3. Dec. in cap. prudentiam.§.1.in
princ.de offic.deleg.Iaſ.in l.poſt dotem. col.
16.ff.ſolut.matrim. Et quia de exorbitanti
ad exorbitans non fit extenſio, vti iam dixi-
mus,& hæc verba hypotheſis,& quæſtio il-
lius ſanctiones,prout etiam Afflict. explicat
in d.conſtit.vt de ſucceſſionibus,in 10. not.
in conſtit.in aliquibus,in 10.quæſt.num.24.
in cap.1.num.57.& 70.& ibi Loffred.col.2.
in princ.de nat.ſucceſſ.feud.& in cap.1.§.
quin etiam Epiſcopum, vel Abbatem: quo
loco Affl. & hoc adijcit ante eam deciſio-
nem multum in ea ſpecie contra ſororē pro
fiſco fuiſſe dubitatū: ſed rerū ſæpe iudicata-
tametſi tanta autoritate, haudquaquam Ioā.
rū autoritate nō amplius de ea diſceptandū;
Anton.Cannet.ſe contenuerit,quin copioſa
diſputatione eam deciſionem improbauerit
in d.cap. ſi aliquem,fol. 300. verſ. ſed diſcu-
tiendum eſt,quam verè nunc non dico,quia
non huius loci, nec inſtitutæ ſcriptionis eſt
dicere,& Minad.in conſtit.in aliquibus ſu-
per tex.,in princ. num.58. & ſeq.ingenioſè,
& diſertè validiſſimis rationibus illam tue-
tur, atque ipſe ſummam habere æquitatis
rationem non inficior.Satis enim fuit quan-
tum ad propoſitam queſtionem pertinet di-
lucidè,vt puto,demonſtraſſe.Non quia ea
ſententia declarauerit, ſororem, à patre
maritatam,non excludi á ſucceſſione feudo-
rum fratris,proptexea rectè argui, & con-
tendi poſſe, vt etiam ſorori in capillo in ea
præferatur,de quo ibi nec quæſitum,nec di-
ſceptatum fuit,quodque nullus ſcribentium
vſquam affirmauit,pręter vnum Cannet.qui
in d.cap.ſi aliquem.pag.300.in finalib.verb.
nulla lege,nulla autoritate, aut ratione hoc
viſus eſt ſentire, ſed omnino perperam, &
falsè contraque tex. pragmaticæ Cap. Ho-
norij,& Conſtitutionis,cum longè aliud,&
penitus diuerſum ſit, quem non excludi à
ſucceſſione feudi,& vnà cum alijs ad illam
vocari,& admitti, quod intelligitur ſucceſ-
ſiuo ordine, & ſuo loco, & verificatur etiā
ſi alter, vel gradu, vel qualitate potior ei
præferatur,vt,ne longius abeam,probat hęc
ipſa conſtitutio,dum omnes filij, & deſcen-
dentes in infinitum omnes fratres, & ſoro-
res,alijque in ea nominati includuntur, &
vocantur ad ſucceſſionem, & tamen maior
minori, maſculus fœminæ, & alter alteri,
prout quiſque vel gradu, vel prærogatiua
eſt potior,præfertur. Aliud verò ſit ad ſuc-
ceſſionem prorſus non admitti, & ab ea in
perpetuum repelli, ſic vt agnatis omnibus
deficientibus,tanquam deficiente linea, &
expirante inueſtitura, fiſcus in feudalibus
ſuccedat,quæ eſt propria,& ſola quæſtio di-
ctæ Filingeriæ, extra quam non debet, nec
poteſt illa allegari, vel in aliam,& diuerſam
trahi: quia ex ſeparatis nihil infertur.l.Pa-
pinianus exuli.ff.de minorib.l.vltima de
calumniator.l.duobus,& ibi Bart.de teſtam.
tutor.& lex non diſponit, niſi ad id, & de
eo,quod in ea quæritur, & dubitatur: Deci.
in l.ſi pater.colum.2. & in l.vlt.col.1.C.de
inſtit.& ſubſtit. in cap. cum omnes. lect.2.
colum.1.& ibi addent.d.conſtit.Quòd ſi ple-
beia ingenia, quæ, teſte Macrobio 7. Satur-
nal.magis exemplis,quàm rationibus capiū-
tur,opponent huic ſententiæ decreta quæ-
dam paucis ab hinc annis lata, antea enim
neſas habebatur tale quicquam, aut conſu-
lentibus, aut iudicantibus in mentem veni-
re,vt ab antiquis aduocatis,& practicis acce
pimus,& conſtans fama tenet, ijs ego veriſ-
ſimè reſpondebo illas ſententias fuiſſe lataa
contra miſeras ſorores in capillo, parenti-
bus, fratribuſque orbas,omnique ope, atque
auxilio nudatas in fauorem coniugatarum,
maritorum,filiorumque ſuorum in inopina-
ta lucra inhiantium, quam firmiſſimis prę-
ſidijs,opibuſque munitarum,ob idque prin-
cipes etiam patronos,eximia fori noſtri or-
namenta ſibi adoptantium, qui non minus
multorum annorum autoritate, & gratia
magnis meritis,virtutibuſq; collecta, quam
iuribus,& rationibus, vt in malis cauſis ne-
ceſſe eſt,pugnarent: ac proinde nequaquam
illas in ſimilibus controuerſijs eſſe imitan-
das, ſed vitandas, quia non ſi prætor, non
rectè partibus ſuis functus,ait Vulpianus in
l. pupillorum. §. penul.ff.de reb.eorum, aut
ſi Prouinciæ Præſes errore lapſus partis vo-
luntatem ſequendam duxerit, ſucceſſor eius
ſententiam,quam leges noſtræ non admit-
tunt,rectè ſequetur. Ait Papinian.in l.iure
noſtro.

noſtro.ff.de teſtam.tutel. cùm non oporteat ex ſententia ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita alium prægrauari, ait Paul. in l. Lucius.ff.de his, qui notan. infam. poſſuntque diuerſis tribunalibus eadem actione propoſita variæ ſententiæ Iudicum exiſtere. l. cùm filius, in princ.ff.de legat. 2. neque id, quod Prętor ita decreuit, ſed quòd Prętorem decernere conuenit ſpectandum eſt, ait in ſimili Paul. in l.penul. de iuſt. & iur. Vnde meritò leges exemplis iudicare vetant. l. nemo. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. quia quod vni, iuſtum viſum eſt, poteſt alijs plenius tractantibus iniuſtum videri. l. Diuus. ff. de iur.patr. quemadmodum iudicia illa indubitatè cunctis videbuntur, qui noſtra hæc oculo non irretorto, ſpectabunt, ac legent, quę quidem omnia adamantinis rationibus munita, & confirmata, vt Iſocratis verbis vtar, qui in Georgia ita vocat rationes prorſus inexpugnabiles facilè per ſe omnem reprehenſorum effugient calumniā, ad quam procliues ſunt rudes homines, & imperiti; qui, teſte Nazianzeno, omnes ſui ſimiles eſſe cupiunt, quò in multitudine minus ſua appareat inſcitia, facilèque damnāt, quod ſe aſſequi poſſe deſperant.

F I N I S.

Imprimatur.

Alexander Boſch. Epiſc. Carinolæ Vic. Gen.

Alexander Ruffus Canon. dep. vidit.

M. Fr Saluator Penna Carmelita Deput. vidit.

Digitized by Google

INDEX RERVM,

Quæ in præſenti Volumine tractantur.

A

ACtio ad petendas nuptias à ſucceſſore à quo tempore incipiat competere amitæ, vel ſorori, & quod à tempore nubilis ætatis, p. 160. n. 23. vbi diſpungitur locus Nap. in conſ. ſi moriatur, nu. 47.

Actio reuocatoria contra feudi poſſeſſores, vel aliorum bonorum pro exactione paragij, an & quando detur, p. 235. nu. 8.

Actiones, quæ competant ſororibus, vel amitis ad conſequendum paragium late diſcutitur, p. 232. nu. 1. & ſeq. Et quæ detur contra tertios poſseſsores, p. 233. nu. 4. Et non dari actionem perſonalem contra tertios poſſeſſores, p. 235. nu. 9. Et quando actio pro paragio eſt pro quantitate legitimæ ex æquitate datur contra tertium poſseſsorem, p. 236. nu. 12. & Nap. declaratur opinio. p. 235. n. 10

Actiones, & iura quo in loco eſse cenſeantur, & quomodo appellatione bonorum contineantur, p. 42. nu. 2. Authoris opinio. num. 3. Et quomodo differant a nominibus debitorum, p. 44. nu. 9.

Actus iudiciarius qualiter concurrat in efficiẽda conſuet. p. 13. nu. 40.

Actus vnicus contrarius quomodo noceat conſuetudini, p. 13. nu. 42.

Acceptilatio an faciat renunciationem eſse realem, vide renunciatio, p. 302. nu. 8.

Acceptilatio iuris, vel rei de futuro an fieri poſſit, declaratur contra nonnullorum opiniones, p. 303. nu. 10.

Acceptilationem perficere in ſui natura renunciationem; verum non mutare ipſius ſubſtantiam probatur. p. ead. nu. 13.

Adagium Neapolitanum ſta per quanto vale; declaratur, p. 15. nu. 48.

Æs alienum, vid. lit. E.

Afflict in conſtit. vt de ſucceſſionib. num. 30. in ·10. not. declaratur p. 118. nu. 23.

Afflicti opinio reijcitur in conſtit. comitibus in 2. not. dum negat onus dotandi fratri ſororẽ ex eadem matre natam in ſucceſſione feud. p. 132. nu. 15.

Afflict. deciſ. 332. declaratur p. 161. col. 2. verſ. nec obſtat.

Afflict. in conſtit. fratribus, nu. 10. Quid de quæſtione notatur in explicatione paragij, pag. 180. nu. 3.

Afflict. in conſtit. vt de ſucceſsionibus, nu. 38. vers. tertio quæro, p. 201. nu. 13.

Afflict. in conſtit. quamplurimum nu. 22. oppugnatur, p. 203. nu. 17.

Afflic. notatur in conſtit. comitibus de mala intelligentia doctrinæ iur. p. 219. nu. 41.

Afflictus notatur de malo intellectu Iern. in conſtit. in aliquibus in verſ. quintumdecimũ col. 6 vers. quid ſi deſiſtat, p. 233. nu. 5.

Afflicti deciſio 238, defenditur latiſſimè aduerſus oppoſitiones Annæ conſ. 120. & ipſius deciſionis ratio noua ponderatur per autorem, p. 262. nu 25. & 29. & 31.

Agnatis vel filijs in feudo ex pacto, & prouidẽtia qualiter præiudicium inferri poſsit, p. 238. nu. 16.

Alexander Turaminus autoris præceptor, p. 5. num. 3.

Alienari an poſſint bona antiqua per delictũ, p. 287. nu. 14.

Aloyſius Niqueſa Regius Cõſiliarius maximè laudatur, p. 169. nu. 51.

Amita vterina an includatur ſub excluſione amitæ per consuetudinem, vel conſtitutionem, p. 130. nu. 8. & pag. 150. nu. 8.

Amita magna vti soror & amita, an comprehendatur in consuetudine, & quid in conſtitutione Regni, & quid ex diſpoſitione capituli ſi aliquem Regni Siciliæ, p. 145. nu. 6. & p. 152. nu. 18.

Amita quomodo per nepotem ex fratre, vel neptem excludatur, declaratur p. 151. nu. 16. & nu. 17. declaratur doctrina, & ratio Napodani super hac concluſione.

Amita dum dotatur a nepote illam excludente datur subuentio, & an excludatur per iſtã dotem à ſucceſſione ipſius nepotis in feudalibus latè disseritur, p. 204. nu. 23. vbi de ratione iſtius concluſionis.

Amitam nepoti succedere, ſicut patruus in feudis, p. 105. num. 24.

Angeli Perus. opin. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. nu. 9. ff. de lib. & poſth. declaratur nu. 3. p. 289.

Angulus triplex declaratur, p. 67. nu. 9.

Annæ oppoſitiones aduerſus Afflict. deciſ. 138. vid. Afflict. notatur Anna d. conſ. 120. dum malè reprehendit Afflict. d. deciſ. 138. in alle-

Digitized by Google

legatione Alberic. C. de rei vx. act. in 1. p. 263.nu.30.

Anna conſ.98.nu.10. Limitatur de tertio interueniente,p.69.nu.22.

Anna alleg.81.in fin.notatur, & declaratur, p. 127.num.5.

Annui introitus ſequũtur naturam nominum debitorum,licet ſuper ſtabilibus ſint factæ venditiones cum ſpeciali hypoteca,pag. 45. num.11.

Annui introitus cum Regia Curia diſtinguũtur,quo in loco eſſe dici debeant tam ſuper arrendamentis,quam alibi,p 45.num. 12.& nu.14.15.& 16.p.46.& 47.

Annui introitus exiſtentes cum fideliſſima Ciuitate Neapoli,quo in loco exiſtere dicantur,p.46.nu.13.

Annui introitus quando feudales ſint iudicandi,vid.feudales.

Appellatur ad Regem ab Epiſcopo Regis cõmiſſario,p.18.nu.6.

Antonius de Alex.notatur in apoſtill. ad conſuet.ſi moriatur, ſub num. 26.quæ incipit nota quia refellitur,p. 172. col. 2.in princ. & in fin.& in alia apoſtilla, quæ incipit quid autem in conſ.quod autem ſub num. 301.p.173.nu.56.

Antephatum per mortem ciuilem mariti, an per vxorem lucretur,p.283.nu.2. & ibidem quid in reſtitutione dotium.

Antefatum in quo ſuccedunt filij vti filij, an includatur in renunciatione paternorum, p.318.nu.14.

Argumentum valet ab excluſione, quæ fit per ſtatutum ad illam,quæ fit per renunciationẽ, p.332.nu.12.circa finem.

Argumentum à matrimonio carnali ad matrimonium cęleſte procedit plura,p.167.nu.47

Argumentum à mortuo ad deſiſtentem ab adminiſtratione valet,p.33.nu.9.

Argumentum ab imputatione ad collationem procedit, & non e contra,p.243.nu.5.

Archiepiſcopi interuentus in compilandis his conſuetudinibus non facit,vt clerici illis ligentur,p.17.nu.3.& 5.

Aſſenſus conceſſus in tranſactionibus, & conceſſionibus rerum feudalium,cum clauſula quatenus terra exiſtat in poſſe baronis,p.64 col.2.

Auth.de ſanctiſs.Epiſcop.§.ſed in hoc præſenti declaratur,p.323.nu.16.

Auth.ſacramenta puberum non procedit interueniente dolo,p.328.nu.17.

Item an interueniente enormi,vel enormiſſima læſione,p.329.num.2.& concluditur nu. 3.ex veriori opin.

B

Barboſ.in l.1.par.4.nu.10.in fin.oppugnatur in eo,quod tenet patrẽ teneri filiæ dotem competentem dare etiam vltra legitimam,p.256.nu.4.

Barboſæ ſolutio ad tex.in l.ſi pater pro filia. ff. de collar.dot.in l.ſi cum dotẽ.§. ſi pater. nu. 35.cum ſeq ff.ſolut.matrim.oppugnatur, & reijcitur,p.257.nu.11.& oppunatur.nu.12.

Beneficia quot concedenda in vna cauſa. p. 69. nu.21.& ſeq.

Bona mobilia,quo in loco eſſe dici debeant, p. 47.nu.17.

Bona antiqua infra diſtrictum an veniãt in publicatione.p.287.nu.14.

Bona dicuntur deducta ære alieno, & quotuplex bonorum appellatio,p.224.nu.7.

Bonorum antiquorum portiones, vide portiones.

Bonorum antiquorum diſpoſitio non eſt præſumenda,niſi expreſsè per teſtatorem fiat,& in dubio præſumitur teſtator diſponere de portione libera,ſic etiam interpretanda inſtitutio , & generalis diſpoſitio . pag. 269. num,50.

Bonorum appellatione quando æs alienum nõ contineatur,& quando contineatur,pag.42. num.1.

Bonorum exiſtentia infra diſtrictum, qualiter accipiatur in conſuetudine.p.44.nu.8.

Bonorum antiquorum portio debita de conſuetudine an debeatur proximioribus, ſi filia renunciauerit patri, & ipſius hæredibus, & pater in in extraneum diſponat, & quomodo proximiores excludantur,p. 316. nu. 6.& 7.Quid in renunciatione abdicatiua, & nu. 8. Quid quando renunciatum nõ fuit ipſi,de cuius ſucceſſione tractatur, & quid ſi ſimpliciter conſenſum præſtitit, & non fuit renunciatum ad ipſius beneficium,& nu.10. Quid ſi non hęredibus,ſed ſuccèſſoribus fuit renunciatum, & quid ſi renunciatio fuit facta per ingredientem in monaſterium,p.323 num.18.& an pater poſſit inſtitui in bonis antiquis quando fecit renonciationem iuxta nouum vſum.p.324.col.2.in princ.

C

Camerar.in final. q. cap. an agnatus. nu. 158.declaratur p.213.nu.25.

Camerarius notatur circa intelligentiam cap. hic finitur lex,in princ.p.80.nu.7.

Cannetius in cap.ſi aliquem, verſ. an filius excludatur à nepote.nu.18.reprobatur p. 296. nu.7.verſ.aut feudum.

I N D E X.

Cannetius notatur, qui contra diſpoſitionem Filingeriæ tenet, & dicit neminem ex Siculis contradicere, cum pernus expreſſe cõtra ſentiat, p. 111. nu. 10.

Capicius notatur in addit. ad conſuet. ſi moriatur, ſub num. 101. quæ incipit nota iſta verba de mala intelligentia Napodani, pag. 149. nu. 5.

Cap. cæterum extra de donat. inducitur, & declaratur, p. 85. nu. 5.

Capitulum emergentium quomodo non faciat ad deciſionem imputationis donationis ſimplicis in paragium, p. 244. nu. 10.

Et quod non procedat in donatione facta per patrem, ſed per fratrem aduerſus Napod. p. 245. nu. 18.

Cap. Papæ Honorij verba referuntur, quę ſunt eadem cum cap. ſi aliquem Regni Siciliæ, p. 114. num. 17. Et ponderatur pro opinione contra Viualdum, p. 118. nu. 25.

Capitulum emergentium ponderatur pro opinione pro fiſco contra communem, p. 121. num. 35.

Cap. Regni item ſtatuimus quid clerici declaratur in illis verbis ſuper feudi iudicio, & petitorio, p. 19. nu. 11.

Cap. quamuis pactum de pact. in 6. procedere etiam nulla dote recepta, non tamen excludi ſupplementum, p. 334. nu. 16. Et dum in eodem cap. Doct. dant rationem, quod ſi omnino filiæ ex dicto capitulo eſſet danda legitima dicti capituli diſpoſitio eſſet fruſtratoria refutatur dicta ratio per Autorem, pag. 334. nu. 15.

Caroli Secundi vitam res geſtas, & mortem breui compendio habes, p. 60. nu. 26. cum pluribus ſequentibus vſq; ad fin. §. 2. proœmij Caroli.

Caſalia an comprehendantur in diſtrictu, pag. 28. nu. 5.

Caſalia quæ ſint, & quot, Ciuitatis Neapolis, & eius diœceſis, & diſtrictus, pag. 29. num. 6.

Cauſa quæ materialis harum conſuetudinum, p. 54. nu. 2. quæ formalis, nu. 3. quæ efficiens, nu. 4. quæ finalis, nu. 5.

Cautela pro euitanda diſpoſitione conſuetudinis vt quis ſe faciat clericum, p. 18. num. 7. in fin.

Cenſus ſolutio an tãgat libertatem eccleſiaſticam p. 88. nu. 15.

Cæphalus conſ. 105. nu. 28. reprobatur. p. 250. num. 9.

Certioratio an requiratur in renunciatione, quando interuenit iuramentum. pag. 304. num. 17.

Ciuitatis deriuatio, & ætimologia, ac diffinitio, p. 74 nu. 4.

Ciuitatem an poſſit facere Princeps ſimplici voluntate, etiam ſine Epiſcopo Autoris opinio ſecundum Bartolum, pag. 74. num. 6. & ſequen.

Ciues quæ faciant, p. 31. nu. 1.

Ciuilitatis decretum quot debeat continere, p. 31. nu. 2.

Ciuis allectio an poſſit fieri vno reluctante, p. 31. nu. 2.

Ciues alliciendi poteſtas à quo primo Neapolitanis conceſſa, p. 31. nu. 3.

Ciues an dicantur nati per tranſitum expoſiti, vel baptizati remiſſiuè. p. 31. nu. 4.

Clauſula quatenus terra exiſtat in manu baronis cuius ſit effectus, p. 64. col. 2.

Clauſula ex certa ſcientia effectus, & quando neceſſaria, p. 96. nu. 12.

Clerico debetur vita militia, licet non ſuccedat in feudo. p. 189. nu. 9. in ſi.

Clerici an ligentur lege Imperatoris, & quomodo ſint exempti à poteſtate laicali, pag. 86. num. 9.

Clericus an ex immunitate delicti poſſit à iudice laico cognoſci, & ibid. deciſio Neapoli practicata, p. 87. nu. 13.

Clericus ſuccedens laico an ligetur inſtantiæ defuncti, p. 86. nu. 8.

Clericus quomodo ligetur, vel non conſuetud. feudorum, p. 86. nu. 10.

Clerici quare non ſuccedant in feudis, pag. 87. num. 11.

Clericos non ligari conſuetudine concluditur Nap. p. 89. nu. 17.

Clerici quando litigant inter ſe in foro eccleſiaſtico, quo iure ſit quæſtio dirimenda diſtinguitur, p. 89. ne. 18.

Clerici litigantes coram Domino feudi, ſecundum quam legem iudicandi, p. 89. nu. 20.

Clericus ſi cum laico litigat, quo iure lis terminanda, p. 89. nu. 21.

Clerici conuenti coram iudice laico, quæſtio qualiter dirimenda, & quando poſſit conueniri. & ibid. quid in reconuentione. pag. 90. num. 22.

Clerici in quibus caſibus conſuetudinibus noſtris ligantur, & applicantur caſus dicti per Napod. in præcedentibus, p. 90. nu. 24.

Clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ, & eorum bona an ligentur conſuetudine latiſſime, p. 85. nu. 2. cum ſeqq.

Clerici ſuccedunt laicis ſecundum diſpoſitionem conſuetudinis ab inteſtato, & etiam clericis, p. 20. nu. 13. & 14. Et etiam in odiũ clericorum, nu. 16.

INDEX.

Clericus proximior in gradu cōiunctus ex parte patris non excludet remotiores coniunctos ex parte matris, p. 20. nu. 18.

Clericus pro patrimonialibus agens coram iudice ſeculari iudicandus ſecundum iura laicorum, p. 21. nu. 19.

Clerici vtendo diſpoſitione Principis ſecularis debent illam accipere cum omnibus ſuis qualitatibus, p. 21. nu. 20. & ſic ſeruare ſexus, & bonorum prærogatiuam.

Clericus an poſſit vti conſuetudinis beneficio contra laicum diſponentem, & late diſcutitur deciſio facta in cauſa Petri Lima cum fratre Ioanne Baptiſta de Adiutorio, p. 22. nu. 23. & ſeq.

Clerico ſucceditur ab inteſtato ſecundum conſuetudinem, ſiue per clericum, ſiue per laicū, p. 21. nu. 22.

Clericus ligatur conſuetudine diſponente circa ſolemnitatem, & formam contractus, & teſtamentorum, p. 27. nu. 40.

Clerici habentes ordines ſacros, & etiam minores, vel primam tonſuram non ligantur conſuetudine, p. 18. nu. 8. actus eſt in clerico coniugato, ibid.

Clericus coniugatus quo priuilegio gaudeat, remiſſiuè, p. 19. nu. 9.

Clerici de feudo qualiter conueniendi, & agere, & coram quo iudice, p. 19. nu. 10.

Clerici quoad bona, & perſonas non ligantur regulariter conſuetudine, p. 17. nu. 1.

Clerici diſponentes non ligantur conſuetudine reſtringente diſpoſitionem, p. 17. nu. 2.

Clerici ob interuentum Archiepiſcopi in compilatione harum conſuetudinum non per hoc ipſis ligantur, p. 17. nu. 3 & nu. 5.

Clericus vti non arctatur diſponens ſic ratione æqualitatis non poteſt laicum diſponentem arctare, p. 23. nu. 27.

Clericus quando cum eo laicus vocatur, vtitur beneficio laici in arctando laicum diſponentem, licet ſolus non poſſit, pag. 24. num. 32. Et quid ſi laicus nollet vti beneficio conſuetudinis, nu. 29. An ſufficiat de laici exiſtentia, nu. 31. Secus ſi ante mortem, vel delatam ſucceſſionem laicus renunciat, nam tunc clericus eius beneficio non vtitur, nu. 30.

Clericus an & quando cenſeatur vocatus, quando diſponens relinquit proximioribus id, quod ad eos ſpectat de conſuetudine, p. 25. num. 33.

Conditio viri, & vxoris conſideranda in liquidatione paragij, & qualiter debeat conſiderari in ea, quæ eſt nupta, vel in nubenda, pag. 229 nu. 36. cum ſeqq.

Confuſione ex inſtitutione facta per patrem ipſius filiæ, quando tollatur actio de dote contra patrem, & quid in ineunda ratione legis Falcidiæ an debiti confuſi ratio habeatur, p. 260. nu. 20.

Coniugata, & dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, quando fiat inhabilis ad ſuccedendum, & quando non, latè diſcutitur, & datur intellectus ad cap. regni emergentium, p. 112. num. 11. 12.

Coniunctio vtrinque non eſt conſiderabilis de conſuetudine, p. 131. nu. 12. ſic in patre, vt in matre, nu. 13.

Collationis quæ ratio fuit inducendæ, p. 237. num. 1.

Collatio in ſolis deſcendentibus procedit, ibid. nu. 2. De iure tamen Longobardo, etiam in ſucceſſione fratris, nu. 3.

Collatio inter ſorores, eaſdemque filias ſeruatur, quando ſolæ ſine maſculis ſuperſunt parentibus, ibid. p. 238. num. 4. Secus ſi agatur iuxta diſpoſitionem, & actum conſuetudinis ſi qua mulier inter vterinum, & vterinam, num. 5.

Collatio facto teſtamento datur, & quando, p. 238. nu. 6.

Collatio quando datur facto teſtamento in ſucceſſione bonorum antiquorum, item in feudis ex pacto, vel hæreditarijs, p. ead. nu. 7.

Collatio dotium quomodo admittatur per conſtit. regni vt de ſucceſſionibus, pag. 250. num. 12.

Collatio habet locum, etiam ſi inter filios inſtitutio inæqualis proceſſit, dummodo inæqualitas habeat proportionem quotæ hæreditariæ, p. 240. nu. 16.

Collatio non procedit in ſucceſſione fratris, & quomodo ſuccedat ſoror nupta tam in capillo ad Afflict. in deciſ. 161. per deductionem paragij, p. 241. nu. 17.

Collatio quomodo in ſucceſſione fratris tollatur, p. 241. nu. 18.

Collatio quare facilius admittatur per iura, quam imputatio, & de ratione vtriuſque, ſcilicet collationis, & imputationis, p. 243. num. 5.

Collatio procedit inter filias fœminas, item inter vterinos, quando mater conſtat, quod voluerit ſeruare inter liberos æqualitatem diſponendo, prout ius vult, p. 238. nu. 8.

Collatio non procedit, quando filij ſuccedunt tanquam vocati à conſuetudine, vel à conſtitutione, & ex ſucceſſorio iure, non autem ex voluntate teſtatoris, & teſtator diſpoſuit, de quibus potuit, p. 239. nu. 9.

Collatio non arctat ſuccedentem titulo ſingulari, ibid. nu. 10.

Colla-

Collatio non procedit in pretio feudi empti, quã non conſtat, quod pater in burgenſaticorum ſucceſſione voluerit inter liberos ſeruari æqualitatem,p.239.nu.11.

Collatio ceſſat inter filiam inſtitutam à patre vti maſculum poſt dotem acceptã, quia dotatione extranea eſt facta,p.239.nu.12.

Collatio non procedit in ſucceſſione bonorum antiquorum,etiam dato , quod teſtator voluerit inter liberos æqualitatem ſeruare, & quomodo bona antiqua in vita accepta conferenda ſint,p.240.nu.13.

Collatio ceſſat inſtituta filia dotata vniuerſaliter ſi frater tantum habuit a patre,quantum ſufficit pro legitima, vel pro portione antiquorum,p.240.nu.14.

Collatio ceſſat, quando diſponitur inoſficioſè tam in vita,quam in vltima voluntate , ſed voluntate,ſed reuocantur pro rata legitimæ, vel bonorum ſubſidij , etiam in bonis antiquis , quando in vita fiunt , pag. 237. num.15.

Compẽſari non præſumi debitum voluntariũ non verè probari per iura a Doctoribus allegata,ſed eſſe ponderandum animum relinquentis ad compenſationem inducendam, p.259.nu.15.

Compenſationem præſumi in debito neceſſario,& non in voluntario malè colligi ex authen.præterea,C.vnde vir & vxor,per Doctores,vel ex imputatione in legitimam , p. 258.nu.14.

Compenſatio,ſiue debiti voluntarij,ſiue neceſſarij cum legato non eſt admittenda,niſi cõcurrant habiles termini ad compenſationẽ inducendam,vt ſcilicet de ſola quantitate ad quantitatem,p.260.nu.18.

Compenſatio cum legato nõ admittitur illius debiti,quod tempore mortis non exiſtit,ſed incipit ab hærede deberi, & poſt mortem, p.262.nu.24.& p.264.nu.34.

Compenſatio contra alimentarium non poteſt obijci,p.262.nu.27.

Compenſatio vitę militiæ cum legato feudi nõ admittitur tanquam inter diuerſa conſiſtẽtia creditum,& debitum,p.261.nu.28.

Compenſatio non admittitur legati ſpeciei cũ credito portionis fructuum,p.264.nu.33.

Compenſatio an cenſeatur in animo legantis cum debito dotis,quando non eſt factum expreſsè nomine dotis,& debitum neceſſariũ, vel voluntarium non eſſe conſiderandum in hoc oſtenditur,p.257.nn.10.

Congruum vnde dictum,p.92.nu.3.

Conſ.51.Loffredi fuit conflatum ex alleg.Hieronymi Seuerini,p.31.nu.2.

Conſenſus ex ſola ſcientia , quando inducatur ad incurrendum ad pœnam conſtit. Regni fratribus diſtinguitur materia,p.79.nu.4.

Conſenſus reuocatio per inſtitutionem ipſius renũciantis, an procedat in diſpoſitione bonorũ antiquorum in pręiudicium aliorum, qui ad illas portiones ex diſpoſitione conſuetudinis vocantur,p.311.nu.9.& 10.

Conſenſu tacitè reuocato ab ipſo, de cuius hæreditatis renunciatione agitur requiritur, vt denuo interueniat ad renunciationem validandam,p.312.nu.10.& 11.

Conſenſus tacita vel expreſſa reuocatio attenditur,quando renunciatio proceſſit cũ conſenſu illius de cuius hæreditate renunciãda tractatur,p.312.nu.13.

Conſenſus reuocatio in renunciatione requiſiti eius,de cuius agitur hæreditate , an fiat per actum nullum,& inualidum , pag. 313. num.18.

Conſenſus qualiter interuenire debeat in renunciatione ſucceſſionis eius de cuius hæreditate agitur,p.312.nu.14.

Conſenſus illius cuius hæreditati renunciatur requiritur per ſeuerantia vſque ad mortem, etiam in renunciatione ingredientis monaſterium,quia poteſt illa non obſtante hæres inſtitui,non obſtante renunciatione,p. 311 num.7.

Conſenſus à patre datus in contractu inter filios de partienda legitima , certo modo non poteſt a patre reuocari abſque conſenſu ipſorum filiorum,nec mutari per inſtitutionẽ partitio inter fratres facta , & quando hoc procedat,p.311.nu.8.

Conſtitutio vt de ſucceſſionibus,in quo ſit vniformis cum conſtitutione in aliquibus , pag. 110.nu.3.

Conſtitutio vt de ſucceſſionibus de nouo ſtatuit in habilitationem ſororis nuptæ,& dotatæ ad ſucceſſionem fratris , & admiſſionis fiſci,p.110.nu.4.& qualiter dotata ſit intelligenda,nu.5.& 6 per pragmaticam Filingeriam,& capitulum regni emergentium.

Conſtitutio in aliquibus, quæ loquitur de matre procedit quando relinquit filios maſculos,& fœminas ex eodem matrimonio, non autem ex diuerſo,p.131.num. 9. quod non procedit ex conſtit.vt de ſucceſſionib p.131. num.14.

Conſtitutio vt de ſucceſſionibus quare vt collateralium ſucceſſione non expreſſerit prærogatiuas,prout fecerat in linea deſcendenti,p.116.nu.20.& p.119.num.26.& quare expreſſerit de ſorore in capillo , & maritata, & dotata,p.117.nu.21.

Conſtit.Regni poſt mundi machinam. §. præſentes declaratur,p.1.nu.2.

Conſtit.in aliquibus non procedit facto teſtamento,ſed ab inteſtato,& quod nunc ſit ſeruandum

uandum ius commune,& filiæ debeatur neceſſario legitima,p.196. nu.39.

Conſtitutio Regni ſi quis clericus, & eius diſpoſitio reijcitur contra Napodanum,p.87. num.12.

Conſtitutio comitibus quomodo intelligenda in illis verbis ex debito teneatur circa ſubuentionem petendam à vaſſallis propter dotem ſororis,p.201.nu.10.

Conſtitutionis in aliquibus enunciatur ſummatim diſpoſitio,p.103.nu.1.

Conſtitutio in aliquibus non loquitur in ſucceſſione collateralium,p.103.nu.4.

Conſtitutio in aliquibus procedit in feudalibus,& burgenſaticis, & in feudo tam franco, quam longubardo,p.104.nu.6.

Conſtitutio in aliquibus an procedat, quando tractatur de ſucceſſione matris, tam in burgenſaticis, quam in feudalibus latè dicitur, p.106.nu.10.& an in feudalibus, p.107.nu.11.col.1.ver.cui opinioni.

Conſtitutionis vt de ſucceſſionibus diſpoſitio ſũmatim enunciatur, & loqui in feudis quaternatis,p.110.nu.1.

Conſtitutio prædicta quas perſonas admiſerit ad feudi quaternati ſucceſſionem, & nu.31, p.110.nu.2.

Conſtitutio ſotiudicatorum bona circa reſtrictionem graduum in ſucceſſionibus foriudicatorum tollitur per gratiam Neapolitanis conceſſam tollentem confiſcationem bonorum,p.285.nu.8.

Conſtitutio fotiudicatorum per gratiam Neapolitanis conceſſam confiſcationem tollentem, quomodo cum conſuetudiuis diſpoſitione quandoque practicari poſſit oſtenditur,p.285.nu.9.

Conſtitutio Regni vt de ſucceſſionibus. §. filij autem fratrum non deſignaſſe perſonas, ſed admiſiſſe ſubingreſſionem in feudorum ſucceſſionibus comprobatur in filijs fratrum, p.298.nu.9.

Conſuetudo quod autem cum §. & in præmiſſis, qualiter intelligenda,& reprobatur Napodani intellectus,p.170.nu.55.

Conſuetudo quare de maritandis amitis, & ſororibus,& non de maritandis neptibus ex filia per auunculum ſit loquuta, p.176.nu.66.

Conſuetudinariæ portioni quando cenſeatur renunciatum,p.316.nu.5.

Conſuetudo, vel conſtitutio foriudicatorum bona ſit ſeruanda in ſucceſſione foriudicati infra diſtrictum,& an inducat nouum ius ſuccedendi, & alia circa ipſius intellectum, p.283.nu.3.

Conſuetudo regionis in quantitatibus dotium liquidandis,quomodo attendenda,pag.231. nu.39. & ibi conſuetudo ciuitatis Conſentiæ,ex qua Auctor eſt oriundus.

Conſuetudo regionis an poſſit facere dotem minorem legitima, & quomodo, pag.231. nnm.40.

Conſuetudo familiæ quomodo attendenda in liquidatione paragij, vel dotium, pag.231. num.41.

Conſuetudinis diſpoſitio tam circa prælationem ſexus, quam circa diſtinctionem bonorum ſeruãda in ſucceſſione foriudicatorum, & quomodo, p.284.nu.6.

Conſuetudo ſi moriatur in quo ſit clarior conſtitutione in aliquibus, & quomodo conſtitutio neptem ex filio ſub verbo nepotis cõprehendat,p.145.num.1.& p.151.num. 13. in fin.

Conſuetudo vt expreſſit perſonas quibus ſuccedītur per plures gradus, vti eſt pater,auus,& proauus,item perſonas ſucceſſorum per plures gradus vti filios,nepotes,pronepotes, ſic etiam non fecerit plures gradus in perſonis dotandis,ſcilicet ſororem,amitam, proamitam,& huiuſmodi, ſed tantum ſorores, vel amitas expreſſit,p,145.nu.5.

Conſuetudo ſi moriatur in §.& omnia quæ dicta ſunt,quomodo intelligatur procedere, & diſpoſuiſſe jn deſcendentibus ex maſculis, & non in deſcendentibus ex fœminis optimè declaratur,p.146. nu.8. & quid de deſcendentibus fœminæ maſculiatæ, p.ead. nu.9.latè diſcutitur.

Conſuetudinis ſi moriatur caſus poſitiones omnes referuntur,& declaratus contextus,pag. 128.à nu.2.cum ſeq.

Conſuetudinem tantum de habitu habere quãtum de actu an ſit verum,p.94 nu.6.

Conſuetudinem per ſcripturam nihil extrinſecus accipere,p.94.nu.7.

Conſuetudo debet procedere patre, vel matre exiſtente in medio,quando agitur de ipſorũ beneficio,p.95.num.8.

Conſuetudo ante ſcripturam, quomodo poſſit recipere normam æquitatis circa ipſius interpretationem,p.95.nu.9.

Conſuetudines Neapolitanæ quare primo de ſucceſſione ab inteſtato, & deinde de ſucceſſione ex teſtamento tractauerint diſcutitur, p.100.nu.1.

Conſuetudo ſi qua mulier vocat ad partem, & ius accreſcendi fratres ſororum non dotatarum,p.134.nu.6.

Conſuetudines quid à conſtitutione Regni, & quid a iure Longobardo deſumpſerint, diſtinctè declaratur,p.126.num.1. & quænam ipſarum diſpoſitiones, præcipuè in collateralium ſucceſſionibus.p.208.nu.4.& ſeqq.

I N D E X.

Conſuetudo ſi moriatur non loquitur quando moritur mater relictis filijs ex diuerſis matrimonijs,& conſuetudo ſi qua mulier non loquitur quando moritur maſculus relinquens filios ex diuerſis matrimonijs, p.135. num.11.
Conſuetudo ſi moriatur & conſ. ſi qua mulier in quo caſu ſimul practicari poſſunt in earũ diſpoſitione datur caſus.p.135.nu.13.
Conſuet.ex diſpoſitione auth.defuncto a d quas partes admittat fœminas per maſculos excluſas,p.136.nu.16.
Conſuetudo ſed ſi morieti. §.quod autem,verſ. & in præmiſſis ponderatur,p.140. nu.31.
Conſuetudo ſi qua mulier in eo verbo non dotatas declaratur, & ipſius varij intellectus diſcutiuntur,& datur nouus,& verus ex ſẽtentia anctoris,p.141.per tot.§.7.
Conſuet. ſi qua mulier verba de quorum intellectu tractatur enunciantur,p.141.nu.1.
Conſuet.ſi qua mulier primus intellectus, pag. 141.nu.2.& alius intellectus, nu.3.& ratio veri intellectus per autorem,p.142.nu.6.
Conſuet.ſi qua mulier non procedit in dotata de bonis paternis tantum, ſed requirit dotationem de.maternis, p.142.num.8. il 2.& quid ſi in dotatione patris dicatur dotata etiam de maternis,p.143.nu.9.
Conſuetudinem noſtram diuerſimodè excludere fœminas in ipſius diſpoſitione circa ipſum ius accreſcendi introducendum, & enunciantur variæ conſuetudines, pag.134. num.7.
Conſuetudo ſi moriatur quare maſculos ſimpliciter admiſerit,& tamen fœminatũ portiones ipſis accreſcere dixerit Napod.p.135. num.8.
Conſuetudo quando ſimpliciter fœminas excludat, vel eas includat cum iure accreſcendi fauore maſculorum caſus varij põderantur, in quibus diuerſitas iuris conſiderari poſſit, p.135.nu.9.
Conſuetudo ſi moriatur non poteſt in eius diſpoſitione diuerſificari an fœminæ recta via excludantur,an vero per ius accreſcendi ad maſculorum beneficium, p. 135. num.10.& p.136.nu.14.& idem in conſuet.ſed ſi morienti,nu.11.
Conſuetudo filiusfamilias eſt realis,& diſponit ſuper rebus,p.38.nu.30.quemadmodum aliç diſponentes circa poteſtatem teſtandi, num. 31.& procedit generaliter ſimilitudo inter ſucceſſ.ab inteſtato,& facto teſtamento,d.nu. 31.in fin.
Conſuetudo excludens ſorores dotatas eſt indiuidua cum alia excludente filios à ſucceſſione parentum, & qualiter indiuiduitas ponderetur,p.40.nu.39.
Conſuetudo Neapolitana non contradicit diſpoſitioni conſuetudinum feudalium in materia ſucceſſionis,p.51.nu.30.
Conſuetudo an arctet poteſtatem diſponendi ipſi poſſeſſori antiquorum pro medietate æſtimationis feudorum antiquorum, p. 52. nu.35.& ſeq.
Conſuetudo circa ordinatoria, vel deciſoria iudicij, quando obliget etiam eccleſiaſticas perſonas, p.86.nu.7.
Conſuetudinis probandæ praxis,p.76.nu.19.
Conſuetudines exiſtentes in hoc volumine quomodo dicãtur veræ,& reales approbatæ an ex eo,quia ita ſint,an vero quia ita iudicatæ ſint,p.83.nu.18.
Conſuetudines iſtæ quo ſpiritu viuebant ante compilationem ipſarum,p.91.nu.25.
Conſuetudines additæ,& detractæ fuerunt ad maiorem declarationem faciendam, ſenſu non mutato,p.92.nu.3.
Conſuetudines iſtæ habent vim legum, & regiarum conſtitutionum,p.93.nu.2.
Conſuetudinum exemplaria plura referuntur, p.94.nu.3.
Conſuetudines antequam in ſcripturam redigantur,an recipere poſſint interpretationẽ ſecundum æquitatem, latè diſcutitur quæſtio aduerſus opinionem præceptoris ipſius Autoris Alex.Turam.lib.3. cap. 3. deleg. p. 94.nu.4.& ſeq.
Conſuetudo & ſi teſtator relatiua ad conſuetudinem ſi quis,vel ſi qua,quomodo in clericis limitetur in caſu prædicto num.28. pag. 25. num.35.
Conſuet.ſibi locum non vindicare, patre, vel matre exiſtente in medio, qualiter id intelligatur,p.21.nu.21.
Conſuetudo arctans diſponentem in bonis antiquis non procedit non exiſtentibus, qui ex latere bonorum agnati, vel cognati vocantur,p.23.nu.26.
Conſuetudo loquens de bonis æqualiter includit forenſes,ac ciues,p.34.nu.12.
Conſuetudo, quæ expreſsè, vel principaliter non loquitur de bonis, procedit etiam in bonis ſitis extra diſtrictum ex Napodan. ſit bene dictum,p.34.nu.13.
Conſuetudo ſic fœminam in nouem partibus diſponentem arctat,prout maſculum in medietate,p.22.nu.25.
Conſuetudó arctat diſponentem ad beneficium vocatorum ad portionem indiſpoſitam, p. 22.nu.25.
Conſuetudo loquens de actus ſollemnitate æqualiter includit exteros ac ciues, vel habitantes, dummodo actus fiat in diſtrictu, pag.34.

pag.34.num.15.
Conſuetudo loquens de actu debet intelligi de ſimplici actu vti actus,non autem vti diſpoſitio bonorum, p.35.nu.16.
Conſuetudo ſi moriatur,& cæteræ de ſucceſſ. ab inteſt. diſponere dicuntur de rebus, & includunt æque exteros, & ciues, pag. 35. num.20.
Conſuetudo diſponens circa ſexus prærogatiuam,& fœminarum excluſionem an dicatur realis,vel perſonalis diſcutitur cum nu. 22. & concluditur nu.23.p.36.
Conſuetudine regulariter non ligantur exteri, ſiue foreſes, & qualiter intelligatur iſta regula,p.33.nu.11.in fin.cum ſeq.
Conſuetudo excludens fœminas propter maſculos procedit in bonis infra diſtrictum, etiam inter exteros fundatur p.37.nu.24.
Conſuetudines quæ diſponunt ſuper rebus enũciantur,p.37.nu.25.& in ſpecie de conſuet. ſed ſi morienti.
Conſuetudines loquẽtes facto teſtamento,quomodo,& qualiter inter foreſes ſint ſeruandæ,p.37.nu.26.
Conſuetudines additæ in hoc volumine cuius modi ſint,p.9.nu 27.
Conſuetudo ſitne facti,vel iuris variæ opiniones,p.9.nu.28.
Conſuetudo quomodo veniat iuris appellatione,p.10.nu.30.
Conſuetudo contra rationem,vel legem,an induci poſſit,p.10.nu.32.
Conſuetudo,& pactum quomodo æquiparentur,p.10.nu.32.
Conſuetudo contra.vel præter legem diuinam vel gentium,vel poſitiuam, quomodo ſuſtineatur,p.11.nu.33.
Conſuetudinis rationabilis exempla plura,p. 11.nu.34.
Conſuetudinis irrationabilis plura exempla. p.11.nu.35.& quæ talis ſit iudicanda.
Conſuetudo quando vincat legem, pag. 12. num.36.
Conſuetudo contra legem, quomodo legem tollat,p.12.nu.38.
Conſuetudo quomodo probetur,p. 12. nu. 39.
Conſuetudo non requirit actum iudiciarium ad ipſius conſtitutionem,p.13.nu.40.
Conſuetudo tollitur per contrariam conſuetudinem,p.13.nu.41.vel per expreſſum conſenſum,ibid.
Conſuetudines an tollantur per erroneum conſenſum,p.13.nu.43.
Conſuetudines Neapolitanæ interpretandæ, ſecundum æquitatem.pag.14. num. 44. & num.46.
Conſuetudo arctans diſpoſitionem procedit, etiam ſi laicus in clericum vel eccleſiaſticãm perſonam diſponat,p.19.nu.12.
Conſuetudines quonam modo ſint ſtricti iuris, & ſimul intelligantur ſub cenſu ra æquitatis declaratur,p.15.nu.49.
Conſuetudo præſcripta quæ,p.6.nu.19.& p.7. num.14.
Conſuetudinis requiſita remiſſiuè,p.7. nu. 15. & ſeq.
Conſuetudines Neapolitanæ an conſtitutionibus Regni aduerſentur,p.2.nu.3.
Conſuetudines quæ ſint reprobatæ à conſtitutione Regni,p.2.nu.4.
Conſuetudines Neapolitanæ vincunt conſtitutiones Regni,p.2.nu.5.& nu.8.& ſeq.
Conſuetudines Neapolitanæ ex Federici epiſtola roborantur,p.2.nu.6.
Conſuetudines,quæ legem ſcriptam abrogant ex ſententia Caroli de Tocho,p.2.nu.7.
Conſtitutio Regni conſuetudinem quam olim de inſtr. curialiſchis tollendis non fuiſſe Neapoli vſu receptam,p.2.nu.8.
Conſuetudines Neapolitanæ a Regina Ioanna Secunda fuerunt etiam confirmatæ, pag. 2. num.10.
Conſuetudinem, ſeu morem magnatum non aduerſari conſtitutioni Regni, & quomodo intelligatur eſſe ſecundum ius commune, p.3.nu.14.
Conſuetudo,ſeu mos magnatũ non tollit prælationem ſexus maſculini in ſucceſſione patris,& aliorum aſcendentium inter deſcendentes ſucceſſores,p.3.nu.13.
Conſuetudo in genere quæ ſit,p.4.nu.2.
Conſuetudinis diffinitio ab Iſidoro tradita remiſſiuè declaratur,p.5.nu.3.
Conſuetudinis diffinitio ex Vlpiano. pag. 5. num.4.
Conſuetudinis quotuplex ſit ſpecies,p.5.nu.6.
Conſuetudo ſcripta quæ ſit,p.5.nu. 7. & nu.9. Vbi aliter definitur,& num.12.ex auctoris opinione.
Conſuetudo titulata, ſeu titularis quæ, pag. 5. num.10.
Conſuetudo ex quibus perficiatur remiſſiuè, p.7.nu.15.& ex quibus ſecundum Napod. num.16.
Conſuetudo quomodo,& qualiter ex temporis frequentia conſtituatur,p.7.nu.17.
Conſuetudo qualiter ex frequentia perſonarũ roboretur,p.7.nu.18.
Conſuetudinem quotuplex actus perficiat, & ipſius actus qualitas,p.8.nu.19.cum ſeq.
Conſuetudo declarata quæ ſit, & quãdo bina iudicatura inducat conſuetudinem, pag. 8. num.21.
Conſuetudines noſtræ cuius ſint nominis appellandæ

pellandæ,p.8.nu.24.

Conſuetudo quæ diſponit ſuper ijs quæ compe tunt eccleſijs,& clericis non vti clericis,ſed vti alijs de populo ligat clericos etiam in cu rijs eccleſiaſticis,vt de ſeruitutibus, & ſimilibus,p.85.nu.6,

Conſuetudines noſtræ quo tempore compilatæ,& quo à Napodano gloſatæ,p.9.nu.25.

Conſuetudines iſtæ quare veræ approbatæ, & preſcriptæ dicantur.p.9.nu.26.

Chriſtianæ legis normam abijcere quid ſit,& notatur Napodani ridiculus intellectus, p. 89.nu.19.

Cumiæ diſtinctio incip.ſi aliquem , in verbo maritata,ſub nu.96.difficultatur,& controuertitur,p.185.nu.30.

D

DEbiti voluntarij , & neceſſarij conſiderationem non eſſe faciendam in præſumptionem compenſationis eliciendam cum legato,p.259.nu.16.

Debitum quod ab alio debetur quam à teſtatore non compenſandum cum legato , p. 268. num.46.

Deciſ.de Franch.318.latiſſimè defenditur contra opinionem Federici Viualdi , p. 113. nu. 14.cum ſeq.

Deciſio D.de Franch.367.in fin.diſcutitur circa iudicaturam iuducētem couſuetudinem, p.8.nu.22.& ſeq.

Deciſ.de Franch.196.cum theorica Nap. in conſuet.ſi quis,vel ſi qua,ſub num.224. latè diſcutitur circa præſumptam, vel dubiam, vel expreſſam donationem circa dotium reſtitutionem ſtipulandam,& notatur vterq;. p.277.nu.11.

Deciſ.D.de Franch.412.latè diſcutitur, & explicatur non procedere , quando in bonis maternis, & paternis non poterat cadere excluſio,vel maſculiatio fœminarum cum deciſ.Sac.Conſ.num.38.pag.39.num. 37.& ſequen.

Deciſ.de Franch.93.num.9.verſ.ſed huic opinioni diſcutitur,& aſſignatur diuerſitas inter iura,& actiones,& nomen debitorum in materia conſuetudinis,p.44.nu.9.

Deciſ.92.ratio declaratur circa partitionem hæreditatis in ſex partes,& nō in vndecim, p.138.nu.24.

Deciſ. de Franch. 368. declaratur , pag. 226. num.26.

Deciſ.D.de Franch.411. in fin. diſcutitur in eius dicto,an ſorores admitti debeant in ſucceſſione contra fratrem clericum , pag. 20. num.17.

Deciſ.de Franch.26.verſ.nec obſtat tertium in ipſius dicto difficultatur,p.131. num. 11. & ſequen.

Deciſ.de Franch.149.in fin.declaratur in allegatione Napod.in conſuet.ſed ſi morienti, verſ.neptes, p.136. num. 15. & declaratur Nap.nu.18.

Deciſionis de Franch. 92. quæ fuerint difficultates,& articuli deciſi,p.136.nu.17.& enunciatur difficultas circa modum excludendi ipſas fœminas in caſu auth.defuncto, ibi.nu. 18.

Deciſ.de Frauch.92.& 149.& 46. difficultantur, & declarantur circa allegationem doctrinæ Nap.in conſ.ſed ſi morienti,in glo.in verb.neptes,p.137.nu.18.& 19.

Decius oppugnatur in conſ.87.num.3.& conſ. 396.& comprobatur in conſ.206.& 252.p. 214 nu.28.& ſeqq.

Decretum Regiæ Cameræ declarans quis dicatur exiſtere in ciuitate,p.33.nu.11.

De Franeh.laudatur in munere aduocati,& iudicis,& ipſius opinio reprobatur in addit. ad conſ. in omnibus de alim. præſtand. ſub nu.76.in addit.quæ incipit ad nu.46.p.155. nu.2.in medio.

Defuncti viuo patre deportati damnati in metallum,& huiuſmodi nec numerum nec partem faciunt,p.223.nu.13.

De Franch.in addit. ad conſ. ſi moriatur , ſub nu.39 quæ incipir vide Decium notatur, p. 306. nu.5.

De Pont.in lect.de ſucceſſ. feud.lect.10.num. 26.27.carpitur, vt ibi.p.107.uu.12.

De Ponte,vide Ponte.

Deſcendentes ex maſculis quomodo per conſuetudinem vocati , & non deſcendentes ex fœminis,p.146 nu. 8. & quid de deſcendentibus fœminæ maſculiatæ , ibid. num. 9. & ſequen.

Deſcendentes ex maſculis, qualiter in conſuetudine ſunt incluſi,& qualiter praxis incluſionis ipſorum ſit demonſtratur , pag. 151. num. 15.

Differre quando dicantur fratres ad finem maſculiationis introducendæ in perſonam ipſius maritandæ,p.159.nu.21.

Diſcretio quæ ſit,& qui diſcreti , & quomodo prudentia diſcretioni inſit.p.81.nu.11.

Diſtrictus qui , & quomodo à diœceſi diſtinguatur,& varia ipſius acceptio,p.27.num.1. & an loca exempta vel eccleſiaſtica contineantur,p.28 nu.4.

Dolus an & quando requiratur ad committēdam pœnam pecuniariam à lege impoſitā, p.96.nu.1.& ſeq.

Domicilium ſortiri à foro ſortiri , quomodo diffe-

differunt,p.32.nu.6.

Donatio facta alicui,referuata poteſtate diſponendi cuiuſmodi ſit naturæ, attenta dicta poteſtate,p.91.nu.26.

Donatio ſimplex à patre facta, quando ab initio valuit,non imputatur in legitimam, niſi expreſſerit pater imputandam, vel quantitas correſpondeat quantitati legitimæ, p. 245. nu.14.& ſeq.

Dotatio facta per filium viuente patre, vel matre non excludit ſororem a ſucceſſione, pag. 246.nu.21.

Dotatio facta à patre non excludit filiam à maternis,licet filia ſe dixerit dotatam de vtriuſque bonis,quando pro maternis quoque non erat dotatio ſufficiens,p.246.nu.22.

Donatio cauſa mortis an & quando per clauſulam de non reuocando fiat inter viuos, p. 304.nu.15.circa finem.

Donatio inter viuos nec imputatur, nec compenſatur cum portionibus conſuetudinis, quæ debentur ex vltima voluntate, & non ex diſpoſitionibus inter viuos,p.271.nu.55.

Donatio quando excludat læſionem,pag. 330. num.6.

Donatio an & quando præſumatur, quando tertius eſt adhibitus in ſtipulatione reſtitutionis dotium, & alia plura ad deciſio. de Franch.196.p.277.nu.11.cum ſeqq.

Donationi factæ patri & filijs contemplatione matrimonij, quare filijs præiudicari poſſit per patrem, p.226.nu.24.

Donatio facta alicui ſub modo ad tertij beneficium poteſt reuocari accedente vtriuſque ſcilicet dantis,& recipientis conſenſu, alias ſecus,p.226.nu.25.

Dos data ab auo filiæ an ſit imputanda nepti ex ea in paragium latè diſcutitur, pag.247. num.24.

Dos data ab auo nepti,an & quando ſit in ſucceſſione filij conferenda vel in legitima nepti debita imputanda,p.248.nu. 1. cum omnibus ſequentibus per totum §.10.nu.10. & 11. & quid de iure conſtitutionis & conſuetudinis,& nu.13.& 14.per totum.

Dos data ab auo vxori ex filio,quando filius eſt pauper cenſetur data filij contemplatione, & quod filio diuite exiſtente ſimiliter præſumatur filij contemplatione,p.249.nu. 3.

Dos data ab extraneo non imputatur, quia videtur donata,qualiter intelligenda ratio ab Iſer.data in cōſtit.in aliquibus,in verb.quintumdecimum,verſ.quid ſi frater, & an dos quæ non donatur debeat imputari, p.251. num.13.

Dos data ab auo nepti, quatenus in legitima debita filio,patris ipſius neptis debeat imputari Auctoris declaratio,& quando imputanda ex opinione Baldi,p.252.& ſeq.num.16. & 17.

Dos ab alio ſoluta ſorori fratris contemplatione,an & quando liberet fratrem à ſolutione paragij ſorori debiti,p.279.num.13. il 2. vſque ad nu.16.per tot.

Dos à filia accepta,quæ habet fratres conſanguineos.licet æqualiter inſtituatur filia à patre non confertur,quia extranea facta eſt dotatione,p.239.no.12.

Dos,& donatio propter nuptias imputatur indifferenter in legitimam,& quare,pag. 242. num.2.

Dos quæ debetur nepti ex ſecundogenito præmortuo per primogenitum commenſuratur cum vita militia debita dicto ſecundogenito ſi viueret, & non ſecundum naturam paragij,p.199.nu.5.in fin.

Dos ſoluatur,quando præciſè, & quando cauſatiuè declaratur,p.200.nu.8.

Dos ſoluta viuente patre,an poſſit dici legitima.p.185.nu.31.

Dos data à patre non imputatur nepti ex ea in legitimam in bonis aui,& qualiter iſta quæſtio ſit practicabilis de conſuetudine Neapolitana,p.246.nu.23.

Dotata à patre.excluditur à ſucceſſione fratris, & ſic debet eſſe dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur,p.208.nu.5.

Dotatio quando conſideratur vti dotatio, & quando vti onus ſucceſſoris,p.121.nu.32.in fin.verſ.in quibus,& p.202. nu. 14. vbi latè Auctor diſtinguit.

Dotatio,quæ cauſat omnimodam excluſionē, & inhabilitatem ſororis ad ſucceſſionem fratris,an ſit illa quam frater facit de paragio ob cauſam ſucceſſionis paternæ, vel maternæ latè diſcutitur pro fiſco ſecundum opinionem Iſernienſis contra opinionē Lucæ,& aliorum,p.121.nu.33. cum pluribus ſequentibus,& concluditur num.40.& pag. 196.nu.34.& p.203.& ſeq.nu.18.& ſeq. & p.211.nu.15.

Dotationem eſſe factam ex legato paterno,& eſſe factam de paragio paternorum differre, p.124.nu.41.

Dotatio voluntaria an cauſet excluſionem, ſed neceſſaria,p.125.nu.43.

Dotationem vnicam excludere ſororem à ſucceſſione omnium etiam tranſuerſalium, de conſuetudine qualiter intelligendum aduerſus Ann.alleg.81.in fin.p.127.nu.5.

Dotationem neceſſariam non voluntariam cauſare fœminæ dotatæ excluſionem,quomodo ſit verum,latè explicatur pag.200.nu.9.cum ſeq.vſque ad fin.§.

Dotatio

I N D E X.

Dotatio facta per fratrem ipſius ſororis quomodo cauſetur ſororis excluſionẽ,& quomodo dicatur voluntaria,& quomodo neceſſaria aduerſus Minad. & Afflict. locis citatis cum diſtinctione auctoris, p.201.num.13. & 14.

Dotandi onus oritur ex coniunctione paterna, & quare in conſuet.ſi qua mulier frater vtrinque coniunctus fuerit nominatus, p.131. nu.10.verſ.ex quibus.

Dotatio facta à patre in qua filia dicitur dotata de maternis,& paternis,an intelligatur iuxta diſpoſitionem l.fin.C.de dot. promiſſ. p. 143.nu.9.

Dotare non tenetur de conſuetudine frater cõſobrinus ſororem conſobrinam,vel amitinã vel patruelem,p.146.nu.7.in fin.

Dotata vt excludatur per dotationem debet eſſe ſciens,& conſentiens ipſius dotationis, p.121.nu.32.& debet eſſe dotata tempore mortis,vt excludatur,ibid.verſ.& dum dotatam.

Dotatio inducta per conſuetudinem, quomodo differat à dotatione, de qua conſtit. vt de ſucceſsionibus,p.177.nu.67.& nu.69. & p.182.nu.10.& melius p.201.num. 14. cum ſeq.& pag.208.nu.4.& ſeq.

Dotatio facta à fratre etiam poſt mortem patris de bonis paternis, & feudo paterno inhabilitat ſororem ad ſuccedendum eidem maritanti fratri in eodem feudo, pag. 208. num.6.

Dotatio facta per patrem an reuocetur per natiuitatem maſculi ex l.fin.C.de reuoc. dona. Item ex diſpoſit.l.ſi totas.ff. de inoff. donat. p.193.nu.21.

Donatio facta per patrem item per matrem, quomodo operetur filiæ dotatæ excluſionẽ ab illorum dotantium ſucceſſione, declaratur p.195.nu.32.& quid à dotatione facta ab alijs aſcendentibus,ibid.nu.33.p.196,

Dotium reſtitutio qualiter facienda,quando eſt tertius adhibitus in ſtipulatione,p.277.nu. 11.cum ſequentib.& qualiter fit iudicandũ, circa reſtitutionem dotium tam quando tertius eſt abſolutus,quam quando non, p.279. nu.13.il primo.

Duritia legis quæ,vid. Legis.

E

Eccleſiæ,& loca exempta an ſint de diſtrictu,p.28.nu.4.

Eccleſiaſtica libertas, vide Libertas Eccleſiaſtica.

Emphyteuſis ſucceſſioni, in qua filij vti filij ſuccedunt non cenſetur renunciatum ſub renunciatione facta hæreditatis, p. 317. nu. 11,in fin.

Epiſcopus quando clericis poſsit conſuetudinem conſtituere,p.18.nu.5.

Epiſcopus ſine capitulo non poteſt ſtatuere in clericos,p.18.nu.7.

Epiſcopus quomodo poſsit in clericis conſuetudinem inducere,& declaratur Innocen.in rubr.de conſuet.nu.6.in fi.malè à Napodan. relatus,p.85.nu.3.

Æquitatis variæ definitiones,p.14.nu.45.

Æquitas facit pernicioſè errare,p.14.nu.46.

Æquus intellectus in interpretatione harum conſuetudinum ſemper amplectendus,p.14. nu.44.& 46.

Æquiparenturne ſolutio, & præſcriptio, & quomodo procedat æquiparatio, pag.173. num.59.

Æquitatis diſtinctio inter primitiuam, & naturalem reijcitur,p.95.nu.10.

Error quando conſuetudinem impediat,p.13. num.43.

Errores,qui oriebantur ex incertitudine conſuetudinis,p.76.nu.18.

Æris alieni onus qualiter à ſucceſſore feudi ex pacto noui debeat tecognoſci remiſſiuè,pag. 213.nu.25.in pr.

Ætas quæ requiratur in illis ciuibus, qui in conſilio publico ciuitatis vellent interuenire,& quomodo ſeruetur in plateis Neapolitanis,p.82.nu.19.

Æs alienum aliter deduci in liquidatione paragij in feudo ex pacto nouo, aliter in feudo hæreditario,p.221.nu.8.

Æs alienum, quando a bonorum appellatione deducatur,p.42.nu.1.

Exiſtentia bonorum, vide bonorum exiſtentia.

Æris alieni ſoluendi onus contracti per morientem, ſeu defunctum, quando ſpectet ad hæredem vniuerſalem, & quando ad ſucceſſorem de conſuetudine pro rata bonorũ, p.48.nu.18.19.& 20.

Æſtimatio an debeatur facta inſtitutione feudi remiſsiuè,p.265.nu.39.

Excluſio,quæ oritur ex paragio in quo differat ab excluſione,quæ oritur ex dotatione ſeruata forma conſtit.Regni vt de ſucceſsionib. p.182.nu 10.& melius p.203.nu.18. & ſeq. & ibi quomodo excluſio ex dotatione, vel paragio naſcatur.

Excluſio actiua,& paſsiua qualiter in perſona fœminarum, & qualiter in perſona maſculorum reſideat,p.169.nu.50.

Exhæredatus,quod partem, nec numerum faciat,p.223.num.14.& 15.tollitur autoritas glo.in auth.de hæred.& falcid.§. 1. in verb. octuncium.

Exhæ-

I N D E X.

Exhæredatio filij maſculi non obligat patrem ad inſtituendam filiam fœminam, pag. 224. num. 17.

Exhæredari poteſt filins tam in ſeudo ex pacto, quàm in ſimilibus, in quibus filij vocantur vti filij ex prouidentia legis, p. 215. n. 32

Exhæredatus an habeatur pro mortuo, p. 290. nu. 6. & àn filio in feudis exhęredato debeat fœmina admitti ad ſucceſſionem, pag. 291. num. 9,

Exteri comprehenduntur, prout in conſuetudinibus diſponentibus ab inteſtato, ſic etiam in conſuetudinibus facto teſtamento, p. 38. nu. 31. quæ paritas non procedit in clerico, p. 39. nu. 32.

Æuum in quo ab æterno differat, ac à tempore p. 70. nu. 23.

F

FAbius Iordanus peritiſſimus antiquitatũ, & ſcriptor hiſtoriæ Neapolitanæ, pag. 2. num. 9.

Fæderis feriendi ſtylus, & vnde fœderis origo p. 80. nu. 10.

Fœminæ excluſæ per conſuetudinem, vel conſtitutionem à ſucceſſione ab inteſtato, etiam à legitima excluduntur, & quomodo á legitima excluſio intelligatur, p. 272. nu. 2.

Fœmina dotata an poſſit de dotibus diſponere, vel teſtari, attenta diſpoſitione iuris communis, vel conſuetudinis, p. 277. nu. 10.

Fœminæ de iure communi feudorum non admittuntur ad ſucceſſionem ſeudi, niſi ſit pactum generale, quod fœminæ ſuccedant, alias ſi eſſet ſpeciale, vt filia matri ſuccedat non poſſet ſuccedere neptis, ita ex Iſer. colligitur p. 295. nu. 3.

Fœmina excluſa ſi inſtituatur, vel ei aliquid legetur à patre, an reaſſumat, & quomodo iura ſuitatis, p. 164. nu. 36.

Fœminà an admittatur ad ſucceſſionem ſeudi, quando fœminæ fuit ſeudum conceſſum, p. 292. nu. 13.

Fœmina an admittatur ad ſucceſſionem, & ſic vocata per conſuet. & conſtit. quaſi maſculus non exiſtat, ſi maſculus frater fuerit iuſtè exhæredasus, item ſi fuerit inſtitutus extraneus, vide filius exhæredatus.

Fœminis progeniti an comprehendatur inter Principes de ſanguine Regio, & quid in priuilegijs, vel beneficijs, p. 291. nu. 11. & quando liberorum appellatione contineantur, p. ead. num. 10. & quid de conſuetudine, p. 292 nu. 14. & quid in priuilegijs conceſſis per fœminam, p. ead. nu. 12.

Fœmina quando per admiſſionem ad virilem per fratres cenſcatur maſculiata, p. 165. num. 41. & ſeq.

Fœmina quomodo in ſucceſſione tranſuerſalium excludatur per maſculum, p. 126. nu. 2. & qualiter à ſucceſſione aſcendentium, ibid. vbi afferuntur deciſiones S. Conſilij, & num. 4.

Fœminarum excluſio, & prælatio maſculorum qualiter ex conſuet. ſi moriatur percipiatur, p. 128. nu. 4.

Fœminarum excluſio, quæ per ſtatutum cauſatur, in quo differat ab excluſione, quæ per conſuetudinem diſponitur ad effectum iuris accreſcendi, p. 133. nu. 4.

Fœminarum nuptarum perſonæ non fuerunt conſideratæ in deciſ. 92. da Franch. nec fecerunt partẽ fauore maſculorũ, p. 137. nu. 20.

Fœminarum portiones non poſſunt per ſpecialem renunciationem ipſarum transferri ad aliquos ex fratribus, ſed omnibus accreſcere ex iuris diſpoſitione, p. 137. nu. 22.

Fœminarum triplex ſpecies in ſucceſſione de conſuetudine enunciatur excluſarum, incluſarum ſcilicet maſculiatarum, ac tertia in pendenti, quæ habiles ſunt ad eſſe incluſas, vel excluſas declarandas, p. 138. nu. 26.

Fœminæ excluſæ, & dotatæ in ſucceſſione aſcendentium, vel maſculiatæ intelligantur exclusæ, vel maſculiatæ in ſucceſſione tranſuerſalium, p. 138. nu. 26.

Fœminæ, quæ nondum ſunt excluſæ, vel incluſæ admittuntur ad faciendam portionem fauore fratrum vtrinque coniunctorum, tam in ſucceſſione deſcendentium, quam tranſuerſalium, p, 139. nu. 26. circa finem.

Fœmina quando facit partem fauore maſculorum, diuerſificat etiam modum ſuccedendi in ſtirpes, vel in capita, p. 139. num. 28. & reſoluitur quæſtio nu. 29. & ponderatur conſ. ſed ſi morienti. §. & in præmiſsis. nu. 31.

Fœmina quando excluditur à maſculo ex diſpoſitione conſtit. in aliquibus debet dotari de bonis a quibus petitur excludi, & in hoc nõ datur inter conſtit. in aliquibus, & Cõſt. vt de ſucceſſ. diuerſitas, p. 106. nu. 9.

Fœmina de iure Longobardo excluditur à fratre in ſucceſſione matris in burgenſaticis, p. 106. nu. 10. verſ. vnde videtur.

Fœmina tam in ſeudo patris, quàm in feudo matris de iure communi ſeudorum eſt penitus excluſa niſi per ſpecificum pactum admittatur, p. 108. nu. 14.

Fœmina maritata, & dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, an ſemper etiam in aſcendentium ſucceſſione fiat inhabilis, vt etiam fiſcus amittatur, vel ſolum quando tractatur de ſucceſſione fratris, & declaratur

tur

tur diſpoſitio capituli emergentium, p.112. num.11.& 12.

Fęminæ an ſimpliciter excludantur, vel admittantur ad partem cum iure accreſcendi fauore maſculorum latè diſcutitur, p.331.nu.1.

Fœminarum portio an indifferenter debeat maſculis accreſcere de iuris communis diſpoſitione, ſuppoſito ſtatuto excludente fœminas, p.133.nu.2.& quid de diſpoſitione conſuetudinis.nu.3.

Fœminarum deſcendentes qualiter, & quomodo per conſuetudinem ſint, vel non ſint cogniti declaratur, pag.152.n.19. Ad quod declaratur Nap.doctrina, nu.111.in cõſ. ſi moriatur, ibid.nu.20.& qualiter filiarũ filij, & deſcendentes in infinitum debeant vocari ex conſuet.ſi moriatur declaratur pag.152. num.22.

Filia peccans in corpus ſuum poſt 25. annum in nupta à patre non poteſt vti ingrata tractari, p.154.nu.1.& an iſta diſpoſitio ſit arctata per conſuet. in annum 16. ibid. num.2. vbi negatiuè concluditur contra Napod. & D. de Franch.

Fœmina quomodo, & qualiter à conſuetudine, & qualiter à conſtitutione excludatur, & in quo differat vna excluſio ab altera, p.156 vbi declaratur theorica Napod. num.7., & qualiter differat excluſio inducta per conſtitutionem Regni ab excluſione inducta per legem Longobardorum ad declarationem Napod. in conſuet. ſi moriatur nu. 94. verſ. ius vero, p.156.nu.8.

Fœmina excluſa per maſculum à ſucceſſione feudorum, an & quomodo per maſculiationem poſſit admitti ad dictam ſucceſſionem ſine aſſenſu ipſius domini, pag. 157. num.12.

Fœminæ omnes, quæ de iure communi debẽt habere legitimam in ſucceſſione aſcendentium, ſi excludantur, debent de conſuetudine habere paragium, p.145.nu.4.

Fœminæ, & earum deſcendentes in ſtirpem, prout de communi ſuccedunt etiam de conſuetudine quando ſunt abſque maſculis, & in ijs non diſponit conſuetudo, p.149. nu.3. & in hoc declaratur §.& omnia, conſuet ſi moriatur.nu. 4. & ipſarum fœminarum deſcendentes tam maſculi, quàm fœminæ promiſcuè vocantur, ad quod carpitur, & nitatur Capicius in addit. ad conſuet. ſi moriatur num.101. quæ incipit nota iſta verba, p.142.nu.5.

Fœminæ ſolæ quando maſculi non concurrũt ſuccedunt in omnibus, & per omnia vti maſculi, p.170.nu.53.

Fœminarum excluſio, vide Sexus maſculini prælatio.

Fœminæ excluſæ an faciant partem in liquidatione legitimæ, vel paragij, p.227.nu.28.

Fœminas iure conſtitutionis excluſas, vel à cõſuetudine non eſſe penitus extraneas, nec ſimpliciter excluſas, p.227.nu.29.

Fœminas iſtas excluſas facere numerum ad legitimam augendam de triente ad ſemiſſem, p.228.nu.30.

Fœminarum portio qñ in paragio liquidatur minus legitima illud minus vſq; ad legitimã cedit ad beneficium maſculorum, quorum fauore fęminæ excluduntur, p.228.num.31. & ad primogeniti beneficium in feudo iuris Francorum, p.ead.nu.32.

Fœminæ de conſuetud. & conſtit. excluſæ faciunt numerum, & partem fauore maſculorum, etiam in taxandis legitimis, ſcilicet vt ſi dos ſit plus legitima non noceat fratribus ſin minus exceſſus augaat fratrũ legitimas, p.228.nu.33.& datur praxis per per autorem num ſequenti.

Fœminæ renunciantes, vid. renunciantes.

Feudum ſi eſt conceſſum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque, an in eo ſpectetur diſpoſitio conſuetudinis, & quid in diſponendi poteſtate in feudis prædictis, pag.52.nu. 33. & ſeq.

Feudalia bona an comprehendantur in diſpoſitione harum conſuetupinum, p.49.nu. 21. cum plur.ſeqq.

Feudales vel burgenſatici ſint, & quando iudicandi annui introitus. p.49.nu.23.

Feudorum ſucceſſioni quando cenſeatur renũciatum, p.317.nu.12.

Filia renuncians, vide renunciatio.

Feuda plana comprehenduntur in diſpoſitione conſtitutionis Regni in aliquibus, p.104. nu.7. Et quomodo, & qualiter in feudis planis in collaterali linea ſuccedatur per conſtitutiones Regni, latè tractatur loc. cit.nu. 8. per tot. vbi in ijs ius commune Romanum attendendum eſſe probatur, diſcutitur deciſio Regiæ Cameræ relata per D. Conſiliarium Georgium in prima part. repetit. cap. 8. in fin.

Feudi plani, & de tabula ętimologia, p.105.col. 2. verſ. ego nouiter.

Feudum nouum ex pacto, & prouidentia, in quo differat a feudo hæreditario, præcipuè circa vtilitatem inuentarij opinio noua Autoris contra Annam filium, & Frecciam, p. 225.nu. 21. cum ſequentib. vſque ad nu. 28. & nu. 27. hoc deducitur ex doctrina Iſer. in in cõſtit. cõſtitutionẽ diu. memoriæ in prin.

Feudales vſus an ſint conſuetudines ſcriptæ dicendi, p.5.nu.8.

Fideicommiſſo quando cenſeatur renunciatũ. p.317.nu.11.

Filius poteſt exhęredari in feudo ex pacto, p. 182. n.15. in medio, prout in alimentis, ibid. nu. 20. & in paragio, nu.13.& ſeq. & an in vita militia, nu.16.

Filij in feudo, ſiue ex pacto, ſiue hæreditario, quomodo ſuccedant, etiam quando pater nõ expreſsè diſpoſuit, vel valide cum aſſenſu in ipſo hæreditario, p.265.nu.4.

Filia per patrem vt ingrata exhęredata excluditur à paragio, & ex iiſdem cauſis excluditur à ſucceſſione, quibus excluditur à dote, p.182.num.13.14.& 15. quid de conſuetudine.

Filijs qualiter inferri poſſit pręiudicium in feudo ex pacto, vel agnatis, vid. agnatis.

Filius exhęredatus an habeatur pro mortuo ad finem admittendi ſororem ad ſucceſſionem, p.290.nu.6.

Filia à patre præterita de iur. conſuet an rumpat teſtamentum, & an ius commune ſit in hoc nouatum per conſuetudinem, vel per conſtitutionem Regni in aliquibus, ad ,prſus Napodan. in glo. ſuccedunt, num.84. conſue. ſi moriatur, qui in hoc valide notatur, pag. 288.num.1.

Filia inſtitutis extraneis hæredibus an rumpat teſtamentum de iure conſuet. conſtit. Regni, & ſtatuti ſtantibus maſculis fœminas excludente, p.288.nu.2.

Filia an poſſit rumpere teſtamentum præterita ex Soccin. iun. ſententia concluditur, & diſtinguitur per Autorem. p.290.nu.5.

Filia, quæ renunciauit cum conſenſu patris ad beneficium fratrum etiam in legitima, non poteſt à patre admitti], non obſtante renunciatione in præiudicium fratrum, pag. 163. num.31.

Filia, quæ à ſtatuto excluditur, vt non ſuccedat contra voluntatem patris, poteſt à patre admitti ad ſucceſſionem, etiam in præiudicium maſculorum, p.163. nu.32. & ibid. quid in filia dotata, quæ excluditur per conſtit. Regni à ſucceſſione feudorum.

Filia à patre non poteſt inſtitui vti maſculus in medietate non libera, ſed ſubiecta diſpoſitioni conſuetudinis ſi aliquis moriens, pag. 163.nu.33.

Filij ſucceſſores matris renunciantis, & hæredes in caſu, quo renunciatio annullatur per præmorientiam renunciantis, an teneantur ſuccedentes ex propria perſona conferre dotes à matre receptas tempore renunciationis, p.308. nu.12.

Filiæ fœminæ an excludantur à ſucceſſione antefati, vel dotarij, vel aliorum, quando vocantur ad ea lucra filij vti filij latè diſcutitur quæſtio contra communem. p.214. nnm.26. cum pluribus ſeq. vbi etiam de ſucceſſione lucri reſeruati ex diſpoſitione l. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. & refertur num.36. p.217. deciſio S.Conſilij.

Filia excluſa per dotationem ſi inſtituatur, inſtituitur vti extranea, p.164.nu.39.

Filia inſtituta per patrem non ſuccedit fratri vti maſculiata, & refertur deciſio S.Conſilij p.164.nu.40.

Filiafamilias nupta efficitur ſui iuris Neapoli ẽt extera contra patrem exterũ, p.35.nu.17.

Filij ſororum ſunt eiuſdem naturæ, & conditionis, ac eorum matres, p.39.nu.36.

Filia poteſt à patre præteriri de conſuetudine, & conſtitutione, nec debet ei legitimam relinquere, p.255.nu.2.

Filius an & quando recipiens à patre in ſolutũ rem aliquam pro legitima excludatur à petitione ſupplementi, p.334.nu.19.

Filij poſſunt exhæredari a ſucceſſione feudi ex pacto, & prouidentia, prout ab alijs, in quibus filij iure proprio, & non hæreditario ſuccedunt. p.215.nu.32.

Filia dotata & maritata à patre, an & quando poſſit conqueri de inſufficientia dotis, p.193 nu.20.& ſeq.& quid ſi eſt minor legitima, num. 22. & quæ ſit iuris Longobardi diſpoſitio, nu.23. & Iſernię opin. & contra filiam tenendam, nu.24. vbi deciſiones Sac. Conſil. referuntur.

Filios ad lucra reſeruata ex diſpoſitione l.fęminæ.§.illud.C.de ſecund. nupt. vocari vti ad paternam ſucceſſionem probatur, pag. 216. num.33.

Fiſcus non admittitur ad ſucceſſionem feudi ob dotationem, & maritationem ſororis, vel alius ſucceſſor. p.118.nu.25.

Follerius notatur. p.69.nu.18. de equi ſigno an probet dominium.

Foriudicatus an veniat mortui appellatione expenditur glo. Nap. in conſ. ſi moriatur, nu. 3.p.283.nu.1.

Foriudicato an ita ſuccedendum, prout in alijs in ſucceſſione feudorum, vel aliorum, an conſuetudo attendenda, & quid ex diſpoſitione gratiæ conceſſæ ſuper ampliatione ſucceſſionis feudorum, p.284.nu.4.

Foriudicatus non poteſt diſponere de ſuis bonis bonis, etiam attenta gratia Neapolitanis conceſſa tollente confiſcationem, pag. 285. num. 10.

Forum ſortiri, & ſtatuto ligari æquiparantur, p.32.nu.7.

Frater vterinus an teneatur dotare ſororem vterinam, tam de iure communi, quàm de

Digitized by Google

iure conſtit.regni, ac de conſuetudine,p.130 nu.8.per totum, & quid in ſucceſſione feudi,p.131.nu.14.& 15.
Fratrum appellatione ſorores continentur, in conſtitutione vt de ſucceſsionibus verſ. ex collaterali,p.115.nu.19.
Frater non tenetur dotare ſororem viuo patre, pag 194. num. 27. ſecus ſi pater eſſet inops, num. 28.
Frater vterinus non tenetur maritare ſororem vterinam,vide ſoror vterina,& pag.150.nu. 8.& ibid.nu. 9. declaratur doctrina Napod. in §.ſed ſi morienti,ſub nu.298.verb.ſoror, & p.194. nu. 29. declaratur in ſucceſsione feudi.
Frater conſanguineus, vel vtrinque cõiunctus in ſucceſsione deſcendentium ſemper excludit ſuam ſororem,vel amitam conſanguineam,vel vtrinque coniunctam, & ſic ſemper in infinitum procedere in deſcendentibus ex maſculis,p.152.nu.18.
Fratres minores non faciunt partem, nec numerum,p.223.nu.13.
Fratres quomodo & quãdo fauori eorum poſſint renunciare,& admittere ſororem ad virilem,& an & quando iſta admiſsio operetur maſculiationem,p.165 nu.41.& ſeq.
Frater in paragio,quod ſoluit poſt mortem patris,an poſsit onus apponere,p.275. num.6. cum ſequentib.
Freccia notatur de mala intelligentia doctrinæ Iſerniæ,p.219.nu.41.
Fructus percepti iudicio teſtatoris imputatur in quaſi debitum, non autem in verum debitum, niſi teſtator expreſſerit, pag. 277. num.10.
Fructus maturati ante conſtitutionem dotis imputantur, non autem poſt in ſupplementum,p.274.nu.11.
Fructus imputatio in ſupplementum, quando paragium verum ſoluitur poſt mortem patris, quod eſt verum debitum, pag. 274. num.12.
Fructus percepti ex fundo pro paragio legato, an excomputentur in ſuppplemẽtum ipſius paragij late diſcutitur,p.273.nu. 8. & 9. diſtinguitur ex Autoris opinione.
Fructus paragij,an & quando debeantur, & quomodo legitimæ,p.184.nu.23. 25. & 26. vbi plures deciſ.S.Conſ.& nu.27.& de legitimæ fructibus,nu.28.
Fructus feudi quomodo exiſtant in vaſſalli diſpoſitione.p 51.nu.28.
Functiones fiſcales quo in loco exiſtere dicantur,p.45.nu.12.

G

GEorgij Conſiliarij dictum in alleg. 8. diſcutitur.p.188.col.1.in fin.
Gloſa Marini in conſtit.in aliquibus in verb. nepotes notatur circa explicationem paragij,p.180.nu.2.
Gloſa Marini in conſtit.vt de ſucceſſionibus in verb.coniugata autem,in verſ.ſed quid ſi ſoror,declaratur,& intelligitur contra intellectum Viualdi, p. 120.num.29. & p. 122. num.38.
Gloſa notatur in l.ſi ſub conditione. ff. de accept.in verb.nouandi cauſa, de vana ambiguitate,p.303.nu.11.
Gloſ.in auth.de hæred.& Falcid.§. 1. in verb. octuncium declaratur,p.223.nu.15.
Gloſ.in l.ſi cum dotem §.ſi pater.ff.ſolut.matr. in verb.tantum in finalibus verbis expenditur aliter quam ab Alberic.& Bart.& Anna intelligitur,p.264.nu.34.
Gradus prærogatiua inter deſcendentes non attenditur,p.129.nu.5.
Gratia conceſſa Neapolitanis per quam tollitur confiſcatio non dat poteſtatem diſponẽdi foriudicatis. vid. foriudicatus, & qualiter intelligenda circa modum ſuccedendi ibidem.
Gugliel.de Per.in conſ.13.col.1.verſ quinimo declaratur,& ponderatur,p.118.nu.24.

H

HAbitantes, & habitatores qui dicantur, & qualiter a conſuetudine ligentur, p. 32.num.8.
Hæreditarium non eſt,quod hæres ex alterius inſcitia,vel propria induſtria acquirit, pag. 281.nu.16.
Hæretici nec partem,nec numerum faciunt,p. 223.nu.14.
Horatius Caputus Autoris frater librum aduerſus mendacium conſcripſerat,& eius definitio mendacij,p.71.nu.2.
Homines ad ſimul cohabitandum ex naturali deſiderio aſtringi,p.74.nu.5.

I

IAcobutius de Franchis notatur.p. 107. col. 1.in pr.
Ignorantia quæ expenſet à commiſſione pœnæ pecuniariæ,p.96.nu.4.& ſeq.
Imolæ doctrina in l.gallus.§.& quid ſi tãtum ff de lib.& poſth.declaratur in ea quæſt.an inſtitutis extraneis filia ſit à ſtatuto excluſa,p.289.nu.4.

INDEX.

Imputantur in legitimam omnia ex vltima voluntate accepta ex iudicio teſtatoris ex hæreditate,p.255.nu.1.

Imputationis tam inter viuos,quam in vltima voluntate, receptorum cum legitima paragio,& vita militia ratio diſcutitur, & quando deneganda.p.264.nu.36.

Imputatio deneganda relictorum ſimpliciter, & non in eam cauſam in paragium, vel vitam militiam validè demõſtratur arguendo ex ratione,quare vita militia. & paragium debeatur,p.265.nu.38.

Imputatio qua ratione reperta per ius ciuile, & in quibus bonis procedat in legitima, p.242.num.1.& pag.246.num.20.& p.265. num.37.

Imputatio,& collatio quomodo à ſimili procedant,& quomodo differât, & quod poſſit argui ab imputatione ad collationem,& non è contra,p.243.& 244.

Imputantur ſine dubio ea quæ veniunt per vltimam voluntatem,item inter viuos quando donans voluit imputari,p.243.nu.6.

Imputari quando debeat in legitimam quantitas depoſita per patrem abſq; expreſſione ſeu nomine legitimæ,p.244.nu.11.

Imputationis ratio non procedit in filia excluſa per ſtatutum,p.246.nu.20.

Incola quis ſit, & qualiter incolatus perficiatur,p.31.nu.5.

Ingrediens religionem poſſidentem in communi poteſt diſponendo fraudare proximiores in bonis antiquis in portione conſuetudinis, nu.38.p.26.& nu.36.

Ingrediens religionem iudicatur laicus, ſi moriatur infrà annum probationis, pag. 26. num.39.

Inofficioſæ donationes, vel diſpoſitiones pro rata legitimæ,vel bonorum ſubſidij reuocantur,non autem ſit collationi locus, etiam in bonis antiquis,quando in vita ſiunt, p.240. num.15.

Innocẽtius declaratur in cap.cum dilectus, extra de conſuet.num.6. verſ. item credimus, p.85.nu.4.

Interpellatio ad conſtituendos ſucceſſores in mora ad introducendam maſcutiationem, an debeat eſſe iudicialis, vel extraiudicialis, p.159.nu.21.& ibid.vſque ad fin. quod interpellatio requiratur.

Interpellatio quo tempore eſt facienda, p.160. num.22.

Introitus annui,vid.annui redditus.

Inueſtitura facta fœminæ,vt ei filia ſuccedat,& ſic pro ſe.& filijs non extenditur, vt neptis ſuccedat filię,p.295.nu.3.

Iſern.in t.rubrica.§.ſed quia vidimus.num.15. verſ.an in regno declaratur,p.108.nu.18.

Iſerniæ doctrinæ variæ ponderantur ad probãdum dotationem de paragio factum à fratre inhabilitare ſororem ad ſucceſſionem feudi fratris,p.122.nu.37.& ſequentib.

Iſern.doctrina in conſtitucione in aliquibus in verbo quintumdecimum,verſ.quid ſi frater declaratur.p.151.nu.13.

Iſerniæ theorica declaratur in titulo qui ſucceſſores teneantur,p.288.nu.16.

Iſerniæ dictum in conſtit. vt de ſucceſſionibus in collaterali non habere locum primogenituram qualiter ex Camerar.ſit intelligendum,p.299.col.2.circa med.

Iſern. opinio in tit.de nat.ſucceſſ.feud. qui dat reſtitutionem ſorori aduerſus dotationem controuertitur,p.331.nu.9.

Iſerniæ opinio quæ fuerit in quæſtione illa an nepos præferatur patruo in ſucceſſione feudi,in quo viuitur iure Francorum, declaratur p.297.nu.8.

Iſernia quo tempore ſcripſerit, vixeritque, & an viderit ſententiam Regis Roberti de Regni ſucceſſione,p.300.nu.10.

Iſern.loci declarantur in materia conſuetudinis contra ius.p.11.nu.33.

Iſerniæ theorica diſpungitur,& declaratur in conſtit.Regni Comitibus aduerſus Afflictũ an ſubuentio detur quando patruua maritat neptem,p.217.nu.39.

Iſerniæ doctrina declaratur in conſtit. in aliquibus col.6.in verb.quintumdecimum,ver. quid ſi deſinat,aduerſus Afflictum, & Petrũ de Gregorio eam malè intelligentes, p.233. num.6.

Iſerniæ, & Baldi opinio concordatur, vide opinio.

Iſerniæ doctrina diſpungitur in conſtit.in aliquibus in verb.quintumdecimum col.8.verſ. item multo magis.p.191.num.14. & melius num.15.

Iudicatura bina,qualis inducat conſuetudinẽ, vel declaret deciſ.de Franch.367.diſcutitur p.8.nu.22.

Iulius Ferrettus notatur, quod falſo Bartoli nomen pro Andrea de Barulo in tract.differentiarum iuris Longobardi, & Romani vſurpatus eſt,p.10.nu.31.

Iura,& actiones in quo differant à nominibus debitorum.p.44.nu.9.

Iuramentum in renunciante dolo vel metu,an ſit ipſo iure nullum,vel requiratur relaxatio p.328.nu.18.

Iuramentum adhibitum in renunciatione,& alijs contractibus non alterat eorum naturam,niſi fuerit præciſum.p.304.nu.15.

Iuramentum confirmat futurarum renunciationem,

Digitized by Google

tionem,vide Renunciatio.

Ius accreſcendi in ſucceſſione collateralium non oriri ad beneficium maſculorum ex onere dotationis in diſpoſitione conſuetudinis, quando datur,p.134.nu.5.

L

LAici quæſtio litigãtis cum laico iure ciuili terminanda,p.90.nu.23.

Legatum ſimpliciter factum per patrem filiæ intelligi pro dote non eſſe verum aduerſus Barboſam defenditur in §.ſi pater. num. 35. p.258.nu.12.

Legatum non compenſari cum dote, niſi fiat dotis nomine,p.257.nu.10.

Legatum factum filiæ nomine per ſocerum genero abſque expreſſione, quod ſit dotis nomine differre à legato eodem modo dotis nomine facto eidem ab eodem, pag. 258. num.13.

Legatum dotis nomine factum,vel quertæ, cõpenſatur cum quarta,& dote, & non aliter ex mente Napod.p.260.nu.17.

Legatum quando præſumatur relictum animo compenſandi cum paragio,vel vita militia, de paragio,& vita militia, p.261. num.21. & 22. item cum medietatibus antiquorum, vel portionibus conſuetudinis, pag. 268. num.45.

Legatum certorum bonorum antiquornm, an compenſandum cum medietate debita ipſi legatario,ac etiam proximiori, p.268. num. 48.& quid ſi ſub nomine portionis eſſet legatum,pag.269.num.52.& p. 270.num.54. Excluditur imputatio,compenſatio, & collatio.

Legitima liquidatur ſuper rebus, & non ſuper valore,p.222.nu.10.

Legitima aſcẽdentis quando exiſtunt fratres, an ſit tertia tertiæ,vel tertia totius, pag.224. num.18.vbi referuntur plures deciſiones S. Conſ.& quid quando fratres ſunt inſtituti in aliquo.nu.19.

Legitima quomodo debeatur filio primogenito in feudo,quando pater legitimè diſponit de feudo,remiſsiuè.p.213.nu.25. circa finem verſ.quemadmodum.

Legitimæ aſſignatio eſt commenſuranda cum bonis,quæ repertiuntur tempore mortis do tis vero tempore dotationis,p.194.nu.25.

Legitima debet ſolui in corporibus, & non in pecunia,pag.275.num. 2.& an conſuetudo introduci poſſit,vt ſolutio fiat in pecunia, ibid.nu.3.

Legitimæ quo caſu cenſeatur renunciatum, & quando à prætenſione legitimæ excludatur, p.334.num.17.& p.316.num.4.

Legitima an debeatur a bonis ſubiectis fideicommiſſo cum poteſtate diſponendi, p.223. num.20.

Legitima primogeniti in feudo iuris Francorum accipitur de toto feudo,p.228.nu.32.

Læſionis quotuplex ſit ſpecies,& quæ ſint,declaratur,p.329.nu.1.

Læſio qualis ſufficiat ad obtinendam reſtitutionem in integrum,p.329.nu.2.

Læſio excluditur in renunciatione, quæ fit ex cauſa monacatus,quãdo renuncians habuit dotem ingreſſarum,p.330.nu.4.

Læſio excluditur in renunciatione, quando renuncians habuit animum donandi,p.330. num.6.

Læſio excluditur in renunciatione,quæ ſit patri, viuentibus de eorum hæreditatibus ex iuſta cauſa,& quia agitur de hæreditate nõdum delata,p.331.nu.7.& 8.

Læſio non conſideratur, quando renunciatio proceſſit ex pia cauſa,vel iuſta,puta ratione maioratus,& ex alijs iuſtis cauſis, pag. 331. num.10.

Læſio quando per receptionẽ dotis condecẽtis excludatur in renunciatione, & quomodo cum dote in renunciatione læſio cõſiderari poſſit diſtinctè per Autorem declarantur omnes caſus,p.332.nu.11. Et filia dotata quando per viam læſionis poſſit aduerſus generalem renunciationem venire,ibid.

Læſio magis conſideratur in hæreditatis delatæ renunciatione, quam in deferendæ. pag. 335 nu.20.

Læſio in dotatione patris, vel matris metitur per tempus dotationis,p.333.nu.13. in metienda læſione in paragio, quod liquidatur in legitima metitur inſpecto tempore mortis,p.333.nu.14. ſic quando legitima eſt liquadanda,p.334.nu.18.

Lex generaliter loquens includit quoſcunque priuilegiatos,niſi in ea diſpoſitione priuilegium probetur ſpeciale,p.325.nu.1.

Lex Caius.l.vxorem.§.legauerat.ff. de legat.3. declarantur,p.44.nu.6.

Leges variæ enunciantur cum lege XII. tabularum, quæ vario modo fœminas agnatas, vel cognatas ad ſucceſſionem defuncti admiſerunt,p. 100.nu.3.& ſeq.

L.fin.C.de dot.promiſſio.an procedat, quando viuente matre pater dotat de bonis paternis & maternis,& an in caſu conſuet ſi qua mulier, p. 143. nu. 9. & quod procedat etiam ſi adijciantur dotationi renunciatio,pag.143. num.10.

L.hac ædictali beneficium, item l. fœminæ. §. illud, C.de ſecund. nupt. an includantur in

renunciatione,p.318.nu.13.& 15.
L.Velleiæ ſimilitudo data per Napod. in conſ. ſi moriatur.nu.102.p.293.nu.1.
L.quod autem in ſtipulatione.ff.de iur.dotium, declaratur p.246.nu.19.& p.258.nu.12.
L.dedit dotem.ff.de collat. bonor. intellectus p.248.nu.1.cum ſequentib. per totum §. 10. Intellectus dati per Menoch. reprobantur p. 249. nu. 5. Qualiter in ea. l. contemplatio accipienda, & qualiter à Doctoribus accipiatur,p.ead.nu. 7. nec contemplationem oriri ex diuitijs,vel paupertate filij in ea. l. ſed ex alijs concernentibus aui voluntatem, quando auus non tenetur dotare neptem.p. 250.nu.9.
L.Titia.§.quod in vita.ff.de leg.2.ponderatur, & retorquetur pro opin.contra communē, p.256.nu.6.
L.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de leg.1. pro communi ſimiliter adducta diſpungitur, ibidem num. 7.
L.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff. ſolut.matrim. nouiter ex Autoris intentione expenditur, nu. 8.& 9.Tollitur verborum diſpoſitio poſita per Cuiaccium lib.3.obſer.cap.16.& nu.19. repetitur prædictus intellectus.
L.placuit.Cod.de iudicijs diſpungitur, p.95. nu.11.ex præceptoris autoritate.
L.tali facta ſtipulatione in fin. ff. de iure dotiū expenditur,p 258.nu.12.
L.vnic.§.accedit,C.de rei vxor.actio. noua limitatio, & ponderatio,p.278.nu.12.
L.cum ab vno.ff.de leg.2.declaratur p.161.col. 2.verſ.Nec obſtat.
Lex Longobardorum in Regno cępit introducere prælationem maſculorum,& alias plures differentias,quæ enunciantur, pag.101. num.12.
Lex dura,quæ dicatur,& plura de legis duritia,p.15.nu.47.
L.1.§. ſi dolum.ff. de pericul.& commod. rei vendit.declaratur,p.69.nu.18.
L.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. declaratur in verb.diplomate.p.72.nu. 8.
L.nam ad ea.ff.de leg. declaratur & quomodo ad ea quæ frequentius accidunt aptetur lex. p.74.nu.2.
Lex debet eſſe certa,& quare.p.76.nu.15.
Libertas eccleſiaſtica quando per ſtatutum,vel conſuetudinem laicorum dicatur minui, vt contra eam dicantur diſpoſitiones, pag. 88. num. 14.
Licentia Epiſcopi requiſita per Sac.Concilium Tridentinum ſeſſ.25.cap. 16. de regular.eſt diuerſa ab exploratione volūtatis ab eodem Concilio requiſita,p.325.nu.2.
Licentia prædicta an requiratur, quando per viam contractus non procedit renunciatio, ſed per viam vltimæ voluntatis. ibid.nu.3.
Linea deſcendentium in ipſius concurſu ad ſucceſſionem non recipit ex iuris diſpoſitione concurſum perſonarum aliarum linearum, prout in linea tranſuerſali, pag. 149. num.2.
Lis venit rei appellatione, & quo in loco eſſe dicatur,& nu.5.p.43.nu.4.
Loffredus notatur cum Piſanello, vide Piſanellus.
Lucæ de Penna theorica in l.fin. col. fin. Cod. quando,& quibus quarta pars deb.verſ.præmiſſorum declaratur p.117.nu.22.& iterum Lucas ibid.circa finem declaratur pag. 121. num.34.

M

Maſculorum deſcendentes, quomodo, & qualiter per conſuetudinem vocati, & non deſcendentes fœminarum,declaratur p. 146.nu.8.
Maſculiatio in ſucceſſione aſcendentium in perſona filiarum operatur maſculiationem in tranſuerſalium ſucceſſionibus, pag. 138. num.26.
Maſculiatio in quo conſiſtat breuiter, & ſummatim enarratur, & ex verbis cōſuetudinis elicitur,pag.145.nu.3. verſ. quæ omnia, & quomodo virilis portionis ſucceſſionem in maſculiata inducat,p.145.nu.7.
Maſculiata quas actiones habeat ad petendam virilem ſucceſſionem tam aſcendentium, quam tranſuerſalium, in præiudicium illorum,qui in maſculiatione ſunt contumaces. p.175.nu.64.
Maſculiata non dicitur ſua ab initio, inſpecto tēpore facti teſtamenti contra opin. Minad. p.175.nu.63.
Maſculiatio non poteſt practicari niſi in primis nuptijs, & in fœmina nondum nupta, nec dotata,p.162.nu.29.
Maſculorum prælatio qualiter ex verbis conſuet.ſi moriatur colligatur,p.128.nu.4.
Maſculiatæ deſcendentes an vti deſcendentes maſculorum comprehendantur à conſuetudine,p.146.nu.9.
Maſculiatio an excludatur ob impotentiam bonorum iuris,vel facti,item ob ſequeſtrum, item ob illiquiditatem dotis ſoluendæ, & debendæ,& alia plura, ex quibus excuſetur maſculiatio,p.162.nu.28.
Maſculiatio an habeat tractum retro ad tempus mortis ipſius patris,vel matris,pag.174. num.62.& in quibus retrotractio fiat,quando fit,ibid.nu.63.refellitur doctrina Minad. in loc.

in loc.ibi relat.cum ſequentibus.

Maſculi concurſus perpetuum requiritur ad excluſionem fœminarum efficiendam,& ad omnia alia,quæ ex diſpoſitione conſuetudinis ſunt ſtabilita efficienda,p.169.nu.50.

Maſculiatio quare ſolũ introduci poſsit in fœminis quæ ſint ſorores,vel amitæ,& non inter neptem,& auunculum, licet auunculus ipſam excludat,p.176.nu.66.

Maſculiatio an poſsit introduci ab initio in ſucceſsione tranſuerſalium,p.172. nu.57.

Maſculiatio excludaturne per promiſsionem dotium factã per fratres ipſi ſorori,& quando,p.177.nu.67.

Maſculiatio an poſsit,& quomodo practicari, quando tempus,& ætas ſexdecim annorum præterijt in vita patris, an ſcilicet ſtatim poſsit induci,vel aliquale competens tẽpus requiratur,p.178.nu.70.

Maſculiata in bonis paternis,& maternis,quomodo,& qualiter vti maſculus ſuccedat in bonis tranſuerſalium,p. 169. nu. 52. & ſeq. & nu.53.54.& 55.Limimitatur deciſio 412. Domini de Franch. vbi filij ſororis excluduntur à filijs fratrum, in filijs ſororis maſculiatæ,& nu.56.in fin.

Maſculiata,& eius filij appellatione fratris cõtinentur,item ſoror ſola, quando alius maſculus non concurrit,p.170.nu.53.

Maſculiatio an practicari poſsit in dote legata à patre filiabus ab ipſis ſucceſſoribus ſoluenda,p.166.nu.46.

Maſculiatio an practicari poſsit cum ea, quæ ſe vult monacare,p.167.nu 47.

Maſculiatio an inducatur per inſtitutionem factam à patre ipſius filiæ pro eadem portione, pro qua maſculi ſunt inſtituti.p.162.nu. 30. & ſeq.vbi negatiuè concluditur contra Ant. de Alex.& diſtinguitur quæſtio nu.35.vſque ad 40.

Maſculiata illa dicitur,quæ habuit partem, & habere debuit de iure vti maſculus, p. 163. num.34.

Maſculiatio eſt introducta in pœnam fratrum differentiũm nuptias ipſarum maſculiatarũ, p.164.nu.38.

Maſculiatio quomodo, & quendo poſſit expreſsè per fratres introduci,ſi admittant ſororem ad virilem in ſucceſſione, latè diſcutitur.p.165.nu.41.& ſeq.præcipuè nu.45.

Maſculiata an excludat aliam non maſculiatam,diſcutitur latiſſimè quæſt. a nu.48.vſq; ad nu.52.pag.167.& nu.52.referuntur deciſiones Sac.Conſilij.

Maſculiatio quomodo, & qualiter dicatur diuidua,p.161.nu.25.& 26.

Maſculiatio poteſt declarari introducta in ſucceſſione tranſuerſalium,licet non fuerit declarata in ſucceſſione patris,& matris,dummodo in ſucceſſionis tranſuerſalis lite probentur requiſita ipſius maſculiationis in paternis,& maternis,p.174.nu.61.

Maſculiatio quoad ipſius effectus an excludatur per præſcriptionem factam contra ſororem actionis petendæ virilis ob maſculiationem prædictam,p.173.nu.56.

Maſculiata an per dotationem poſſit excludi, & qualiter Nap.intelligendus ad conſ.quod autem,ſub nu.301.& notatur Ant. de Alex. in addit.quę incipit quid autẽ,p.173.nu.56.

Marinus de Caramanico,vide Gloſa.

Maſculiatio introducta in ſucceſſione patris, vel matris non operatur ius in maſculiata ad aliorum ſuperiorum aſcendentium ſucceſsionem capeſcendam, & diſcutitur circa hoc theorica Napodani, quæ declaratur. p. 146.nu 9 per tot.§.vſque ad fin.

Maſculiatio quomodo introduci poſsit de conſtitutionis Regni diſpoſitione,p. 155. nu. 6. Et qualiter differat à maſculiatione inducta per conſuetudinem,ibid.nu. 7. & quomodo præceptum iudicis practicari debeat in maſculiatione facienda per conſtit.Regni, & quomodo per conſuetudinem, pag. 157. num.11.

Maſculiatio de conſtit.Regni an induci poſsit in feudalibus abſque aſſenſu Domini,p.157. num.12.

MaMaſculiatio introducta de conſuetudine, quæ ſit,p.157.nu.13.

Maſculiationis introducendæ rationes referũtur,p.158.nu.14.

Maſculiationem an rectè Nap.ætatis pręrogatiuam appellauerit,& carpitur Nap. in hac conſ.ſub nu.26.p.158.nu.15.

Maſculiatio,in quibus conſuetudinibus tractatur,p.158.nu.16.

Maſculiatio qualiter cum pluribus ſucceſſoribos diuidatur, vel introducatur, pag. 158. num.17.

Maſculiatio an practicari poſsit cum hęrede extraneo,ad quem per ſucceſſores hæreditas eſt tranſmiſſa,p.158.nu.18.

Mater diuerſimodè admiſſa ad ſucceſsionem per leges Romanas.p.101.nu.9.

Mater ſimpliciter dotãdo filiam cenſetur dotare ad ipſam excludendam ad beneficium omnium ſuorum hæredum, pag.142. nu.8. il primo.

Mater non tenetur dotare filiam, pag. 194. num.26.

Maſculiatio an retrotrahatur ad auocandam portionem ſucceſſionum diuiſarum antequam fieret caſus maſculiationis,& in cuius præiu-

Digitized by Google

præiudicium retrotrahatur. pag. 138. num. 25.
Matre in medio exiſtente, ſorores à fratribus excluduntur, pag. 136. num. 17. Et qualiter ſucceſſio diuidenda declaratur, pag. 138. num. 24.
Mendaciũ quomodo diuidatur. ac diſtinguatur p. 71. nu. 3. in quibus caſibus à iure puniatur. p. 71. nu. 4.
Metus quando renunciationem infringat, p. 327. num. 12.
Metus non præſumitur, quando minæ, & verbera non probantur. p. ead. nu. 13. item non admittitur, quando renunciatio fit in loco extra poteſtatem perſonæ, de cuius coactione dubitatur. nu. 14.
Metus, & dolus excluditur quando cum iuramento, & ex iuſta cauſa renũciatio fit patri, vel matri de paterna, vel materna ſucceſſione per filiam dote recepta, pag. 328. num. 19. & 20.
Minadoi opinio refellitur loc. de quo ibi. pag. 201. nu. 13.
Minadoi opinio reprobatur in materia paragij debiti in feudo ex pacto, & prouidentia, pag. 212. nu. 18. in fin. & nu. 19.
Minadous notatur in conſtit. in aliquibus, de intellectu gloſæ, & Iſern. p. 123. nu. 39.
Minadous in conſtit. in aliquibus, in 2. not. nu. 60. reprobatur ab Autore, p. 175. nu. 63.
Mobilia vid. Bona mobilia.
Molfeſius notatur in part. 2. de bonis. q. 7. nu. 4. p. 51. nu. 31.
Molfeſius reprobatur p. 5. q. 8. in eo quod indiuiduam contra hæredes ponat dotis actionẽ ex Afflic. deciſ. 332. pag. 161. col. 2. verſ. Nec obſtat.
Molfeſius notatur in 2. part. de perſonis. q. 4. nu. 5 p. 33. nu. 10.
Molfeſius notatur. quod vterino dedit onus dotandi ſororem, p. 131. nu. 10.
Molfeſius notatur circa intelligentiam mors magnatum in ſucceſſione filiorum, & prælatione ſexus maſculini, p. 3. nu. 12.
Molfeſius notatur in par. 4. quæſt. 17. pag. 140. num. 30.
Molfeſius notatur in par. 4. quæſt. 17. nu. 33. & iterum par. 5. quæſt. 22. num. 15. pag. 141. nu. 4 & ſeq.
Molfeſius notatur in 2. part. q. 7. de perſonis, nu. 24. & alibi, p. 20. nu. 15.
Molfeſius notatur in 4. par. q. 21. nu. 4. ſuorum comment. iunctis iis, quę num. 5. dicit dum dicit eſſe in ſucceſſione fratris locum collationi, & inducit Afflict. deciſ. 161. & Lucam de Penna in loco ibi relato, p. 241. nu. 18.
Molfeſius refellitur par. 2. q. 13. num. 8. ſuorum commentariorum, p. 271. nu. 55. in fin. in ea quæſtione an legatum præſumatur animo compenſandi cum portione de conſuetudine.
Molfeſius reprobatur in addit. ad q. 16. nu. 6. de renunciat. p. 326. nu. 7.
Molfeſius in intellectu conſtitutionum in aliquibus, & conſtit. vt de ſucceſſionibus, ac pragmaticæ Filingeriæ miſerabiliter ſe inuoluit q. 29. par. 4. pag. 208. nu. 4. & p. 209. nu. 8. & in rem notatur ibid. nu. 19. dum allegat Capicium deciſ. 21. & Colutium Coppulam nihil dicentes, p. 211. nu. 14.
Molfeſius notatur par. 4. q. 18. nu. 5. in ea quęſt. an filia de conſuet. extraneis inſtitutis poſſit habere ius dicendi nullum teſtameotum, p. 291. num. 8.
Molfeſius reprobatur p. 4. q. 10 cum Naucler. ibi relato, p. 177. nu. 66. in fin.
Molfeſius notatur par. 3. de ſucceſſ. ex teſtam. q. 9. num. 2. de mala Afflicti inductione, pag. 310. nu. 4.
Molfeſius notatur in cap. de renunciatione, q. 17. nu. 37. p. 323. nu. 17. & par. 3. de ſucceſſ. ex teſt. q. 22. nu. 15. ibid.
Molfeſius notatur in part. 2. de bonis q. 4. vbi loquitur contra expreſſam doctrinam Nap. p. 288. nu. 18.
Molfeſij dictum. & opinio diſcutitur in 3. par. de ſucceſſ. ex teſt. q. 8. nu. 34. circa dotem ingreſſarum, p. 189. nu. 8. & num. 10. Autoris diſtinctio.
Molfeſij opinio reprobatur in cap. de renunciatione. q. 11. p. 304. col. 2. in fin.
Molfeſius notatur in q. 5. de renunciat. nu. 3. & 5. p. 307. nu. 9.
Monaſterium quod poteſt poſſidere in communi excludit proximiores de conſuetudine, & loco filij agnaſcitur. p. 286. nu. 12.
Monaſterium promittens ingreſſuri renunciationem quomodo excludatur abſque eo, qđ renunciatio ſubſequatur, & qualiter talis promiſſio intelligatur. p. 326. nu. 10. & ibid. cautela pro effugiendis difficultatibus in renunciationibus faciendis per ingreſſuras, p. 327. nu. 11.
Monaſterium poteſt deuoluendis renunciare abſque ſolemnitate, pag. 327. num. 10. circa medium.
Monaſterium quomodo per renunciationem monaci excludatur, p. 326. nu. 9.
Monacus quomodo monaſterio acquirat hæreditatem poſt ingreſſum delatam, pag. 323. num. 14 & ſeq.
Monaſterium tenetur ſtare renũciationi ipſius moniali factæ cum conſenſu ipſius monaſterij, p. 302. nu. 7.

Digitized by Google

I N D E X.

Monaſterium ingreſſæ qnale paragium debeatur, vid. paragium.

Monaſtcrium excludit proximiores in bonis antiquis, p.26.nu.37.

Moneta infima Neapolitana, quare caballus dicatur, p.15.nu.46.in fin.

Mora ex quibus cauſis excludatur propter illiquiditatem dotis, item alia impedimenta ad excludendam maſculiationem, pag. 162. num.28.

Mora quando inducatur, & contrahatur cum ipſis ſucceſſoribus in non maritandis fœminis ad introducendam maſculiationem, p.159.nu.21.

Mora contracta per fratres ex interpellatione eis facta pec ſorores poſt nubilem ætatem, non purgatur per impedimentum, & excuſationem interuenientem etiam legitimam poſt dictam moram per totum tempus vſq; ad ſexdecim annos elapſos, p.176.nu.65.

Mors ciuilis an æquiparetur naturali, & quando, p.285.nu.2.circ.fin.

Mos magnatum, vid. Conſuetudo.

Mulier ſiue nupta, ſiue innupta reperiatur mortua non habetur pro maſculiata, niſi conſtet requiſita maſculiationis, p.159.nu.21.col.2. in primo, & p.162.nu.29.

Mulieres in mares conuerſæ. p.74.nu.3.

N

NApodani ridiculus intellectus notatur q d ſit normam Chriſtianæ legis abijcere, p.89.num. 19.

Napodani littera in gloſ. diſtrictu, quæ ſit verior, enunciatur, p.94.nu.3.

Napod ani diſtinctio æquitatis refellitur cum diſpuntione l.placuit, C.de iudicijs ex opinione præceptoris ipſius Autoris, p. 95. nu. 10.& 11.

Napodanus notatur, quod tertium caput iuris pretorij omiſerit in relatione legum antiquarum, p.101.nu.6.item num.7. de inlelligentia iuris prætorij, & nu.8. & 10. vbi de edicto pretoris an poſterius vel prius fuerit lege diuorum principum.

Napodan.in gloſ.pronepotibus. num.102. in conſuet.ſi moriatur, reprobatur opinio, pag. 294.nu.2.

Nap.ſimilitudo legis Velleiæ data cum conſuetudinis diſpoſitione an procedat, p.293.n.1.

Napodani doctrina in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, num.176.latè diſcutitur, p.50. nu. 24.

Napod.notatur in diffinitione veritatis, p.66. nu.2.& in diffinitione ſcientiæ, ibid.num 3. & in tex.intelligentia de verb. ob repo. & obripio, p.70.nu.24.

Napodan.notatur dum antiquitus falſo putat Neapolim, Pentapolim dictam, pag. 75. num.10.

Napodanus notatur circa declarationem ſpecierum, p.4.nu.1.

Napodanus facit additiones ad Cynum. p.10. num.29.

Napodanus carpitur in malo modo loquendi, & quid differat forum ſortiri à ſortiri domicilium, p.32.nu.6.

Napod.dictum difficultatur in conſ. pupillus, in gloſ.bona.p.34.nu.14.

Napodanus notatur in conſuet.ſi moriatur, in verb.ſuccedunt, num. 84. & ſeq. dum dicit Napoli infra diſtrictum ius ſuccedendi eſſe transfuſnm in paragium, & nu.83. p.37. nu. 27.item notatur nu.29.& nu.87.eiuſd. conſuet.ibid.nu.28.p.38.

Nadod.declaratur in conſuet.ſi moriatur, in glo.fin.nu.115.dum dicit nepotem obligari ad dotandum amitam ex ratione, quia hæreditas vadit cum ſua cauſa, p.151.num. 17. & declaratur doctrina Napod. in conſ.ſi moriatur, nu.111.p.152.np.20.

Napod.in conſuet.ſi moriatur, nu. 64. difficultatur in eius dictis, dum arguit de imputatione ad collationem, ac in eo, quod de ſimptici donatione imputanda dicit, p.244. nu. 12.& p.245.nu.16.

Nap.in conſ.ſi moriatur, uu. 57. diſtinguitur, & ſuppletur, p.281.nu.17. in ea quæſt .an ſi frater minor dotem exceſſiuam ſorori dederit admittatur ad reſtitutionem aduerſus dotationem.

Napod.in gloſ.conſ.ſi moriatur.nu.3. explicatur in ea quæſt.an foriudicatus veniat mortui appellatione, p.283.nu.1.& 3.

Napodan.in gloſ.ſuccedunt, nn. 84. conſuet. ſi moriatur validè notatur pag.288.num.1. & ſequen.

Napodani opinio reprobatur in conſuet. in omnibus nu.76. de aliment.præſtand. pag. 155.num.2.

Napodani littera in conſuet.ſi moriatur, num. 47.p.160.nu.23.in fin.

Napod.notatur in conſ.ſi.qua mulier. nu. 16. dum putat eſſe poſſe paragium maius virile, & ſucceſſione, p.165.nu-44.

Napodani theorica in §.quodautem, ſub num. 303.in verb.parentum, declaratur per autorem, p.168.num.49. per totum, & pag. 171. num.56.vbi corrigitur contextus Napodani ex vetuſto exemplari.

Napod.diſcutitur in eius dicto in nu. 26. conſuet.ſi moriatur, & declaratur ipſius mens, p.172.nu.57.

Napodanus in conſuet.quod autem, ſub num, 301.declaratur contra mentem Anton. de

Alex.

Digitized by Google

Alex.ibi in apoſtill.p.173.nu.56.
Napodanus explicatur in conſuet.ſi qua mulier num. 25. in fin.an iam nuptæ debeatur paragium,p.187.nu.4.
Napod.theorica in conſuet.ſi ſi qua mulier, in verb.de bonis declaratur in actione pro paragio danda contra tertium poſſeſſorem, p. 235.nu.10.
Nap.gloſ.declaratur in conſ. ſi moriatur à nu. 61.vſque ad nu.66.p.243.nu.7.
Napod.argumentum de capitulo emergētium reijcitur,p.245.nu.18.
Napod.in conſuet.ſed ſi morienti,verb.neptes declaratur,p.137.nu.19.
Napod.in conſuet.ſed ſi morienti,ſub nu. 271. & 272.declaratur.p.139.nu.27.
Napod.in conſuet.ſi moriatur,num. 112. verſ. vnde dico diſcutitur,p.146.nu.9.& declaratur p.147.nu.12.vſque ad fin.§.8.
Napod.malè a Capicio intelligitur in gloſ.con ſuet.ſi moriatur,nu.101.in princ. in addit. quæ incipit nota iſta verba,p.149.nu.5.
Neapolis nomen quot in mundo ciuitates habeant,p.75.nu.9.
Neapolis origo ſecundum Perottum, pag.75. num.11.
Nati ex fœminis,vid.fœminis progeniti.
Neptis ex filio ſubingreditur ſexum, & naturā ipſius ſtipitis,p.293.nu.1.
Nepos ex filio excludit amitam abſque difficultate, p.150.nu.10. in linea deſcendenti, & tranſuerſali.
Neptis ex filio amitam quoque excludit,p.150. nu.11.& 12.notatur Maranta diſput. to. nu. 17.contrarium ſentiens, & confirmatur ex correctione contextus,& litteræ Nap. num. 13.p.151.vbi etiam an ex diſpoſitione conſtit.in aliquibus ſit idem ius remiſſiuè,& num.14. declaratur, in quibus terminis loquatur Capicius deciſ.21.& notatur Molfeſius patr. 4. quæſt.32. quæſtionem inuolutè tractans.
Neptis ex filio excludit amitam, & colligitur ex tex.conſuet.ſi moriatur. num.4 fol. 128. vbi quando ſolæ neptes ſunt vocatæ,& quādo cum filijs in primo gradu latè ponderatur contex.conſuetudinis.
Nepos ex primogenito an præferatur patruo, recenſetur opinio Iſernienſis, & quæ fuerit eius diſtinctio declaratur,p.296,nu.7.
Nobiles in quibus popularibus præponendi, p.81.nu.12.
Nomina debitorum quo in loco eſſe cenſeantur,p.42.num.2.Autoris opinio nu. 3. item annui redditus.nu.11.p.45.vbi non diuerſificantur à nominibus non obſtantibus cautelis.& hypothecis, vt ibi.
Nouitius moriens infra annum probationis reputatur laicus,p.26.nu.39.
Numerus duodenarius in plateis ciuitatis antiquitus conſuetus,p.82.nu.8.

O

Oblatio quando liberet debitorē, & quādo reſignatio requiratur in dotis debitore,p.177.nu.67.circa fin.
Onus dotandi,& maritandi cum pœna maſculiationis qualiter cum ſucceſſione tranſmittatur etiam ad extraneum,p.158.nu. 18. & quomodo,nu.19.& 20 & ibid.n.19.an verè onus maritandi ſita conſuetudine conſideratum,vel ſolum dotandi.
Onus dotandi,& maritandi cum pœna maſculiationis,quare inter fratres nepotes,& neptes ex vna, & amitas,& ſorores ex alia ſit impoſitum,& non inter neptem ex filia, & auunculum;licet auunculus illam excludat, p.176.nu.66.
Onus æris alieni,vid.æris alieni.
Onus an & quando poſſit in paragio apponi per illud ſoluentes latè diſcutitur, pag.275. nu.5.& concluditur p.276.nu.7.
Onus non eſſe reijciendum,quando conſiſtit in pacto alla noua manera, vel ſecundum morem magnatum in ijs perſonis, quæ ſecundum tales viuunt mores; ſi in dotium traditione apponantur,p.276.nu. 9. & 13. il primo, p.279.
Onus dotandi ſororem in feudo ex pacto, & prouidentia non eſſe onus hæreditarium,& quomodo intelligatur Affict. in conſtit. in aliquibus nu.42.p.213.nu.22.in fin.
Onus dotandi ſiliam quam habet pater ex officio paterno quomodo tranſeat ad ipſius filium ſucceſſorem in feudo hæreditario, etiā ſi filia fœmina ex inueſtitura excludatur, p. 213.nu.25.per tot.
Opiniones contrariæ inter Baldum,& Iſerniā, quas Cannetius refert in cap.ſi aliquem,fol. 300 concordantur per Autorem, pag. 178. num.69.
Opinio bona in quibus conſiſtat,p.80.nu.9.

P

Pactum & conſuet. quomodo æquiparentur,p.10.nu.32.
Pacto firmatur renunciatio futurorum,p.301. nu.2.circa medium.
Pactum de non petendo,quando implicitè inſit in renunciatione,p.302.nu. 5.
Pactum de non petendo in renunciatiouibus cuius effectus ſit,p.ead.nu.4.

Pata-

I N D E X.

Paragium proprium debetur omnibus, quibus de iure communi debetur legitima, p. 332. num. 11.

Paragium qua actione petatur, & conſequatur diſtinguitur latè p.232.nu.1.& ſeq.

Paragij ſupplemento an & quando cenſeatur renunciatum, p.316.nu.4.circa med.

Paragium in iam nupta, quando liquidari debeat pro tota quantitate legitimæ, & quando ſit proprium paragium dandum, quod poſſit aſcendere ad virilem, declarantur autoritates Iſern.& concord.Bart.& Bal.opiniones, p.230.nu.37.

Paragium an debeatur ſorori titulo dotis, an vero ſufficiat illud habere abſque titulo dotis, ad gloſ. Nap. hic à nu.61. vſque ad nu.66. p.243.nu.7.

Paragium in bonis paternis ſorori per fratrem datum excludit ſororem a ſucceſſione fratris, & colligitur ex intentione Napod. p. 244.nu.8.

Paragium verum, & verum debitum dum ſoluitur poſt mortem patris excluditur imputatio fructuum in ſupplemento. pag. 274. num.12.

Paragij ſupplementum, vid. ſupplementum.

Paragium proprium an debeatur ei, quæ vult caſtè viuere, p.190.num.13.& num.16. concluditur.

Paragium duplex, alterum debitum ab inteſtato, alterum facto teſtamento, item alio modo diuiditur in triplex paragium prorium, improprium, & impropriiſſimum, p. 187. nu.1. & 2. & ibidem in ſequentibus explicantur prædictæ diuiſiones improprium, in quibus caſibus debetur ibid.nu.4.

Paragium, quod debetur ei, quæ eſt iam nupta & dotata de bonis maternis, quod eſt pro quantitate legitimæ, eſſe proprium paragium, p.187.num.4.

Paragium improprium ei, quæ moritur antequam dotem habeat debetur, & non excedit legitimæ quantitatem, & in quibus caſibus improprium paragium debeatur tam filijs, quam hæredibus ipſarum fœminarum, latè declaratur ex Iſer. p.187.nu.6.

Paragium ingreſſarum in proprium, & quale debeatur, p.188.nu. 7. Et quando ſit minus legitima, quando vſque ad virilem latiſſimè declaratur num.8.& ſeq.& nu.10. datur diſtinctio ex opinione Autoris.

Paragium deberi ei, quæ monialis reperitur, licet non ſuccedat in feudo aduerſus Petrum de Gregorio. p.189.nu.9.

Paragium nunquam debetur ſorori in bonis fratris, p.196.num.34.

Paragium, quando, & quomodo debeatur ab inteſtato, & quomodo facto teſtamento diſtinguit Autor, p.196.nu.35.cum ſequentib. & quomodo in portionibus nouem partiũ, & medietate conſuetudinis debeatur paragium facto teſtamento, p.197.nu.40.

Paragium à quibus debeatur, dupliciter diſtinguitur circa modum, quo debetur, p.198 num.1.

Paragium vti paragium à quibus, & quando debeatur, p.198.nu.2.

Paragium quomodo debeatur ſucceſſoribus fœminarum, quæ in vita illud non habuerũt ibid.nu.3.

Paragium ſolutum dicitur, quando ſit ſolutio in cauſam paragij, licet non fiat dotis nomine, & hoc non habeat dubitationem, p.244. num.9.

Paragium dum in virilem liquidatur eſſe liquidandum per regulas virilis ſucceſſionis præuia collatione, ac legitimam in eo contentam, iuxta regulas legitimæ, eiuſque imputationem, & quomodo praxis iſtius liquidationis tractanda declaratur, p.252.nu.15.

Paragij debitum nõ eſſe hæreditarium, nec deſcendere à defuncto ad hæredem; ſed eſſe proprium ipſius filiæ, & alterius, qui ad illud tenetur, p.161.nu.23.& nu.31. il 2. p.263. nu.41.42.43.& 44.& differre à legitima, & quartis.nu.32.

Paragium licet filiæ non debeatur, quando excluditur ex tenore inueſtituræ, tamen pater debet dotem ex officio paterno, & ipſius ſucceſſor quando tenetur ad æs alienum, p.213. nu.23.& 24.

Paragij quantitas eſt arbitraria, p.220.nu.1.

Paragium in minus legitima, quando arbitratum, p.220.nu.2.& quando in quantitate legitimæ referuntur deciſiones S.Conſilij, nu. 3.p.221.quandoq; in quantitate, quæ eſt media inter legitimam, & virilem, nu.4.aliquãdo in virili integra.nu.5.

Paragij arbitrium in liquidatione circa quæ verſetur, p.221.nu.6.

Paragium ſimul & ſemel liquidatur in eadem ſucceſſione in omnibus bonis in ſucceſſione contentis, ſcilicet maternis paternis. item burgenſaticis, & feudalibus, etiam quando eodem tempore ſit caſus plurium ſucceſſionum à quibus debeatur, p.222.nu.9.

Paragium fœminarum non augetur ex portionibus fratrum ſecundogenitorum, qui à primogenito in feudo excluduntur, ſed cedunt ſimpliciter in beneficium primogeniti, pag. 222.nu.9.in fin.

Paragij liquidatio non ſit circa ipſa bona verè. ſed circa eorũ æſtimationẽ, & valorẽ, prout in vita militia, ſecus in legitima, p.222.n.10.

Paragium non deberi filiabus de feudo ex pacto,& prouidentia nouo,quando Inueſtitura proceſſit pro maſculis tantum, pag. 225. num.21.

Paragium quando eſt minus legitima,vt in magnatibus illud minus vadit ad beneficium maſculorum,quorum fauore fœminæ excluduntur,p.228.nu.31.

Paragium dum liquidatur an ſit conditio viri, & vxoris attendenda,p.229. num. 36. & in quibus conſiſtat iſta parilitas, & qualiter in nupta conſiderandæ iſtæ qualitates, nu.37. Et quid ſi eſt ſcripta cum promiſſione debiti paragij,nu.38.item attendenda conſuetudo regionis in liquidatione paragij , ſeu dotis,& ipſius quantitatis, nu.39. p.231. item familiæ conſuetudo,p.231.nu.41.

Paragium an tranſmittatur,quando ſoror. vel alia moriatur ante nubilem ætatem,p. 199. nu.4.& qualiter deciſum per Sac.Conſilium num.5.

Paragium neceſſario, quæ perſonæ debeant, explicatur de conſuetudine,& conſtitutione p.200.nu.6.& quæ perſonæ de iure communi dotem dare teneantur,ibid. nu.7.

Paragium illis deberi, pro quorum dote Baro poteſt petere ſubuentionem,valet argumentum,p.201.nu.12.

Paragium non eſſe cauſam excluſionis fœminę, ſed excluſionem eſſe cauſam paragij,& qualis dotatio operetur, & quomodo excluſionem fœminarum,q.203.nu.18.& ſeq.

Paragium an debeatur ex conſtit.in aliquibus ſororibus.& amitis de bonis paternis, maternis,& aliorum aſcendentium,ac etiam in feudis,ex conſtit.vt de ſucceſſionibus, ac ipſius conſuetudinis,p.207.nu.1.& 2.

Paragium deberi ex bonis omnium aſcendentium ex expreſſa diſpoſitione conſuetudinis ſi moriatur,& ponderatur §.idem iuris.pag. 208.num.3.

Paragium non deberi de bonis tranſuerſalium, & quomodo in ijs bonis non loquatur conſtitutio in aſ. quibus, p.208.nu.3.

Paragij ſolutio,& dotatio facta per fratrem de feudo paterno ipſius ſororis inhabilitat ſororem ad ſuccedendum ipſi fratri,pag. 208. num.6

Paragium debetur in pecunia,pag.209.num.6. in fin.

Paragium non deberi de conſuetudine,in ſucceſſione tranſuerſalium ex rebus pluries iudicatis,p.210.nu.13.

Paragium deberi in feudo ex pacto,& prouidentia probatur ex auctoritete Iſern. p. 211. nu.16.& 17.

Paragium non deberi ſororibus, & amitis in feudo etiam hæreditario, quando inueſtitura eſt pro maſculis tantum, p. 212. num.18. & generaliter quando in feudo debeatur, vel non debeatur paragium,concluditur, & diſtinguitur ibid.nu.20. & 21.Quid in feudo emptopro ſe, & maſculis, & num. 22. Quando non eſt excluſa filia per inueſtituram.

Paragium debetur de anteſato,in quo filij vocantur vti filij,p.213. num.23. vbi refertur deciſio S.Conſilij,& ſic in omnibus, in quibus filij vocantur vti filij, & non vti hæredes,p.214.nu.26.cum ſeqq.

Paragij definitio ex autoritate Iſern.datur, & improbatur,p.180.nu.1.

Paragij definitio ſecundum intentionem Autoris,p.181.nu.2.

Paragium quare ſit quantitas proportionalis, explicatur p.181.nu.3.

Paragium vt ſit certa, & determinata quantitas per conſuetudinem induci non poteſt, p. 181.nu.4.

Paragium quare ſit quantitas,p.181.nu.5.

Paragium quare fœminæ excluſæ deberi dicatur in definitione,p.181.nu.6.

Paragium debetur in pecunia, & in hoc differt à legitima,pag.181.num. 5.& vid. ſolutio,vbi etiam diximus.

Paragium de bonis deberi non de hæreditate, ex quo deducto ære alieno debetur & liquidatur,p. 181.nu.7.

Paragium excluſis tam per ſexum,quam per ætatem debetur,p.182.nu.8.

Paragium ex diſpoſitione conſtitutionis,quando debeatur,& quibus,p.182.nu.9.

Paragium non debetur ſorori ingratæ exhæredatæ,p.182.nu.13.per ingratitudinem contra patrem commiſſam non contra fratrem, nu.16.17.& 18.

Paragium,& vita militia æquiparantur,p.183 num.19.

Paragium an ſit dandum titulo dotis expreſsè, & datur pro ſubſidio matrimonij, pag. 183. num.21.

Paragium non debetur ijs,quæ excluduntur per conſuetudinem , vel conſtitutionem a ſucceſſione,& ſic loco ſucceſſionis, p. 184. num.22.

Paragij fructus quomodo filiæ debeantur , & quando,p.184.nu.23. & 25.& num. 26. vbi referuntur plures deciſiones S. Conſ.

Paragium an & quando ſit loco legitimæ , p. 184.nu.24.& 25. & nu.27. & ſequentib.

Paragium an ſit purum , vel conditionale an tranſmiſſibile an debeatur intereſſe, vel alimenta,p.185.num.26.vbi plures deciſiones S.Conſ.

Para-

INDEX.

Paragium veræ legitimæ quando aſſimiletur, p.185.nu.27.& an pro quantitate legitimæ, ex Iſern.autoritate, nu.29.

Paragium eſſe loco legitimæ, quando ſoluitur poſt mortem patris, an ſit verum, & refellitur diſtinctio Cumiæ, p.185.nu.30.

Paragium fœminæ excluſæ dandum in bonis aſcendentium. non autem in bonis fratris, vel aliorum tranſuerſalium, p.126. num.2. & nu.4.

Paragium non debetur per fratrem ſorori con ſobrinę amitinę, & patrueli de conſuet. ſed debetur de bonis omnium aſcendentium ex dicta conſuet.p.146.nu.7.per tot,

Paragium an ſit ipſa dos, & in quo differat à dote, p.179.nu.1.

Paragium de conſuetudine debetur omnibus, quibus de iure communi legitima in bonis aſcendentium debetur, p.145.nu.4.

Parentum appellatione an ſoli aſcendentes; an vero cęteri coniuncti contineantur, p.285. num.11.

Pater poteſt filiam pręterire de conſuetudinis diſpoſitione, & qualiter iſta concluſio practicanda in Regno, vel extra Regnum, pag. 37. num. 27. & num.29. & pag.255. num.2.

Pater & mater officio iudicis tenentur ad ſolutionem paragij, p.232.nu.2,

Pater ſi filiam vſque ad 25. annum diſtulerit maritare, & peccat in corpus ſuum, patri culpę aſcribitur, & non poteſt à patre exhæredari, pag.154. num. 1. Et an iſta diſpoſitio per coeſuetudinem ſit arctata ad annum 16. ibidem num.2. vbi negatiuè concluditur contra Napodan. & D.de Franch. Et quid de diſpoſitione conſtit. Regni an ſit dicta diſpoſitio redacta ad annum 18.ibid.num.3. Et an procedat de iure Longobardo prędicta concluſio.nu.5.

Pater an & quando inſtituendo filiam ipſam vti maſculum faciat, vt ipſa maſculietur, p.162.nu.30.cum ſequen. Et quid quando filia à ſtatuto eſt excluſa, vel alio modo, an pater legando ei aliquid, vel etiam inſtituendo in ea re faciat ipſam reaſſumi iura ſuitatis, pag. 164.nu.36.& diſtinguitur ex ſenteutia Autoris, num.37.

Pater quo iure, & quomodu teneatur dotare filiam nubilem, pag.192.num. 17. & nu.18. Quod non teneatur de conſuetudine, & num.19. Et quomodo dotare iam nuptam, p.230.num.37.vbi concordantur opin. Bal. & Bart.

Pater quando dotat filiam, an & quando poſſit filia conqueri de inſufficientia dotis, p. 193.num.20.etiam ſi minus legitima fuerit dos, num.22.

Pater an teneatur dotem dare filię iam nuptę, & quomodo concordantur opiniones Bal. & Bart.p.230.nu.38.

Paul.Caſtr.opinio in l.plane.§.ſi duobus.ff.de leg.primo, refellitur dum vult exhęredatum facere partem fauore hęreditatis, pag.224. num.16.

Paupertas renunciantis perſonę adiuuat reſtitutionem aduerſus renunciationem, & quando, p.335.nu.21.

Peritiores an ſint vti teſtes, vel vti experti vocati in compilatione harum conſuet. pag.81. num.13.

Perſonę, quę faciunt partem, vel numerum circa liquidationem paragij, latiſſimè diſcutitur, p.223.nu.12.& ſeqq.

Petrus de Gregor.in tract.de dot.de paragio q. 13.nu.5.reprobatur p.189.nu.9.

Petrus de Gregor.par.4.quæſt.7.num. 25. de conceſſ.feudi, notatur in eo, quod dicit ſororem habere arbitrium eligendi paragium, vel ſucceſſionem, vel pottionem ſucceſſionis, pag.165.nu.43.& in eo etiam notaiur, ibidem dum putat in paragio non recognoſci onui æris alieni d. num.43. in finalibus verbis.

Petrus de Gregor.in tract.de parag.q.4. in prima, & ſecunda illat.notatur de malo intellectu conſtit.comitibus, & conſtit.quamplurimum, p.209.nu.7.

Petrus de Gregor.notatur, quod malè Iſern.intellexerit in loc.ibi relato, p.233.nu.5.

Petrus Crinitus lib. 9. cap. 9. de honeſta diſciplina notatur, ex quo tex.in l. 1. Cod. nemini licer.ſign.ſaluat. non ex fide recitat. p. 68.nu.16.

Philippi Minutuli Archiepiſcopi Neapolitani plura, & de eius laudibus, p.18.nu. 4.

Pecunia in banco exiſtens an claudatur diſtrictu conſuetudinis, p.44.nu.7.

Pœnarum duplicitas an reprobeiur, & ibidem de pœna quadrupli, & nonupli, pag. 72. num.9.

Pœna ob delinquentium multitudinem mitiganda, p.66. nu.5.

Pœnam impoſitam alleganti conſuetudinem non inſertam in hoc volumine, an patiatur ignoranter, & non doloſè allegaus, pag. 96. num.1.

Pœna in conſtitut. Regni ea quæ ad decus an patiantur ij tantum, qui doloſè Regiam iuriſdictionem vſurpant, an etiam ignorantes probabili ignorantia, p.97.nu.2.

Pœnam impoſitam de iure communi alleganti

legem in legum voluminibus non inſertam, an patiatur allegans conſuetudinem non inſertam in hoc volumine, p.97.nu.3.
Perpetuum verbum quomodo intelligendum, p.64.col.2.
Perplexũ quid & qualis perplexa queſtio dicatur, & ipſius exemplum, & an detur perplexitas in lege diuina, num. 13. & quomodo vitiet diſpoſitionem, pag.76.num.14. cum præcedentibus.
Perſonarum frequentia qualiter ſit intelligenda in conſuetudine conſtituenda, pag. 7. num.18.
Piſanellus, & Loffredus notantur, quod malè Romanum reprehendant in allegatione Bald.in l.ſi actionem, Cod.de pact. pag.304. num.14.
Plateæ Ciuitatis Neapolis, quot.p.80.nu.8.
Pont.opinio in lectur.xii.feud.num. 21. in fine reprobatur, & pag.299.colum.2. in fin. cum præcedentib.
Pont.conſ.50.volum.2. num.5.reprobatur, p. 235.num.9.
Portiones bonorum antiquorum non ſunt ſubiectum habile ad recipiendam compenſationem cum legato demonſtratur, & quia in ipſis non poteſt dari voluntas diſponens, nec potentia diſponendi, etiam quia in ipſis ſucceditur ab inteſtato, quo caſu non habet locum imputatio, nec collatio legati, p.269. nu.51.& 52.il primo.
Pragmaticæ, & capitula quare non fiant circa concernentia materiam conſuetudinum, p. 91.nu.27.
Pragmaticæ Filingeriæ diſpoſitio quæ fuerit, p.110.nu.5.
Pragmaticæ Filingeriæ diſtinctio. & declaratio non tam iuſta, quam æqua.pag. 111. num.7. Et rationem ibi poſitam per peritos non eſſe veram, num.8.& ad gratificandũ Serioannem Caracciolum, num. 9. an dicta pragmatica procedat, quando tractatur de ſucceſſione deſcendentium, & ſic in §.coniugatæ autem, dubitatur num.11.pag.112.& negatiuè concluditur num. 12. & ſoluuntur contraria.
Pragmatica Filingeria ponderatur pro fiſco, vt ſoror dotata à fratre de paragio excludatur à ſucceſſione eiuſdem fratris, pag. 122. num. 36.& quod loquatur in caſu, quo ſoror eſt dotata de legato paterno, non autem de dote de paragio in paternis, pag. 124. num.41.
Praxis partiendæ legitimæ ſecundum communem opinionem datur per Autorem, p.228. num.34.
Praxis probandi conſuetudinem, p.12.nu.39.
Prælatio ſexus maſculini, vid.Sexus.
Præludiorum tractatus diſtinguitur, pag. 1. num.1.
Præambulum, per quod declaratur hæres maſculus etiam pro portionibus ad ſorores vtrinque cõiunctas ſpectantibus iuxta diſpoſitionem conſuet.ſi qua mulier expediendum ſimpliciter in perſonam ipſius maſculi pro tot portionibus, & non ex perſonis fœminarum, pag. 137. num. 23. vbi difficultatur declaratio hæredis facta in caſu deciſ. d. Franch.566.nu.1.in princ.
Prærogatiua gradus, vide Gradus prærogatiua.
Præſumptio donationis quando admittatur in dotatione, & reſtitutionis ſtipulatione in tertij beneficium, & quando in ipſius dotatæ, latè diſcutitur pag.277.num. 11.cum plurib.ſeq.
Præſcripta conſuetudo, vid.conſuetudo.
Præſcriptio qualiter ad conſuetudinem ſe habeat, p.6.nu.13.
Præſcriptio compenſationis cum debito, an in legato facto admittatur tam cum debito neceſſario, quàm voluntario, vid.Legatum, vid. Debitum, vid.Donatio.
Præſcriptionis immemorabilis, & centenariæ materia nouiter declaratur quomodo, & qualiter per inualidum initium euertatur, veluti per oſtentiouem tituli ſine aſſenſu, p. 12.num.37.
Præſcriptione quomodo tollatur maſculiatio, p.173. nu. 56. & qualiter præſcriptio cum ſolutione æquiparetur, p. 173.nu.59.
Prętium feudi empti non venit in collationem niſi quando conſtat, quod pater voluerit inter liberos in vniuerſali ſucceſſione burgenſaticorum ſeruare æqualitatem, pag. 239. num.11.
Priuilegium baroni conceſsum, quando extinguatur ob extinctam lineam baronis, p. 64. in verb. ad perpetuam.
Primogenituram non habere locum in linea collaterali, qualiter ex Camerarij opinione ſit Iſerniæ doctrina intelligenda, p. 299.col. 2.circ.med.
Primogenituræ ius an tranſmittatur, vel repreſentetur per filium primogeniti contra patruum ſecundogenitum in ſucceſſione aui, vel patrui in feudis, recenſentur variæ determinationes in Regno factæ pro filio primogeniti, p.299.nu.6.
Primogeniti fratris filius an pręferatur patruo recenſetur opinio Iſer.& quæ fuerit eius diſtinctio declaratur p.296.num. 7. & quid de

iure

Digitized by Google

iure conſtitutionis Regni in feudo, in quo viuitur iure Francorum, ibid. nu. 8.
Priuilegiati includuntur in diſpoſitione generali, niſi in ea re extendantur ſpecialiter priuilegiati, p. 325. nu. 14.
Princeps ſecularis quomodo priuilegia clericis conferre poſſit, p. 89. nu. 16.
Proœmium ſolitum apponi in compilationibus, p. 78. nu. 1.
Proximiores per ingreſsū an à ſucceſſione bonorum de conſuetudine excludanaur, p. 286 num. 12.
Proximiores an poſſint per ingredientem monaſterium fraudari per diſpoſitionem factā in aliorum beneficium etiam vltra portionem conſuetudiuis, vbi deciſ. Sac. Conſilij. p. 286. num. 13.

Q

QVarta auth. præterea, Cod. vnde vir. & vxor non debetur de feudalibus non hereditarijs. p. 50. nu. 25.

R

RAro accidentium exempla, p. 74. nu. 3.
Regum Siciliæ, ac Neapolis variæ inueſtituræ, & ſucceſſiones ab anno 800. vſque ad Caroli Secundi mortem breuiſſimè annūciantur, p. 56. cum ſeq. per totum illum §. ad illum recurras, uam ibi dicta cum tangant potius hiſtoriam, quam iuris doctrinam non potuimus in hoc indice.
Relictum, vide Legatum.
Renunciatione facta per filiam beneficium fratrum cum conſenſu patris cui poteſt per patrem admitti filia ad ſuccedendum in præiudicium fratrum, p. 163. nu. 31.
Renunciatio facta per filiam ſucceſſioni paternæ, an includat ſucceſſionem lucri reſeruati vigore l. fœminæ. §. illud, Cod. de ſecundis nuptijs, pag. 214. num. 27. & ſequen. & num. 30.
Renunciantes ſorores vel fœminæ an faciant partem, vel numerum, p. 229. nu. 35.
Renunciatio an & quando inualidetur per viā læſionis, vid. Læſio.
Renunciatio an & quando inualidetur, ex quo renuncians poteſt retrahi a religione diſtinguuntur varij caſus, p. 330. nu. 5.
Renuncians dote recepta de paternis, & maternis, omnibus aliorum ſucceſſionibus ex tranſuerſo excluditur ratione conſuetudinis, & quomodo renunciatio cohærentia conſuetudinis veſtiatur, p. 332. nu. 12.
Renunciatio an & quando reuocetur ex diſpoſitio. l. ſi vnquam, Cod. de reuocandis donationibus, & quando, & quibus in caſibus, p. 335. nu. 22.
Renunciationes non proſunt, quando nōn datur ſucceſſio fauore renunciantium ad beneficium renunciatariorum, p. 137. num. 21. & quare in deciſ. 92. de Franch. non fuerit habita ratio renunciationum factarum per ſorores in fauorem fratrum, ibid. num. 21.
Renunciatio facta patri bonorum paternorum per filiam dotatam an cenſeatur facta ad beneficium vtrinq; coniunctorū ipſius renunciantis, vel etiam conſanguineorum, ſcilicet ex alio matrimonio, p. 144. nu. 11. circ. med. vbi quid de conſuetudine.
Renunciatio quando eſt neceſſaria, & quando non, p. 300. nu. 1.
Renunciatio quę fit in omnem cauſam, vel omnimoda, quæ abdicatiua, item vniuerſalis, p. 301. nu. 2.
Renunciatio tranſlatiua quæ ſit, & ipſius natura, p. ead. nu. 3.
Renunciatio confirmatur per clauſulam ſibi, & ſuis hæredibus ad diſponendum, p. 302. num. 6.
Renunciatio an efficiatur realis per clauſulam Aquilianæ ſtipulationis, vel acceptilationis ad conſ. Rom. 22. & ei datur nouus intellectus ex intentione Autoris, p. 302. num. 8. & p. ſeq nu. 12.
Renūciationis materiā iuxta conſ. Roman. 22. diſcutitur, p. 302. num. 8. & num. 9. & num. 12. vbi ex Autoris intentione nouiter declaratur.
Renunciatio futurorum iuramento firmatur, p. 304. nu. 16.
Renunciatio qualiter à iuramento validetur, & cuius effectus ſit iuramentum, & quare non mutet ſubſtantiam actus ſuper quo interponitur, ſed ipſius ſequatur naturā, quando non fuit præciſum, p. 304. nu. 15.
Renunciatio firmatur cohærentia conſuetudinis in Ciuitate Neapolis, p. 305. nu. 18.
Renunciatio firmatur per pactum de non petendo, vid. Pactum.
Renunciatio perficitur magis cum rei ſpecificæ ſit, quam cum indefinitæ, pag. 303. num. 12. in fin.
Renunciatio in dubio interpretatur iuxta naturam ipſius conſuetudinis, in caſibus, in quibus conſuetudo non extenditur, pag. 305. num. 1.
Renunciatio annullatur præmoriente renunciante ipſi, de cuius hæreditate agitur, nec ipſius filijs obſtabit, ex propria perſona ve-

n ientibus,p.306.nu.2.& 3.etiam ſi dote recepta renunciaſſet,nu.4.

Renunciatio in caſu prædicto annullatur tam ab inteſtato,quam facto teſtemento,contra teſtamentum,p.306.nu.5.

Renunciatione annullata per præmorientiam renunciantis omnes clauſulæ acceſſoriæ etiā annullantur,p.308.nu. 10. etiam promiſſiones de proprio, d.nu.6. vbi refertur deciſio Sac.Conſilij.

Renunciatione prædicta annullata eo modo, vt diximus filij renunciantis etiam ſub ingreſſione admitti poſſunt, etiam ſi adierint, & non repudiauerint matris hæreditatem, p.307.nu.7.8.& 11.

Renunciatio hæreditatis delatæ,quæ eſt trāſlatiua non recipit amplius interpreaationē, p.309.nu.1.

Renuncians excluditur non ſolum à perſona, cui fit renunciatio,ſed ab ipſius hærede,quādo renunciatur ei,de cuius hæreditate agitur & ipſius hæredibus,p.ead.nu.2.

Renuncians patri,& eius hæredibus paternam hæreditatem non poteſt venire contra teſtamentum patris,p.310.nu.3.

Renuncians ſucceſſioni conſuetudinis,an poſſit admitti ad portionem bonorum, quæ eſdem de conſuetudine defertur extraneo inſtituto, diſcutitur, & remittitur reſolutio infra ad quartam inſpectionem §.7.p.310. num.5.

Rennnciationi conſentire debet is, de cuius hæreditate agitur, qui illum conſenſum reuocare poteſt vſque ad vltimum vitæ ſpiritum,& qualiter conſenſus poſſit interuenire,& quod procedat in hæreditate certę perſonæ,non autem incertæ, & ibi remiſſiuè, quæ ſit certa, vel incerta perſona, pag. ead. num.6.

Renuncians inſtituta ab eo, cuius ſucceſſioni renunciauit, ſuccedit non obſtante renunciatione,p.ead.nu.eod.

Renunciatione facta per filias quid iuris quæratur tam ipſi patri, vel cui fuit renunciatū in bonis antiquis diſponendis etiam in extraneos,& quid cæteris proximioribus de conſuetudine, vide Bona antiqua, vbi dixi, p.316.nu.6.& ſequentib. Et quid in renunciatione facta per ingreſſum in monaſterium p.323.nu.18.

Renuncians patri, & ipſius hæredibus morientibus maſculis per hæredem teſtamentariū, etiam excluditur à ſucceſſione, & obſtat renunciatio, etiam quod maſculi mortui ſint, p.319.nu.1.

Renunciationem eſſe factam contemplatione aliquarum perſonarum, vel eſſe ad beneficium aliquarum perſonarum quomodo differant inter ſe,& an ceſſantibus perſonis cōtemplatis renunciatio penitus tollatur, & quando,p.319.nu.2.

Renunciatio cum expreſſa cauſa, vel cum expreſſa contemplatione perſonarum ceſſat cauſa ceſſante,vel extinctis perſonis expreſſè contemplatis,p.320.nu.3.

Renunciatio facta per filiam,vel ſororem, non extantibus maſculis ſed alijs fœminis, an interpretanda fauore, & contemplatione etiam fœminarum,p.320 nu.4.

Renuncians quando admittatur non obſtante renunciatione, & in quibus caſibus ſummatim concluditur,p.ead.nu.5.

Renunciatio facta per fœminam viuentibus maſculis, cenſetur facta fauore, & contemplatione maſculorum,ipſiſque mortuis vocatur renuncians ab inteſtato,p.320.nu.6. vbi referuntur deciſiones S.Conſ.

Renunciatio facta per ſororem nuptam à fratre in ſucceſſione feudorum, ſi extat alia ſoror in capillo in feudi fraterni ſucceſſione cenſetur facta contemplatione ſororis in capillo,p.321.nu.8.

Renunciationis contemplatio poteſt interpretari etiam ex nullis, & inualidis diſpoſitionibus,p.321.nu.10.

Renunciatio tollitur per mortem maſculorū viuente patre, ſecus ſi poſt mortem patris maſculi moriantur,quia tūc excludetur renuncians,ſed non à ſucceſſione fratris, pag. 321.nu.11.

Renunciatio facta per ingredientem in monaſterium,an ceſſet, quando maſculi exiſtentes moriuntur,& an in ea habeant locum regulæ contemplationis perſonarum, latè diſcutitur contra Tellium eſſe prædictam renunciationem realem,& non eſſe contemplatiōne maſculorum,p.322.nu.12.cum ſeq. vſque ad nu.18.

Renunciatio habet tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur, vel alteri ex eius perſona,p.323.nu.15.

Renunciatio quando eſt perſonalis ruit morientibus perſonis contemplatis, licet cum aquiliana,vel alijs clauſulis ſit roborata,pag. 324.nu.19.

Renunciatio quando ſit nulla ob defectum ſolemnitatis requiſitæ per S.Concilium Tridentinum ſeſſ.25.cap.16.de regular. p.325. num 1.cum pluribus ſequentibus, vbi an requiratur quando per viam contractus non procedit renunciatio, ſed in vltima voluntate,nu.3.item quando ſit a maiore, non au-

tem

tem à minore,nu14.item an quando fit ante ingreſſum,licet intuitu ingreſſus, nu.6.item quid ſi monaſterium ante ingreſſum in ampla forma ſe obliget, quod ingreſſurus renunciabit.nu.8.

Renunciationes quādo ex metu,vel dolo euertantur,p.325.nu.1.cum ſeq.

Renuncians in bonis antiquis an poſſit inſtitui etiam in portionibus,in quibus eſt reſtricta poteſtas in præiudicium aliorum proximiorum,& quid in alijs,in quibus eſt reſtricta poteſtas,p.312.nu.9.& 10.

Renuncians perſona,quæ reperitur ſola,quæ poteſt ſuccedere,& non adſit alius,qui ſit veriſimiliter contemplatus,ſuccedit etiam ab inteſtato,& cenſetur tacitè vocata, pag. 312.nu.12.

Renunciatio non ſubſiſtit reſpectu illorum, qui non conſentiunt renunciationi, p.312. num.14.

Renuncians ſucceſſioni ad beneficium alterius conſucceſſoris,quomodo deficiente perſona contemplata acquirat ſucceſſionem renunciatam ex noua cauſa, & quod habeat portionem conſucceſſoris deficientis, quam non renunciauit,p.314.nu.19.

Renunciatio facta à filia bonis paternis,& maternis, quando includat antefatum conſolidatum ob mortem matris, & declaratur Piſanellus in addit.ad con ſuet.quartam autem quæ incipit ad intellectum iſtius, pag. 314. num.20.

Renuncians non reperitur proximior, qui poſſit ſuccedere perſonæ, cuius ſucceſſioni renunciatur,repreſentando perſonam prædicti,cui fuit ius ex renunciatione quæſitū ſuccedit in ius renunciatum,ex quo ſibi ipſi renunciauit,p.314.nu.21.

Renunciatione facta per ſororem qualiter ius quæratur maſculis,vel patri ex dicta renuntiatione, p.315.nu.24.

Renunciatio non excludit ſororem,quæ renunciauit,quando fuit nuptui tradita, ſi quæ nō renunciauit nondum fuit nuptui tradita, pag.313.nu.16.

Renunciationes ſororum an per adæquationē factam per patrem renunciantium,& non renunciantium cenſeantur reuocatæ,quando teſtamentum in quo fuit facta adæquatio fuit nullum,p.313.nu.17.

Renunciantes quando ipſæmet reperiuntur proximiores ei, cuius hæreditati renunciarunt ab inteſtato ſuccedunt, non obſtante renunciatione cum alijs ſororibus,quæ non renunciauerunt , quando non adeſt aliqua præſumpta voluntas contra renunciantes, quòd illas voluerit defunctus excludere, & enunciantur adhoc variæ coniecturæ,& caſus,p.313.nu.15.

Renunciatio non excedit res renunciatas , & ipſis rebus ſic ſtantibus intelligitur, pag.315. num.1.

Renuncians hæreditati paternæ cum ex cluditur ab ea poſtquam filius ſucceſſit,ex quo effectum aliud patrimonium, & etiam ſi per viam iuris tranſmiſſionis, vel accreſcendi obueniat nec excluditur, pag. 315. num.2. & 3.

Renunciatum quando cenſeatur legitimæ , p. 316.num. 4. Conſuetudinariæ ſucceſſioni, vel portioni, ibid. num. 5. Fideicommiſſo. pag.317.num.11.Feudorum ſucceſſioni , & qualiter renunciationes feudales interpretandæ,p.ead.nu.12.

Renunciatio paternæ vel maternæ ſucceſſionis an includat beneficiū l.fœminæ.§. illud, C. de ſecund.nupt.p.318.num.13. & 14. Quid in antefato, in quo veniunt filij vti filij,& quid,in beneficio l.hac edictali,C. de ſecun. nupt.nu.15.

Renunciationis tractatus diſtinguitur , p. 301. num.1.

Repreſentationem fieri a nepte ex filio de iure ciuili quoad gradum,& ſexum, & perſonam patris an ſit verum contra Napodanum concluditur in linea deſcendenti , pag.294. num.2.

Repreſentationis varij effectus recenſentur , p. 295.nu.5.

Reſeruatio ſucceſſionis,quæ fit in dotatione, vid.ſucceſſionis reſeruatio.

Reſtitutio conceſſa vni ex ſucceſſoribus aduerſus maſculiationem,an proſit alijs ſucceſſoribus,p.161.nu.25.

Reſtitutio an rectè concedenda ſorori , vel filiæ aduerſus dotationem, controuertitur Iſer.opinio in tit.de nat.ſucceſſ. feud. p.331. num. 9.

Reſtitutio aduerſus renunciationem iuuatur ex paupertate renunciantis, pag. 335. num. 21.

Reſtitutio in integrum an concedatur fratri minori aduerſus dotationem ſororis exceſſiuam,& an ipſi maiori , & quid ſi eſt læſus dotans in æſtimatione rerum dotalium,pag. 281.nu.17.& 18.

Retrotractio an & quando fiat, & quod non fiat in tertij præiudicium,p.175.nu.64.

Ripa in l.in quartam,nu.204.ff. ad leg. Falcid. notatur de mala reprehenſione Baldi,p.253 nu.17.circa fin.

Rituum Curiæ copiæ dabantur litigantibus tem-

INDEX.

tempore Napodani, vt ibidem & de ritibus Magnæ Curiæ, pag. 76. num. 17.

S

Salicet. in l. fœminæ. §. illud. num. 4. ſtatuto cauetur, declaratur p. 214. nu. 19.

Scandalum quid ſit, & vnde dictum de iure Longobardo, & ſecundum Theologos, pag. 77. num. 20.

Scientia illius, qui habet ius imperandi, quando faciat ſcientiam participem delicti, p. 79. num. 3.

Scriptura non eſt de eſſentia conſuetudinis, p. 6. nu. 11. in fin. & ſeq.

Senſus conſuetudinum ipſarum quomodo fuerit examinatus, & in quo ciuium concordia fuerit requiſita, p. 92. nu. 2.

Sententia lata contra debitorem, an poſſit exequi contra debitum debitoris in ſubſidium, p. 234. nu. 7.

Series quæ dicatur, & in quo differat ab ordine p. 92. nu. 1.

Seruitium an & quomodo inſit fidelitati, nu. 6. pag. 79. & quando illud teneatur vaſſallus præſtare, etiam non requiſitus, & ibid. de auxilio, p. 79. nu. 5. & ſeq.

Sexus maſculini prælatio inducta primo à lege diuina, p. 100. nu. 2.

Sexus maſculini prælatio qualiter ſumatur à contex. conſuetudinis, ponderatur, pag. 128. num. 4.

Sexus prærogatiua in ſucceſſione tranſuerſalium remittitur, pag. 132. num. 22. in finalib. verbis.

Simplicitas qualis ſumma, qualis bona, & quomodo cum aſtutia concomitetur, p. 66. num. 7.

Signum equi an probet dominium, & notatur Follerius, p. 68. nu. 17. & ſeq.

Sollemnitas ex Concilio Triden, ſeſſ. 25. cap. 16. ex regular. vt renunciatio fiat cum licentia Ordinarij an ſeruanda in monaſterijs exemptis, p. 325. nu. 1.

Solecismus notatur in Caroli tex. pag. 70. num. 1.

Solutio paragij eſt facienda in pecunia, & in hoc differt a legitima, cuius ſolutio eſt facienda in corporibus hæreditarijs, pag. 75. nu. 1. & 2.

Solutionem legitimæ, vt in pecuniam fiat poſſe per conſuetudinem induci, pag. eadem num. 3.

Solutio paragij etiam illius, quod eſt infra quantitatem legitimæ debet fieri in pecunia p. ead. nu. 4.

Solutio, & præſcriptio, vid. præſcriptio.

Soror cui fuit a viro dos conſtituta an excludatur à ſucceſſione, p. 279. num. 13.

Soror, quæ ſine dote nupta eſt per fratrem an habeat paragium, & quid ſi alius dotauerit, p. 279. num. 14. & quando excluditur à paragio ei per fratrem debito per talem dotationem, p. 279. a nu. 13. il ſecundo vſque ad num. 16.

Sorores, quæ renunciauerunt, ſi non adſit frater, vel alius, qui ex conſuetudine præferatur ſuccedunt fratri ab inteſtato cum alijs ſororibus, quæ non renunciauerunt, niſi adſit aliqua præſumpta voluntas contra renunciantes, vt illas voluerit excludere defunctus, & enunciantur variæ coniecturæ, & diuerſi caſus. p. 313. nu. 15.

Soror quæ renunciauit non excludit renunciantem, quæ iam nuptui tradita fuit, ſi quæ nondum renunciauit nondum nuptui fuit tradita, p. 313. nu. 16.

Sororum renunciantium, & non renunciantium adequatio ex mente, & voluntate teſtatoris, licet ex inualida voluntate an reuocet renunciationem, p. 313. nu. 17.

Soror nupta renuncians quando cenſeatur renunciare contemplatione ſororis in capillo in feudalibus, p. 320. nu. 8.

Soror dotata a fratre de feudo paterno, an ſicuti ex opinione Autoris excluditur, & inhabitatur ad ſuccedendum fratri in feudo paterno, ita etiam inhabilitetur ad ſuccedendum in feudo nouo, & materno ipſius fratris, laté diſcutitur p. 209. num. 9 & ſequen. & ad quid ſuccedat num. 11. pag. 210. & num. 12.

Soror poteſt renuere dotari à fratre, & expectare fratris ſucceſſionem, pag. 209 num. 9. in fine.

Soror virgina ſecundogenita non dotata à fratre, excludit ſororem vtrinque coniunctam primogenitam à ſucceſſione fratris in feudis maternis ipſius fratris, etiam quod fuerit dotata de paragio bonorum ſeudalium paternorum, p. 210. nu. 11. in fin.

Soror & filia nominatæ in conſtit. comitibus, & conſtit. quamplurimum non ſunt diuerſæ perſonæ, ſed eadem, nunc reſpectu patris filia reſpectu fratris ſoror appellata, p. 209. num. 7.

Soror in capillo cum dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur ſuccedunt collatis dotibus aſcendentibus, in bonis burgenſaticis, p. 103. num. 2. & qualiter fratri prędictæ ſuccedunt abſque collatione, ſed facta deductione dotis, p. 103. nu. 2.

Soror non excluditur à fratre, ſed ſimul ſuccedunt in ſucceſſione collateralium in burgenſaticis in Regno, p.103.nu.5.

Soror in capillo, vt præferatur nuptæ, an ſufficiat, quod ſit tãtum nupta, vel quod debeat eſſe dotata de bonis eiuſdem, de cuius ſucceſſione agitur, latiſsimè tractatur quæſtio contra Federicum Viualdum, & concluditur contra ſororem in capillo pro deciſione de Franch.328.p.113.à nu.14.cum pluribus ſeq.opinio Viualdi nu.16.p.113. vbi enunciantur argumenta.

Soror maſculiata ad quid dicatur vti maſculus ſuccedere, p.145.nu.3.

Soror à patre vti maſculus inſtituta non ſuccedit fratri vti maſculiata, & recenſetur deciſio Sacri Conſilij, p.164.nu. 40.

Soror a fratribus quomodo, & quando poſsit, & cẽſeatur maſculiata per admiſſionem ipſius ad virilem ſucceſſionem, p.165. nu. 41. & ſeq. & præcipue nu.45.

Soror non poteſt habere arbitrium acceptandi ſucceſſionem vel portionem, vel habere paragium, & notatur Petrus de Gregorio p. 165.nu.43.

Soror vterina an cenſeatur incluſa per conſuetudinem ſub verbo ſorores, vel amitas, pag. 130.nu.8.& p.150.num.8. & quid in ſucceſſione feudi ex diſpoſitione conſtit.regni, p. 194.nu.29.

Soror mortua non dotata non habetur pro maſculiata, niſi conſtet de mora, & interpellatione, p.159.nu.21.col.2.in primo.

Soror maſculiata in ſucceſſione patris, vel matris, ſuccedit etiam fratri vti maſculus, & è contra excluſa à ſucceſſione parentum ab omnibus alijs excluditur, p.39.nu.34.& 35.

Soror maritata, & non dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur vocatur à conſtitutione, vt de ſucceſſionibus ſub fratrum appellatione, p.115.nu.19.& quoad excludendum patrem æquiparatur ſorori in capillo, p.119.nu.27.

Soror maritata, & dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur in Regno Siciliæ vltra Farum non excluditur penitus à ſucceſſione, ſed poſtponitur non dotatæ tam in ſucceſſione aſcendentium, quam collateralium, p.118.nu.25.

Soror, vel filia, vt per dotationem excludatur debet eſſe ſciens, & conſentiens ipſius dotationis, p.121.nu.32.

Sorores dotatæ non admittuntur ad portionẽ fauore maſculorum in deciſ.92. de Franch. p.137.nu.20.

Sorores admiſſæ ad ius accreſcendi fauore maſculorum non poſſunt de eo iure diſponere, vt poſſint ad alterum ex fratribus trãsferre, ſed omnibus accreſcere ex iuris neceſſitate, p.137.nu.22.

Soror quomodo excludatur per paragium, & quomodo per dotationem a conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus, p.182. num.10.& 12.& p.196.nu.34.

Sororis excluſio à bonis tranſuerſalium, in quo differat ab excluſione in bonis aſcendentiũ, p.182.nu.11.

Sorori ingratæ exhæredatæ non debetur paragium, p.182.nu.13.

Soror dotata per fratrem inope patre exiſtente poſtmodum diuite moriente, an excludatur vt nupta à patris ſucceſſione ex diſpoſitione conſtit.vt de ſucceſſionibus.§.coniugatę itẽ an a fratris, & quem effectum dicta dotatio operetur, p.195.nu.31.

Soror dotata de paternis, & maternis bonis, qualiter, & quomodo excludatur per fratres à ſucceſſione collateralium, p.170.num.55. Vbi qualiter maſculiata includatur, & in quo differat excluſio, quæ fit à ſucceſsione aſcendentium ab excluſione à ſucceſſione collateralium, p.182.nu.11.

Sororem excludi à ſucceſſione tranſuerſalium abſque præfinitione temporis an bene dicatur per Napod.& Ant.de Alex. diſcutitur p.172.nu.57.

Soror, quæ ex maſculiatione habuit actionem ad virilem, an ex præſcriptione excludatur, ita vt in omnibus tollatur effectus maſculiationis, p.173.nu.56.

Soror non excludirur à fratre, ſed ſimul ſuccedunt in ſucceſſione collateralium in burgenſaticis in Regno, p.103.nu.5.

Statuto ligari, & forum ſortiri æquiparantur, p.32.nu.7.

Statutum per quod ſemel fœmina excluſa ex exiſtẽtia maſculorum ſemper cenſeatur excluſa qualiter differat à conſtit. Regni in aliquibus, declaratur. p.214.nu.29.ver. dico amplius.

Statutum ſtantibus maſculis fœminas excludens, & conſtit.regni in aliquibus procedere tam in bonis, quæ deferuntur iure hæreditario, quam iure ſpeciali ex legis prouidentia, p.205.nu. 31. & comprobatur num. 32. ex natura feudi ex pacto, & prouidentia, & redditur falſa ratio Decij in conſilijs 87. & 396.adducta.

Stylus vnde dictus, & quis ſit, p.92.nu.4.

Subingreſſio vbi admittitur excluditur prerogatiua gradus in deſcendentibus, p.129. nu. 5. Vbi etiam ex ſubingreſſione oritur ſucceſsio in ſtirpem.

Subingreſſio in linea deſcendenti datur cum ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſione in ſtirpes etiam de iure cõſtitutionum Regni, ex quo eſt de iure communi, p. 130. num. 6.

Subingreſsio qualiter excludat prærogatiuam gradus declaratur, p. 130. num. 7.

Subingreſsio qualiter ſit admiſſa per conſtitut. Regni vt de ſucceſsionibus. §. filij autem fratrum in filijs fratrum, p. 298. nu. 9.

Subingreſsionem à nepte ex filio de iure ciuili fieri quoad gradum, & ſexum, & perſonam patris, an ſit hoc verum, aduerſus Napod. concluditur in linea deſcendentia, pag. 294. num. 2.

Subingreſsio in infinitum in linea collaterali, ex diſpoſitione conſuet. ſed ſi morienti non eſt ſeruanda in ſucceſsione foriudicati, pag. 285. nu. 7.

Subuentio an poſsit peti, quando mater maritat filiam, & feudum eſt meternum, latè differitur, & refertur deciſio Regiæ Camarę p. 202. num. 15. cum ſeq. vſque ad num. 18. & reprobatur opinio Afflict. tenentis ſubuentionem poſſe peti, quando mater maritat ex neceſsitate, num. 17. Quid quando nepos maritat amitam, p. 204. nu. 23.

Subuentio an debeatur, quando patruus maritat neptem diſpungitur theorica Iſer. in fin. conſtit. comitibus aduerſus Afflictum, p. 217 num. 39.

Subuentio debetur quando auus maritat neptem ex ſecundogenito, p. 217. num. 39. in primo, vbi etiam ſi auus promittat, & non ſoluat dotem, & illam habebit primogenitus ſucceſſor in feudo ſi pater decedat non exacta ſubuentione, ibid. p. 218. in primo, & nu. 40. de auo.

Subuentio non debetur, quando patruus maritat neptem, ita ex Iſern. colligitur, p. 218. nu. 39. in fin.

Subuentionis petendę ius tranſit cum ipſo feudo, quaudoceſsit, & venit dies, pag. 218. num. 39.

Subuentionem non deberi quando frater dotat ſororem ex legato facto per patrem ex Autoris opinione, p. 219. nu. 42.

Subuentionem non dari in feudo nouo, & inter ſubuentionem, & dotationem non adeſſe paritatem, p. 201. nu. 11.

Subuentionem habere auum, quando dotat neptem, ſicuti quando pater filiam, p. 251. num. 14.

Subuentio non debetur, quando frater maritat ſororem non ex debito ſucceſsionis paternæ aduerſus Petrum de Gregor. quæſt. 4. in prima, & ſecunda illat. de paragio, p. 209. num. 7.

Succeſsio in feudis planis in linea collaterali in Regno qualiter ſit diſponenda iam quoad gradus, quam quoad cętera, vide Feuda plana.

Succeſſor in feudo nouo ex pacto, & prouidentia, quod verè non ſit hæres ipſius defuncti, & qualiter teneatur adimplere factum defuncti, declaratur ex Autoris ſententia contra Annam, & Frecciam, pag. 225. num. 21. cum ſequentib.

Succeſſores qua actione teneantur ſoluere paragium fœminis, pag. 232. num. 1. & ſequen.

Succeſsio foriudicati ceſſante vltimo capite vnde vir, & vxor vadit etiam ad fiſcum vltimum ſucceſſorem nec foriudicatus habeat bonorum diſpoſitionem, etiam attenta gratia prædicta confiſcationem tollente, p. 285. nu. 10.

Succeſsio ex diſpoſitione conſuetudinis in bonis antiquis cuiuſmodi ſit naturæ, & an feudo ex pacto, & prouidentia aſsimilanda, p. 287. nu. 14.

Succeſsio in feudo ex pacto an ſit vera ſucceſſio, p. ead. nu. 15.

Succeſsio de iure feudorum vſque ad quem gradum extenuatur, & quæ ſit verior opinio, p. 295. nu. 4.

Succeſſor filius in feudo ex pacto, & prouidentia quomomodo teneatur exequi præceptũ teſtatoris, p. 211. nu. 16.

Succeſſores fiiij, vel agnati quomodo teneantur adimplere factum prædeceſſoris in feudo ex pacto, & prouidentia, p. 212. nu. 19.

Succeſſor in feudo nouo ex pacto qualiter teneatur ad æs alienum ipſius morientis, pag. 213. num. 25. & pag. 221. num. 8. remiſsiuè, & declaratur late p. 225. nu. 21. & ſeq.

Succeſsio alio modo transfertur per viam ſubingreſsionis alio per viam tranſmiſsionis ad filios, & deſcendentes, & declaratur p. 152. num. 21.

Succeſsio ex diſpoſitione conſuet. ſi moriatur, qualiter practicanda in deſcendentibus in infinitum, & quomodo ſemper principium, & primum ipſius aphoriſmum repetatur, declaratur p. 152. nu. 2.

Succeſsio ad lucra reſeruata ex diſpoſitione l. fœminæ. §. illud, Cod. de ſecund. nupt. debet regulari à ſucceſsione paterna, pag. 216. num. 33.

Succeſsionem ad feuda ex pacto, & ad alia ad quæ filij vocantur vti filij regulandum ex conſtit. diſpoſitiua comprobatur à num. 26. vſque ad nu. 39. vbi D. Iulij Mele referuntur ponderationes, p. 214.

Succeſ-

INDEX.

Succeſsio ad virilem qualiter practicetur in fœmina maſculiata declaratur iſta virilis, quæ ſit.p.145.nu.7.

Succeſſorem omnium in ſucceſtione deſcendētium, quatuor genera explicantur quoad praxim conſuet.ſi moriatur,p.149 nu.1.

Succeſſor de conſuetudine licet non ſit vniuerſalis, eſt tamen plenarius illius rei ſucceſſor, & quomodo intelligatur iſta plenaria ſucceſsio,p.45 nu.10.

Succeſsionis reſeruatio in dotatione fœminæ quando valeat in præiudicium fiſci,& quando in pręiudicium aliorum ſucceſſorum tam in feudo hæreditario,quam in feudo ex pacto,p.120.nu.30.

Succeſsionis reciprocæ ratio in bonis antiquis qualiter inter parentes,& filios conſideranda,p.25.nu.34.

Succeſsionis tranſmiſsio,vid.Tranſmiſsio.

Succeſſores quando dicantur moroſi in non maritandis amitis, vel ſororibus ad finem introducendæ maſculiationis,pag. 159. num. 21.

Succeſsio iuxta diſpoſitionem auth. defuncto, quando extant ſorores, & fratres, qui illas excludunt, quare erit diuidenda in capita iuxta numerum filiorum maſculorum, & aſcendentium, non connumeratis perſonis fœminarum,iuxta caſum tractatum in deciſ. 91.de Franch. latè explicatur,pag.138.num. 24.

Succeſsio nepotum abſque patruis in ſucceſsione patrui qualiter partienda in capita, vel in ſtirpes enunciatur deciſio Sacri Conſilij, & qualiter practicanda dicta concluſio pendente maſculiatione fœminæ,pag.139.num. 28. & 29.

Supplementum paragij regulariter eſt eiuſdem naturæ,vt eſt paragium,p.271.nu.1.

Supplementum legitimæ filiæ excluſæ ab inteſtato per conſuetudinem, vel conſtitutione an debeatur quando in aliquo fuit inſtituta, & quid de ſupplemento paragij,ibid.p.272 num.3.

Supplementum paragij, & legitimæ quando dandum filiæ iam verè dotatæ, & maritatæ à patre,& quid ſi pater dotes legaſſet,p.272. nu.4.& 5.

Supplementum veri paragij dandum à ſucceſſoribus quando ab ipſis fit dotatio, & quando,p.273.nu.6.

Supplementum paragij an tranſmittatur, pag. 273.num.7.

Surrentina ciuitas viuit ſecundum conſuetudines Neapolitanas, pag.162.num.29, circa finem.

T

Tellij opinio in materia renunciationis factę per ingredientem religionem, quod cenſeatur perſonalis, & non realis refellitur p.322.nu.12.& ſeq.

Tempus mortis. attenditur in declarando paragio,quod liquidatur in legitima, pag 333. num. 14.ſicuti quando eſt declaranda lęſio in renunciatione legitimę,p.334.nu.18.

Tempus quale requiratur in pręſcriptione conſuetudinis varię opiniones, pag.7.num. 17.

Tempus dotationis metitur lęſionem in dotatione patris,vel matris,p.333.nu 13.

Tempus mortis metitur lęſionem dotatę de vnius,videlicet de paternis, in aliorum patrimonijs,in quibus legitima tantum datur, quando omnibus renunciauit dotata,p.333. num. 14.

Tempus 16.annorum datum in dilatione maritandi fœminas per conſuetudinem non eſt datum ad beneficium dilationis, ſed ad pœnam differentium,p.160.nu.22.

Tempus quale ſpectandum in liquidatione bonorum ad finem liquidandi paragium,p. 223.nu.11.vbi in fine refertur deciſio Sacr. Conſ.vbi fuit per moram fratris non dotantis inſpectum tempus dotationis in liquidatione,& æſtimatione feudorum,quæ deciſio per Autorem difficultatur.

Tranſmiſſio tranſmittens ad extraneū ſucceſſorem ſucceſſionem cū iure excludendi,an operetur tranſmiſſionem oneris dotandi cū pœna maſculiationis etiam in extraneum, p.158.nu.18.& qualiter.nu.19.& 20.

Territorium quid ſit.p.27.nu.2.

Territorium Ciuitatis,& caſtri,an caſtrum,vel ciuitatem contineat.p.28.nu.3.

Titulati ſine feudis,p.6.nu.11.

Titulata conſuetudo quæ,p.6.nu.11.

V

Vacuna dea quæ fuerit,p.72.nu.7.

Varius vacillans contradicens, explicatur p.72.nu.6.

Vaſſallus quomodo teneatur præſtare ſeruitium vti ſeruitium, & quomodo auxilium vti inſiſtunt in fidelitate, pag.79. num.5.& ſequen.

Verbum frequens,& rarus qualiter intelligendum,p.74.nu.1.

Verba vſualia quæ, & quomodo verborum proprietas ex vſu communi loquendi oriatur,p.92.nu.5.

Veritas

INDEX.

Veritas familiariſſima ſapientiæ, p.65.nu.1.
Veritas quotuplex, & ipſius diffinitiones, p.66. num.4. an & quomodo falſitatis emula dici poſſit, ibidem num. 6. quomodo ſimplicitatis amica, p.67.num.8. quare non lateat ſub modio.num.10. Immutabilis, & inuariabilis.nu.11. Mendacij fictiones, & comenta excludit.p.68.nu.12.
Veritatis effectus qui eam ſequantur vti partē iuſtitiæ, p.68.nu.13.
Veritas omnium fortiſſima res, p.69 nu.19. & quomodo tollat perſonarum acceptionem, p.69.nu.20. quomodo non habeat angulos, p.67.nu.9.
Vitæ militia poteſt filius per ingratitudinem commiſſam cōtra patrem, vel alium cui ſuccedit priuari, licet non per ingratitudinem contra fratrem, p.183.nu.16. & ſeq.
Vita militia liquidatur iuxta æſtimationem redditus feudi, p.222.nu.10.
Vitam militiam non eſſe debitum hæreditarium, & an præſumatur legatum animo cōpenſandi cum vita militia, & alia plura, vid. in verb. legatum, & verb. compenſatio, & verb. paragium.
Vita militia non regulatur ſecundum naturam alimentorum, p.262.nu.26. & 27.
Vitæ militiæ quando cenſeatur renunciatum p.316.nu.4. in princ.
Viualdus notatur quod falſo intellectum conſtit. a ſe traditum ſibi aſſumpſerit, cum primo fuerit Cumiæ Siculi inuentum, p. 113 num. 15.
Vniuerſitas Neapolitana quomodo fuerit per duodecim viros repreſentata, p 82.nu.14. & quæ requirantur ad validandum actum vniuerſitatis, p.83.nu.17.
Votorum paritas quomodo accipiatur, & de praxi proferendi ſententias in paritate votorum, p.85.num.1.
Vrſillus Afflictum impugnans in deciſ.158.notatur, p.291.num.7.
Vterina amita.vel ſoror, vid. ſoror, & vid. amita, & frater.
Vxores ſexagenarias ducentes pœnam luentes p.162.col.1.in fin.

F I N I S.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff a b c

Omnes ſunt Terni, præter ✠ quod eſt Duernus.

N E A P O L I,
Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

ERRATA SIC CORRIGITO.

p. 3. col. 1. verſ. 27.	vniuerſus prędictus	vniuerſus mos prædictus
p. 3. col. 1. nu. 11.	quodammodo	quo nam modo
p. 3. col. 2. verſ. 18	legiturne corrig.	vt infra
p. 6. col. 2. verſ. 27.	Long.in rub.6.	in rub.Cod.
p. 15. col. 2. verſ. 46.	viderem,	videremur
p. 21. col. 1. verſ. 2.	grauibus	gradibus
p. 21. col. 2. verſ. 12.	accipi	accipere
p. 22. nu. 25. verſ. 6.	agnatos	cognatos
p. 23. col. 1. verſ. 6.	petitione	repetitione
p. 23. col. 2. verſ. 11.	ſed contra	ſed nec contra
p. 33. col. 1. verſ. 47.	mutuans	mutans
p. 53. col. 2. verſ. 8.	269.	469.
p. 59. nu. 19. verſ. 11.	in Herrico	Herrico
p. 60. nu. 23. verſ. 2.	Bernnæ	Brennæ
p. 60. nu. 23. verſ. 11.	necato	necatur
p. ead. nu. eod. verſ. 12.	aſcripto	aſcriptus
p. 61. nu. 31. verſ. 9.	cognominato	cognomento
p. ead. nu. 33. verſ. 1.	eam tñ	eam tum
p. ead. nu. 34. verſ. 4.	Hiſtoria	Hiſtoriæ
p. ead. nu. 35. verſ. 2.	ibi	illuc
p. 63. col. 1. verſ. 1.	ſeditionem	ſeditiones
p. 64. nu. 50. verſ. 4.	coloretur	coleretur
p. ead. col. 2. verſ. 34.	anteceſſuram	anteceſſorum
p. 65. col. 2. verſ. 23.	recepit	recipit
p. 66. nu. 4. verſ. 16.	credemus	credamus
p. 70. nu. 23. verſ. 4.	quem	per quem
p. 70. col. 1. verſ. 11.	deſunt verba	tanquam actor vel reus
p. 71. col. 1. verſ. 8.	exemplares	libri
p. 71. nu. 5. verſ. 4.	melior	melius
p. 72. nu. 9. verſ. 2.	exemplare	exemplar
pag. 73. col. 1. verſ.5. in tex.	vt loquatur	vt loquamur
p. 74. nu. 4. verſ.4.	ciuis	ciues
p. 80.. nu. 10. verſ. 11.	ferendis	feriendis
p. 84. col. 1. verſ. 2.	conſuetudines	conſuetudinibus
p. 87. nu. 11. verſ.25.	feudis habentibus	feuda habentibus
p. 93. col. 2. verſ. 2.	iudicio	comprobatæ iudicio
p. 94. col. 2. nu.4. verſ.12.	veneranda	venerandi
p. 95. col. 2. in vlt.verſ.	diſtinguenda	diſpungenda
p. 101. col. 2. verſ.16.	poteuatis	poteſtatis
p. 105. col. 2.verſ.cõſtat.linea 19.	excludi non admittitur	excludi qui nõ admittitur
p. 110. col. 2. verſ.14.	perdidiſſent	perdidiſſet
p. 111. nu. 7. verſ. 23.	potius	debet deleri
p. 116. col. 2. verſ. 21.	erat	erit
p. 116. nu. 20. verſ. 5.	pater	patet
p. 117. nu. 22. verſ. 2.	tutorem	autorem
p. 118. verſ. penult. nu. 2.	excludatur	excluderetur
p. 119. col. 1. verſ. 22.	non iure	nam iure
p. 120. col. 1. verſ. 13.	promictas	permittat
p. 222. col. 2. verſ. 17.	quo potuiſſet	quomodo potuiſſet
p. 124. nu. 40. in fin.	quando	quomodo
p. 225. col. 2. verſ. 13.	ſemper fratrem	ſemper frater
ibid. verſ. ſequen.	& ſi	& ſic
ibid. verſ. 22.	prædictam	prædictæ
p. 134. col. 1. verſ. 8.	debet	debeat
p. ead. col. ead.	nu.7.	nu.6.
p. 135.	nu.22.	nu.12.

Digitized by Google

p. 137. nu. 19. verſ. vlt.	ſol.27.	ſilz.27.
p. 146. col. 1. verſ. 15.	viris	virilis
p. 157. col. 2. nu.12. ver.antep.	veniemus	veniamus
p. 159. nu. 21. verſ. 2.	delatio	dilatio
p. 160. nu. 22. verſ. 6.	dilatis	dilatio
p. 160. nu. 24. verſ.2. & 26.	maiori minori	maior minor
p. 161. col. 2. verſ. 11.	quam maſculiationem	quem maſculiatio non
p. ead. & ibid. nu. 2.	admittendum	admittendam
p. ead. & ibid. nu. 34.	vero	vno
p. ead. & ibid. nu. 35.	vt refert	& refert
p. 164. nu. 39. verſ. 5.	vti extracta	vti extranea
p. 165. nu. 41. verſ. 10.	denunciationem	renuuciationem
p. 168. col.1.verſ.ſi vero, lin.22.	penes ipſorum	per ipſorum
p. 168. nu. 49. verſ. 2.	conſuetudinem notatã	conſuetudinem noſtram
p. 178. nu. 69. verſ. 5.	iuro quæſt.	iuxta quæſt.
p. ead. ibid. verſ. 10.	nam Iſer.	& Iſer.
p. 181. nu. 6. verſ. 13.	debentur	debeantur
p. 187. nu. 6. verſ. 8.	prætendere	tranſcendere
p. 188. col. 1. verſ. 36.	vocabantur	vocabuntur
p. 189. nu. 10. verſ. 10.	matrimonium	monaſterium
p. ead. nu. eod. verſ. 38.	impoſſibilis	improbabilis
p. 190. nu. 11. verſ. 18.	at oneri	aut oneri
p. ead. verſ.nec eſt col. 1. nu. 4.	omnes	omnia
p. 190. nu. 12. verſ. 31.	reſtitutionem	reſtrictionem
p. 191. col. 1. verſ. 11.	permittere	promittere
p. ead. col. 2. verſ. 20.	actualis	actuales
p. 193. nu. 20. verſ. penult.	quem debebatur	quam debebatur
p. 194. nu. 24. verſ. 22.	donatione	dotatione
p. 204. nu. 19. verſ. 4.	de quarum	de quorum
p. 211. col. 1.	nu.17.	nu.16.
p. 231. nu. 41. verſ. 20.	Item	dele illam dictionem
p. 232. nu. 5. verſ. 5.	voluiſſe	noluiſſe
p. 246. col. 2. verſ. 12.	de datione	à collatione
p. 252. col. 2. verſ. 1.	& ſic virilis	& ſic virilis liquidabitur
p. 265. col. 2. verſ. 1.	ad quos ſuccederent	ad quas ſuccederent
p. ead. col. ead. nu. 39. verſ.2.	viris	virilis
p. 290. nu. 5. verſ. 9.	exhæreditati	exhæredati
p. 291. nu. 7. verſ. 25.	cum mater	cum nec mater
p. 298. nu. 9. verſ. 23.	prærogatiuam ſexus,& ætatis	addas, ſecundũ ea quæ diximus ſupra ſo.116.n.20.
p. 303. nu. 12. verſ. 15.	eum fratre	cum fratre ſotor
p. 313. col. 1. verſ. antepen.	videntur	videatur
p. 314. col. 1. verſ. 13.	decade videlicet	decade 13.
p. 322. col 1. verſ. 29.	at ipſius	ac ipſius
p. ead. nu. 13. verſ. 3.	quæ rationes	quam rationes
p. ead. nu. eod. verſ. 6.	quia ipſe	qua ipſe
p. 325. col. 2. uerſ. final.	in eopum	in eodem
p. 331. nu. 9.	non videtur	non video
p. 332. nu. 12. verſ. 22.	viri	veſtiri
p. 334. nu. 15.	non vera	non eſt vera

NAPOLI

Digitized by Google

ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli
Digitized by Google